LIBRARY OF PRINCETON
OCT 6 1922
THEOLOGICAL SEMINARY.

Number SX 3701
Section .M8L93
V 1

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA

MONUMENTA IGNATIANA

MONUMENTA IGNATIANA

EX AUTOGRAPHIS VEL EX ANTIQUIORIBUS EXEMPLIS
COLLECTA

LIBRARY OF PRINCETON
JUL 23 1921
THEOLOGICAL SEMINARY

SERIES SECUNDA

EXERCITIA SPIRITUALIA
SANCTI IGNATII DE LOYOLA

ET EORUM DIRECTORIA

MATRITI
TYPIS SUCCESSORUM RIVADENEYRAE
In Ambulatione S. Vincentii, 20.
1919

APPROBATIONES HUJUS OPERIS

NIHIL OBSTAT
Fridericus Cervós, S. J.
Cens. eccles.

IMPRIMI POTEST
P. Josephus Gálvez, S. J
Praep. prov. toletan.

IMPRIMATUR
† Prudentius
Episc. matriten. compluten.

A · R · P ·

WLODIMIRO · LEDÓCHOWSKI

SOCIETATIS · IESV · PRAEPOSITO · GENERALI

PATRES · MONVMENTIS · HISTORICIS · VVLGANDIS · ADDICTI

QVINTO · ET · VICESIMO · ANNIVERSARIO

A · SVSCEPTA · HORVM · EDITIONE

ADVENTANTE · DIE

HVNC · QVALEMCVMQVE · LABOREM

DEDICANT

SIC · TV

PARENS · SVAVISSIME

INSTITVTI · NOSTRI · FAVTOR

HVIC · OPERI

FAVOREM · DIVINVM · CONCILIES

QVO · FELICIVS · VERTAT

IN · GLORIAM · DEI

EPISTOLA A. R. P. GENERALIS

Zizers in Helvetia, 11 Junii 1918.

Reverende in Xto. Pater.

P. X.

Gratissimum mihi est, quod historico-criticam Exercitiorum Spiritualium S. Ignatii editionem quam, auspice R. P. Wernz, adornare coepistis, eius successori dicare intenditis. Praebuit enim liber ille a sancto Patre nostro non sine peculiari Dei lumine perscriptus, primum ipsi ejusque sociis, deinde universae Societatis alumnis, eam animi formam, qua nos Deus indutos voluit, quamque proinde in nostris hominibus ad Societatis incolumitatem et ad proximorum salutem, vehementer exopto.

Monumentorum vestrorum, quantumvis multa atque eximia iis continentur, nullum profecto est cum Exercitiis comparandum. Quapropter cum de iis edendis ageretur, diligentiam prorsus singularem adhibuistis, nec labori nec industriae parcentes, ut editio vestra numeris omnibus, quantum fieri posset, absoluta evaderet.

Quod autem haec editio Exercitiorum (sic Deo placuit) in annum 25.^{m} inciderit, postquam, impulsore R. P. Ludovico Martin, apprime de historia nostra merito, *Monumenta Historica Societatis Jesu* in lucem proferre aggressi estis, optatissimam mihi occasionem affert vobis ex animo gratulandi de vestris laboribus, qui sane non solum hominibus historiae studiosis, sed universae quoque Societati utilissimi, et quod maximum est, Deo haud dubie admodum grati acceptique sunt.

Faxit Deus ut critica hac Exercitiorum editione Sacerdotes nostri, imo alii quoque quamplurimi, ad aurei libelli studium impensius incitentur, quo sancti Parentis verba sensusque penitus hauriant, eiusque praeclaram in salute animorum hisce armis procuranda industriam imitentur.

Paternam benedictionem vobis vestrisque laboribus libentissime impertior.

Commendo me SS. Sacrificiis et orationibus.

R.^{ae} V.^{ae}

Servus in Christo

Wl. Ledóchowski,
Praep. Gen. Soc. Jesu.

R. P. Friderico Cervós
Direct. Ephem. Monum. Hist. Soc. Jesu. *Madrid.*

PROLEGOMENA IN EXERCITIA

S. Ignatii a Loyola *Exercitia spiritualia* inter ejusdem monumenta calamo scripta primum locum tenere, nemo jure ambigat. Illa enim *Exercitia* non modo Ignatii animum, ubi primum se ad bonam frugem recepit, Manresae conformarunt; sed ex illius operibus scriptis, quae ad nos usque pervenerunt, antiquissimum opus *Exercitia* sunt. Aequum igitur erat, ut qui tam multas Ignatii Patris epistolas, commentarios, notatiunculas edideramus, accuratissimam etiam, quantum in nobis esset, *Exercitiorum* editionem pararemus; quae tametsi primam in *Monumentis Ignatianis* seriem non occupant, nemo tamen illis principem dignitatis honorisque sedem negaverit. Id plane perspexit prudentissimus vir, universae Societati praepositus, Franciscus Xaverius Wernz, qui litteris ad P. Fridericum Cervós, Monumentorum edendorum moderatorem, datis die primo Decembris 1912: «Mihi omnino probantur, inquit, quae R. V. proponit, quod nempe in Monumentis Ignatianis edantur Exercitia et Constitutiones S. P. Ignatii, non enim in Monumentis Ignatianis desiderari debent, quae omnium sunt praecipua. Neque hoc novum est; sicut epistolae S. Ignatii, jam antea in collectione propria divulgatae, a vobis accuratiore critica iterum in lucem editae fuerunt, sic modo Exercitia et Constitutiones pleniori editione divulgare intendimus.» Haec ille.

Cum ergo tanti momenti res ageretur, operam dedimus a multo jam tempore, ut subsidia ad hanc editionem colligeremus. Deo igitur praesertim coeptis favente, benevolentissimis amicorum praesidiis adjuti, nostris denique ipsorum laboribus atque itineribus adhibitis; eam monumentorum copiam comparavimus, qua speremus huic operi nos, etsi difficili, impares tamen non omnino futuros.

Sed hujus editionis modum priusquam exponimus, primum de ipso libro *Exercitiorum*, deinde de auctore ac tempore, tum de fontibus, aliqua praemittere visum est.

CAPUT PRIMUM

DE LIBRO EXERCITIORUM

ARTICULUS I

LIBRI ARGUMENTUM

Tres potissimum partes continentur in libro *Exercitiorum:* prima est praefatio, altera corpus *Exercitiorum*, seu proprio nomine *Exercitia,* tertia appendices.

Praefationem efficiunt annotationes viginti, quae et magistrum et discipulum juvant.

Exercitia ipsa in quatuor hebdomades seu dierum tractus dividuntur: prima complectitur, post brevem admonitionem, quam S. Ignatius «Prosupuesto» appellavit, principium ac fundamentum; examina duo, particulare ac generale; confessionem et communionem; exercitamenta quinque; primum de peccatis alienis, alterum de propriis, tertium et quartum repetitiones praecedentium, quintum de inferorum poenis. Sequuntur additamenta decem ad uberiores exercitiorum fructus capiendos.

Altera hebdomas vitam Christi contemplandam proponit ab incarnatione ad dominicam palmarum; permiscentur exercitia quaedam, quibus directe animus ad vitae statum aut eligendum aut emendandum paratur: ea sunt de Christi regno, de vexillis duobus, de binariis tribus, de humilitatis modis. Sequitur de electione tractatus, in quo praefatiunculam habes, materiam, tempora, modos ad eligendum. Subjungitur denique modus ad vitam sanctius vivendam.

Succedit hebdomas seu periodus tertia, in qua Christi Domini passio objicitur contemplanda. Hanc incipit Ignatius ab itinere ex oppido Bethania in urbem Jerusalem et coena ultima, absolvit per Beatae Virginis solitudinem post Filii mortem. Huic hebdomadi adduntur regulae ad victum temperandum.

Denique hebdomade quarta Christum redivivum, ejus gloriam gaudiumque nobis ob oculos ponimus.

Harum hebdomadum seu periodorum culmen est contemplatio ad amorem in Deum excitandum.

Atque haec sunt quae *Exercitia* maxime proprie dicuntur.

Appendices consequuntur: tres orandi modi; mysteria vitae Christi, in quibus seriem temporis plerumque tenet Ignatius, interdum, forte non sine consilio, immutat [1]; regulae ad spiritus discernendos, ad

[1] Cf. FRANC. DE HUMMELAUER, *Meditationum et contemplationum S. Ignatii de Loyola Puncta*, Praenotanda, § 2.

eleemosynas distribuendas, ad animi scrupulos dignoscendos et superandos, ad sentiendum cum catholica Ecclesia.

Vix addere necesse est hanc doctrinam antiquam esse in Christi Ecclesia, ac proinde ab Ignatio inventam non esse. Triginta fere auctores nominat Suárez, cum in suo aureo tractatu *De religione Societatis Jesu, Exercitiorum* vel doctrinam vel dicta declarat, explicat, defendit. Notum omnibus est, celeberrimi operis *Ejercicio de perfección y virtudes cristianas* auctorem, Alfonsum Rodríguez, S. J., non raro locos *Exercitiorum* afferre, eosque allatis sanctorum patrum vel scriptorum ecclesiasticorum testimoniis confirmare vel exponere; ita v. g. in parte prima, tractatu quinto, cc. VII et VIII, circa orationem; in eadem parte, tractatu septimo, de conscientiae examine; in parte secunda, tractatu quarto, de tentationibus, etc. etc. Idem dicendum de P. Ludovico de La Palma, cum in opere *Camino espiritual de la manera que lo enseña el bienaventurado P. S. Ignacio* [1], tum in illo *Del examen de la conciencia* [2].

Inter recentiores P. H. Watrigant, S. J., opusculum scripsit *La méditation fondamentale avant Saint Ignace* [3], et aliud *De examine conscientiae* [4], in quibus, praesertim in primo, innumeros auctores affert, qui capita doctrinae illius de principio et fundamento et de examine conscientiae tradiderunt. Atque id ipsum fieri posset circa alias res, quae in libro *Exercitiorum* inveniuntur. P. Petrus Vogt, S. J., *Exercitiorum* doctrinas plurimis sanctorum Patrum, maxime Athanasii, Basilii, Joannis Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii Magni verbis expressas proponit in operibus *Die Grundwahrheiten der Exercitien des heiligen Ignatius ausführlich dargelegt in Aussprüchen der heiligen Kirchenväter*, Regensburg, 1908, et *Die Exercitien des heiligen Ignatius ausführlich dargelegt in Aussprüchen der heiligen Kirchenväter*, Regensburg-Rom, 1914.

Certe S. Ignatius neque hominis finem neque alia fidei dogmata poterat invenire; communia haec omnia sunt bona, quae, partim lumine rationis, partim revelatione divina, a providentissimo Deo tradita hominibus sunt. Ex his vero bonis omnibus quaedam seligere et illa dispo-

---

[1] Ed. Compluti, anno 1625, et Barcinone in Hispania, anno 1860 et 1887 apud Subirana. Translatio latina facta a P. Jacobo Nonell, S. J., et edita apud Rosal, Barcinone, anno 1887. Ad rem praesentem cf. v. g. part. I, l. I, cc. XXII et XXIII.

[2] *Tractatus de examine conscientiae secundum doctrinam S. P. N. Ignatii*, Antuerpiae apud viduam Henrici Thieullier, anno 1700; etiam Barcinone, apud Rosal, anno 1887. Textus hispanus, quem La Palma scripsit, diligenter quaesitus nec tamen inventus est. Facta est latini textus hispana translatio atque edita Barcinone, apud Subirana, a. 1903. Ad rem nostram cf. e. g., cc. I et XII.

[3] Est in n° 9 ex *Collection de la Bibliothèque des Exercices (CBE)*, Enghien (Belgique), 20 Juin 1907.

[4] *De Examine Conscientiae juxta Ecclesiae Patres, sanctum Thomam et Fratres Vitae communis*. Est in eadem CBE, n° 23, Septembre 1909.

nere ad aliquem finem, hic fuit Ignatii labor. Qua tamen ratione in illorum bonorum possessionem ille venerit, unde artem didicerit, qua selecta in unum opus inter se conjunxerit, in cc. II et III dicendum erit. Prius totius libri nexum deque eo judicia virorum quorumdam auctoritate praestantium exponemus.

ARTICULUS II

NEXUS EXERCITIORUM

Diximus de libri materia ejusque partibus. Quod ad formam seu dispositionem attinet, cum plenior hujusmodi tractatio commentatorum sit, hic tantum de corpore *Exercitiorum*, idque breviter, agemus, solummodo ut operis unitas facilius legenti pateat, unde non modo unitas auctoris, sed aliqua etiam ratione, unitas temporis [1], quo librum confectum esse ducimus, intelligatur.

Quo melius igitur partium horum *Exercitiorum* inter se nexum videamus, notandum est «mentem Ignatii fuisse, inquit Suárez, brevissime comprehendere omnia, quae ad spiritualem instructionem et interiorem animi salutem conducere possunt... Spiritualis autem vita duo potissimum requirit, morum correctionem et unionem cum Deo. Ad morum autem correctionem imprimis pertinet purgatio praecedentium delictorum, quotidiana conscientiae cura et frequens etiam peccatorum confessio. Secundum vero frequenti meditatione et oratione et virtutum exercitio comparatur. Ad utrumque autem recta electio circa vitae statum maxime necessaria est. In his ergo omnibus convenientissimo ordine instruitur homo per haec Exercitia. Quia vero conveniens aestimatio et recta intentio finis ultimi principium est omnium bonarum actionum, ideo S. Ignatius ante particularia exercitia hoc praemisit tanquam fundamentum totius reformationis spiritualis» [2]. Haec doctor eximius.

Proposito itaque hoc fundamento, seu fine hominis rerumque «super faciem terrae» omnium, adjungit Ignatius examina duo vel potius duos discutiendi purgandique animi modos, examen particulare et generale. Examinis particularis usus alius est exercitiorum tempore, alius extra exercitia: exercitiorum tempore ad exercitia ipsa recte obeunda est adhibendum [3]; extra exercitia vero ad aliquem defectum tollendum [4], aut virtutem aliquam acquirendam [5]. Examen autem generale tam

---

[1] Cf. ASTRAIN, *Historia de la Compañía de Jesús*, t. I, l. I, c. IX, n. 7, p. 150 in 2.ª ed.; DEBUCHY in *The Catholic Encyclopedia*, sub articulo *Spiritual Exercises of Saint Ignatius*. Vol. XIV, p. 225, col. 2.ª, et in CBE, n° 6, *Introduction à l'étude des Exercices spirituels*, Enghien, 15 Décembre, 1906, pp. 8-16.

[2] *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. VI, n. 4.

[3] Ultima notatio in fine primae hebdomadis, f. 16v.

[4] Tota examinis hujus expositio.
Indicatur hoc in primo modo orandi «sobre pecados mortales», f. 38v.

intra quam extra exercitia, cum ad purgandum animum, tum ad confessionem peragendam usurpatur [1].

Dum vero his examinationibus instruitur qui sese exercet, incumbit in fundamenti meditationem [2]; deinde vero in illa exercitamenta, quae primum, secundum etc. appellantur. Et prima quidem exercitatio animum excitat, ut eum sui vehementer pudeat, cum aliorum peccata tam graviter punita videat, se vero damnatione, quam meruerat, liberatum [3]. Alterum exercitium ingentem animo de peccatis a se commissis dolorem incutit [4], eorum multitudine ac gravitate perspecta. Hi animi sensus tertia et quarta meditatione confirmantur augenturque, quippe quae priorum repetitiones sunt. Porro in tertio colloquia injunguntur, quae hoc loco preces sunt ad Beatam Virginem, ad Christum, ad aeternum Patrem faciendae, quibus iterum ac tertio efflagitem, ut tria cognoscam atque detester: propria peccata; quicquid in meis actionibus est inordinatum, ut id omne tollam; res caducas et vanas, ut ab iis me avertam. E quibus precibus certissime constat, his exercitamentis non solum accendi animos odio letalium, sed levium etiam peccatorum, imo motuum etiam virtuti adversantium, qui etsi peccata non sunt, viam tamen peccatis aperiunt et complanant. Succedit denique exercitium quintum seu de inferorum cruciatibus, qui extrema nec injusta peccatorum poena sunt; hac contemplatione totum Ignatius hominem concutit, eo fine ut «si quando amoris aeterni Domini propter defectus meos oblitus ero, timor saltem poenarum opem mihi afferat ne in peccatum veniam [5].»

Habemus ergo uniuscujusque exercitii scopum singularem; communis tamen omnium imprimis est, summum de peccatis commissis dolorem excitare, ac firmam in posterum omnia peccata vitandi voluntatem ingerere. Propterea, ut est in ipso *Exercitiorum* libro [6], utiliter instituitur ad hujus hebdomadis finem sacramentalis peccatorum totius vitae confessio, idque non modo quando peccata gravia illam ante corpus Christi percipiendum necessariam reddunt, sed etiam quando illa necessitas non urget, ut hic idem locus et nota multorum exempla declarant.

Unde illud quoque vides, quam diligenter Ignatius (id quod spiritualis vita primum postulat), hominem ad mores corrigendos informet. Cum enim finem illum prius considerandum proposuerit, in quo tota hominis beatitudo consistit, et a quo obtinendo nulla res nos, praeter

---

1 Titulus, f. 7.
2 Cf. *Directoria Ignatiana tradita* [2], *dictata* X, 11. *Directorium* c. XIII.
3 Petitio, f. 10r et v.
4 Petitio, f. 11v.
5 Petitio, f. 13v.
6 Confessionis generalis et communionis usus, f. 9v.

peccatum, prohibere potest; certe peccatum odio prosequamur ab eoque animum purgemus necesse est.

Minime vero putandum est totum hujus primae exercitiorum hebdomadis fructum ea purgatione exhauriri. Vult praeterea Ignatius hominem ad gratum Deo redemptori animum totis viribus exhibendum permovere. Quid enim aliud sibi illa volunt, in extremo primo exercitio, «quid egerim pro Christo, quid agam pro Christo, quid mihi agendum pro Christo» (qui locus etiam artis amatoribus pulcherrimus est); quid in altero «misericordiae colloquium, ratiocinando et gratias agendo Deo domino nostro»; quid denique in quinto illa, ut «cum Christo domino nostro colloquar... gratias agens quod me» in inferos ruere non permiserit, imo «tanta pietate ac misericordia prosequutus sit?»

Hominem itaque a peccatis eo modo purgatum, virtutisque amore ingenti perculsum (neque enim vult Ignatius non vehementer accensum ad secundam hebdomadem, saltem ad electionem, admitti)[1] excipit ipse Christus redemptor initio hebdomadis secundae, omnes ad sui imitationem alliciens[2]. Christi enim imitatio via certissima est, qua ad illum beatitudinis nostrae finem recta perveniamus. In qua imitatione complures jam ab ipsis vestibulis gradus discernuntur[3]; qui autem ad Christum regem proxime accedere volunt, se suaque omnia ita illi offerunt, ut ad paupertatem re ipsa amplectendam atque injurias sustinendas parati sint, modo id et ad majorem Dei gloriam conferat, et Dei voluntati sit consentaneum[4]. Arduum quidem id, animo saltem, praestare non erit vere sentienti quae Ignatius in extremo quinto exercitio hebdomadis primae suggerebat.

Postero die Christum incarnatum contemplamur ac natum, in sequenti oblatum in templo et fugientem in Aegyptum, tertio obedientem parentibus, iisque insciis in templo remanentem; ut eum in dies et horas melius cognoscamus, magis magisque amemus[5], eaque exempla praebentem videamus, quae in regni meditatione proponentem audivimus.

Itaque cum in duabus ultimis contemplationibus exemplum statuum duorum, communis et perfecti, Christus exhibuerit; investigandum jam est et precibus petendum uter illorum nobis sit a Deo constitutus[6]. Ac Dei quidem est vocare; hominis, animum, ope etiam divina, parare. Jam vero animum ad eligendum Ignatius optime paratum judicat, quando homo, Christum imitari cupiens, ita optat, quantum in se est, perfectissimum vitae statum, ut eum eligere statuat, nisi de contraria

---

1 Cf. *Directoria Ignatiana autographa*, [2].
2 Contemplatio regni Jesu Christi, f. 16v.
3 In secundo et tertio puncto secundae partis, f. 17v.
4 In tertio puncto secundae partis, ad finem, ibid.
5 In petitione meditationis primae primi diei, f. 18.
6 In praeludio circa considerationem statuum, f. 21v.

Dei voluntate sibi constet. Itaque totus incumbit Ignatius ad hoc studium in animo excitandum, idque triplici exercitiorum genere contendit: primo per exercitia de duobus vexillis ac de tribus hominum classibus; secundo per contemplationes de Christi vita; tertio per considerationem de tribus humilitatis modis seu gradibus. In his omnibus jubet investigationem fieri et petitionem: investigatio fit maxime meditando, petitio Deum precando.

Quarto igitur alterius hebdomadis die exercitia de vexillis ac de binariis facienda, quorum fructus ille debet esse, quem contemplaturi vexilla petimus; est autem cognitio et fuga fraudum mali daemonis, cognitio et susceptio vitae a Christo nobis propositae. Quorum alterum cum duo iterum contineat, cognitionem et usum, quae dispositio est illa optima quam diximus ad eligendum; illum usum a Beata Virgine, a Christo Domino, a Patre aeterno in colloquiis petimus ut gratiam quae fructum maximum totius meditationis continet. Cum vero haec eadem colloquia facienda etiam sint in meditatione de binariis; dici posse videtur utriusque meditationis fructus idem ex parte, ratio seu via illius obtinendi diversa esse: in duobus vexillis illa animi conformatio proponitur ut optima ratio effugiendi diaboli insidias et Christi vestigia sequendi; in binariis ut optima ratio pacis cum Deo conservandae aeternaeque salutis perficiendae. Nam per meditationem de duobus vexillis conamur agnoscere cum Christi tum mali daemonis mentem, et viam videre qua perfectionem in quocunque statu nobis a Deo dato quaerere possimus[1]. Porro mali daemonis mens ea est, ut nos ad se allectet[2] fraudibus[3], quae initio fortasse non oberunt nisi perfectae virtuti, facile vero aeternam salutem impedient[4]. Christus Dominus id spectat, ut nos ad se revocet[5] per veram vitam[6], quae in imitanda illius paupertate et humilitate consistit[7]. Ergo in fine hujus meditationis B. Virginem, Christum redemptorem, aeternum Patrem rogamus, ut nobis etiam, Christi exempla sequentibus, paupertatem re vera amplecti injuriasque sustinere, quae via est ad humilitatem, liceat, dummodo id Dei majestati ne displiceat ac sine ullius peccato fiat. Hanc petitionem et conditionem appositam compara cum oblatione et conditione in fine meditationis de regno Christi; videbis animum jam multo magis perfectionis cupidum.

At vero virtutis amor retardatur saepe rei alicujus cupiditate non prava interdum, qua tamen impedimur quominus acriora remedia et

---

1 In praeludio circa considerationem statuum, f. 22.
2 In primo praeludio seu historia, f. 22.
3 In petitione, f. 22v.
4 Punctum tertium primae partis, ibid.
5 In primo praeludio seu historia, f. 22.
6 In petitione, f. 22v.
7 Punctum tertium secundae partis, f. 23.

nobis forte ad perfectionem necessaria, videamus atque usurpemus. Et quoniam rem hujusmodi facilius in aliena quam in propria causa perspicimus, utitur Ignatius parabola, quam «de tribus hominum binariis» appellavit. Ex cujus consideratione illud sequitur, tertium hominum genus seu binarium, unicum ex tribus esse, quod optimam viam et pacis cum Deo et salutis aeternae ingreditur. Quam agendi rationem ut ineamus, tota ab initio meditatio praemonet, et colloquiis iisdem illis tribus, quae habita sunt post meditationem de duobus vexillis, a Deo petimus. Imo cum in appetendo statu perfectionis periculum nullum sit, magnum vero in rejiciendo; hortatur in notatione Ignatius, ut eum statum (id est enim «pobreza actual») a Deo postulemus, quo melius naturam forte renitentem domemus ac pervincamus, hac una conditione «solo que sea seruicio y alabanza de la su diuina bondad», etiamsi igitur *mihi* non videatur *majus* ibi Dei obsequium reperiri; par sufficiens esto; id quod Ignatius jam in colloquiis aperte significat, atque in tribus humilitatis modis apertissime profitetur [1].

Sed prius quam hos humilitatis modos ante electuri oculos ponat, secundum exercitiorum genus tradit, quibus animus optime ad eligendum paratur: meditationes scilicet de vita Christi, quippe quae ex parte nostra maximi momenti sunt, ut Redemptoris cognitione et amore perpetuo crescamus. Qua cognitione et amore nihil prorsus ad animum eo modo parandum efficientius. Itaque post diem quartum totos dies octo in illas meditationes per horas quinas vel certe quaternas incumbendum est, atque in earum singulis terna illa colloquia adhibenda sunt.

Tertio denique, ad eumdem illum animum vel excitandum vel fovendum, considerandos ait Sanctus Pater tres modos sive gradus humilitatis, quorum tertius in hac ipsa animi affectione consistit, quam homo solo Christi amore permotus amplectitur. Nam id unum additur hoc loco, quod neque in vexillis neque in binariis ita expressum invenitur, voluntas imitandi Christum, quae sit ultima ratio animum haesitantem impellens ad statum perfectionis, quantum in se est, vehementer optandum. Optandum, inquam, non eligendum, cum electio non sit proprie in his meditationibus facienda, sed postquam harum meditationum ope animus eum assequutus erit affectum, quem Sanctus Pater Ignatius ad electionem faciendam maxime convenire judicat.

Cur vero hos gradus humilitatis, qui tam intime cum binariis et vexillis copulantur, non post illa exercitia, sed post diem duodecimum hebdomadis secundae Ignatius collocavit? Minime ut illi post duodecim tandem dies primum proponantur, cum proponendi sint ante electionem, materia autem electionis die quinto tractari incipiat [2], sed ut intelli-

---

[1] De his humilitatis gradibus cf. SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, nn. 22-26.

[2] Notatio secunda post diem duodecimum secundae hebdomadis, f. 25v.

gas, magnam Christi cognitionem et amorem excitari oportere, ut tertius ille gradus seu optima ad electionem comparatio animo penitus insideat.

Jam ipsum de electione tractatum Ignatius aggreditur. Ac primo doctrinam de principio et fundamento in mentem revocat, eamque ad rem praesentem, etiam adhibitis exemplis, declarat; tum explicat quae sit electionis materia; tertio tria tempora explanat, in quibus Dei voluntatem de vitae nostrae statu cognoscere possimus. Et quoniam tertium maxime tempus nostram industriam requirit, duos exponit modos, qui usurpari tunc possint.

Addit postremo brevem de vitae reformatione commentarium, in usum eorum, qui aut non possunt statum jam eligere, aut, quamvis possint, voluntatem ad electionem faciendam non habent promptissimam. Atque hoc modo ingressi jam salutis et perfectionis viam, finem hebdomadi secundae imponimus.

In tertia et quarta hebdomade Christum contemplari pergimus; in tertia quidem crudelissimos sanctissimae passionis dolores mortemque tolerantem; in quarta vero immortali vita perfruentem suosque consolantem.

Hac via magnopere roboramur in tertia hebdomade ad perseverandum in suscepta ex Christi amore vitae ratione, cum amantissimum Redemptorem videamus ex amore nostri multo graviora patientem[1]. Fieri etiam possunt hac hebdomade post singulas contemplationes «si res vel devotio, inquit Ignatius, hominem moveat» tria illa colloquia quae facta sunt post meditationem de binariis, non omissa notatione, quae ibi additur[2].

Quod si ex hac contemplatione animus, ut par est, amore in Christum inardescet; «laetitia certe gaudioque intenso afficietur[3] cum Servatorem tanta gloria praeditum tantoque gaudio cumulatum» in quarta hebdomade contemplabitur, tamque praeclari «consolatoris et amici» societatem tanti faciet, ut ab illius voluntate vel latum unguem deflectere nefas existimet.

Postremo quatuor hebdomadum cursum contemplatio ad amorem in Deum fovendum complectitur. Hac autem et hebdomadis quartae contemplationibus attingit et insinuat Ignatius supremum orationis gradum, qui proprie dici contemplatio solet[4].

Haec autem omnia si brevi complecti voles, sic habeto: fundamentum *Exercitiorum* est consideratio finis. A consecutione hujus finis nos impedit peccatum. Hoc impedimentum tollitur in prima hebdomade. In

---

1 Punctum sextum in prima contemplatione, f. 30v.
2 Notatio post primam contemplationem, ibid.
3 Petitio in prima meditatione quartae hebdomadis, f. 35.
4 Suárez, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. VI, n. 9.

secunda hebdomade monstratur via, qua finem consequamur: imitatio Christi. In hujus imitationis proposito confirmamur meditationibus hebdomadum tertiae et quartae.

Relege nunc, si lubet, suarezianam sententiam superius allatam: videbis magno illum jure dixisse, in hoc libro animum hominis non solum ad morum correctionem adduci; sed etiam ad alterum illud institui, quod ad spiritualem vitam necessarium est, ad unionem, inquam, cum Deo, quae «frequenti meditatione et oratione et virtutum exercitio comparatur».

Atque haec sunt quae *Exercitia* proprio nomine seu *Exercitiorum* corpus nominavimus, cujus partes tam arcte inter se connectuntur, ut hoc opus ignatianum, etsi aliis alio tempore rebus nonnullis vel accedentibus creverit, vel sublatis decreverit; totum tamen ab initio, quod ad substantiam pertinet, integrumque conceptum ac natum esse debeat.

Qua ratione quatuor partes, prima praesertim et secunda, inter se conjungantur supra docuimus. Quam arcto autem nexu varia hebdomadis secundae (in qua una suboriri forte possit dubitatio) contineantur membra; et ipse Ignatius declarat et paulo attentius consideranti facile patet.

Primum enim Christi vitam, in qua imitanda nostra omnium salus perfectioque consistit, in meditatione de Christi regno in universum proponit, gradusque imitationis aliis alios superiores adumbrat. Exhibitis deinde singularibus quibusdam mysteriis, nominatim illa duo consideranda praecipit, in quorum altero vitae communis, in altero perfectioris nobis exemplum Servator praebet, binos gradus in imitatione Christi, quibus caeteri omnes continentur. Quae duo mysteria de industria notat Ignatius sternere viam ad ea quae sequuntur, seu ad Dei voluntatem circa vitae statum investigandam. Jam vero haec investigatio ac deinde electio ita facienda in *Exercitiis* proponitur, ut ex meditationibus vitae Christi praecipuum et maximum lumen accipiant. «Començaremos, inquit, iuntamente contemplando su vida a investigar y a demandar en qué vida o estado de nosotros se quiere seruir su diuina Maiestad»[1]. «La materia de las elections se comènçará desde la contemplación de Naçareth a Jordán, tomando inclusiue, que es el quinto día»[2].

In ipsa illa de duobus vexillis meditatione, quid jubet Ignatius sese exercentem petere? Praeter quam quod daemonem insidiantem cognoscamus vitemusque, cognitionem et imitationem Christi, idem fere quod in singulis hujus hebdomadis exercitiis iterum ac saepius rogandum praecipitur.

Eumdem persequimur fructum in contemplanda parabola binariorum,

---

[1] Praeludium circa considerationem statuum, f. 22.

[2] Notatio altera post diem duodecimum secundae hebdomadis, f. 25v.

siquidem ea in colloquia vexillorum desinit; eumdem in considerandis tribus humilitatis gradibus, quorum altissimus ut ex Christi cognitione et amore eflorescat, Ignatius efficere vult.

Ac ne quis putet intermitti debere vel saltem posse contemplationem vitae Christi, dum electioni opera datur, duodenos dies enumerat Ignatius in hac hebdomade, mysteria meditanda et numerum exercitiorum in singulos dies assignat, quibus omnibus et singulis imponitur finis adhibitis vexillorum vel binariorum tribus colloquiis[1].

Quae cum ita sint, nihil miraberis quod non modo Natalis[2], sed etiam Ignatius in annotatione quarta ex viginti primis, cum secundae hebdomadis materiam recensent, solam Christi vitam memorent; non solum quia haec omnino materia praecipua est, sed etiam quia sic in alia omnia dominatur, ut et meditatio de vexillis et consideratio trium humilitatis modorum, ac proinde meditatio de tribus hominum classibus et ipsa electio vitaeve reformatio, ex meditatione vitae Christi robur totum et efficientiam accipiant, et si ab illa avellantur, illud non sint, quod ea esse voluit in *Exercitiorum* libro Ignatius auctor.

ARTICULUS III

TESTIMONIA DE LIBRO EXERCITIORUM

In animo nobis non est omnia judicia, ne magnam quidem eorum partem, colligere quae inde a saeculo XVI pro nostro libello lata sunt; id enim et longum nimis et a nostro instituto alienum esset. Cum autem liber a Pontifice summo Paulo III litteris apostolicis approbatum sit[3]; volumus huic supremi judicis in hac re sententiae sententias aliorum hominum adjungere, non quasi Christi Vicarii auctoritatem aliorum auctoritate fulciri oporteat, sed ut et qui Dei beneficio catholicam fidem profitemur, librum *Exercitiorum* pluris faciamus, et qui clarissima illa luce careant, illustrium virorum testimoniis juventur.

Itaque ab eorum dictis initium facimus, qui heterodoxis doctrinis imbuti, nihilo tamen minus *Exercitia* Ignatiana eximiis laudibus prosequuti sunt.

Celeberrimus Thomas Macaulay in *Edimburg Review*[4], postquam dixisset librum *Exercitiorum* a Pontifice summo et a praeposito generali Societatis Jesu omnibus christifidelibus esse commendatum, scripsit nolle se hujusmodi laudibus laudes adjungere, quas aliqui haeretici e septem trionibus (ipsum Macaulay inter illos intellige) libro *Exercitiorum* tribuere possent. Sciendum tamen est, inquit, Joannem ipsum

---

[1] Notatio ad diem quintum secundae hebdomadis, f. 24v-25.
[2] *Epist. P. Nadal*, IV, 667.
[3] Has litteras vide infra, ante *Exercitiorum* textus.
[4] Mense Novembri anni 1842, pp. 29 seqq.

Knox (1505-1572, haereseos in Schotia principem) si modo docendi munus susciperet, ejusdem opinionis, ac romanus pontifex fuerit, futurum fuisse. Ac paulo post addit, *Exercitia* spiritualia excogitari non potuisse, nisi ab homine, qui humanarum cupiditatum certamina contemplari ac mente quadam superiore homines internoscere solitus esset [1].

Minister quidam ecclesiae anglicanae, Orby Shipley, qui deinde catholicam veritatem amplexus est, ignatiana *Exercitia* in anglicanorum usum edenda curavit [2]. Hic in sui libelli praefatione profitetur, *Exercitiorum* librum methodum quamdam esse, cujus pretium visque prorsus singularis primo obtutu non appareant; eamque inter alias esse nostrorum *Exercitiorum* virtutem ac proprietatem, ut simplicissima ratione tantam efficientiam exhibeant [3].

Petrus Lafitte, gallus, e schola quam positivistam vocant, sic de *Exercitiis* loquitur: «Ces exercices sont à mon avis un vrai chef-d'œuvre de sagesse politique et morale de l'individu, de manière à ce que par un travail personnel, solitaire et prolongé, il réalise en lui le meilleur équilibre moral» [4].

Denique Carolus Holl, germanus, insigne paedagogiae opus dicebat esse *Exercitia*, quae non modo propriam naturam et personam non deleant, sed potius ingenium cujusque peculiare extollant [5].

Sed ad catholicos veniamus. Ludovicus Blosius (1506-1565), abbas Laetientium (Liesse in Gallia) praeclarum Ordinis S. Benedicti ornamentum insignisque animorum magister, se ipsum exercitiis ignatianis colendum dedit Lovanii anno 1553 [6]; deinde juniores monachos laetienses iisdem exercendos curavit, id quod in litteris, ad P. Adrianum Adriani (Adriaensens) S. J. datis, ipse Blosius testatur his verbis: «Puto

---

[1] Haec sumpsimus ex libello *Études*, 1898, t. 75e, 5 Juin, pp. 578-599, *Les Exercices chez les protestants*, ubi auctor, H. Watrigant S. J., ea contraxit, quae fusius disseruerat in *Lettres de Jersey*, Janvier, 1896. In *Études* citatur etiam libellus *Revue Britannique*. Neutram recensionem habere ad manum potuimus. In translatione, qua utimur, aliquid invenitur, quod mirum est scriptum esse ab homine historiae peritissimo. Videtur enim significare, Paulum III summum pontificem, qui per speciale Breve apostolicum *Exercitia* ignatiana anno 1548 probavit, hanc approbationem dedisse paucis annis ante 1842. Dicitur enim mense Novembri 1842: «Il y a peu d'années, le successeur actuel de Saint Pierre ordonna une nouvelle traduction latine du manuscrit de Loyola, la seule qui existât imprimée se trouvant défigurée par de nombreuses incorrections. Sous cette nouvelle forme, l'ouvrage, dont nous parlons, a été recommandé à toute la chrétienté par une bulle de Paul III et par une lettre encyclique du général des jésuites.»

[2] *Spiritual Exercises of S. Ignatius of Loyola by the* REVEREND ORBY SHIPLEY, M. A., London, 1870.

[3] *Introduction à l'étude des Exercices spirituels de Saint Ignace par le* P. PAUL DEBUCHY S. J. Enghien, 15 Décembre 1906, p. 34. In CBE n° 6.

[4] *Revue occidentale*, 1er Mai 1894, p. 309. *Les grands types de l'humanité*, 8e leçon; affertur a P. Debuchy in opusculo citato, p. 47.

[5] Ibid.

[6] *Polanci Chronicon*, III, 277-278.

D. Ursmarum, Societatis Jesu sacerdotem, vobis per litteras indicasse, exercitia quaedam tradita esse nostris juvenibus. Utinam hoc factum fuisset ante annos XX! Ita enim cum senioribus multo melius forte ageretur. Laudamus benignissimum Deum, qui per vos istam rationem nos docuit», etc. [1].

Blosii aequalis fuit Gerardus Hammontanus († 1566), quem etiam Calcificum (latino nomine ex Kalkbrenner) vocant, prior cartusianorum coloniensium per annos 30, cujus est insigne elogium apud Le Vasseur [2]. Is in epistola Patri priori cartusiae trevirensis die 31 Maji 1543 missa, de B. Petro Fabro, qui primus Ignatii socius in condenda Societate Jesu fuit, haec inter alia dicit: «Dat hominibus, se illi offerentibus, bonae voluntatis, exercitia quaedam singularia, quibus intra paucos dies obtinent veram cognitionem sui et peccatorum suorum, gratiam lachrymarum, veram et animosam conuersionem a cunctis creatis ad Devm, profectum in virtutibus et secretam familiaritatem, amorem et amicitiam Dei... Spero quod Devs dabit mihi videre hominem Dei, singularem amicum suum, ante quam moriar, vt ab eo dirigar ad interiorem hominis reformationem et vnionem cum Deo» [3] etc.

Haec scripsit Hammontanus ante quam exercitia perageret; illum autem haec peregisse existimamus anno 1544, cum Faber apud Patres cartusienses diversatus, eos sacris Ignatii commentationibus excoluit [4]. Quid postea sentiret ignoramus; at merito censemus eum sententiam non mutasse, quandoquidem ingens et perpetuum fuit ipsius in Societatem studium et tutela, atque ipso praesertim auctore, cartusiani anno 1544 in capitulo generali decreverunt, Societatem Jesu singulari quodam modo bonorum operum omnium ordinis cartusiensis participem facere [5]. Illud autem studium ex consuetudine cum B. Fabro hausit: «Ego vestri numquam obliuiscar, scribit ad S. Ignatium, pro affectu, quem mihi Dominus jamdiu propter M. Petrum Fabri sanctae memoriae, erga vos dedit» [6].

In Hispania F. Ludovicus de Estrada († 1588) cisterciensis, qui «hortensem domum... totamque hispanicam congregationem litteris et pietate decoravit egregie..., hortense monasterium abbas rexit» [7], litte-

---

[1] *Acta Sanctorum,* Januarii t. I, ed. Palmé, p. 443, in *Vita Venerab. Ludovici Blosii,* auctore monacho benedictino.

[2] *Ephemerides ordinis cartusiensis,* Monstrolii, 1891, t. III, pp. 5-10.

[3] *Fabri Monum.,* pp. 447-448.

[4] Reiffenberg, *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem,* l. I, c. IV ad fin., Coloniae Agrippinae, 1764, p. 12.

[5] *Monum. Ignat.,* ser 1.ª, VII, 429 et XII, 483-484; *Fabri Monum.,* 412-413; Ribadeneira, *Vida de San Ignacio,* l. III, c. XII; Orlandinus, *Historia Societatis,* l. IV, p. 109-107; *Acta Sanctorum,* t. Julii VII, *De Sto. Ignatio confessore commentarius praevius* § XXXVII, p. 493.

[6] *Fabri Monum.,* 429.

[7] *Bibliotheca hispana nova,* auctore D. Nicolao Antonio, t. II, Matriti 1788, p. 83.

ras signis doloris ob Sti. Ignatii mortem plenas ad nostros homines septimancenses dedit. His litteris aliqua etiam inseruit de *Exercitiorum* libro: «Y si tratamos de los santos exercicios que para prouecho vniuersal de todo christiano puso en concierto y adornó el varón de Dios [*Ignatius*] ¿no es cosa maravillosa? Sí por cierto. En las otras iglesias... sólo a sus feligreses procuran de informar en la vida espiritual... pero si miramos a la santa Compañía, y la fuerça con que estiende las raízes el granito de mostaza [*granum sinapis Ignatium appellat*], hallaremos que son padres de nouicios de todo christiano que viene a sus casas. Tan de propósito ponen en razón el ánimo del oficial y del cauallero y del ecclesiástico y del casado, procurando encerrarlos en nouiciaría», etc. Et paulo post: «Los effectos grandes que esta medicina de los santos exercicios ha hecho y haze en personas de diuersos estados, no se pueden encarecer, ni los creerán los que no an visto como yo muchas ánimas recuperadas a la vida espiritual» [1], etc.

Ludovicum granatensem, O. P., fuisse Societatis Jesu amatorem eximium ac defensorem; ac Societatem illi etiamnunc vicem reddere, magnumque ex illius libris, pietate, doctrina, eloquentia plenis, fructum capere, notissimum est [2]. Quod vero auctores quidam [3] testimonium ab ipso in laudem *Exercitiorum* prolatum esse aiunt, reperire non potuimus. Fortasse hoc scriptum numquam est, sed aliqua occasione verbo tantum expressum. Id quod etiam dicendum censemus de B. Joanne de Avila, cujus in scriptis multa in Societatis commendationem invenimus; de *Exercitiis* vero dicta non invenimus.

Italiae ac totius Ecclesiae decus S. Carolus Borromæus jure merito habetur. Quid ille de spiritualibus Sti. Ignatii *Exercitiis* senserit, plane ostendit A. Ratti, clarissimus bibliothecae vaticanae praefectus, cum paucis ante annis, ambrosianae praeses, lucubrationem e monumentis magna ex parte ineditis confectam in lucem protulit in recensione *San Carlo Borromeo nel terzo centenario della canonizzazione* [4]. Illam lucubrationem, praefatione ac translatione gallica ornatam, publici juris denuo fecit H. Watrigant, S. J., in CBE, in fasciculo n° 32 [5], ex quo nonnulla excerpimus. «Che con un corso di *esercizi spirituali* propriamente detti San Carlo inaugurasse quella che può ben dirsi la sua con-

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4ª, II, 55-56.

[2] Cf. *Vida y virtudes del venerable varón el Padre Maestro Fr. Luis de Granada, de la Orden de Santo Domingo,* por el licenciado LUIS MUÑOZ, l. III, c. IV, in ed. matritensi, 1782, pp. 467-488.

[3] FRANCISCUS GARCIA in *Vida y virtudes de S. Ignacio de Loyola,* l. I, c. IX, in ed. Matritensi, 1685, p. 66; VIGILIUS NOLARCI (CARNOLI S. J.) in *Vita del patriarca Sant' Ignatio di Lojola,* c. VI, in ed. veneta 1701, p. 67; DOMINICUS BOUHOURS in *La vie de saint Ignace fondateur de la Compagnie de Jésus,* l. IV, in ed. parisiensi 1679, pp. 321-322.

[4] N. 23 Settembre, M.CMX, pp. 482-484, Milano.

[5] *Saint Charles Borromée et les Exercices de Saint Ignace,* par Mgr. A. RATTI, Préfet de la Bibliothèque Ambrosienne, Enghien (Belgique), Mars 1911.

versione, è quello che i suoi biografi concordemente dicono ed essi sono pure concordi nell'attestare la pia consuetudine del Santo, di tornare fedelmente ai santi spirituali esercizi non una, ma due volte l'anno; che quei suoi primi esercizi spirituali San Carlo li facesse secondo il metodo di Sant'Ignazio, non sembra potersi mettere in dubbio, dal momento che li fece sotto la scorta del P. Ribera della Compagnia di Gesù» [1]. Paulo post ex ineditis litteris ejusdem Sti. Caroli ad cardinalem Paleotti illa transcribuntur: «Quanto agli essercitii spirituali che fanno gli ordinandi a i sacri ordini, il tempo determinato dal visitatore apostolico e dal concilio nostro provinciale era di un mese incirca, ma ne la pratica è di quindici giorni incirca... In torno poi al modo, si cerca di imitare i Padri Giesuiti et pigliare lume dalle regole loro, i quali hanno anco una certa forma dal P. Egnatio stampata in quel libretto che dev'essere notissimo a V. S. Illma. Però da loro potrà V. S. Illma. haverne ogni piena instruttione» [2].

Adde quod «anche dopo la sua conversione S. Carlo amava prendere per guida nei suoi spirituali esercizi i figli di colui che ne era stato il providenziale inventore» [3].

Denique cum videret prudentissimus Carolus magistro opus esse non modo sese exercenti, sed etiam exercitia danti; directorium quoque in *Exercitia* concinnare aggressus est. Hujus directorii notitiam primus dedit illustrissimus Ratti. Ad illud autem directorium conficiendum usus est S. Carolus notationibus illis, quas Ignatius compluribus libri sui locis apposuit, quas quidem notationes Directorium quoddam merito appellaveris.

«A quel primo direttorio ignaziano, inquit A. Ratti, volse l'occhio e la mano San Carlo nostro; et raccogliendone gli sparsi elementi, coordinandoli et illuminandoli qualche volta con titoli e didascalie, prese a comporne un corpo solo. Coerentemente ai titoli scritti in capo al codice dalla mano stesse di san Carlo, troviamo raccolti tutti e soli quei cenni, quelle regole e note che riguardano l'ufficio e l'opera del direttore, omesse tutte le altre. I vari testi sono presi e trascritti alla lettera dal volume: *Exercitia spiritualia a R. admodum in Christo Patre nostro M. Ignatio de Loyola, Societatis Jesu institutore et primo generali praeposito, auctore. Viennae Austriae in aedibus Caesarei collegii dictae Societatis Anno Domini 1563*» [4].

Loquitur deinde cl. Ratti de alio manu scripto monumento, ex quo novum argumentum ipsius judicio nascitur «dell'amore e dello studio da

---

[1] *Saint Charles Borromée et les Exercices de Saint Ignace*, par Mgr. A. Ratti, Préfet de la Bibliothèque Ambrosienne, Enghien (Belgique), Mars, 1911, p. 16.

[2] Ibid., pp. 18-19.

[3] Ibid., pp. 19-20.

[4] Ibid., p. 23.

lui [S. Carlo] posto agli esercizi di Sant Ignazio e nel metodo che ne governava l'applicazione.

«Era del resto, subjungit idem auctor, ben naturale per non dire felicemente inevitabile, che così fosse. Un libro come quello degli "Esercizi di S. Ignazio,, che quasi subito si affermò ed impose quale il più sapiente ed universale codice di governo spirituale delle anime, quale sorgente inesauribile della pietà più profonda ad un tempo e più solida, quale stimolo irresistibile e guida sicurissima alla conversione ed alla più alta spiritualità e perfezione, un tal libro non poteva non mettersi in prima fila fra i libri prediletti del nostro santo, di cui così bene rispecchiava e il genio caratteristico e le più nobili aspirazioni, e in una parola, tutto lo spirito» [1].

Aliud illius temporis lumen S. Franciscus Salesius fuit (1567-1622), quem compluries dedisse operam exercitiis ignatianis narrant ejus biographi [2].

Quanti vero librum *Exercitiorum* faceret, declarat vulgatum illius dictum: «plures homines ad bonam frugem per librum illum rediisse, quam litteras liber ipse contineat» [3].

Aliud tamen ejusdem sanctissimi viri testimonium pluris fortasse aestimandum sit.

In suo tractatu de amore Dei, l. XII, c. VIII, docet quanti ad virtutis perfectionem intersit, omnia ita peragere, ut nos ad agendum Dei

---

[1] *Saint Charles Borromée et les Exercices de Saint Ignace*, par Mgr. A. RATTI, Préfet de la Bibliotèque Ambrosienne, Enghien (Belgique), Mars 1911, pp. 28-29.

[2] *Vida de San Francisco de Sales*, escrita en francés según los manuscritos y autores contemporáneos, por el SR. CURA DE SAN SULPICIO y traducida por una religiosa... de la Visitación..., Madrid, 1892, l. III, c. IV; t. I, pp. 537, 540; t. II, p. 355; et cf. *Études*, Paris, 20 Mars 1912, pp. 823-824.

[3] Hoc testimonium sumimus ex libello periodico *Études*, Paris, 20 Martii 1912, in lucubratione *Saint François de Sales: les origines de la Visitation et les retraites de femmes*, p. 825, not. 2, ubi haec legimus: «Le témoignage le plus catégorique qui l'appuie [*authenticitatem illius testimonii*] est celui du P. François Renault, S. J. Voici ce qu'on lit dans une *Retraite* de ce Père: "Un autre saint qui a exercé la plus grande influence, saint François de Sales, disait que ce livre avait opéré plus de conversions qu'il ne contient de lettres. (Lettre inédite et autographe montrée au Père Renault par Mgr. Rey, évêque d'Annecy).» *(Retraite de trente jours du R. P. Renault, Veille de la retraite*, ms. conservé au château de 'S Heeren-Elderen, près Tongres, Belgique». Auctor tamen illius lucubrationis, Alain de Becdelièvre, dicit: «Il paraît difficile, dans l'état actuel des documents, d'en établir l'authenticité.» Et ratio est, quia: «Malheureusement, la lettre inédite et autographe de Mgr. Rey a si bien disparu aujourd'hui, que les éditeurs des *Œuvres de saint François de Sales* n'en ont aucune connaissance.» At si P. Renault fide dignus testis habetur, et Petrus Jos. Rey († 1842), Sti. Francisci Salesii in sede anneciensi successor, hujus formam scribendi noverat (id quod verisimillimum est), ratio firma non videtur esse dubitandi de testimonio illo. Caeterum, si parvi libri *Exercitiorum* litteras computabis, pro certo habebis, numerum hominum ab uno Francisco Xaverio aut ab uno Petro Claverio baptismo salutari lustratos multis millibus superiorem esse. Nec mirum videbitur, directe per *Exercitia*, bina fere millia hominum singulis annis meliores evasisse.

caritas moveat. Enumerat nonnulla genera hominum, qui singularem quamdam ex ea ratione sanctitatem acquirere soleant, quos inter sunt etiam illi «qui à dessein se procurent des profondes et puissantes résolutions de suivre la volonté de Dieu, faisant pour celà des retraites de quelques jours, afin d'exciter leurs âmes, par divers exercices spirituels, à l'entière réformation de leur vie: méthode sainte, familière aux anciens chrétiens, mais depuis presque tout à fait délaissée, jusqu'à ce que le grand serviteur de Dieu, Ignace de Loyola, la remit en usage du temps de nos pères» [1].

Haec igitur forte, cum S. Ignatii, tum *Exercitiorum* ejus, praecipua laus est, quod consuetudinem illam, de qua S. Franciscus Salesius loquitur, recedendi per aliquod tempus ab hominum tumultu atque uni propriae saluti vacandi, S. Ignatius per sua *Exercitia* ita induxerit, ut eam in multis dioecesibus sacri antistites jam diu adhiberi jusserint, ac recentissimum jus canonicum Ecclesiae legem fecerit [2]. Quamquam enim verissimum est his legibus per alia exercitia, quae ab ignatiana ratione differant, satis fieri etiam posse; certum tamen quoque est, et Ecclesiae praeceptis S. Ignatii *Exercitia* optime respondere, et moris illius exercitia faciendi «in pia aliqua religiosa domo» (can. 126), in seminario aut in alia pia vel religiosa domo» (can. 1.001), «per aliquot dies continuos» (can. 1.367) restitutorem et impulsorem Ignatium fuisse.

Nam quod ad laudes pertinet a summis pontificibus operi ignatiano collatas, praeter litteras apostolicas Pauli III inferius exscribendas, quae praecipua omnino et singularis *Exercitiorum* commendatio sunt; unum volumus Pii X testimonium afferre. Est illud in litteris ad P. Vedastum Carolum Criquelion S. J. die octavo Decembris 1904 datis: «Exercitiorum spiritualium consuetudinem, qualem praesertim, caelesti prorsus consilio, Sanctus Ignatius, legifer Pater vester induxit, semper nos magni fecimus, utpote in qua ad emendandos mores et christianos refovendos spiritus mirifica quaedam insit efficacitas. Nunc autem cum in hoc apostolatus fastigio collocati sumus, eo clarius apparet nobis quantum adjumenti afferre possit consuetudo ejusmodi ad propositum, quod habemus, instaurandi omnia in Christo» [3] etc.

E reliquis recentiorum temporum testibus unum seligimus Franciscum de Hettinger, theologiae professorem in universitate herbipolensi (Würzburg, in Bavaria) qui praecipuo studio dedit operam, ut librum ignatianum intelligeret et explicaret in opere *Die Idee der geistlichen Übungen nach dem Plane des heiligen Ignatius von Loyola*, Regens-

---

[1] *Oeuvres complètes de S. François de Sales*... Migne, 1861; III, 951.

[2] *Codex juris canonici*, Pii X, Pontificis Maximi jussu digestus, Benedicti Papae XV auctoritate promulgatus, cann. 126, 541, 571, 595, 1.001, 1.367.

[3] *SS. Pie X et les œuvres de retraites par Paul Debuchy*, S. J., 1906, Enghien, pp. 6-7; in CBE n° 1.

burg 1853. Mirabilem et plane novum librum illum appellat, qui mira quadam unitate et constantia praeditus sit, omniaque illa contineat, quae apta sint animis purgandis, excolendis, atque in eum perfectionis gradum impellendis, qui singulis eorum a Deo sit praestitutus. «Es sind inquit, die Exercitien ein wunderbares, bis dahin noch nicht gekanntes, auf unwiderstehlicher Consequenz gegründetes, in sich getragenes und abgeschlossenes System, ein aus der ewigen Wahrheiten des Glaubens bestehendes innig verbundenes und innerlich gegliedertes Ganze, das alles enthält, was immer die Seele läutern, reinigen, bilden und retten kann, ganz besonders aber um sie jener Stufe der Vollkommenheit entgegenzuführen, die sie nach den von Gott in sie gelegten Anlagen und dem Plane der göttlichen Prädestination einzunehmen berufen ist» [1].

Consulto adhuc omnia homimum de Societate testimonia omisimus, cum quia perspicuum et minime invidiosum est, sua cuique domestica bona carissima esse, tum ne parum auctoritatis in ejusmodi testibus esse videretur. Quid tamen de *Exercitiis* S. Ignatius auctor ipse sentiret, nefas esset omittere. Ut enim architectus melius quam caeteri omnes, domus a se constructae pulchritudines et utilitates novit; sic optime omnium Ignatius quanti facienda *Exercitia* sint declarare potest. Neque periculum est ne nimio sui amore ejus judicium vitiatum sit; homines enim ea sanctitate praediti, qui quid a Deo acceperint, quid de se habeant plane norunt, ab illa levitate immunes sunt.

Suam ergo S. Ignatius de exercitiorum utilitate sententiam in epistola quadam ad Emmanuelem Miona declaravit. Emmanuel Miona, sacerdos, Ignatio a confessionibus fuerat; cumque sanctus Pater gratum ob accepta beneficia animum exhibere optaret, nulla re melius id se praestare posse arbitrabatur, quam si Mionam ad exercitia per mensem peragenda adduceret. In hanc sententiam litteras ad illum die 16 Novembris anni 1536 dedit, e quibus aliqua hoc loco referemus.

«Y porque es razón, inquit, responder a tanto amor y voluntad como siempre me hauéis tenido, y como yo oy en esta vida no sepa en qué alguna centella os pueda satisfacer que poneros por un mes en exercicios spirituales... y aun offrecistes de lo hazer, por seruicio de Dios N. S. os pido, si lo auéis probado y gustado, me lo scriuáis; y si no, por su amor y acerbíssima muerte que pasó por nosotros, os pido os pongáis en ellos; y si os arrepintiéredes dello, demás de la pena que me quisiéredes dar, a la qual yo me pongo, tenedme por burlador de las personas spirituales, a quien deuo todo.» Et paulo post: «Dos y tres y otras quantas vezes puedo, os pido por seruicio de Dios N. S. lo que hasta aquí os tengo dicho, porque a la postre no nos diga su diuina Magestad por qué no os lo pido con todas mis fuerzas, siendo todo lo

[1] Pagg. 10-11.

mejor que yo en esta vida puedo pensar, sentir y entender, assí para el hombre poderse aprouechar a sí mesmo como para poder fructificar, ayudar y aprouechar a otros muchos» [1].

His rebus de ipso *Exercitiorum* libro praelibatis, ad alias, quae hujus editionis magis propriae sunt, gradum facimus.

CAPUT II

DE EXERCITIORUM AUCTORE AC TEMPORE

Otiosum forte videbitur de nostrorum *Exercitiorum* auctore verba facere, cum pene omnes, etiam ii, qui S. Ignatium plura vel pauciora ex alieno fonte derivasse autumant, eum tamen esse verum *Exercitiorum* auctorem affirment. At nos ita, Deo propitio, id ostendemus, ut ex testimoniis afferendis etiam tempus innotescat, quo scriptus libellus est; quare etiam hoc caput ab auctore ac tempore nuncupavimus. Imo aliud non exigui momenti ex nostris argumentis conficies, quantum scilicet Deus lumen naturae vires excedens, quam exiguam homines doctrinam Ignatio ad *Exercitia* perficienda contulerint.

ARTICULUS I

S. IGNATII DICTA ET FACTA

Primum igitur Ignatius ipse non tam verbis, quam agendi ratione, se auctorem *Exercitiorum* semper professus est. Compluti, Salmanticae, Parisiis, Venetiis, Romae *sua Exercitia* tradebat, de *suis Exercitiis* non semel accusatus est, *sua Exercitia* aliis describenda permittebat.

Compluti *suis Exercitiis* in aliorum salutem utebatur Ignatius. Nam si complutenses in eum factos processus cum libello nostro conferre voles, clarissima videbis indicia.

In primo processu: «E con estas a hablado enseñándolas los mandamientos e los pecados mortales e los çinco sentidos e las potençias del ánima.., e dice que cada día fagan esamen de su conçiençia, dos veces cada día traiendo a la memoria en lo que an pecado... e les conseja que se confesen de ocho a ocho días e reçiban el sacramento en el mesmo tiempo» [2]. Idem fere duobus aliis testimoniis continetur.

Sequitur processus tertius: «E esta les dixo que le quería hablar [a Iñigo]; e ansí le habló e le dixo que le mostrase el seruiçio de Dios. E el Ynnigo le dixo la avía de hablar un mes arreo... e la dixo que le avía de declarar las tres potençias, e ansí se las declara: e el mérito que se ganaua en la tentaçión; e del pecado venial, cómo se facía mortal; e los dies mandamientos e çircustançias; e pecados mortales; e

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 111-113.
[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 609-610.

los çinco sentidos... e le mostraua el esamen de la conçiençia, e que le ficiese dos veces al día, vna después de comer e otra después de çenar, e que se asentase de rodillas e dixesse: Dios mío, padre mío, criador mío. Graçias y alabanças te hago por tantas merçedes commo me as fecho e espero que me as de façer. Suplícote por los méritos de tu pasión me des graçia que sepa esaminar bien mi conçiençia...

»E que quando dixesse el Abe María, que diese vn sospiro e contenplase en aquella palabra, Abe María; e luego, graçia plena, e contemplar en ella...

»E la decía que non jurase ningún juramento, ni dixese: así Dios me salue; ni por mi vida...» Ita processus [1].

Haec iisdem fere verbis legere licet in libello *Exercitiorum:* «La primera manera de orar es cerca de los diez mandamientos y de los siete peccados mortales, de las tres potencias del ánima y de los cinco sentidos corporales» [2]. «El tercero modo de orar es que con cada vn anhélito o resollo se ha de orar mentalmente, diziendo vna palabra del Pater noster o de otra oración que se reze...» [3]. In f. 7 docet Ignatius «dos maneras de merescer en el mal pensamiento que viene de fuera»; item qua ratione «venialmente se peca», et «dos maneras de pecar mortalmente», et «no jurar ny por Criador ny por criatura». In f. 9 tradit qua ratione discutienda conscientia sit: «El primer puncto es dar gracias a Dios N. S. por los beneficios resçibidos. El segundo pedir gracia para conoscer los pecados y lançallos.»

Jam ista exercitia, confessio et communio, ea fere sunt, quae rudioribus Ignatius proponenda commendat in annotatione duodevicesima: «Se puede dar el examen particular y después el examen general; iuntamente por media hora a la mañana el modo de orar sobre los mandamientos, peccados mortales, etc., comendándole también la confessión de sus peccados de ocho en ocho días, y si puede tomar el sacramento de quince en quince, y si se afecta mejor, de ocho en ocho» [4].

Adde Ignatii testimonium insertum in *Acta P. Ignatii*, a P. Ludovico Gonzales de Cámara annis 1553-1555, Romae, ex S. Patris ore excepta [5]; invenies exercitia tradere solitum esse Ignatium Compluti: «Y estando en Alcalá se exercitaua en dar exercicios spirituales y en declarar la doctrina cristiana» [6], idque etiam dum erat in carcere inclusus, «hazía lo mismo que libre, de hazer doctrina y dar exercicios» [7].

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 611-613.
[2] F. 37v.
[3] F. 40.
[4] F. 4.
[5] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 31-98.
[6] Ibid., 70.
[7] Ibid., 72.

Salmanticam venit dimidiato anno 1527. Cum e dominicanorum coenobio eductus et in carcerem missus est, interroganti baccalaureo Frías dedit Ignatius «todos sus papeles, que eran los Exercicios» [1], quae postquam judices theologi quatuor diligenter inspexissent «insistieron mucho en vn solo puncto, que estaba en ellos al principio; de quándo vn pensamiento es peccado venial y de quándo es mortal» [2]. Quo loco aperte Ignatius *Exercitia* vocat «sus papeles». Parisios ingressus die secundo Februarii 1528 [3], versatus ibi est ad annum 1535. Testatur Ignatius, compluribus simul exercitia se impertitum esse, «daba quasi a un tiempo exercicios a tres» [4]; Fabrum et Xaverium per exercitia socios sibi adjunxisse, «guadagnò a seruitio di Dio per mezzo degli essercitii» [5]. Cum autem Parisiis in Hispaniam profecturus eodem anno 1535 esset, audivit se ad inquisitorem esse delatum, putabatque jamjam vocatum iri; cum tamen frustra exspectaret, sponte ad inquisitorem venit, eumque rogat, ut causam ad finem perducat. Respondet inquisitor nihil se magni momenti adversus Ignatium habere; «solamente uoleua ueder li suoi scritti degli essercitii; et uedendogli, gli lodò molto, et pregò il pelegrino [*Ignatium*] gliene lasciasse la copia; et così lo fece» [6].

Ineunte anno 1536 Venetias pervenit: «In Venetia in quello tempo s'exercitaua in dare gli exercitii et in altre conuersationi spirituali» [7].

Denique cum Romam venisset anno 1538, «di Roma andò il pelegrino [*Ignatius*] a Monte Cassino a dar gli exercitii al dottor Ortiz, et ui fu 40 giorni» [8]; et paulo post «tornando a Roma... daua exercitii spirituali a diuersi in un medesimo tempo».

Exercitiorum praeterea meminit vel Ignatius vel Consalvius in iisdem Actis ad paginas: 42, «después que hizo los exercicios»; 78, «todos [*salmantini judices quatuor*] habían visto los Exercicios. Y aquí le preguntaron muchas cosas no sólo de los Exerçiçios...; quando hablauan de los Exerçiçios»; 92, «fare gli exercitii... Haueua paura non gli insegnasse negli exercitii qualche dottrina catiua... Questo si aiutò molto notabilmente negli exercitii»; denique in pagina 97: «Io, dipoi queste cose narrate, alli 20 di Ottobre domandai al pelegrino degli exercitii et delle constitutioni, uolendo intendere come l'hauea fatte. Lui mi disse che gli essercitii non gli hauea fatti tutti in una uolta, senonchè alcune cose, che lui osseruaua nell'anima sua et le

---

1 *Monum. Ignat.*, ser 4.ª, I, 77.
2 Ibid., 78.
3 Ibid., ser. 1.ª, I, 74.
4 Ibid., ser. 4.ª, I, 82.
5 Ibid., 85.
6 Ibid., 88.
7 Ibid., 92.
8 Ibid., 95.

trouaua utili, gli pareua che potrebbero anche essere utili ad altri, et così le metteua in scritto, uerbi gratia, dello examinar la conscientia con quel modo delle linee, etc. Le elettioni spetialmente mi disse che le haueua cauate da quella uarietà di spirito et pensieri, che haueua quando era in Loyola, quando staua anche malo della gamba.»

Quorsum haec tam multa Ignatii testimonia? Ut ex Ignatii cum dictis tum factis certo intelligas (praesertim si Acta ipsa, unde illa excerpta sunt, perlegeris); non modo eum se auctorem *Exercitiorum* semper professum ab aliisque auctorem haberi passum esse: sed de iisdem semper etiam *Exercitiis* loqui, eademque proinde *Exercitia*, quoad substantiam, ut cum Lainio, uno ex primis sociis ejus parisinis, loquamur [1], tradidisse Compluti anno 1526, quae Romae tradebat anno 1539 et de quibus a Consalvio interrogatus, respondebat Ignatius anno 1555.

Cum tamen ipse Ignatius affirmarit, fecisse quidem se *Exercitia*, omnia vero non uno quasi tractu fecisse, neque uberius interroganti Consalvio responderit; quaerenda nobis aequalium de hac re testimonia sunt, eorum scilicet aequalium, qui cum Ignatio familiarirer diu egerunt, qui veraces et sunt et habentur, quorum propterea dicta inter se cohaerentia repudiare liceat nemini.

ARTICULUS II

IGNATII AEQUALIUM TESTIMONIA

P. Hieronymus Nadal, ab Ignatio in Societatem cooptatus die 29 Novembris anno 1545, in eaque summis ac difficillimis muneribus functus, de *Exercitiis* disserens: «Fuit, inquit, illius methodi Exercitiorum auctor P. Ignatius, Dei beneficio atque instinctu, et quidem eo tempore quo ad poenitentiam et ad orationem ad urbem Manresam secessit... Secessit enim, ut ipse spiritualiter exerceretur, et poenitentiae operam daret. Quae igitur ipse experientia comperit sibi profuisse ex iis, quae omnibus putavit fore utilia, in libellum redegit.» Quibus verbis statim adjungit: «His Exercitiis, quoad vixit, ab initio usque suae conversionis, usus est et pro se et pro aliis» [2].

Consentit cum Natali Polancus, qui ab epistolis Ignatio per annos octo, Lainio et Borgiae toto supremi magistratus tempore fuit: «Post praedictam illustrationem, inquit, atque observationem, spiritualium exercitiorum methodum et rationem proponens animam a peccatis per contritionem et confessionem purgandi, et in meditationibus mysteriorum Christi et ratione bonae electionis faciendae circa vitae statum et res quaslibet, et demum in his, quae ad inflammandum amorem in

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser 4.ª, I, 103.
[2] *Epist. P. Nadal*, IV, 666.

Deum et varios orandi modos pertinent, proficiendi, perutilem operam proximis navare coepit.» Haec (quae, compendio, sunt *Exercitia* ignatiana) de manresano Ignatii tempore scribit Polancus in capite III *Vitae Ignatii Loyolae* [1], quibus paulo post novum robur addit his verbis: «Spiritualia ergo illa Exercitia, quae a Deo ipse edoctus acceperat, multis Manresae communicare coepit; et iterum: «sed potissimum spiritualium exercitiorum [ratione] (quae satis late Manresae patuerunt)» [2], etc. Porro in epistola quadam data 8 Decembris 1564, ubi Societatis originem narrat, primos Ignatii pro animorum salute conatus omnino tribus capitibus complectitur: exemplis, colloquis familiaribus, exercitiis spiritualibus, «que sin maestro le auía Dios enseñado a él mesmo para su aprouechamiento», quorum ope «comenzó a hacer muy notable fructo en muchos prójimos, en especial en un pueblo de Cataluña llamado Manresa» [3].

His adjungendum Oliverii Manarei testimonium, qui etsi non totius libelli, ejus tamen partis cujusdam praecipuae meminit, qua suum Ignatius animum Manresae coluerit. «A suae conversionis et vocationis initio, inquit, dum se recepisset ad Montem Serratum et ad locum solitarium, praecipue duobus exercitiis vacabat, de duobus videlicet vexillis, et de rege ad bellum se comparante contra hostem infernalem et contra mundum» [4]. Erat autem Manareus natione gallus; Societati nomen dedit anno 1551; egit familiariter cum Ignatio Patre, quem diligentissime observabat audiebatque, a quo vicissim magni fiebat; omni denique gubernandi officio in Societate, uno excepto supremo magistratu perpetuo, functus est. Quocirca hujus viri testimonium tantam prudentissimo cuique fidem facere debet, quantam caeteri, quos proferimus, Ignatii aequales.

Quos inter Lainius, Ignatio in Societate condenda socius, in eaque gubernanda successor primus, postquam Manresae et mentem illius singulari lumine illustratam et animum cum vexatum cruciatibus, tum robore confirmatum declaravit, subjungit: «En este mismo tiempo hizo vna confisión muy general de toda su vida, y vino, quanto a la sustancia, a hazer las meditaçiones que llamamos Exerçiçios, viuiendo muy ordenadamente... de manera que en espaçio de un año en Manrresa al-

---

[1] *Chron. Po.*, I, 21.

[2] Ibid. 25.

[3] *Po. Complementa*, I, 507. Hanc Polanci epistolam noverat P. Nicolaus Lancicius (1574-1652); ait enim: «In epistola R. P. Polanci... ad quemdam illustrissimum anno Domini 1564, 8 Decembris, data, legi: Patri nostro Ignatio Exercitia spiritualia ab ipso Deo, sine humano magisterio esse revelata». *(Monum. Ignat.* ser. 4.ª, I, 526). Haec Lancicius. Quo autem sensu intelligendum sit illud «revelata» perspicies ex originali hispano «le había enseñado».

[4] P. Oliverii Manaraei, S. J., *Exhortationes*... Bruxellis, rue Royale, 165, 1912. Ed. P. Losschaert, S. J., pag. 344.

cançó tanta lumbre del Señor, que casi en todos los misterios de la fe fué espeçialmente illustrado y consolado del Señor, singularmente en el misterio sanctíssimo de [la] Trinidad, en la qual tanto meditaua y se deleitaua su spíritu, que siendo hombre simple, que no sabía sino leer y escribir, con todo empeçó a escriuir un libro... [*nota hunc non esse librum Exercitiorum*]. Y con este grande prouecho suyo le hizo también a muchas almas en la misma Manrresa» [1].

Denique Petrus de Ribadeneira, qui anno 1540 in Ignatii societatem venit, cum eoque aliisque ejusdem aequalibus diu et familiarissime vixit, ita in Vita S. Ignatii. l. I, c. VIII, refert: «Hoc eodem tempore [*id est, dum Manresae versabatur*] Exercitiorum spiritualium librum (quem appellant) ex accurata eorum, quae sibi contigerant, observatione conscripsit.» Atque in editione hispana consulto monet, scriptum esse librum eo tempore «con la suficiencia de letras que habemos dicho que tenía (que era solamente leer y escribir)». Eamdem rem, juratus coram nuncio apostolico Camillo Gaëtano, affirmavit. Nam inter alias causas, propter quas aestimat Ribadeneira Ignatium magnae sanctitatis virum, haec est: «El auerle enseñado Dios, siendo hombre que aun no auía estudiado, y dádole el medio de los exercicios spirituales, por el qual ganó a todos sus primeros compañeros y a muchos de los que después los siguieron, y tantos han entrado en otras religiones, y muchos seglares han enmendado sus vidas» [2].

Atqui hos omnes, Ribadeneiram, Lainium, Polancum, Natalem, designare illa voluisse *Exercitia*, de quibus Ignatius et Consalvius in Actis sermones miscent, et ipsa eorum verba aperte testantur, et quicumque Societatis Jesu initia ex ipsis monumentis aliquatenus noverint, plane concedant necesse est. Omnes enim Ignatii alumni, quotquot eo tempore de *Exercitiis* loquebantur, «los ejercicios, gli essercitii, dar ejercicios», etc., illa sola significare volebant exercitia, quae hoc volumine continentur. Quod si argumentis confirmatum velis, adeas, quaeso, *Monumenta historica Societatis Jesu*, quorum omnia fere et singula volumina, saepius *Exercitia* commemorant, collatisque rerum et verborum indicibus, locos illos oculis perlustra, qui sub voce *Exercitia* indicantur; nullus dubitabis, quin Natali assentias affirmanti: «His Exercitiis quoad vixit [Ignatius] ab initio usque suae conversionis usus est et pro se et pro aliis.» Manresae itaque Ignatius sua scripsit, quoad substantiam, atque usurpavit *Exercitia*.

A testimoniis recentioribus proferendis supersedemus, tum quia haec omnem ab antiquis illis probandi vim recipiunt, tum quia qui auctoritate ipsius Ignatii eorumque aequalium, Lainii, Polanci, Natalis, Ribadeneirae, Manarei, ad assentiendum non moventur aut moveri se

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 103-104.
[2] Ibid., II, 159-160.

dissimulant, multo minus a La Palma [1], Pinio [2], aliisve quibuscumque movebuntur.

Quaeret fortasse quispiam, quaenam ad substantiam *Exercitiorum* pertinere, quaenam proinde Manresae scripta esse videantur. Ex eorum numero censemus ea fere omnia esse, quae in corpore *Exercitiorum* contineri diximus, seu a capite, quod «Principium et fundamentum» inscribitur, usque ad contemplationem, quae ad amorem in Deum fovendum proponitur. Haec enim ita unam quasi rem efficiunt, ut cogitari nequeat longioribus temporum intervallis esse coagmentata [3].

Tres illi orandi modi, qui contemplationem ad amorem consequuntur, etsi ad corpus libelli non pertinent, tradebantur ab Ignatio saltem ab anno 1526, quo tempore Compluti versabatur [4].

Regulas ad spiritus discernendos et ad scrupulos sentiendos ex Ignatii vita ab ipso narrata, Manresae etiam ortas esse intelligimus.

Aliter dicendum de vitae Christi mysteriis, quae cum notationibus illis non modo capitum, sed litterarum etiam, quibus singula olim capita dividebantur, neque ex Ludolfo, qui has litteras non habet, desumpta sunt, et hominem sacri textus bene peritum significant. Vide praeterea infra, quae de textibus Evangeliorum dicemus, qui apud Ludolfum et Ignatium reperiuntur.

De regulis ad eleemosynas distribuendas nihil certi affirmare possumus. Sunt enim regulae omnino septem: quinque priores eam doctrinam continent, quam in tractatu de electione, in modo posteriore bene eligendi, tradiderat Ignatius. Ex altera parte in regula septima fit mentio concilii carthaginiensis, quod Ignatio vix innotescere poterat Manresae. Rursus in hac ipsa regula septima exemplum sanctorum Joachim et Annae affertur, id quod Ignatius legere certe potuerat Loyolae in *Vita Christi* et in *Flore Sanctorum*, ut suo loco ostendemus. Igitur si forte hujusmodi regulas antiquioris originis quoque existimes esse, locum illum de concilio carthaginiensi additamentum posterius dices, id quod ipsi *Exercitiorum* corpori contigisse judicamus.

Denique regulae ad sentiendum cum Ecclesia scriptae ab eo videntur, qui protestantium errores, Ecclesiae doctrinam, doctores antiquos, praesentem christifidelium statum, pericula, item remedia ad illa prae-

---

[1] *Camino espiritual*, part. I, l. I, cc. I et II.

[2] *Acta Sanctorum*, t. VII Julii, *Commentarius praevius*, §§ V et VI, pp. 428-432. Consentiunt etiam, quod ad tempus et locum scriptionis *Exercitiorum* pertinet, Franciscus van Ortroy in *Analectis bollandianis*, t. XXVII, pp. 397-398; Ludovicus Pastor, loco paulo inferius afferendo, ad finem art. I, c. III sequentis; Paulus Debuchy, in CBE, n.° 6, *Introduction à l'étude des Exercices*, Enghien (Belgique) 15 Décembre 1906, p. 11; H. Watrigant, *La Genèse des Exercices*, Amiens, 1897. P. Watrigant commentarios invenies etiam in libello periodico *Études*, tomis LXXI (506-259), LXXII (195-216), LXXIII (199-228), Paris, anno 1897.

[3] Vide testimonium Hettinger, supra, p. 25.

[4] Supra, art. I, p. 28.

cavenda bene noverat. Quare, cum illae regulae ad eam, quam diximus, substantiam *Exercitiorum* non pertineant, jure putamus, illas aut Parisiis aut in Italia esse conscriptas.

Ex modo dictis constat quid de verbis P. Yepes, O. S. Ben., judicandum sit, qui haec scribit: «Comunicóle [*P. Chanones P. Ignatio de Loyola in Monte Serrato*] los Ejercicios que escribió Fr. García de Cisneros... y éstos llevó consigo el P. Ignacio a Manresa; en ellos se ejercitaba los primeros años de su conversión, y éstos enseñaba a los que al principio le comunicaban, y destos se aprovechó en los años de adelante, cuando habiendo oído artes y teología compuso aquel tan docto y provechoso libro de los Ejercicios» [1].

Idem fere repetit in f. 238v. «Después, cuando ya vino a ser hombre perfecto y consumado, docto en artes y teología, hombre de grande espíritu, poderoso en obras, palabras y escritos, puso, quitó y añadió muchas cosas en el Ejercitatorio que le habían dado en Monserrate, y acomodóle a su instituto y modo de vivir con que hizo tanto provecho en el mundo, y con que sus hijos y discípulos hacen tan extraordinarios efectos.»

Haec, quatenus tempus attingunt, quo sua *Exercitia* Ignatius usurpare coepit, plane opposita sunt testimoniis aequalium Ignatii modo prolatis, ex quibus certum est, Ignatium jam inde ab initio suae conversionis suis *Exercitiis* usum esse tam pro se quam pro aliis. Neque conciliari possunt cum ipsius Ignatii dictis, qui affirmat, se Salmanticae, ante igitur quam artibus et theologiae operam dedisset, judicibus examinanda tradidisse *Exercitia* sua, non opus Cisnerii, ubi locum illum de distinctione inter peccatum mortale et veniale cogitatione commissum frustra quaesieris. Deinde, non intelligitur quid sibi illa velint, tum demum Ignatium scripsisse *Exercitia* cum, post artium theologiaeque studia, esset «vir potens operibus, verbis et scriptis». Nihil ante *Exercitia* scripsit Ignatius, quo «vir scriptis potens» dici possit, etiamsi studio illo absoluto scripta *Exercitia* esse finxeris.

At vero, inquies, quae narrat Yepes habet non modo ex conjectura et firma traditione [2]; sed ex juratis testibus [3]. Respondemus: In primis non distinguit Yepes quae ex traditione dicit ab iis quae dicit ex conjectura. Nam quae Parisiis fecit Ignatius, theologiae studio absoluto,

---

[1] *Corónica de la Orden de S. Benito*, t. IV, Valladolid, 1613, f. 237 r. Hunc auctorem plerique omnes invocant, qui originem litterariam Exercitiorum ab Exercitatorio P. Cisneros, O. S. Ben. plus minusve petunt. V. Constantini Cajetani opus *De religiosa S. Ignatii, sive S. Enneconis, fundatoris S. J., per Patres Benedictinos institutione*, etc. Item DOM JEAN MARTIAL BESSE, *Revue des Questions historiques*, t. LXI, París, 1897, pp. 22-51; DOM LUIS PIERDET ejusdem ordinis, in *Revista ecclesiástica*, Valladolid, 15 de Junio de 1916. De qua re postea uberius.

[2] YEPES, ibid.

[3] PIERDET, ibid., p. 499.

certe non novit Yepes ex traditione monserratensi; quae autem dicit ex traditione, explicanda sunt ex aequalium testimoniis fide dignis. Praeterea sive traditio sive testes, etiam jurati, qui tamen multis annis post rem narratam vixerint, aliquid ex auditione famaque affirment, quod conciliari nequeat cum dictis aequalium fide dignorum etsi non juratorum; tenendum erit, id reapse falsum esse, licet bona fide et errore, qui culpa vacabat, verum habitum et jurejurando confirmatum sit.

Nos tamen non putamus errasse monachos illos testes (quorum auctoritate nititur traditio monserratensis) in iis quae de Ignatio protulerunt, sed alios, qui illorum dictis plus etiam quam ipsi testes tribuerunt. At de his commodius agemus deinde, in capite III, art. II, § 4, cum *Exercitiorum* fontes externos vestigabimus.

CAPUT III

DE FONTIBUS EXERCITIORUM

Postquam de auctore diximus *Exercitiorum*, fontes inquirendi sunt, unde illa Ignatius exhausit.

Polancus in praefatione *Vulgatae* versionis ait «non tam a libris quam ab unctione Sancti Spiritus et ab interna experientia et vsu tractandorum animorum» edoctum Ignatium *Exercitia* confecisse. Paulus III «Exercitia spiritualia ex Sacris Scripturis et vitae spiritualis experimentis elicita» esse affirmat in litteris apostolicis «Pastoralis officii».

Ex quibus locis duo fontium genera distinguenda sunt: hinc vitae spiritualis experimenta, inde libri, quos inter etiam Sacrae Scripturae. Et libros quidem fontes externos, vitae spiritualis experimenta internos jure dixeris; in quorum numero non solum illa collocari posse videntur, quae Polancus «usum tractandorum animorum» vocat; sed etiam, quam ille dicit «unctionem Sancti Spiritus» sive lumina singularia Ignatio a Deo tributa. Deus enim Ignatium ita instituebat Manresae, ut ludimagister puerum instituere solet, idque «ora... fuese por su rudeza y grueso ingenio, o porque no tenía quien le enseñase, o por la firme voluntad que el mismo Dios le auía dado para seruirle» [1].

ARTICULUS I

DE FONTIBUS INTERNIS

Quoniam ex dictis capite II certum est, Manresae ab Ignatio, litterarum rudi, nec diu in tractandis aliorum animis versato, *Exercitia* esse facta; unctionem Sancti Spiritus et propriae ipsius vitae experimenta fuisse omnino singularia, extraque ordinem illi a Deo esse praesidia

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 53.

collata necesse est. Cujus rei quamquam alia sunt perspicua nec dubitanda indicia, testem certe alium praeter Ignatium ipsum requirere nec possumus nec debemus. Eorum enim, quae in animo quisque suo sentit, nisi expertus, conscius est nemo; postquam vero et illius viri prudentia apud omnes homines in confesso est, et sanctimonia supremo Pontificis certissimoque judicio sancita; ea, quae ipse de se iis in rebus S. Ignatius affirmat, certa viro prudenti sunt judicanda; nisi evidentissimis argumentis ostendas, eum humano errore lapsum, a quo certe ne sanctissimi quidem et prudentissimi viri sunt immunes.

Narrat igitur Ignatius multa se Manresae singulari omnino Dei beneficio didicisse. «Una vez, inquit, yua por su deuoçión a vna yglesia, que estaua poco más de vna milla de Manrresa, que creo yo que se llama Sant Pablo, y el camino va junto al río; y yendo assí en sus deuociones, se sentó vn poco con la cara azia el río, el qual iba hondo. Y estando allí sentado se le empeçaron [a] abrir los ojos del entendimiento; y no que viese alguna visión, sino entendiendo y conoçiendo muchas cosas, tanto de cosas spirituales, como de cosas de la fe y de letras; y esto con vna illustraçión tan grande, que le pareçían todas las cosas nueuas. Y no se puede declarar los particulares que entendió entonçes, aunque fueron muchos, sino que recibió vna grande claridad en el entendimiento; de manera que en todo el discurso de su vida, hasta pasados sesenta y dos años, coligiendo todas quantas ayudas aya tenido de Dios, y todas quantas cosas a sabido, aunque las ayunte todas en vno, no le pareçe aber alcanzado tanto, como de aquella vez sola.» Ita de se tanquam de alio quodam ipse loquitur Ignatius [1].

Quibus verbis animadverte, quaeso, doctum esse hac occasione S. Parentem etiam multa «de cosas de la fe y letras». Quaenam illa fuerint, non exposuit ille uberius. Est tamen in ejus vita locus, qui eam rem maxime illustrare queat. Versabatur Ignatius in salmanticensi Fratrum praedicatorum coenobio; et quaerenti Fratri Pedro de Soto, qua de re conciones Ignatius ejusque socii haberent: «Nosotros, dize el peregrino, no predicamos, sino con algunos familiarmente hablamos cosas de Dios, como después de comer con algunas personas que nos llaman. Mas, dize el frayle, ¿de qué cosas de Dios habláis? que esso es lo que queríamos saber. Hablamos, dize el peregrino, quándo de vna virtud, quándo de otra, y esto alabando; quándo de vn vicio, quándo de otro, y reprehendiendo. Vosotros no soys letrados, dize el frayle, y habláis de virtudes y de uiçios; y desto ninguno puede hablar sino en vna de dos maneras: o por letras o por el Spíritu Sancto. No por letras; pero por Spíritu Sancto; y esto que es del Spíritu Sancto, es lo que queríamos saber. Aquí estuuo el peregrino vn poco sobre sí, no le pareçiendo bien aquella manera de argumentar; y después de haber callado vn poco, dixo

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 54-55.

que no era menester hablar más destas materias»; atque urgenti Fratri «el peregrino dixo: Padre, yo no diré más de lo que he dicho, si no fuesse delante de mis superiores, que me pueden obligar a ello». Id in eo, quod diximus, coenobio contigit [1].

Post dies aliquot, cum jam in carcere teneretur, «le preguntaron [*judices quatuor*] muchas cosas, no sólo de los Exerçiçios, mas de theología, verbi gratia, de la Trinidad y del Sacramento, cómo entendía estos artículos. Y él hizo su prefatión primero [*id est, dixit se litteris non studuisse*]. Y todavía mandado por los juezes dixo de tal manera, que no tuuieron que reprehendelle. El bachiller Frías... le preguntó también vn caso de cánones; y a todo fué obligado a responder, diziendo siempre primero que él no sabía lo que dezían los doctores sobre aquellas cosas. Después le mandaron que declarasse el primero mandamiento de la manera que solía declarar. Él se puso ha hazello, y detúuose tanto y dixo tantas cosas sobre el primero mandamiento, que no tuuieron gana de demandalle más» [2].

Ex hac narratione (quam ut veram putes, narrantis auctoritas cogit, ut falsam habeas, nulla causa est) vides imprimis, Ignatium dilemma illud «doctrina vestra aut studio et labore acquisita est, aut a Sancto Spiritu data» non negasse, neque enim negari poterat; multa deinde de rebus theologicis, quibus operam dederat nullam, interrogatum, de quaestionibus difficillimis recte loquutum esse; tum ad quaestionem de jure canonico respondisse, et recte quidem, id quod aperte affirmatur a Ribadeneira [3], et satis certe ex ipsius Ignatii narratione colligitur; denique de primo decalogi praecepto ita disseruisse, ut judices nihil amplius exquirerent.

Facile intueris jam qua via potuerit Ignatius Manresae doctrinam ad *Exercitia* conficienda necessarium ediscere:

«Sic a Domino ipso fuit edoctus, inquit Polancus, ut licet nihil unquam a Scripturis sanctis vel doctoribus didicisset, sufficienter ipse instructus etiam ad alios instruendos fuisset» [4].

Jam vero quanta vitae spiritualis experimenta eo jam tempore Ignatius in animo fecisset suo, pulchre ex Ribadeneira Ludovicus Palmensis contraxit: «Quien considere la oración que tenía nuestro Padre en este tiempo, las penitencias que hacía, la mortificación en que se ejercitaba, las tentaciones que había padecido y las victorias que había alcanzado y las consolaciones e ilustraciones con que nuestro Señor le visitaba, hallará que todo esto era tanto y en tan alto grado, que no solamente pudo escribir un libro tal como decimos, sino que, habiendo de escribir, no podía ser sino que el libro en este género fuese muy

[1] *Monum. Ignat.*, ser 4.ª, I, 76.
[2] Ibid, 78.
[3] *Vida de San Ignacio*, l. I, c. XV.
[4] *Chron. Po.*, I, 23.

acabado y perfecto» [1]. Et paulo post: «Tenía ya experiencia del consuelo interior y del desconsuelo, de la devoción y de la sequedad, de la alegría del espíritu en el ejercicio de la penitencia y mortificación, y de la contradicción y repugnancia de la carne; y finalmente había probado los varios espíritus, que como vientos turban el corazón del hombre; y en una borrasca, nacida de los escrúpulos, se había visto en punto de anegarse, y, con la gracia de Dios, había salido bien de todo y cobrado ánimo y destreza de buen marinero y piloto experimentado para gobernar su navío entre estas olas y tempestades, hasta ponerle en puerto seguro por medio de la fe y confianza y conformidad con la voluntad de Dios» [2].

Fecit itaque Ignatius *Exercitia*, Deo praesertim magistro; atque ita semper existimarunt Societatis alumni antiquissimi; id quod ex Polanci et Natalis testimoniis supra datis certissime constat [3]. Eamdem rem Ignatius ipse non obscure significavit, cum Consalvio de Cámara diceret, ut habes supra [4], Deum sibi magistrum Manresae fuisse, etiam forte ob eam causam «quia qui eum doceret, non habebat».

Quam rem variis nominibus designant auctores: «Dei beneficium atque instinctum» Natalis [5]; doctrinam a Deo acceptam, unctionem Sancti Spiritus Polancus [6]; magnum Dei auxilium [7], divini luminis illustrationem [8], atque etiam unctionem Sancti Spiritus [9] Suárez; «cognitionem et lumen supernaturaliter infusa» [10] judices rotales Ludovisius, Manzanedus, Pamphilius.

Quae cum proferimus ac nostra facimus, speramus neminem fore, qui sive his viris sive nobis succenseat, quasi *Exercitia* ignatiana Sacris Bibliis dignitate similia facere volentibus [11]. Sed, ut horum trium judicum verbis utamur: «Cum dicta Exercitia sint pietate ac sanctitate plena... factaque fuerint eo tempore quo dictus Beatus Pater erat idiota

---

[1] *Camino espiritual*, parte I, l. I, c. II, ed. Barcelona, 1860, p. 23.

[2] Ibid., p. 24.

[3] Supra. p. 30 et 31.

[4] Pag. 35.

[5] *Epist. P. Nadal*, IV, 666.

[6] In praefatione *Vulgatae* versionis, quae incipit «Quidam de Societate»; infra, ante *Exercitiorum* textus.

[7] SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 2.

[8] Id., ibid., c. VII, n. 1.

[9] Id., ibid.; c. VI, n. 2.

[10] In Relatione facta Paulo V super vita et miraculis B. P. Ignatii, *Monum. Ignat.*, ser. 4ª., II, 1009.

[11] In *Anal. Boll.*, t. XVII, Bruxellis, 1898, p. 383, legimus: «Enfin, je ne comprends pas qu'au début de sa dissertation (p. 9) le P. Watrigant réserve la question *de l'inspiration* du livre des Exercices. Quand il ne s'agit pas de l'Écriture sainte, ces sortes de préocupations semblent tout à fait déplacées et de nature à engendrer bien des méprises.»

et litterarum ignarus, vtique cogimur fatcri dictam cognitionem et lumen supernaturaliter infusa potius quam acquisita fuisse.»

Ac res quidem per se loquitur. Nisi enim singulare omnino Dei praesidium admittatur, negandum erit factum a multis ac fide dignis testibus comprobatum: ita nimirum necessario et saepissime agunt ii, qui Deum aut esse aut res humanas curare negant. «Sans cette grâce, inquit P. Debuchy, la composition des Exercices reste un mystère» [1]. Et Ludovicus Pastor ait, mirabile quiddam esse, hominem bellatorem, qui legere et scribere tantummodo didicisset, hujusmodi opus potuisse scribere tam alte in animos intuens, tanta claritate, doctrina, vi praeditum. Addit, ipsum Ignatium ac primos ejus alumnos singularem in ea re Spiritus Sancti interventum perspexisse [2].

Neque illis auctoribus, qui de doctrina Ignatio divinitus data vel etiam infusa loquuntur, contrarius est Ludovicus de La Palma, etsi ait nec voluisse Deum subito Ignatium docere, neque haec illi *Exercitia* per infusionem et revelationem tradere. Negat enim, *Excrcitiorum* doctrinam ita Ignatium a Deo didicisse, ut sine experimento disceret; affirmat sic a Deo magistro accepisse, ut, non subito, sed gradatim per aliquot menses Manresae edoctus, acciperet atque insignis magister evaderet [3].

ARTICULUS II

DE OPE A B. VIRGINE IGNATIO COLLATA AD EXERCITIA CONSCRIBENDA

Consulto in capite secundo et in huius capitis articulo primo, totam hanc rem integram reliquimus. Ibi enim facta certa argumentis certis firmanda erant. Opem autem B. Virginis, non solum communem illam, qua auxilia omnia hominibus a Deo collata per B. Virginem conferri tenemus, sed singularem aliquam, qualem tulit exempli causa B. Virgo ipsi Ignatio aegrotanti, ut ex Ignatio Consalvius accepit [4]; hanc, inquam, singularem opem, ex testimoniis hominum, quae nobis adhuc innotuerunt, probabilem ducimus, certam dicere nondum audemus.

Haec opinio late diffusa est per universam Societatem et extra eam,

---

[1] CBE, n.° 6, *Introduction à l'étude des Exercices spirituels de Saint Ignace*, Enghien (Belgique), 15 Décembre 1906, p. 13.

[2] «Es bleibt immer eine denkwürdige Erscheinung, das ein Kriegsmann, der nichst als lesen und schreiben gelernt, der eben erst einen sehr weltlichen Treiben den Abschied gegeben, ein geistliches Buch von solcher Innigkeit, Klarheit, Tiefe und Kraft verfassen konnte. Ignatius selbst und seine ersten Schüler erblickten darin ein besonderes Walten des göttlichen Geistes.» (Ludwig von Pastor, *Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters*, V, Freiburg im Breisgau, 1909, p. 384. In notatione 6 hujus loci indicat Pastor *Monum. Ignat.*, Ser. 4.ª, I, pp. 52-53, n. 27, ubi dicit Ignatius, sibi eo tempore magistrum fuisse Deum.

[3] *Camino espiritual*, ubi supra, annot. 7, pp. 22-23.

[4] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 42.

jam inde a tribus saeculis [1]. P. Mutius Vitelleschi, praepositus generalis Societatis Jesu, imaginem pictam (quae postea non modo picta, sed sculpta etiam longe lateque propagata est), ad manresanos anno 1617 [2] misit, in qua Ignatio in spelunca scribenti B. Virgo, puerum Jesum in ulnis gestans, sublimis assidet.

Utrum illa imago fons primus aut saltem praecipuus fuerit, ex quo illa opinio permanarit; an potius opinionem jam prius communem communiorem fecerit, res ambigua est. Sed hoc alterum veritati videtur consentaneum magis. Nam verisimile non est praepositum generalem, primam novi generis imaginem facturum fuisse, nisi opinioni jam tum probatae illa respondisset.

Qua vero ratione nata illa opinio est? Nulla nobis suppetunt Ignatii neque illius aequalium testimonia: quae, si unquam scripta sunt, aut perierunt, aut in tenebris latent. Testimonium quod aliqui auctores Laynio tribuerunt [3], repertum adhuc non est.

De singulari autem magisterio B. Virginis, quo Ignatius ad *Exercitia* scribenda forte usus sit, quamquam nihil, ut modo indicavimus, nobis testatum reliquit P. Consalvius de Cámara in ea narratione, quam ex ore ipsius Ignatii acceptam nobis tradidit, ea tamen ibi narrat, quae satis firmum conjecturis fundamentum, ut originem illius opinionis perscrutemur, praebent [4]. Sunt autem quae sequuntur:

Primo: Deus Ignatium docebat, ut ludimagister puerum docere solet; atque hujus rei causas tres ipse Ignatius esse potuisse significat, quarum altera erat «porque no tenía quien le enseñase — quia magistrum alium non habebat» (inter mortales certe, ut indicat orationis contextus).

Secundo: «Muchas vezes y por mucho tiempo, estando en oraçión, veía con los ojos interiores la humanidad de Xpo».

Tertio: «A nuestra Señora también a visto en símil forma».

Quarto. «Estas cosas que a visto le confirmaron entonçes [*cum in oppido Manresa versabatur*] y le dieron tanta confirmaçión siempre de la fe, que muchas veçes a pensado consigo», etc.

Revoca in mentem illa, quae supra de libro *Exercitiorum* deque eorum auctore ac tempore diximus, et cum his rebus conjunge, quas modo collegimus; videbis profecto: Ignatium certo scripsisse *Exercitia*

---

[1] H. WATRIGANT, S. J., *Lettres historiques et critiques*, deuxième lettre, pp. 13-19, Uclés (in Hispania) anno 1894.

[2] ASTRAIN, S. J., *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España*, t. I, c. X, p. 161, ed. alt., Madrid, 1912.

[3] FRANCISCUS GARCÍA, S. J., *Vida, virtudes y milagros de S. Ignacio de Loyola*, l. I, c. IX, Madrid, 1685, pp. 61-62; VIGILIUS NOLARCI (CARNOLI, S. J.), *Vita del patriarca Sant'Ignatio di Lojola*, c. VI, Venetia, 1701, p. 55. Dictum illud Laínio non tribuit HADRIANUS LYRAEUS in *Apophthegmatum S. Ignatii* l. I, apophthegma nonum, ed. Antuerpiae, 1672, p. 92.

[4] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 53-54.

Manresae, singulari quodam a Deo lumine illustratum; Manresae magistrum ipsi fuisse Deum, non hominem e mortalibus ullum [1]; Christum saepe ab illo visum esse; B. Virginem quoque, qua frequentia non dicit Ignatius, utrum quoties videbat Filium, videret etiam Matrem, an frequentius, an rarius, ex Ignatii verbis non liquet, qui tamen ejus rei unicus esse testis potest.

Cum itaque «diu ac saepe» Christum Ignatius, orationi per septem quotidie horas incumbens, videret; cum simili modo, etsi forte neque tam saepe neque tam diu, B. Virginem suspiceret; cum Deus illum, quasi ludimagister puerum, institueret; cum denique eo tempore *Exercitia* faceret, quae sine singulari Dei lumine facere non potuit; nonne probabilissime dicendum est, hoc lumen a Deo per Christum et B. Virginem Ignatio esse collatum?

Non leviter haec conjectura ex eo firmatur, quod Ignatius ipse, sibi, Societatis Jesu Constitutiones facienti, contigisse narrat. Cum enim de paupertatis gradu in domibus professorum statuendo deliberaret, auxilium et lumen a Deo sibi per B. Virginem concedi sentiebat videbatque. «Y con sollozos sentiendo seer la Madre y el Hijo intercesores... después della [*post missam*] muy crecida devoción y mucho abundantes lágrimas, viendo y sentiendo los Mediadores con grande seguridad de alcanzar lo perdido [*aliquam consolationis gratiam*] y en todos estos tiempos... teniendo por firme la oblación hecha y no cosa alguna contra ella» [2]. Plures hujusmodi sententias afferre possemus; sed proprius earum locus erit in tertia serie *Monumentorum* ignatiana, quae ex Constitutionibus Societatis Jesu constabit. Quod si ad eas condendas adjutrix Ignatio B. Virgo fuit singularis, mirum certe esset, Beatissimae Matris praecipuam operam *Exercitiis* defuisse, quae id Constitutionibus sunt, quod arboribus nucleus. Et vides hoc etiam loco mentionem Beatae Virginis et Christi Domini pariter fieri.

Quare in hac re P. Joanni Creixell, S. J., assentimur, qui auxilium illud Christo ac B. Virgini attribuendum censet [3]; idque omnino consentaneum est verbis, quae per Gabrielem archangelum cuidam piae foeminae dicta feruntur: «B. Virginem quasi institutricem et adjutricem Ignatio in condendis Exercitiis fuisse.» De quo testimonio nunc dicendum.

At prius revocare in mentem oportet quae supra de internis animi sensibus diximus, eum qui eos experiatur, unicum eorumdem sensuum esse testem; proinde quae is affirmet, tantam mereri fidem, quantam ipse mereatur. Jam vero homines illi, qui fidei lumine non fruuntur, cum semel Gabrielis archangeli aut B. Virginis aut similium personarum

[1] Non significat Ignatius, nihil se ab hominibus eo tempore didicisse, sed nullum hominem sibi proprii nominis magistrum fuisse.

[2] In opere *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae*, Matriti, 1892, p. 351.

[3] *San Ignacio en Manresa*, Barcinone, 1914, p. 192.

afferri dicta audierint, risu quodam, nisi etiam stomacho, moventur. Quibuscum hoc loco non agimus. At catholicam veritatem intuentibus et profitentibus dubium non est, quin Deus, B. Virgo, alii caelites cum homine mortali non modo communicari possint, sed revera interdum communicentur, eique aliqua nota faciant. Revelatio quidem publica, quam veram omnes habere teneantur, absoluta jam est, ex quo tempore ultimus apostolorum e vita migravit. Privati tamen homines interdum a Deo de rebus quibusdam certiores ita fiunt, ut ipsi quidem nullo modo dubitare possint; caeteri vero secundum prudentiae leges de illis ipsis rebus judicium ferre debeant.

Cum igitur aliqua hujusmodi aut audimus aut legimus, temeritatis certe est, statim, nulla disquisitione praemissa, pro veris accipere. At vero num minoris levitatis indicium putemus, statim, nulla disquisitione præmissa, pro falsis damnare? Nisi forte gravius errat qui delirantis animi somnia, aut illudentis daemonis fraudes Deo attribuit, quam qui Deum loquentem spernit.

Expendamus igitur quanta relati superius testimonii auctoritas sit. V. P. Ludovicus de la Puente, Societatis Jesu sacerdos, vir fuit animorum regendorum peritissimus; iis virtutibus praeditus, quarum causa speramus hominem summis catholici cultus honoribus decoratum iri; vitae, quae supra naturam est, imprimis expertus [1]. Hujus itaque viri sunt quae sequuntur:

«Entre las personas que he tratado de muy alta y levantada oración, que no han sido pocas, después que trato almas, una dellas a quien Nuestro Señor y su Santa Madre hacían muy extraordinarias misericordias, de cuya verdad en lo que dice tengo la certeza moral que los hombres podemos tener de cosas semejantes, me contó lo que aqui diré. Sabiendo esta persona que los de la Compañía se recogían a hacer estos ejercicios el año de mil y seiscientos, como tenían de costumbre, quiso ella también recogerse para hacerlos en su casa del modo que pudiese; y habiendo ya comenzado, estando una mañana con Nuestro Señor en su oración, vió con los ojos del alma venir y llegarse cerca della un Santo Ángel de grande majestad; y admirada de verle y no sabiendo quién pudiese ser, la dijo cómo era el Arcángel San Gabriel, que venía a traerla un recaudo de parte de la Sacratísima Virgen nuestra Señora. Ella, que era humilde, en oyendo esto se admiró mucho más, y se encogió y pidió al ángel, que antes de darla tal recaudo, la diese licencia para que tratase despacio con Nuestro Señor de cosa tan grande, como en casos semejantes solía hacerlo. El ángel, que gusta mucho de la humildad y recato y santo encogimiento, res-

[1] Conferri potest opus: *Prudentia eximii ascetae venerabilis Patris Ludovici de Ponte e Societate Jesu in examinandis ac approbandis venerabilis virginis Marinae de Escobar divinis revelationibus relucens, et vindicata per* R. P. JOANNEM TANNER *ejusdem Societatis theologum*, Pragae, 1698.

pondió, que era muy contento dello; y así, dejándole como si allí no estuviera, se fué a Nuestro Señor, que está presente en todo lugar, como la fe nos lo enseña, y con grande sentimiento y afecto le representó su miseria y bajeza, suplicándole tuviese misericordia della, y apartase della todo lo que no fuese muy conforme a su santísima voluntad. Habiendo estado un rato en estas y otras peticiones, oyó la interior voz del Señor, que la decía que oyese las razones que la quería decir el ángel. Entonces, certificada ya interiormente de que todo aquello era obra de Dios, del modo que su majestad suele hacerlo con sus siervos, y lo hacía con los profetas, oyó de rodillas y con grande reverencia el recaudo del santo ángel, en que la decía de parte de la soberana Reyna del cielo, que en los ejercicios que había pensado hacer de discurso y meditaciones de las grandezas de Dios y de los infinitos bienes que por este Señor nuestro se nos comunicaron (casi al modo que se hace en la Compañía), recibiría muy particular servicio de lo que [a] hiciese como lo había pensado; porque la hacía saber, que ella era y había sido como patrona y fundadora de aquellos santos Ejercicios de la Compañía, y había sido ayudadora y como enseñadora del santo Padre Ignacio, para que así se hiciese; y en esta razón había tenido en ella principio esta obra; y también porque ella se ocupaba muy a la continua el tiempo y años de su vida en estos santos ejercicios. Esta fué la revelación [*pergit Ludovicus de La Puente*], de cuya verdad, como dije, miradas todas las circunstancias de la persona que la tuvo, no tengo duda» [1].

Haec V. P. Ludovicus de La Puente. Quae quidem non modo nullis factis certis adversantur, sed cum illis apprime cohaerent.

Ludovicus de La Puente fidem habere huic mulieri non dubitavit; levitatis notam certe non incurret, qui ipsi Ludovico fidem habeat. Ut enim Ignatio de se testimonium ferenti fidem habemus, quia fide dignissimus est; sic Marinae Ludovicus de La Puente, propter illius sanctitatem, fidem habuit; nos Ludovico de La Puente prudenter assentimur, quia rei, de qua agitur, magister erat peritissimus.

Verum ad aliorum testimonia redeamus. Historia seu potius annales antiqui collegii barcinonensis Societatis Jesu, cui nomen erat «Colegio de Belén» in nostro archivo servantur. Ad f. 21v. legimus: «Pasando por Manresa [*P. Laurentius de San Juan*] supo del señor Amigant que

[a] *Sic ed. nostra. At sensus et constructio postulant* que lo hiciese *vel etiam* que hiciese, *ut est in opere* La vida maravillosa de la venerable virgen Doña Marina de Escobar, *parte prima, c. V, § II, ed. Madrid 1766, p. 23.*

[1] *Vida del V. P. Baltasar Alvarez de la Compañía de Jesús,* c. XLIII, ed. Madrid 1880, pp. 464-465. Fuit autem persona illa Marina de Escobar (1554-1633), cujus hic nomen omittitur, quia vita Balthasaris Alvarez edita est primum anno 1615, cum adhuc in vivis Marina esset. Ejus historiam scripsit etiam Ludovicus de La Puente edendam post Marinae mortem. Mortuo tamen prius Ludovico, edita est anno 1660.

la Virgen abía dictado los Exercicios a N. P. S. Ignacio después de un rapto en la Anunciata de su casa, como lo tenían [1] notado i sabido de boca del santo cuando estuvo allí.»

Quid de hoc testimonio sentiendum? Imprimis additum illud est annalibus postquam jam et praecedentia et sequentia conscripta erant, idque commode fieri potuit ad imam paginam, scriptis duobus versibus in ea parte, quae pura relicta erat. Horum tamen versuum scriptura ejusdem aetatis et probabilissime ejusdem manus ac reliqua pagina esse videtur. Hoc itaque nomine fides huic testimonio non est neganda.

Deinde verbum *dictandi* exiguam parit difficultatem, cum facile intelligi possit latiore significatione *suggerendi*, *docendi*. Quod si quis velit intelligere, ut sit dicere ac pronuntiare quae alius excipiat, atque ita dictasse B. Virginem *Exercitia* Ignatio putet; nae ille vehementer errat, cum propter alias causas, tum vel maxime quia, si B. Virgo *Exercitia* ita dictasset, certe Ignatius illa nunquam postea emendasset. Atqui eum illa postea emendasse, certissimum est, id quod ex capitibus II, III et IV horum *Prolegomenon* aperte consequitur.

Postremo verisimile quidem non est protulisse Ignatium illud testimonium iisdem illis verbis, quibus in allato loco exprimitur, expressis etiam adjunctis illis, quae in eodem testimonio indicari videntur. Sed facile fieri potuit, ut Angela de Amigant (cui una cum aliis piis foeminis exercitia quaedam Ignatium tradidisse Manresae affirmant testes quidam in processibus [2], in qua re hi testes dicta Polanci et Natalis [3] confirmant) facile, inquam, fieri potuit, ut illa Angela de Amigant, audiens Ignatium de rebus ad pietatem pertinentibus ea ratione loquentem, qua auditores miro quodam aestu in Dei amorem et peccati odium rapiebantur [4], laudibus et orationem et Ignatium prosequeretur, quas ille demisso animo a se deprecatus, Deo ac Beatae Virgini tribuendas diceret, a quibus illud boni pro singulari beneficio accepisset. Hoc aut aliud simile dixisse Ignatium, nihil est cur verisimile non esse videatur. Quare neque ex hac parte incommodum singulare est.

Sed quis est ille Amigant? Unde tenebat id quod narrabat?

P. Laurentius de San Juan, Societatis Jesu, qui testimonium supra dictum a domino Amigant audivisse fertur, Manresam venit anno 1601 [5].

---

[1] Pro *tenían* (id quod certe est in cod.) typis excuserunt auctores quidam *tenía*, hujusque verbi subjectum fecere *el señor Amigant*. At praeterquam quod falsa lectio est, non potuit ille Amigant, qui anno 1606 numerabat annos 35, quidquam ex Ignatii ore accipere, qui anno 1522 vel 1523 Manresa profectus erat.

[2] Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, pp. 364, 369, 377-378, etc.

[3] Vide supra, pp. 30 et 31.

[4] Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 174; in processu azpeitiano, interrogationem tertiam, p. 356; in processibus manresanis anni 1595, articulum octavum, p. 524; in processibus remissorialibus anni 1606, interrogatorium decimum, ad eaque omnia testium responsiones.

[5] *Anales del colegio de Belén*, ms., in apogr. p. 76.

Jam vero anno 1595 Manresae jam versabatur Joannes Amigant [1]. Deinde anno 1606 in processibus apostolicis testis undecimus comparet, Joannes de Amigant, aetatis annorum 35, V. J. D., filius Ludovici de Amigant, nepos Angelae de Amigant [2]. Adde octavum volumen, quod est in archivo templi manresani principis, continens baptizatorum eorumque parentum et patrinorum nomina, ad annum 1606; est ibi quoque Joannes de Amigant, etiam J. V. D., cujus filia in sacro fonte lavata est die 11 Octobris [3]. Atque hic in ea domo vir princeps fuisse hoc tempore videtur. Cum itaque annales nostri meminerint «del señor Amigant» quasi de homine omnibus cognito; sumimus, illum Joannem, qui testis in processibus manresanis anno 1606 fuit, eumdem esse qui cum Laurentio de San Juan loquutus perhibetur.

Quae autem narrasse fertur, potuisset a Ludovico patre, ab Agnete matre, ab Angela avia audire, vel etiam in domesticis chartis legere.

Quod si haec omnia ita se habent, jure speramus, Joannem de Amigant aliquid de eadem re in processibus dicturum. Atqui nihil dixit. Nec tamen occasio illi defuit. Dicitur enim in articulo undetricesimo, qui agit de oratione et illustrationibus: «Cum dictus P. Ignatius, adhuc poenitens et laicus, in continuis orationibus et meditationibus Manrese occuparetur, permultas diuinas illustrationes habuit, quibus et experientia quotidiana ac virtutum exercitationibus illuminatus, libellum quendam composuit... quem Exercitia spiritualia appellauit» [4] etc. Nonne hic locus valde opportunus erat, ut illa Joannes de Amigant narraret juratus, quae Laurentio de San Juan narrasse dicitur injuratus? Dixit autem «quod in praesenti oppido est publica uox et fama prout in articulo continetur, et quod ipse testis audiuit a nonnullis personis, quae dictum patrem Ignatium cognouerunt et allocuti fuerunt ac tractarunt» [5].

Vix aliud quod respondeamus habemus, quam ut suspicemur, aut alium esse Amigant, qui cum Laurentio de San Juan loquutus sit, alium vero Joannem, qui testimonium in processibus tulit, aut, si idem uterque sit, Joannem nostrum, quae dicenda erant, oblitum esse.

Utrumvis nobis veri similius videtur, quam aut ipsum Amigant, aut Laurentium de San Juan, aut scriptorem annalium, illa, quae in his annalibus leguntur, omnino confinxisse arbitremur. Fatendum tamen est hoc processuum silentio non parum auctoritatis nostris annalibus detrahi, in quos error fortasse irrepsit.

Denique, ne quidquam quod ad rem facere videatur omittamus

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 380.

[2] Ibid. pp. 716-717.

[3] Ex notationibus mss. ad nos missis per marchionem de Palmerola, insignem Amigantium familiae sobolem.

[4] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 554.

[5] Ex cod. *Barcin. I*, f. 393v.

locus quidam est in codice *Piedad de los Amigant* [1], f. 23, hujusmodi: «17. San Inacio dió los exercicios espirituales a la señora Angela de Amigant luego que se los vbo dictado la Virgen.

»Es constante que la Virgen santíssima enseñó los exercicios espirituales, que oi día pratica la Compañía de Jesús, a San Inacio. Conociendo el santo el copioso fruto que se coge dellos, los comunicó a la señora Angela de Amigant, como tan discípula de su enseñanza. Así lo declara el processo de la canonización de San Ignacio, fol. 377.»

Ne ex his verbis falso inferatur, in processibus mentionem illius opinionis fieri, de qua hic agimus; locum illum processuum afferre juvat: «Recitabat, inquit, etiam ipsa Dna. Canyelles eidem testi [Francisco Puig, sacerdoti], se una cum Dna. Amiganta, Dna. Rouiralta, Dna. Clauera, et aliis honestis mulieribus uitae exemplaris hujus oppidi [Manresae], solitam esse accedere ad sacellum Sancte Luciae... et ibi audire a dicto Patre Ignatio spiritualia exercitia» [2], etc.

Testatur igitur Franciscus Puig in processibus, data esse ab Ignatio exercitia manresanis quibusdam mulieribus, qua in re, jam diximus, illum cum antiquissimis testibus Polanco et Natali convenire; de origine vero *Exercitiorum* nihil dicit. Auctor itaque illius loci, quem modo attulimus, sumit quidem doctum esse Ignatium *Exercitia* per Beatam Virginem; in processibus autem inveniri dicit illud: tradita esse ab Ignatio exercitia piae foeminae Angelae de Amigant.

Qui de hoc argumento plura desideret, adeat libellum Henrici Watrigant, S. J., supra laudatum. Sed ea quae diximus ejusmodi sunt, ut in posterum certiora testimonia sperare liceat. Nonne in tenebris usque ad haec fere tempora testes jacuerunt, qui Ludolfum cartusianum auctorem esse dicerent illius *Vitae Christi*, quam Ignatius, e morbo convalescens, Loyolae legebat? Tenebat id quidem communis opinio; sed Pinius [3] saeculo duodevicesimo, et Watrigant [4] undevicesimo jam in finem vertente, antiquiorem auctorem quam Bartolum proferre non poterant. At nos tres invenimus, quorum primus, Natalis, Sancti Ignatii aequalis fuit. Certo scimus complura esse aut saltem fuisse Societatis monumenta, epistolas v. c. Sti. Ignatii, quae nobis adhuc ignota sunt; quid in illis monumentis diceretur, nescimus.

Hinc patet, argumentum, quod ex monumentorum silentio contra piam hanc opinionem desumitur, non parum infirmari. Quod si Ignatius perpetuo silentio illud oppresserit; multae eius rei causae esse potuerunt, praeterquam quod res ipsa non accidisset, etiam v. g. quia *Exercitia spiritualia* non ex privata illustratione, sed ex publica Eccle-

[1] Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 511, annot. 1.
[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 709.
[3] *Acta Sanctorum*, t. VII Julii, *Commentarius praevius*, § IV, ed. Vivès, p. 425.
[4] *La Genèse des Exercices*, p. 17.

siae catholicae approbatione auctoritatem apud omnes habere debere intelligebat.

ARTICULUS III

DE FONTIBUS EXTERNIS

§ 1. De fontibus externis in universum

Praeter vitae spiritualis experimenta, sacras tantum scripturas Paulus III commemorat, nec tamen alios fontes excludit, quos nomine «librorum» Polancus complexus est. Suárez quoque aliqua ex Patrum operibus in *Exercitia* manasse indicat. Agens enim de veritate materiae, quae in *Exercitiis* meditanda proponitur, ait, in omnibus aut dari historiae veritatem, aut jaci fidei fundamentum. «Quod si aliquid ulterius additur, inquit continuo, aut ex certa experientia aut ex Patrum doctrina desumptum est» [1]. Eamdemque rem in tradendis documentis observari adjungit.

Ex modo loquendi quo et Suárez et Polancus usi sunt, qui modus antiquissimis testibus communis est, intelligimus non magnam ex librorum lectione et litterarum studio in librum *Exercitiorum* supellectilem pervenisse, quibus tamen verbis nullatenus significamus aut novam *invenisse* Ignatium doctrinam, aut librum illum quasi de caelo delapsum esse, ejusque doctrinam omnem illius animo divinitus infusam, aut Ignatium nihil prorsus ex aliorum sive doctrina sive libris desumpsisse; sed illud significare volumus, neque librorum legendorum studiosum eum fuisse, id quod paulo post ipsum dicentem audiemus, neque eum ea lectione ad librum suum conscribendum magnopere indiguisse, quippe qui a Deo tantum luminis accepisset.

Atque hoc loco cum fontes *Exercitiorum* externos vestigamus, eam praesertim libri partem intelligimus, quam corpus *Exercitiorum* diximus.

Rationem autem quam tenuit Ignatius in libro conficiendo tribus viis rimari possumus: ex iis quae de hac re P. Consalvio Sanctus Pater dixit, ex aequalium testimonio, ex codicibus manuscriptis. Codices postea expendemus. Ignatium ejusque aequales audiamus. «Gli essercitii, non gli hauea fatti tutti in una uolta, senonchè alcune cose, che lui osseruaua nell' anima sua et le trouaua utili... et così le metteua in scritto» [2]... Natalis vero: «Vt primum se comparabat ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, quae meditationes illam vehementius iuuabant, illas in libello describebat. Tum vbi meditabatur in Jesu Christi vita idem factitabat... Post consumata studia congessit delibationes illas Exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia» [3]...

---

[1] SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 4.
[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 97.
[3] *Epist. P. Nadal*, IV, 826.

Polancus verbis superius transcriptis subjungit: «Quamvis temporis progressu haec etiam ad maiorem perfectionem deducta sunt» [1].

Ex horum testimoniis cognoscimus quo modo suum opus Sanctus Pater Ignatius ad statum praesentem perduxerit: postquam illud Manresae conscripsit, usus praesertim lumine divinitus accepto, neque illa negligens, quae sive animo imbiberat legens quorumdam auctorum libros, sive in suo libro, aliud agens, descripserat; nunquam annis consequentibus ab eo perpoliendo destitit. Ad illum itaque tam conficiendi quam perpoliendi laborem ex libris, quibus est usus, atque ex litterarum, philosophiae theologiaeque studio aliquid praesidii Ignatium petivisse putandum est.

Atque ut ab Ignatii studiis ordiamur; linguae latinae cognitioni, Barcinone ac Parisiis acquisitae, probabiliter tribuenda sunt latina verba nonnulla et locutiones, quae tamen in corpore *Exercitiorum* paucissima sunt, et potius philosophiam scholasticam vel theologiam quam grammaticam redolent. Huc spectant verbi gratia participia et substantiva illa «subiecta materia», «el subiecto humano», «todo el composito» (quorum tamen multa sunt apud Ludolfum) [2] et declarationes «ut in pluribus» in meditatione de duobus vexillis, et illa «id est, habet se ad modum laborantis» in contemplatione ad amorem; quarum declarationum illa «ut in pluribus» recentissima videtur esse; adjecta enim est in margine Autographi, deerat in exemplari Natalis, cujus manu addita est, neque exstat in codicibus *Reginae* et *Fabri*.

Caeterum voces locutionesque nonnullae sunt latinae quidem, quae tamen in usu erant vel etiam sunt apud hispanos; hujus generis sunt: «in prontu», «inmediate», «superbia», «morula» et alia [3].

Ad philosophiam praeterea vel theologiam scholasticam referenda est oppositio interdum occurrens materiam inter et formam [4]; etiam fortasse illa enumeratio, quae est in oratione praeparatoria primi exercitii primae hebdomadis: «Todas mis intenciones, acciones y operaciones»; loquuntur enim philosophi de operationibus facultatum, actiones tribuendas aiunt supposito, intentio ad voluntatem pertinet, estque id unde tandem subjecti bonitas pendet. Illa autem plena enumeratio non est in *Vulgata* versione, nec reperitur in codice *Regina*, nec in *Fabro*, qui tantum dicunt «intentiones et actiones».

Potiore jure huc pertinent nonnulli textus Sanctorum Patrum, locus concilii carthaginensis [5] et hoc genus pauca alia.

---

[1] *Chron.*, I, 21.

[2] I, XVIII, IV. Vide infra, § 3, initio.

[3] Vide infra, *Glossarium*.

[4] In prima hebdomade nunquam expresse; in secunda semel post tertium praeludium contemplationis de incarnatione, f. 18; iterum post tertiam contemplationem, f. 20; in tertia hebdomade, in notatione prima post secundam contemplationem, f. 31v.

[5] Regulae in distribuendis eleemosynis, f. 59.

E quibus autem libris haec omnia originem trahant, discutiendum non censemus, ne operam et oleum perdamus, inquirentes quos auctores in manibus habuerit Ignatius Barcinone, Compluti, Parisiis; quos etiamsi inveniremus, vix aliquid certi affirmare possemus [1].

Neque enim satis est qualiscunque doctrinae vel etiam methodi, ut aiunt, similitudo, ad duorum operum cognationem illico ita statuendam, ut recentiorem auctorem ab antiquiore doctrinam vel ejus proponendae modum cepisse dicendum sit. Secus enim non modo eamdem rem pluribus auctoribus acceptam referes, et iis quidem interdum, quos recentior auctor nunquam legerit; sed etiam Ignatio, *Exercitiorum* auctori, tantum librorum legendorum studium, tantam auctorum cognitionem affinges, quae cum rebus aliunde certis componi non possint, quod satis erit in praesens strictim attigisse; deinde plenius exponemus.

§ 2. De fontibus quibusdam externis singillatim

Ut igitur scopulos hujusmodi declinemus, cum fontes *Exercitiorum* externos inquirimus, seu cum de libris agimus, e quibus aliqua in *Exercitiorum* librum manare potuerint; vestigandum imprimis est, quos libros Ignatius legeret Manresae, seu dum *Exercitia* faceret, quos vero legisset Loyolae, id est, antequam *Exercitia* faceret. Quod si praeterea unum vel plures in libro *Exercitiorum* locos inveneris, quorum doctrina et modus dicendi cum doctrina et modo alius auctoris omnino conveniat; merito concludes aut illum auctorem aut aliquem huic similem ab Ignatio lectum. Vix enim fieri potest ut inter duos auctores, nullo prorsus nexu inter se conjunctos, tanta earum rerum omnium concordia sit. Sed cavendum ne id ex uno verbo aut etiam sententia eruamus.

Jam ipse Ignatius, res a se gestas Consalvio enarrans, haec de libris a se in loyolaea paterna domo lectis ait: «Le dieron un Vita Christi y un libro de la vida de los Santos en romance» [2]. De libris vero quibus Manresae utebatur, breviter ipse, ut solet: «En Manresa hauía visto primero el Gerçonzito, y nunca más auía querido leer otro libro de deuoción» [3]. Denique «Ordinariamente leya a la misa la pasión» [4].

Quinam vero hi libri fuerint videamus. Sacrae passionis historiam significari autumamus in ipsis evangeliis a Matthaeo, Marco, Luca et

[1] Est tamen locus in *Autographo*, in regulis ad discernendos spiritus secundae hebdomadis propriis, f. 56, ubi versus integer ita deletus est et charta attrita, ut legi nullo modo possit; at ex Versione latina inedita, quam habes infra, colligimus locum allatum ad S. Thomam pertinere. Sic enim habet: «Hoc probat B. Thomas 1ª 2.e q. 9ª, ar. 16 et q. 10, ar. 4.» Ubi pro *ar. 16* (qui error librarii est) lege *1,6*, i. e. *1 et 6*.

[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4ª, I, 40. Profanos auctores hic omittimus, quia proprii *Exercitiorum* fontes dici non possunt, summum occasio aliqua fuerint. Cf. *Stimmen aus Maria Laach*, 1882, dreiundzwanzigster Band, pp. 32-55, 154-171.

[3] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 200.

[4] Ibid., p. 49.

Joanne conscriptam, non opus aliquod de Christi passione lucubratum, qualia nonnulla jam ante annum 1522 typis exscripta prodierant [1]. Primum ex modo dicendi «legebat passionem»; deinde quia legebat «in missa» ad quam non est verisimile, eum aut magnum volumen aut carmina legenda attulisse; denique quia constat ex testimonio P. Balduini, qui ab Ignatio rem audivit [2], et ex narratione Joannis Pasqual [3], solitum esse legere Ignatium eo tempore libellum *Horas de Nuestra Señora*, qui, praeter alia complura, etiam passionis historiam interdum continebat [4].

Libellum *Gerçonzito* notum est illum esse, quem *De imitatione Christi* Thomas a Kempis conscripsit.

Quinam vero liber erat, quem Ignatius appellat «de las vidas de los santos en romance?» Ut eum omittamus, qui dictus est *Flos Sanctorum* romançat» Barcinone typis editus anno 1494, quippe qui catalaunice scriptus non aderat certe in domo loyolaea, quatuor vel quinque nobis innotuerunt, in quos incidere potuit Ignatius.

Omnium antiquiss.mus ille videtur esse, cujus Gallardo notitiam suppeditat: *Flos Sanctorum*. A honor e a | labança de nro. señor ihū xpo a | qui comiẽça el Flos santorum con sus ethi | mologias» [5]. Notat auctor (vel potius qui opus compleverunt, Zarco del Valle et Sancho Rayón)

---

[1] Valentiae anno 1493: *Historia de la Passió de Nostre Senyor Deu Jesu-Christ, ab algunes altres piadoses contemplacions, seguint lo evangeliste Sanct-Joan*, auctore BERNARDO FENOLLAR. Opus oratione ligata scriptum. Pulcherrimum ejus exemplar vidimus in bibliotheca nationali matritensi.—Valentiae quoque anno 1595: *De la pasió del nostre Senyor;* hoc autem est volumen quartum Ludolfi cartusiensis, et exstat in eadem bibliotheca. Haec quidem catalaunica lingua scripta erant; sed censendum est Ignatium, aliquot menses Manresae commoratum, hanc linguam intellexisse; nam pueros ibi doetrinam christianam docebat; id quod eum catalaunica lingua praestitisse, merito conjeceris.—Caesaraugustae anno 1494. iterum Hispali anno 1517 typis editus est liber ANDREAE DE LI *Thesoro de la Passion de Christo.* Hujus secundae editionis exemplari optime conservato usi sumus in bibliotheca nationali matritensi. Alia sunt apud bibliographos.

[2] *Monum. Ignat.*, 4.ª, II. 434.

[3] Ibid. p. 87.

[4] Christi passionem secundum Joannem vidimus in duobus exemplaribus mss., altero Matriti in bibliotheca nationali, altero Toleti in bibliotheca cathedrali; in utraque, praesertim Toleti, sunt multo plura exemplaria sine ulla historia passionis. Eamdem passionem secundum Joannem vidimus etiam in tribus exemplaribus horarum Beatae Virginis impressis, quorum alterum excusum Parisiis anno 1496 asservatur Matriti in bibliotheca nationali; alterum, orbatum nonnullis foliis, neque annum neque locum impressionis exhibet; continet tamen aliquas preces italicas estque tertio simillimum; servatur Toleti in bibliotheca provinciali; tertium possidet R. D. Dr. Vincentius Bardaviu, parochus ecclesiae S. Michaelis navarrensium, Caesaraugustae, in Hispania, impressum Venetiis a 1523. Recentiore tempore, anno 1560, Lugduni in Gallia, et 1565 Toleti in Hispania, hispano sermone excusae sunt *Horas de Nuestra Señora;* utrumque opus continet historiam sacrae passionis secundum quatuor evangelistas; servatur in bibliotheca nationali matritensi.

[5] *Ensayo de una Biblioteca*, Madrid, 1863, I, 814.

decsse folia nonnulla in suo exemplari, unde accidit, ut aetatem illius libri definire non potuerint. At in catalogo 137 librarii Rosenthal venale prostabat aliud ejusdem operis exemplar cum eodem omnino titulo, iisdem verbis eodem modo divisis et contractis, eodem numero foliorum (287 ff.) eadem, ut videtur, forma gothica litterarum, quod dicitur ad annum fere spectare 1480.

Aliud exstat in museo britannico, in cujus folio secundo haec leguntur: «Comiença la leyenda de los sāc | tos, la qual se llama historia lombar | da. E primeramente de las festiuidad's | que corren después del tiempo que fué | la ley renouada. El qual representa la | yglesia dende el auiēto fasta nauidad. | E comiença la primera leyenda que es | del auiento. E puesto q̄ se llame este libro hys | toria lombarda, empero comun e vulgarmente se llama flos sanctorum: porq̄ | aqui non estā asi por entero las vidas e | hystorias de los sanctos como en el vi | taspatrum, mas esta lo mas escogido | e la flor de cada vida. | Del auiento del Señor | (E) L aduiento del Se | ñor...—CCCVI recto col. I, lín. 24: sido para suplicar auerse canonizado» [1].

Huic notitiae praemittit Häbler: «VORAGINE, JACOBO DE. *Leyenda de los Santos* sin indicaciones tipográficas, pero en Burgos, por Juan de Burgos.» Editum opus videtur circa annum 1500.

Alia editio a praecedentibus diversa hoc titulo: «Leyenda de los santos (q̄ vulgarmente Flossantorum llamā) agora de nueuo empremida: y cō gran estudio y diligencia extendida y declarada: y a la perfección de la verdad trayda: y avn de las siguientes leyendas augmentada. Conuiene a saber: la vida de sant Joseph: la de sant Juan de Ortega: la Uisitación de nr̄a Señora a santa Elisabet: el triunfo o vencimiento de la cruz: la hystoria de sancta Anna.» Nullibi tempus aut locus notatur; rei bibliographicae tamen periti autumant editionem hanc pertinere ad initium saeculi XVI vel finem XV. Est unum exemplar in bibliotheca collegii Loyolaei. Aliqua de hoc exemplari dicuntur, quae cum exemplari Britannici Musei, aliqua quae cum sequenti conveniunt.

Haec editio iterata videtur esse Toleti anno 1511, cujus unum exemplar olim fuit in bibliotheca regia colombina, Hispali. Ejus descriptio brevis, ab ipso Ferdinando Colón facta, reperitur apud GALLARDO, et apud PÉREZ PASTOR [2].

His addendum aliud opus, cujus non vidimus mentionem fieri a bibliographis. Petrus de Vega in suo opere *La vida de Nuestro Señor Jesucristo* (de quo paulo post) in extrema notatione certiores nos facit,

[1] CONRADO HAEBLER, *Bibliografía ibérica del siglo XV*, La Haya, Leipzig, 1904, p. 339. Verba illa «sido para suplicar auerse canonizado» eadem sunt quae in vita S. Ferdinandi, regis, legimus in exemplari loyolaeo et in editione hispalensi anni 1568.

[2] GALLARDO, *Ensayo de una biblioteca*, Madrid, 1866, II, 519, et PÉREZ PASTOR, *La imprenta en Toledo*, Madrid, 1887, p. 34. Exemplar loyolaeum fuit ex libris M. A. Principis Burghesii.

sequutum se in sanctorum historiis maxime esse «Fr. Gonçalo de Occaña, prior del monesterio de Sta. María de la Silla de la orden de los Hierónymos, el qual las sacó y tomó por lo más de la historia que es llamada lombarda, compilada por Fr. Jacobo de Voragines de la orden de los predicadores».

Hujus quidem Gundisalvi de Ocaña meminit Gallardo in suo *Ensayo de una biblioteca* [1] ejusdemque opera duo manu scripta commemorat, S. Gregorii homilias et dialogos, translata ex latino in hispanum; nostrae autem historiae sanctorum non meminit. Haec fortasse est aliqua ex illis quae sine nomine circumferuntur. Certe in exemplari quodam edito Hispali anno 1568, bis terve loquitur translator de «el bienauenturado nuestro Padre Sant Hierónymo», in historia S. Joseph et Stae. Annae, quae non sunt in exemplis latinis *Aureae Legendae*, quae quidem ad manum habuimus.

Imo si quis hujus editionis exemplar cum integro titulo nanciscatur, fortasse nomen Gundisalvi de Ocaña, abbatis monasterii Stae. Mariae «de la Silla» vel «de la Sisla» in primo folio inveniet. Nam unicum exemplar, quod in bibliotheca nationali matritensi asservatur, habet primum folium in ima parte laceratum, ubi tamen legitur *de la Si.* Nomen monasterii illius, quod prope urbem Toletum erat, dicitur «de la Silla» apud Petrum de Vega, «de la Sisla» apud Gallardo, loco citato. Toletani locum illum etiamnunc appellant «la Sisla» [2].

Quidquid de translatore sit, opus, quod *Flos Sanctorum* vel *Vidas de los Santos* nominabant, illud videtur fuisse quod B. Jacobus de Voragine scripsit saeculo XIII [3]. Primum quidem nonnullae translationes id prae se ferunt, ut modo vidimus. Deinde in aliis, quae id non proferunt, quaedam invenimus, quae insigni nobis indicio sunt. Fragmenta enim cum a Gallardo de vita et morte Pilati tum a Rosenthal ex vita Sti. Jacobi Minoris transcripta [4], sunt apud Jacobum de Voragine [5]. Exemplar loyolaeum in locis quamplurimis contulimus cum editione hispalensi anni 1568, quae est translatio Voraginis, maximaque ex parte ita reperimus convenire, ut, quamquam illud multo antiquioris editionis

---

[1] *Ensayo...*, III, 1009-1011.

[2] Editionis hispalensis anni 1568 mentio non fit in opere *Tipografía hispalense, Anales bibliográficos de la ciudad de Sevilla..., por* D. FRANCISCO ESCUDERO Y PEROSSO. *Obra premiada... en 1864, Madrid, Sucesores de Rivadeneyra, 1894,* neque sub nomine OCAÑA, n. 316, neque ad annum 1568, p. 249.

[3] B. Jacobus de Voragine, ortus circa annum 1230 Voragine (Viraggio, nunc Varazze prope Genuam) O. P., archiepiscopus genuensis, concionator scriptorque insignis fuit († circa 1298). Ejus liber, qui *Legenda aurea, Historia lombarda* etc. dictus est, olim vulgatissimus erat et ad pietatem fovendam plurimum conferebat; id quod auctorem intendisse, potius quam opus historicum scribere satis certum est.

[4] GALLARDO, *Ensayo*, I, col. 814-815; ROSENTHAL, *Catalogue 137*.

[5] In Legenda LI, littera H, et LXIII, littera A, edit. 1493, sine loco.

sit, non tamen dubium videatur quin idem sit opus, nonnullis rebus certe mutatis, additis, detractis.

Beatus igitur Jacobus de Voragine auctor fuit, a quo scriptae Sanctorum vitae sunt, quae Parentem nostrum ad illorum imitationem impulerunt. Conjecturam confirmat tum Ribadeneirae modus dicendi: «otro [libro] de vidas de santos que comúnmente llaman Flos Sanctorum» [1], tum, quod magis ad rem nostram pertinet, vestigium aliquod in Autographo Exercitiorum remanens, ut paulo post indicabimus.

Jam quod attinet ad Petrum de Vega, dicitur ejus liber *La vida de Nuestro Señor Jesucristo y de su Sanctísima Madre y de los otros Sanctos según la orden de sus fiestas* [2]; non immerito tamen donaretur nomine «un libro de las vidas de los Santos en romance» cum magna ex parte nihil revera sit aliud. Sed hoc censemus ab Ignatio vix Loyolae haberi potuisse. Nam opus Petri de Vega prodiit excusum Caesaraugustae die vigesimo primo Septembris anni 1521. Jam vero Ignatius, cum die vigesimo quarto Junii in extremum vitae discrimen venisset et sacramentis munitus esset; media nocte inter dies 28 et 29 ejusdem mensis melius valere coepit, eoque processit, ut «post aliquot dies», extra periculum esset. Porro cum fracta ejus ossa jam iterum conjuncta essent (commode id potuit fieri ante finem Julii, cum postremum essent composita aliquot dies ante 24 Junii) alia medicorum officia voluit Ignatius subire, idque «per multos dies», pone totum Augustum et partem Septembris, si lubet. Tunc igitur cum lecto affixus esset, data est illi Vita Christi, quo tempore opus Petri de Vega aut nondum perfectum erat aut nondum Loyolam missum, si quando illuc missum est [3].

Praeterea Petrus de Vega historiam vitae Christi non ordine temporum, quem tenet Ignatius, proponit, sed eo ordine quem annus liturgicus, qui ab adventu incipit, praebet. Ideo, exempli causa, de Christi incarnatione, quae primum locum in mysteriis vitae Christi, in libro Exercitiorum habet, agit Vega cum ad diem vigesimum quintum Martii venit, de Christi autem nativitate paulo post libri exordium.

Restat ut de *Vita Christi* agamus. In qua re non negligenda nominandi ratio ab Ignatio usurpata. Loquitur enim hispane, et tamen dat titulum libri latinum: «Le dieron un Vita Christi» [4].

Complura erant opera quae aut hunc titulum prae se ferebant, aut eo donari merito poterant.

---

[1] *Vida de S. Ignacio*, l. I, c. II.

[2] Exemplar secundae editionis, anni 1541, est in bibliotheca nationali matritensi; primae editionis, anni 1521 in coetu barcinonensi, cui nomen «Circol artístich de S. Lluch».

[3] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 38-40.

[4] Titulus ille *Vita Christi* est, apud hispanos auctores illius temporis, semper generis masculei, id quod facile patebit hanc lucubrationem legenti. Ideo dicit Ignatius *un Vita Christi*, non *una Vita Christi*. Imo latine legimus alicubi *in hoc Vita Christi*.

Meditationes de Vita Christi, quae olim Sto. Bonaventurae tribuebantur, editae catalaunice sunt Barcinone anno 1494 [1]; hispanam hujus operis translationem nullam affert Gallardo [2]; unam vidimus in bibliotheca nationali matritensi factam Valentiae anno 1580, in qua ante caput primum legimus: «aquí comiença el libro llamado Vita Christi». Duas hispanicas prodiisse usque ad annum 1500 ait R. A. PEDDIE, *Conspectus incunabulorum*, I, London, 1910, 120-121.

Catalaunico idiomate scripsit Franciscus Ximénez vel Eximenis, Vitam Christi, quam Ferdinandus a Talavera, primus granatensium archiepiscopus, hispane transferendam, perficiendam, typisque anno 1496 exprimendam curavit. Dicitur quoque *Primer volumen del Vita Christi* [3].

Eadem qua Ximénez lingua, Christi Redemptoris historiam scripsit abbatissa quaedam soror Isabel de Villena, in monasterio Sanctissimae Trinitatis valentino, qui liber post ejus obitum typis egregie excusus est anno 1497 Valentiae hoc nomine: «Vita Christi de la reuerent Abba. de la Trinitat.» Et in f. II: «Açí comença hun vita christi en romanç»... Hoc tamen opus nescimus sitne unquam hispane translatum. Pulcherrimum exemplar est in bibliotheca nationali matritensi.

Opus Petri de Vega quam proprie appellari Vita Christi possit e supra dictis colligitur.

Denique Ubertinus de Cassal operi suo hunc titulum praefixit: *Arbor vite crucifixe Jesu*. Exemplar vidimus in bibliotheca Facultatis Philosophiae et Litterarum matritensi, idque editionis venetianae anni 1485. Est sine ulla dubitatione Vita Christi, sed hunc titulum non habet, neque novimus sitne in hispanicam linguam opportune conversum [4].

Haec autem opera omnia, tametsi jure appellantur Vita Christi, non

---

[1] Apud MÉNDEZ, *Tipografía española*, edit. 1861, in lucubratione JACOBI RIPOLL VILAMAJOR, cui titulus *Barcelona fué la primera ciudad de España donde se introdujo la imprenta*, p. 266.

[2] *Ensayo de una biblioteca*, II, 151-152.

[3] Videtur exscriptum typis esse unum tantum volumen, cujus ultimum caput est de venia inimicis danda. Exemplar vidimus in bibliotheca nationali matritensi. Alia sunt exemplaria primi tantum voluminis in bibliotheca escurialensi, in illa senatus hispani Matriti etc. Est opus diversum et a *Flore Sanctorum* et a Ludolfi *Vita Christi*.

[4] Adde, si placet, opus oratione ligata scriptum a Fratre IÑIGO DE MENDOZA, *Vita Christi fecho por coplas*, quod ad innocentium puerorum caedem solum perducitur. Editum novissime est in *Nueva biblioteca de autores españoles*, n. 19; *Cancionero castellano del siglo XV*, t. I. Sed huc nullo modo spectant *Las CCC coplas de* JUAN DE MENA, alio nomine *El Labyrinto*, cujus argumentum aliud omnino est a Vita Christi. Cf. AMADOR DE LOS RÍOS, *Historia crítica de la literatura española*, t. VI, Madrid, 1865, pp. 97-108; GEORGE TICKNOR, *History of spanish literature*, vol. I, London, 1863, paginis 347-350; ANGEL SALCEDO RUIZ, *La Literatura Española*, t. I, Madrid, 1915, paginis 395-397; FITZMAURICE-KELLY, *Historia de la literatura española*, traducida por Adolfo Bonilla de San Martín, Madrid, 1900 (?), pp. 148-149. Ipsum poëma, saepe recusum, est in eodem volumine ex *Nueva Biblioteca*, pp. 152-182.

tamen hunc titulum ita nude exhibent, ut opus Ludolfi Cartusiensis, de quo jam dicendum.

Ludolfus a Saxonia, ita vocatus ex patria, † 1377, primum dominicanus, deinde cartusiensis, scripsit saeculo XIV celeberrimum opus *De Vita Christi*. Ut ejus translationes catalaunicam et lusitanam [1] praetermittamus, ineunte saeculo XVI typis complutensibus excusa est translatio hispana, quam, jubentibus Ferdinando et Elisabetha regibus, fecit Ambrosius de Montesino, e familia franciscali. Sunt quatuor magna volumina, quae inter alia retinet bibliotheca nationalis matritensis. In singulis est titulus hujusmodi: *Vita Christi cartuxano romançado por fray Ambrosio*. Volumina primum et quartum excusa sunt, anno 1502; atque iterum, anno 1503; voluminum secundi et tertii exemplaria duo vidimus, utrumque excusum anno 1503.

Vitam Christi, Ludolfo auctore, censemus eam esse, quae Ignatio in paterna domo, anno 1521 data est, non modo quia hujus libri titulus melius quam reliquorum congruit verbis Ignatii: «Le dieron un Vita Christi»; sed etiam quia Natalis, aequalis Ignatio testis, aperte id affirmat in *Miscel. de reg. S. J.*, fasc. 5: «Exhibuerunt illi, inquit, duos [libros], alterum Vitam Christi ex Carthusiano, et librum qui Flos Sanctorum inscribitur, ubi narrantur gesta Sanctorum, utrumque hispanice» [2] et in Vita Sti. Ignatii, quam habebat Hieronymus Sorianus, qui in Societate vixit ab anno 1562 ad 1583, eamdem rem legimus his verbis: «Librum Ludolphi Carthusiani de uita Christi hispanice scriptum legebat in sua infirmitate» [3]. Potuit hoc sive Sorianus sive auctor illius Vitae, audire ex iis qui cum S. Ignatio diu ac familiariter egerant.

His adjunge Joannem Valtrini (1558-1601) Societatem ingressum, anno 1574. Scribere voluisse Valtrinus videtur historiam vitae S. P. Ignatii; certe est in cod. *Process. beatif. VIII*, ff. 164 et sqq. monumentum ms. cum hoc titulo: *P. Valtrini Initia*. Sequitur vita S. P. Ignatii ab ejus nativitate usque ad tempus illud, quo Compluti versabatur. Jam de libris, qui S. Parenti traditi Loyolae sunt, dicit: «Li furono portati due alteri libri [*loco illorum, quos petierat*] scritti in spagnuolo, l'uno della Vita de Christo composto da Landolfo cartusiano, e l'altro della Vita de'Santi, intitolato Flos sanctorum» [4].

E quibus omnibus testibus merito conficimus, indubium esse, id

---

[1] Catalaunicam fecit JOANNES ROIZ (vel ROIG) DE CORELLA; typis expressa est Valentiae, annis 1495, 1496, 1500; lusitanam BERNARDUS DE ALCOBAZA, excusa est Olisipone 1495. MÉNDEZ, *Tipografía española*, pp. 43-44, et 142-143.

[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 40, not. 6.

[3] In cod. *Memorie Varie*, f. 140v.—De P. Hieronymo Soriano complura invenies in *Epist. Salmeron*, II, cujus in indice personarum, etc., p. 898, perperam dicitur ille Antonius; alias autem ibidem recte Hieronymus nuncupatur.

[4] Joannis Valtrini meminit SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, t. VIII, col. 430. Hujus infecti operis ms. non meminit.

quod antiqua et communis opinio fert, legisse Ignatium Vitam Christi a Ludolfo Cartusiensi conscriptam; praesertim cum illa opinio, collatis inter se Ludolfo et Ignatio, confirmetur.

Exemplaria quae legit Ignatius ex iis censemus fuisse, quae annis 1502 et 1503 excusa sunt. Fuerunt enim haec omnium prima; postea vero non videntur iterum impressa ante annum 1521, quo edita sunt Hispali. Hujus editionis alterum volumen vidimus in bibliotheca nationali matritensi, in quo scribitur annus, non dies nec mensis, quo finitum est. Probabile valde non est eodem anno editionem hanc hispalensem allatam esse Loyolam.

Diximus adhuc quos Ignatius libros, ipso teste, legerit. De aliis ab eo forsan usurpatis, quatenus et ipsi *Exercitiorum* fontes dici vel possint vel debeant, post agemus quam primos illos a Parente nostro certe adhibitos expedierimus.

Ac primum quidem nullus illorum exemplar esse potuit ad cujus imitationem librum suum Ignatius confecerit, quod cum per se pateat' non amplius hic moramur.

Neque in illis auctoribus reperies, nos certe non reperimus, partem aliquam integram, verbi gratia exercitium seu meditationem aliquam singularem, rationem seu methodum orandi aliquam plene propositam seu evolutam, quam Ignatius in librum *Exercitiorum* transtulerit. Indicantur certe nonnulla apud Ludolfum, quae, postquam ignatiana *Exercitia* novimus, horum semina esse potuisse suspicamur. Hujusmodi sunt: illa quam Ignatius loci compositionem vocat, ratio meditandi Christi vitam «como si presente me hallase» [1], usus colloquiorum, sive precum in fine meditationis. Tria haec invenimus apud Ludolfum: duo priora in prooemio, § IV; tertium in fine singulorum capitum, quae omnia omnino precibus concluduntur; in historia vero passionis multo saepius preces adhibentur, siquidem non raro narratio interpositis precibus abrumpitur. At si animo recogitas ista in *Exercitiis* ignatianis non tam esse methodum, quam cujusdam methodi partes seu membra, minime proprie loquaris, si *methodum* ex Ludolfo hausisse Ignatium dixeris, etiamsi hujus methodi partem aliquam, exempli causa, colloquium in fine, ex eo forte didicerit. Methodus enim ignatiana e pluribus partibus inter se connexis enascitur, quarum nonnullas, alias hic alias illic, nullibi omnes, apud Ludolfum aliosque auctores, quantum adhuc scire potuimus, invenies. Propterea dicimus, S. Ignatium «methodum aliquam plene propositam seu evolutam» apud eos auctores non legisse; neque negamus, ea quae legit, magno sibi adjumento esse ad *Exercitia* potuisse, in iisque forte vestigia reliquisse.

Reliquum igitur est ut Ludolfi et caeterorum, quos diximus auctorum vestigia accuratius persequamur. Quae ut dignoscas una via est, ut,

---

[1] *Exercitia*, in contemplatione de nativitate, f. 19v.

postquam libros illos legeris, locos, qui simillimi putantur, cum libro *Exercitiorum* compares. Nos quidem hoc fecimus; et quoniam difficile multis e lectoribus est eos auctores in promptu habere, volumus autem ut de similitudine eorum locorum vel dissimilitudine judicium ferre per se ipsi possint; necessarium omnino duximus textus ipsos ob oculos ponere. Addidimus etiam textus ex *Imitatione Christi*, etsi Thomas a Kempis in omnium manibus versatur, ut comparationis laborem faciliorem redderemus, et quia non erat operae pretium pronuntiata brevia omittere, maxime quando ex translatione antiquissima, Burgis, in Hispania edita anno 1516, illos textus desumere licuit [1].

§ 3. Flos Sanctorum—Vita Christi—De imitatione Christi

Florem Sanctorum et *Vitam Christi* conjungimus, tum quia illa Ignatius coniunxit et ex utroque libro complura transcripsit, tum quia quaedam sunt in libro *Exercitiorum*, quae ex alterutro possunt originem trahere. His quoque opus *De imitatione Christi* addimus, quia illud Manresae legere incepit Ignatius, et capita quaedam doctrinae sunt Thomae a Kempis cum Ludolfo et Ignatio communia.

Cum autem cartusiana *Vita Christi* in mysteria vitae Christi ignatiana transmittere multa facile potuerit; visum est locos hispanos librorum sacrorum ab Ignatio in mysteriis vitae Christi allatos (etsi ad corpus *Exercitiorum* non pertinentes) cum cartusianis primum conferre, unde certo, nisi fallimur, constabit, Ignatium in his textibus a Ludolfo non pendere. Sunt enim plerumque valde inter se dissimiles. Quod si interdum de verbo ad verbum conveniant, id fere inde nascitur, quod in his locis Montesino, contra quam solet, auctorem sacrum ad verbum interpretatur. Utimur hispanis exemplaribus editionis complutensis anni 1503. Opus constat duabus partibus, quarum singulae complectuntur bina volumina: volumen primum continet capita I-XL; secundum, XLI-XCII; tertium, I-L; quartum, LI-LXXXIX; capita in paragraphos dividuntur. In textibus Evangeliorum, qui sequuntur, designandis notamus partem, caput et paragraphum *Vitae Christi* cartusiensis, quam rationem in hoc opere citando semper tenemus.

---

[1] En titulum hujus editionis: *Contemptus mundi, compuesto por el famoso maestro en sancta theologia Juan Gerson, chanceller de Paris. E otro su tratado del pensamiento o ymaginacion de coraçon nueuamente impresso.* In ultimo f. dicitur opus excusum Burgis anno 1516.

TEXTUS SACRI IN «VITA CHRISTI»	TEXTUS SACRI IN «EXERCITIIS»
E entró el ángel adonde estaua ella... Díxole: Dios te salue, llena eres de gracia... Concebirás en el vientre e parirás fijo. I, V, IV et VIII.	Entrando el ángel a donde estaba María, la saludó diziéndole: Dios te salue, llena de gracia, conçibirás en tu vientre y parirás vn hijo.
Mira que sancta Ysabel tu prima concibió en su vejez. Ibid., § X.	Y mira que Elisabet, tu parienta, ha concebido vn hijo en su vejez.
Ves aquí la sierua del Señor, hágase en mí según tu palabra. Ibid., § XI.	He aquí la sierua del Señor, cúmplase en mý según tu palabra.
E acaeció que como oyesse la salutación de la Virgen María santa Ysabel, que se gozó el ynfante en su vientre, e fué luego llena de Spíritu Santo santa Ysabel e alçó vna boz muy grande e dixo: O Señora, bendita eres tú entre todas las mugeres e bendito es el fructo de tu vientre. I, VI, III.	Y como oyese Elisabet la salutación de nuestra Señora, gozóse el niño en el vientre della, y llena del Spíritu Sancto Elisabet, exclamó con vna gran voz y dixo: vendita seas tú entre las mugeres, y vendito sea el fructo de tu vientre.
Engrandece mi ánima al Señor. Ibid., § VI.	Engrandece my ánima al Señor.
E estúuose en la casa de santa Ysabel la virgen María quasi por el espacio de tres meses. Ibid., § VII.	María estuvo con Elisabet quasi tres meses, y después se tornó a su casa.
E yuan todos para que cada vno se manifestase por súbdito del emperador... Subió Joseph de Nazareth de la prouincia de Galilea con la virgen María, su esposa, que estaua preñada, a Belén de Judá, cibdad de Dauid. I, IX, II.	Ascendió Joseph de Galilea a Bethlem, para conocer subiection a César con María su esposa y muger ya preñada.
Parió a su hijo primogénito... emboluiólo su madre en pañales e reclinólo en vn pesebre. Ibid., § III.	Parió su hijo primogénito, y lo embolbió con paños, y lo puso en el pesebre.
E... se ayuntó con aquel ángel vna gran multitud de cauallería celestial, que alabauan a Dios e dezían: Gloria sea a Dios en las alturas, e en la tierra sea paz a los hombres de buena voluntad. Ibid., § VI.	Llegóse vna multitud de exército çelestial que dezía: gloria sea a Dios en los çielos.
Catad que os euangelizo e declaro vn gozo muy grande, que será a todo el pueblo... Porque hoy es nascydo a vosotros el Saluador. Ibid., § V.	Manifesto a uosotros grande gozo, porque hoy es nascido el saluador del mundo.
E vinieron estos pastores con fer-	Venieron con priesa y hallaron a

uor e sin tardança alguna, e hallaron a la virgen María e a Joseph e al infante puesto en el pesebre. Ibid., § VII.

E los pastores tornáronse glorificando e alabando a Dios en todas las cosas... Ibid., § IX.

Fué llamado su nombre Jesús, el qual fué por el ángel nombrado antes que en el vientre fuesse concebido. I, X, I.

Sabed que auemos visto, estando nosotros en Oriente, su propia estrella, e venymos a lo adorar. I, XI, IV.

E inclinados en tierra, adoráronlo... E los reyes, hallado el infante, abrieron sus thesoros e ofreciéronle oro, encienso e mirra. I, XX, VI et VII.

Recibieron respuesta en sueños... que no boluiessen a él, ...e ansí se tornaron por otro camino a su tierra. Ibid., § IX.

Vn par de tórtolas o dos palominos. I, XII, I.

Lo tomó en sus palmas, y lo repuso entre sus braços. Ibid., § V.

Agora dexas, Señor, a tu sieruo según tu palabra en paz. Ibid.

Confessaua al Señor...; fablaua dél a todos los que esperauan la redemción de Jerusalem e de Ysrrael. Ibid., § IX.

Leuántate e toma al niño e a su madre e huye para el reyno de Egypto. I, XIII, I.

[*Non est apud Ludolfum hic locus.*]

Toma al ynfante e a su madre e buéluete con ellos para la tierra de Ysrrael. I, XIV, I.

Leuantándose... tomó al infante... e a su madre... e començó a boluerse a la tierra de Ysrrael. Ibid.

Aprouechaua Christo en edad, e en sabiduría e gracia. I, XV, XI.

¿Por ventura no es este hijo de vn carpintero? [*Ita ex Matth. XIII, 55;*

María y a Joseph y al niño puesto en el pesebre.

Tornaron los pastores glorificando y laudando al Señor.

El nombre dél es llamado Jesús, el qual es nombrado del ángel ante que en el vientre se concibiese.

Vimos la estrella dél en oriente y venimos a adorarle.

Prostrándose por tierra lo adoraron, y le presentaron dones, oro, encienso y mirra.

Rescibieron respuesta estando dormiendo, que no tornasen a Herodes, y por otra vía tornaron a su región.

Vn par de tórtolas o dos hijos de palomas.

Tomólo en sus braços.

Agora, Señor, dexa a tu sieruo en paz.

Veniendo después, confessaba al Señor y ablaba dél a todos los que esperaban la redemtión de Ysrael.

Lebántate y toma el niño y a su madre y huye a Egipto.

El qual, lebantándose de noche, partiósse a Egipto.

Lebántate y toma el niño y su madre, y ba a la tierra de Ysrael.

Leuantándose vino en la tierra de Ysrael.

Aprouechaba en sapiencia, edad y gracia.

¿Por auentura es este aquel carpintero?

alterum illum textum, quem ex Marc. VI, 3, affert Ignatius, Ludolfus non ponit]. I, XVI, II, et I, LXV, II.

No sabíades que en las cosas que cumplen a la honrra de my Padre, auía yo de estar presente? I, XV, VIII.

Déxame agora... porque desta manera conuiene a entramos que cumplamos en perfeción toda justicia. I, XXI, IV.

E descendió el Espíritu Sancto sobre él ansí como paloma e quedóse sobre su cabeza... e sonó la boz del Padre diziendo: este es mi fijo muy amado en el qual yo me dy contentamiento. Ibid., §§ VII et VIII.

El diablo... se acercó a él, diziendo: si hijo de Dios eres, di que estas piedras se tornen pan: si eres hijo de Dios, derríbate de aquí abaxo; todas estas cosas te daré... si te pusieres en tierra de rodillas e me adorares. I, XXII, §§ V, VII, VIII.

Vinieron los ángeles, e allegándose a él, seruíanlo. Ibid., § XIV.

Hijo, no tienen vino. I, XXV, I.

Qualquiera cosa que my hijo os dixere, hazelda. Ibid., § II.

E manifestó su gloria e creyeron en él sus discípulos. Ibid., § V.

Quitad estas cosas de tan sancto lugar como este, e no queráys hazer la casa de mi Padre casa de negociación. I, XXVI, I.

Bienauenturados son los pobres de espíritu... los mansos... los que lloran... los que han hambre e sed de la justicia... los que han misericordia... los lympios de coraçón... los pacíficos... los que padescen persecución por la justicia. I, XXXIII, I-VIII.

Ansí resplandezca vuestra luz delante de los hombres, que vean vuestras buenas obras, e glorifiquen a vuestro Padre que en los cielos es. I, XXXIV, I.

¿No sabéis que en las cosas que son de my Padre me conviene estar?

Haz esto por el presente, porque assí es menester que cumplamos toda la iusticia.

Vino el Espíritu Sancto y la voz del Padre desde el çielo afirmando: este es my hijo amado, del que estoy muy satisfecho.

Llegándose a él el tentador, le dize: si tú eres híjo de Dios, dy que estas piedras se tornen en pan; héchate de aquí abaxo; todo esto que vees te daré, si prostrado en tierra me adorares.

Vinieron los ángeles y le seruían.

No tienen vino.

Haced qualquiera cosa que os dixere.

Conuertió el agua en vino, y manifestó su gloria, y creyeron en él sus discípulos.

Quitá estas cosas de aquí, y no quieráys hazer my casa cassa de mercadería.

Bienauenturados los pobres de espíritu, los mansuetos, los misericordes, los que lloran, los que passan hambre y sed por la iusticia, los limpios de corazón, los pacíficos, y los que padescen persecuciones.

Assí vuestra luz alumbre delante los hombres, para que vean vuestras buenas obras, y glorifiquen vuestro Padre, el qual está en los cielos.

Mas yo os digo: amad a vuestros enemigos, e hazed bien a los que os aborrescieron. I, XXXV, V.

¿Por qué estáys temerosos, hombres de poca fe? I, XLVI, I.

¿Quál es este, a quien los vientos e el mar obedecen? Ibid., § II.

Tened confiança, yo soy. I, LXIX, II.

E mirad que os enbío como a ouejas en medio de los lobos... e mirad que seáis prudentes como las serpientes... e sed simples como las palomas. I, LII, I.

De gracia e sin precio recebistes el don: de gracia e sin precio lo administrad... ninguna cosa lleuarés... ni oro ni plata. I, LI, III.

E quando fuéredes a predicar, predicad diziendo: acercárseos ha el reyno de los cielos. Ibid.

Le son perdonados muchos pecados, porque amó mucho... E dixo el Señor a la muger: perdonados te son todos tus pecados... la fe tuya te fizo salua... anda, vete en paz. I, LX, IV.

E como fueron hartos... cogieron e fueron llenos de los pedaços doce cofines. I, LXVII, II.

Este es mi fijo muy amado, en el qual yo dí a mí buen agradamiento; a él oyd. II, III, V.

Leuantaos e no queráys temer... no digáys a ninguno esta visión... hasta que el hijo de la Virgen resuscite de los muertos. Ibid., §§ VI-VII.

[*Totum dialogum Jesum inter et Martham omittit Ludolfus. II, XVIII, III.*]

Lázaro, ven fuera. II, XVII, VI.

¿Por qué se hizo agora este desperdiciamiento de vngüento tan precioso? II, XXV, IV.

¿Por qué estáys indignados contra esta muger? Ca muy bvena es por cierto la obra que ha obrado en mí. Ibid., § V.

Desataldos e trahédmelos; e si alguno os dixere algo, dezid que el

Yo os digo a vosotros que améys a vuestros enemigos y agáys bien a los que os aborresçem.

¿Qué teméis, apocados de fe?

¿Quién es este, al qual el viento y la mar obedescen?

Yo soy, no queráys temer.

Mirad que os embío a vosotros como obejas en medio de lobos; por tanto sed prudentes como serpientes y símplices como palomas.

No queráys posseer oro ni plata; lo que graciosamente recibís, daldo graciosamente.

Yendo predicaré[is] diciendo: ya se ha acercado el reyno de los çielos.

Perdónanse a ella muchos peccados, porque amó mucho; y dixo a la muger: tu fe te ha hecho salua; vete en paz.

Comieron y hartáronse, y sobraron doze espuertas.

Este es my hijo amado; oylde.

Lebantaos y no tengáis temor; a ninguno digáis esta visión, hasta que el hijo del hombre resucite.

Yo soy resurrectión y vida; el que cree en mý, aunque sea muerto vivirá.

Lázaro, ven fuera.

¿Para qué es esta perdición de vngüento?

¿Por qué soys enojosos a esta muger, pues que ha hecho vna buena obra comigo?

Desataldos y traédmelos; y si alguno os dixere alguna cosa, dezid

Señor los ha menester, e luego en ese punto os los dexarán traher. II, XXVI, I.

O hijo de Dauid, sáluanos en las alturas... Bendito es e sea este que viene en el nombre del Señor. II, XXVII, II.

En verdad os digo que vno de vosotros me tiene de traer a la muerte. II, LV, I.

Exemplo os he dado para que ansí como yo hize las cosas con vosotros... ansí vosotros lo hagáis vnos a otros. II, LIV, VII.

Tomad e comed. II, LVI, III.

Assentaos aquí, entre tanto que yo voy hasta allí a orar. II, LIX, I.

Padre, si es possible, traspassa este cáliz de mí... Empero no se haga lo que yo quiero... mas lo que tú quieres. Ibid., §§ II et III.

Triste está mi ánima fasta la muerte. Ibid., § I.

E acaesció que vino sobre él vn sudor como gotas de sangre que corría en tierra. Ibid., § IV.

Como a ladrón me salistes a prender con espadas e con lanças... cada día estaua con vosotros en el templo enseñando e predicando e no me prendistes. Ibid., § VIII.

¿A quién buscáys? Ibid., § VI.

Buelue tu cuchillo a su lugar. Ibid., § VIII.

¿Ansí respondes al pontífice? II, LX, I.

Profetízanos, Christo, quién es el que te hirió. Ibid., § IV.

Hallamos que este engaña nuestra gente... e defiende que se pague tributo al César. II, LXI, IV.

Yo no fallo en él causa alguna digna de muerte. Ibid., § V.

Dixeron con grandes bozes: no queremos a este, mas a Barrabás. II, LXII, I.

Dios te salue, rey de los judíos... Dábanle en la cara bofetadas. Ibid., § V.

que el Señor los ha menester, y luego los dexará.

Sáluanos, hijo de Dauid; bendito el que viene en nombre del Señor. Sáluanos en las alturas.

En verdad os digo que vno de vosotros me ha de vender.

Yo os he dado exemplo para que hagáis como yo hize.

Tomad y comed.

Sentaos aquí, hasta que vaya allí a orar.

Padre, si se puede hazer, pase de mý este cáliz; con todo, no se haga my voluntad, sino la tuya.

Triste está my ánima hasta la muerte.

Su sudor era como gotas de sangre, que corrían en tierra.

Como a ladrón me avéis salido a prender con palos y armas, quando cada día estava con vosotros en el templo enseñando, y no me prendistes.

¿A quién buscáys?

Torna tu espada en su lugar.

¿Así respondes al pontífice?

Prophetiza nobis, quién es el que te hirió.

A este avemos hallado que hechaua a perder nuestro pueblo, y vedaba pagar tributo a Çésar.

Yo no hallo culpa ninguna.

Dieron vozes todos, diziendo: no dexes a éste, sino a Barrabás.

Dios te salue, rey de los iudíos. Y dábanle de bofetadas.

E salió luego Jhesús... trayendo en su cabeça corona de espinas e vn manto de púrpura encarnado, e vn cetro de caña en la mano... E entonces díxoles Pilato: Ecce homo. Ibid., § VI.

Salió, pues, Jesús fuera, coronado de espinas y vestido de grana, y díxoles Pilato: e aquí al hombre.

Crucifícalo, crucifícalo. Ibid.

Crucifica, crucifícalo.

No tenemos otro rey sino César. Ibid., § VII.

No tenemos rey, sino a Çésar.

Este es Jhesú nazareno, rey de los judíos. II, LXIII, IV.

Jesús naçareno, rey de los iudíos.

Ya, tú eres el que destruyes el templo de Dios... abaxa de la cruz. Ibid., § VII.

Tú eres el que destruyes el templo de Dios, baxa de la cruz.

¿Avn vosotros sin entendimiento estáys? I, LXXXVIII, IV, [*ubi exponit hunc locum Matthaei, XV, 16*].

¿También vosotros estáys sin entendimiento?

¿Quién nos reboluerá la piedra que está puesta a la entrada del monumento? II, LXXI, II.

¿Quién nos alçará la piedra de la puerta del monumento?

Bien sé que buscáys a Jhesú-christo crucificado e nazareno; leuantóse, no es aquí. Ibid., § IV.

A Jesú nazareno buscáis; ya es resucitado, no está aquí.

Dios os salue. II, LXXV, I.

Dios os salue.

No queráys temer. Id e recontad estas cosas a mis hermanos, e dezildes que vayan a Galilea, e allí me verán. Ibid., § II.

No temáys. Yd y dezid a mis hermanos que vayan a Galilea, porque allí me verán.

Es verdad que el Señor es resuscitado e apareció a san Pedro. II, LXXVII, I.

Verdaderamente el Señor a resuscitado y aparescido a Simón.

O agenos de buen entendimiento... O tardíos e detenidos de coraçón... en creer en las cosas que hablaron los profetas; ¿por ventura no sabés que fué menester que padeciesse Christo estas cosas, e que por esta manera entrasse en su gloria? II, LXXVI, II.

O nesçios y tardos de corazón para creer todo lo que han hablado los prophetas, ¿no era neçesario que Xpo. padesçiese y así entrase en su gloria?

Por el miedo de los judíos. II, LXXVII, I.

Por el miedo de los judíos.

Paz sea a vosotros. Ibid.

Paz con vosotros.

Recebid e tomad al Espíritu Sancto... Todos los pecados que vosotros perdonáredes a los hombres, serán perdonados a ellos... Ibid., § VII.

Recebid el Spíritu Sancto; a aquellos que perdonáredes los peccados, les serán perdonados.

Pon tu dedo aquí e mira mis manos... No quieras ser incrédulo, mas sey fiel. II, LXXVIII, I.

Mete aquí tu dedo, y vee la verdad, y no quieras ser incrédulo, sino fiel.

Verdaderamente tú eres Señor mýo e Dios mýo. Ibid., § II.	Señor mío y Dios mío.
Bienauenturados serán los que no me vieron e creyeron. Ibid.	Bienauenturados son los que no vieron y creyeron.
No la podían sacar ni traer a tierra por la gran multitud de pescados. II, LXXIX, I.	No podían sacalla por la muchedumbre de peçes.
El señor es éste. Ibid., § II.	El Señor es.
Apascienta mis ouejas. Ibid., § V.	Apaçienta mis ovejas.
Dado es a mý todo poderío en el cielo e en la tierra. II, LXXX, I.	Dada me es toda potestad en çielo y en tierra.
Yd por el vniuerso mundo e enseñad la fe a todas las gentes, baptizándolos en el nombre del Padre e del Hijo e del Spíritu Sancto. Ibid., § II.	Yd y enseñad todas las gentes, bautizándolas en nombre del Padre y del Hijo y del Spíritu Sancto.
Después apareció a más de quinientos hermanos que estauan ayuntados en vno. Ibid., § I.	Después fué visto de más de 500 hermanos juntos.
Aparesció... a Santiago el Menor. II, LXXV, III.	Aparesció después a Santiago.
[*Hanc apparitionem omittit Ludolfus.*]	Finalmente a mý como abortiuo se me aparesció.
Varones de Galilea, ¿para qué estáys aquí mirando al cielo?... Este Redemptor Jesús, que agora fué tomado de vuestra presencia e transportado en el cielo, ansí boluerá al juyzio como lo vistes sobir al cielo. II, LXXXII, VIII.	Varones galileos, ¿qué estáys mirando al çielo? Este Jesús, el qual es lleuado de vuestros ojos al çielo, así vendrá como le vistes yr en el çielo.

His Ignatii ac Ludolfi collatis inter se textibus, facile patet nihil esse cur ex Ludolfo nata dicantur illa, in quibus Ignatius nihil aliud agit nisi verba Sacrorum Bibliorum affert, cujusmodi sunt apparitiones Christi Domini decima et undecima. Idem fere dicito de aliis multis locis in quibus vix aliud quam sententia evangelica proponitur, ex quo numero sunt: pastorum adoratio, B. Virginis purificatio et Jesu pueri praesentatio; reditus ex Aegypto; Christus a daemone in deserto tentatus; Christus transfiguratus; ab Herode ad Pilatum reversio; in caelum ascensio; alia nonnulla. Confer mysteria vitae Christi in libro *Exercitiorum*.

Haec de sacris textibus. Caeterarum rerum originem inquiramus, quae ad Christi mysteria referuntur, et ab Ignatio tum in hac parte, tum in corpore *Exercitiorum* adjuncta sunt. In qua re, sicut in reliquorum *Exercitiorum* fontibus perquirendis diligentissime laboravit P. HENRICUS WATRIGANT, S. J., cujus lucubrationis fructus in libello *La Genèse des Exercices de Saint Ignace de Loyola* (Amiens, 1897) magnopere no-

bis ex usu fuerunt. Sed ille latinos textus usurpavit cum *Vitae Christi* tum *Exercitiorum*. Cum autem Ignatius hispane et Ludolfum legerit et *Exercitia* scripserit, hispanos textus adhibere non dubitavimus, cum praesertim autographum *Exercitiorum* ab Ignatio emendatum, atque editio Ludolfi ab Ignatio usurpata nobis in manibus essent. Quod si Ludolfum hispanum cum latino comparabis, non parum discriminis saepe reperies, quandoquidem Montesino interpres non tam verba quam sententias saepissime refert, imo non raro addita brevi declaratione auctorem illustrat. Est etiam in translatione hispana singulis capitibus praeposita rerum summa per paragraphos distincta, quae «Sumario del intérprete» inscribitur.

Conferimus primum *Exercitiorum* locos illos, quos cum in *Vita Christi* tum in *Flore Sanctorum* legere Ignatium potuisse paulo ante significavimus.

Primus locus ad nativitatem Christi pertinet, et de itinere bethlemitico singularia quaedam tradit, quae sacri auctores non tradiderunt [1]:

FLOS SANCTORUM	VITA CHRISTI	EXERCITIA
Leuauan [Joseph e Santa María] consigo vn buey para vender para aquel pecho e vna asna, en que yua Sancta Ma-	El asno [traía S. José] para que la reyna del cielo... viniese en él; e el buey para venderlo e para pagar del precio	Salieron nuestra Señora..., como se puede meditar píamente, asentada en vna asna, y Josep y vna ancila, le-

[1] De ancilla, dicit Suárez (agit de his l. IX, c. V, nn. 17 sqq. tractatus *De religione Societatis Jesu*): «Nullo alio in loco legisse me recolo». Praeter *Florem Sanctorum* vidimus apud PETRUM DE VEGA in secunda editione, anni 1541, imaginem Sacrae Familiae proficiscentis in Aegyptum, in qua est etiam ancilla. In prima editione non est illa imago. Asserit tamen JOSEPHUS WILPERT, veteris artis christianae peritissimus, in antiquissimis jam Nativitatis Christi imaginibus binas ancillas comparere. *(Die römischen Mosaiken und Malereien der kirchlichen Bauten vom* IV *bis* XIII *Jahrhundert,* 2 Bd. 2 Hälfte, Freiburg in. Br., 1916, pp. 753-755.)—Posterioribus autem medii aevi saeculis, Mariae non solum in specu bethlemitica versanti, sed etiam Gabrielis nuntium excipienti, Elisabetham invisenti, puerum praesentanti ancillam adjunxerunt. (STEPH. BEISSEL, S. J., *Geschichte der Verehrung Marias in Deutschland während des Mittelalters,* Freiburg in Br., 1909, pp. 176, 178, 602, 623.)

Bovem et asinum prope Christi infantis praesepe fuisse, traditio est antiquissima, quam multi confirmant loco illo Is. I, 2 «Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe Domini sui» et HABAC. III, 3 ex interpretatione LXX: «In medio duorum animalium cognosceris». Ita v. g. S. HIERONYMUS, epist. 108 (alias 27), P. L., XXII, 884. BARONIUS in *Annalibus*, a. 1, n. III, praeter Hieronymum, affert Gregorios Nazianzenum et Nyssenum, Paulinum, Cyrillum, etc. Idem habent imagines pictae et sculptae jam ante medium aevum. (B. ECKL, *Die Madonna als Gegenstand christlicher Kunstmalerei und Sculptur,* Brixen, 1883, p. 128.—ROHAULT DE FLEURY, *La Sainte Vierge.* Études archéologiques et iconographiques, Paris, 1878, tables XIX-XXVII.—MAX SCHMID, *Die Darstellung der Geburt Christi in der bildenden Kunst,* Stuttgart, 1890, pp. 2, 57, 72).

ría... e su moço e su moça (f. 14, r. col. I) [1].

dél el tributo por sí e por la Virgen, e para que del restante pudiese beuir... [*Et ex Sancto Chrysostomo*] no tenían moço ni moça. I, IX, II.

uando vn buey para yr a Bethelem a pagar el tributo que César hechó en todas aquellas tierras. (2.ª contempl. 2.ae hebdom., f. 19).

Majoris momenti sine dubio est locus de vocatione apostolorum, apud Ignatium in mysteriis vitae Christi, f. 44, apud Ludolfum in I, XXX, I, apud Voraginem in Vita S. Andreae.

FLOS SANCTORUM	VITA CHRISTI	EXERCITIA
Sant Andrés e algunos otros dicípulos llamó el nuestro Señor Jesú Xpo. tres vezes. Primeramente los llamó porque lo conociessen... Y la segunda vez los llamó a su compaña... E después desto, la tercera vez llamólos Jesú Xpo. que fuessen sus dicípulos... y ellos luego dexaron las redes e fuéronse empós dél. Y de allí adelante siempre anduuieron con Él; e nunca más tornaron a sus casas propias.	Tres llamamientos (según lo que arriba es escripto) has visto que fueron los de los discípulos: del primero haze memoria Sant Juan [*in marg.* Joannis, i]. E entonces vinieron primero a la fe e no a más, e para tener alguna noticia e familiaridad con el Saluador. Del segundo habla Sant Lucas [*in marg.* Luce. v] e entonces también lo siguieron por oyr su doctrina, con intención de tornarse a sus casas e a sus propiedades, como de hecho se tornaron. Del tercero llamamiento hablan Sant Mattheo e Sant Marcos [*in marg.* Matthei, iiii, Marci, j] e entonces vinieron a perseverar con él e a seguir su perfectión.	Tres vezes pareçe que son [*prius sine* pareçe que] llamados San Pedro y Sant Andrés: 1.º a çierta notiçia; esto consta por Sant Johan en el primero capítulo; secundariamente a seguir en alguna manera a Xpo. con propósito de tornar a posseer lo que habían dexado, como dize S. Lucas en el capítulo quinto; terçiamente para seguir para siempre a Xpo. nuestro Señor. Sant Matheo en el 4.º capítulo y S. Marco en el primero.

Quibus sententiis perlectis, fortasse dubitabis, utri ex duobus auctoribus originem ejus loci tribuas, Ludolfone an Voragini; multo tamen

[1] Citamus in his locis comparandis exemplar loyolaeum (supra, p. 51).

probabilius eam Ludolfo assignabis; cum multo major similitudo inter Ludolfum et Ignatium intercedat, quam inter Voraginem et Ignatium, et primum punctum, ex tribus quae hic apud Ignatium sequuntur, legatur in *Vita Christi*, minime in *Vitis Sanctorum*: «Cómo los apóstoles eran de ruda y baxa condición» (*S. Ignatius*) «eran hombres de ruda condición e de baxa e pobre nación» (*Ludolfus*) [1]. Adde titulum paulo inferius apud Ignatium: «De cómo los apóstoles fueron embiados a predicar», a Montesino, I, LI, in summario eisdem verbis expressum: «De cómo fueron enbiados los apóstoles a predicar.»

Tertius locus est in mysteriis quartae *Exercitiorum* hebdomadis, ubi consolandi officium Christo Domino Sanctus Pater attribuit. Nisi per se ipse Ignatius tot tantisque esset a Jesu consolationibus cumulatus, liceret forte dicere eum rem illam ex alterutro auctore didicisse. Certe eam legere potuit uberius expositam in *Vita Christi* [2], et multo brevius indicatam in *Flore Sanctorum* de Ascensione [3].

Nam quartum locum facillime etiam invenire Ignatius poterat. Etenim dicitur hoc loco, Christi redivivi aspectu beatissimam ejus Matrem ante caeteros omnes recreatam esse. Ignatius autem judicat cuicumque sanae mentis homini ita sentiendum, etiamsi hoc factum sacri auctores omiserint. Scito tamen non modo Ludolfum, factum narrare in *Vita Christi* [4], sed etiam Voraginem in *Flore Sanctorum* [5]. Et hic quidem ea utitur verborum simplicitate et brevitate, ad quam verba Ignatii propius accedunt.

FLOS SANCTORUM	VITA CHRISTI	EXERCITIA
Deuemos creer que apareció a su Madre Sancta María, como quiera que no lo fallamos escripto... Ca no hallamos que ningún euangelista dixesse en qué lugar ni quándo le	Deste admirable aparecimiento... ninguna cosa se escriue en el sancto Euangelio, mas... es cosa piadosa que lo creamos ansí... porque muy digna cosa era que el Redemptor del mun-	Primero apareçió a la Virgen María, lo qual aunque no se diga en la Escriptura, se tiene por dicho en dezir que aparesció a tantos otros; porque la Escriptura supone que tenemos

[1] Eadem triplex vocatio habetur apud XIMÉNEZ in suo *Primer volumen del Vita Christi*, c. 268: «Llamó a Sant Pedro y a Sant Andrés tres vezes. La primera recuenta Sant Juan en el primero capítulo... La primera vez para auer conocimiento con Él. La segunda vez fueron llamados a su familiaridad, según que lo recuenta Sant Lucas... E entonzes ouieron ellos con Él familiaridad especial, mas no lo siguieron para andar con Él continuamente, según que lo ficieron después. La tercera vez los llamó... e entonces dexaron ellos la barca y las redes y siguieron a Jhesu Christo fasta su pasión y muerte, y no tornaron más a pescar mientra Jhesú Christo biuió en aquesta vida mortal.»

[2] II, LXXV, III.

[3] «De cómo nuestro señor Jesucristo subió a los cielos», f. 89v., col. 1.

[4] II, LXX, III.

[5] «De la resurrección», f. 56, col. 1.

apareció: mas no quiera Dios quél tal desonrra ficiesse a su Madre...	do visitasse a su Madre primero que a otros.	entendimiento, como está escripto: «¿También vosotros estáys sin entendimiento?» (Mysteria, f. 50).

Postremo ad hebdomadem etiam quartam spectat quod Christus Josepho ab Arimathaea se spectandum post resurrectionem obtulerit. Est haec apparitio duodecima in libro *Exercitiorum*. Quae res etsi apud Ludolfum reperitur [1], ex *Flore Sanctorum* desumpta probabilius est; primo quia ipse Ignatius manu sua scripsit legi «en las Vidas de los Santos», quo titulo designari ab eo *Florem Sanctorum* supra vidimus; deinde quia loco verborum, quae nunc in Autographo legimus «píamente se medita», prius erat «dize el euangelio de Nicodemo». Atqui solius evangelii Nicodemi fit mentio in *Flore Sanctorum* hoc loco, solius autem evangelii Nazareorum in *Vita Christi* [2].

Haec in ea *Exercitiorum* parte invenimus Ludolfo cum Voragine communia, quae notatu digna viderentur. Ibidem alia quoque hujus generis sunt, sed cum haec ab ipso Sacrae Scripturae textu fere nihil discrepent, omittenda illa ducimus. Aliud quiddam suo loco adjungemus.

Nunc praecipuos alios ad Christi vitam pertinentes locos, qui forte cum Ludolfo connectuntur, percurramus. Primum punctum ignatiani exercitii «De cómo Xpo. se baptizó» sic se habet: «Xp. nuestro Señor, después de auerse despedido de su bendita Madre, vino desde Nazareth al rýo Jordán, donde estaua S. Joan Baptista,» f. 43 v. Jam quae ex his non refert Matthaeus III, 13, sunt apud Ludolfum, I, XXI, I: Christus valedicit matri suae, brevi etiam (et directa quidem in textu hispano) oratione habita; iter facit «partiéndose de la ciudad de Nazareth... a la ribera del Jordán, adonde Sant Juan baptizaua».

Christus super mare ambulans iisdem fere verbis ab Ignatio et ab interprete Ludolfi proponitur:

VITA CHRISTI	EXERCITIA
De cómo el Señor anduuo sobre la mar. (I, LXIX, in summario.)	De cómo Xpo. andaba sobre la mar. (Mysteria, f. 45.)

[1] II, LXXV, II.

[2] Verum est, et in exemplari loyolaeo et in editione hispalensi anni 1568 desiderarii hic hujus pseudo-evangelii mentionem; sed legitur in textu latino, in legenda Sti. Jacob minoris, et in quadam editione hispana recentissima (Matriti 1913-14); unde conjicere licet eam fuisse etiam in aliqua editione hispana antiqua. PETRUS DE LA VEGA commemorat hoc loco, «el euangelio de los nazareos y el de Nicodemus». *La vida de nuestro Señor Jesucristo...*, fol. CVI.

Sed hoc fortasse ex ipso Matthaei evangelio [1] translatum ab utroque est.

Neque obscure significat Marcus evangelista [2] animis cives vel aversis vel timidis hospitium Christo non praebuisse post triumphalem illius in urbem Hierosolymam ingressum: «Circumspectis omnibus, cum jam vespera esset hora, exiit in Bethaniam.» Cui loco videtur inniti Stus. Pater scribens in altero puncto meditationis de praedicatione in templo: «Acabada la predicación, porque no hauía quien lo resçibiese en Hierusalem» etc., f. 47. Opinatur tamen P. Watrigant originem hujus notati esse apud Ludolfum: «Después que ouo Christo mirado a todos... e que ninguno le conbidaua ni acogía», etc. [3]. Probabiliter id quidem dici potest, et eo magis quia Ignatius ad unum evangelistam Lucam se refert, qui Marci notationem illam omisit. Ejusdem vero meditationis primi puncti originem nihil omnino est cur aliunde quam ab ipso Luca petamus, cujus omnia et singula sunt verba: «Estaba cada día enseñando en el templo» [4].

At non reperies in codice sacro quod de orantis Christi vestibus cruore madefactis Ignatius dicit: «Lo qual ya supone las vestiduras estar llenas de sangre» [5]. Verba ignatiana apud Ludolfum non sunt, rem tamen vide: «El qual sudor era... a manera de sangre, que le corría en esta agonía o lucha, colándose por sus vestiduras e derramándose» etc. Ac deinde: «Testigos son las gotas de sangre que se colauan por sus vestiduras» [6]. Animadverte utramque locutionem «colándose por sus vestiduras», «que se colaban por sus vestiduras» esse interpretis hispani propriam, cum neutra sit in textu latino. Ideo P. Watrigant de vestibus cruore madefactis nihil scribere dixit Ludolfum [7]. Est autem «colarse por sus vestiduras» per eius vestes quasi per colum transire.

De María Magdalena ad Christi Domini sepulchrum adstante dicit Ignatius: «Se quedó çerca del sepulchro, después de ydas las otras» [8]. Forte natum id ex Ludolfo est: «Auiéndose todos [*discipuli*] partido, ella sola se estaua allí» [9].

Joanni evangelistae innotuisse ante caeteros omnes Jesum, in ripa maris Tiberiadis redivivum sese discipulis ostendentem, idque ex miraculo captorum piscium, satis intelligitur ex ipso Joanne [10]. Aperte id

---

1 XIV, 25.
2 XI, 11.
3 II, XXX, V.
4 XIX, 47.
5 In mysteriis, f. 48.
6 II, LIX, IV.
7 *La Genèse*, p. 84.
8 Mysteria, f. 50.
9 II, LXXII, I.
10 XXII, 6-7.

et apud Ludolfum et apud Ignatium legitur. Ignatius: «Por este milagro San Joan lo conosçió» [1]. Ludolfus: «Sant Juan, considerando el miraglo hecho... reconoció que aquel era el Saluador» [2].

Hac eadem Joannis narratione notum est, primatum apostolo Petro commissum esse post trinam Christi Jesu interrogationem. Hoc appellant et Ignatius et Ludolfus «examen de la caridad». «Encomendó las ovejas a San Pedro, primero examinado tres vezes de la charidad» [3]. «Quando Sant Pedro fué hecho perlado de la yglesia vniuersal, primero fué por el Señor esaminado de la caridad que tenía.» Haec Ludolfus, I, LXXXVI, IV, exponens parabolam de bono pastore. Eadem aliis verbis repetit II, LXXIX, IV-V, ubi traditum Petro primatum narrat.

Ad hoc vestigiorum genus pertinere dixerit fortasse quispiam, quod uterque auctor dicat itineris in Bethaniam ad Lazarum dilati causam fuisse eamdem fere «para que el milagro fuese más euidente» [4]; «para que lo pudiesse resuscitar e para mayor claridad del miraglo» [5]; defensam esse a Christo Domino Magdalenam, per discipulos accusatam: «Escusa otra vez a Madalena» [6]; «De cómo escusó a la Madalena» [7]; vocem «osanna» significare «sálvanos» [8]; Judae pedes a Christo lotos esse [9]; Herodem «curioso» [10], «curioso e liuiano» [11] in interrogando fuisse; Christo in cruce sitienti fel cum aceto esse propinatum [12], cum fellis hoc loco non meminerit Evangelium. Sed haec et alia hujusmodi (quorum aliqua collegit P. W.) [13] adeo minuta nobis aut trita videntur, ut putemus ea tam facile ipsi venire in mentem Ignatio potuisse, quam fieri poterat, ut ea olim in Ludolfo lecta (si perlegerit omnia) animo memoriaque retineret; nam eum illa omnia olim Loyolae in librum illum, in quo rerum sacrarum a se lectarum capita praecipua notabat [14], transcripsisse, minus etiam verisimile ducimus. Ac si quis forte de prioribus illis locis libri *Exercitiorum*, saltem de compluribus, idem sentire volet, non magnopere repugnabimus. Cum enim in iis nullus magni momenti locus inveniatur, qui cum Ludolfi sententiis ad verbum conveniat, textus autem evangelici, quae pars in hac re longe praecipua

---

1 Mysteria, f. 51.
2 II, LXXIX, II.
3 S. IGNATIUS, in mysteriis, 51v.
4 Ibid, f. 46 v.;
5 LUDOLFUS, II, XVII, II.
6 S. IGNATIUS in mysteriis, f. 47.
7 LUDOLFUS, II, XXV, in summario.
8 S. IGNATIUS, ibid., f. 47; LUDOLFUS, II, XXVII, II.
9 S. IGNATIUS, ibid., f. 47v.; LUDOLFUS, II, LIV, V.
10 S. IGNATIUS, ibid., f. 49.
11 LUDOLFUS, II, LXI, VI.
12 S. IGNATIUS, ibid., f. 49v.; LUDOLFUS, II, LXIII, XV.
13 *La Genèse*, pp. 82-85.
14 *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 42-43.

est, a Ludolfo non pendeant, quidni potuerit Ignatius illa etiam alia per se invenire, sicut primus alius, quicumque demum ille fuerit, invenit? Quapropter neque nos haec tanquam certa pronuntiamus, sed ut probabilia proponimus. Nam cum aliunde sciamus hanc a Ludolfo scriptam, a Montesino translatam, Christi vitam Ignatium legisse; nihil mirum quod haec eadem, etiam inscius, huc illuc in suo libello disperserit.

Nonnulla tamen alia tribuuntur interdum Ludolfo, quorum cum libro *Exercitiorum* cognatio non omnibus forte probabitur, si attentius ea perpenderint. In mysterio de incarnatione proponendo indicare aliquantulum dicitur [1] Ludolfus solemnem sanctissimae Trinitatis apparitionem divinasque personas inter se colloquentes [2]. Ast ibi neminem loquentem audimus, nisi angelos pro salute hominum rogantes; veritatem et misericordiam primo apud Deum Patrem, deinde apud Filium, ad quem a Patre mittuntur, inter se disceptantes; aeternum regem sententiam scribentem «que Adán muera e que Adán consigua misericordia» eamque deinde, postulante pace, explicantem exsequique incipientem. Atque haec omnia agi finguntur, quando jam incarnationis dominicae tempus instabat. Consilium autem illud Sanctissimae Trinitatis, «Hagamos redempción del género humano» ut ab Ignatio proponitur contemplandum, est revera totius Trinitatis certissimum decretum factum «en la su eternidad» [3]. Verba illa «Cooperatio totius Trinitatis», quae affert P. W., non sunt in nostris editionibus latinis, nedum in hispana, neque in textu neque in margine; suspicamur ea esse in margine editionis Palmé, qua utitur P. W., ut illa alia «Misericordiae et justitiae contentio» sunt in margine, non in textu, nostrarum editionum.

De sermone in monte haec Ignatius: «A sus amados discípulos aparte habla de las ocho beatitúdines» [4]. Ludolfus autem: «Dizen algunos que primero lo predicó Christo a los discípulos en la cumbre del monte, assentándose a manera de enseñador e maestro, e ansí lo escriue Sant Matheo, e que después en el lado del monte hizo otro tal a las compañas e a los discípulos en común, estando leuantado como predicador, e esto dize Sant Lucas; como quiera que otros dizen que él se assentó primero con sus discípulos en lo más alto del monte, e elegidos allí los doze apóstoles, que se descendió a vn llano en el lado del mesmo monte, e que allí hizo vn sermón a las compañas e a los discípulos... mas lo primero es lo que por más conuenible se tiene, e lo que mayor consonancia parece tener con la verdad» [5]. Vides duplicem ser-

---

[1] Ibid, p. 81.,
[2] Ludolfus, I, II, II, sqq.
[3] *Exercitia* in contemplatione incarnationis, f. 18r et v.
[4] Mysteria, f. 44v.
[5] Ludolfus, I, XXXIII, I.

monem a Ludolfo significari, alterum ad discipulos, alterum similem ad turbas. De qua re nihil apud Ignatium. Putat nihilominus, ut videtur, P. W. [1] illius voculae «aparte» appositae ab Ignatio originem ex Ludolfo esse repetendam.

Jam de altero ejusdem sermonis puncto ignatiano dicitur: «Dans le 2.e point saint Ignace parle de la vie utile (parab. des talents) et du devoir social. Il semble s'être inspiré de Ludolphe (I. P., c. XLIX n.° 10, et c. XXXIV et XXXV.)» [2]. En illud Ignatii punctum: «2.° los exhorta para que vsen bien de sus talentos: (assí vuestra luz alumbre delante los hombres, para que vean vuestras buenas obras y glorifiquen vuestro Padre, el qual está en los cielos)». Ludolfus agit in I, XLIX, de curatione haemorrhoissae ac de resurrectione filiae Jairi, atque in fine paragraphi quintae breviter declarat non ex vanitate opera bona jactanda esse, ad Dei gloriam vero divulgari posse, neque ullum ibi verborum Ignatii vestigium adest. In eadem prima parte, cc. XXXIV et XXXV, locum evangelicum ab Ignatio prolatum, quem tamen hic aliter quam Ludolfus transtulit, item quae praecedunt et quae sequuntur, commentatur quidem Ludolfus foliis sexdecim (in editione 1502 foliis viginti). At vero ex tanto paginarum numero instinctum accepisse Ignatium ad verba illa conscribenda «los exhorta para que vsen bien de sus talentos» (ubi non videtur contineri parabola talentorum), quae aliunde planissima sunt et apud S. Matthaeum haud obscure indicata; non potuimus ex textuum comparatione perspicere.

De contemplatione Lazari ad vitam restituti, praeter illud quod supra indicavimus, ait P. W.: «Au 3.e point saint Ignace écrit: Modus resuscitandi fuit jubendo; il signale la manière de ressusciter Lazare en donnant un ordre. Ludolphe avait fait pareille remarque» [3]. En textum ignatianum: «Y la manera de resusçitarlo fué mandando: Lázaro, ven fuera», f. 46v. Mandatum vero apud Ludolfum est aliud: «E mandó el Señor que quitassen la piedra que estaua sobre el monumento» (ita interpretatur Montesino Joannem, XI, 39). Cum autem ad ipsum mortuum exsuscitandum venit, imperio quidem res fit, id quod ipsis evangelicis verbis continetur; neque vero Ludolfus notat haec verba esse imperium: «Después desto, con boz grande, e mayor en virtud que en grandeza de clamor, llamó e dixo: Lázaro ven fuera» [4].

In Christi patientis itineribus notandis, suspicatur P. W. ducem Ignatio fuisse Ludolfum [5]. Ast illa itinera ab Ignatio neque hoc nomine designantur, neque ullibi numerantur, quae tamen si numerabis, septem

---

1 *La Genèse*, p. 83.
2 Ibid.
3 Ibid., p. 84.
4 LUDOLFUS, II, XVII, VI.
5 *La Genèse*, p. 84.

invenies nulla arte quaesita, sed sua sponte e rebus ipsis nata. Denique apud Ignatium haec septem itinera ipsam sanctissimae passionis partitionem maxima ex parte efficiunt, in notatione vero ultima hebdomadis tertiae omittuntur [1]. Ludolfus vero passionem distribuit per horas diei liturgicas octo; unde tituli ejusmodi: «Capítulo sesenta e dos. De lo que el Señor padesció desde la hora de tercia hasta la ora de sesta» et ita porro a capite quinquagesimo nono ad sexagesimum sextum. Octo haec capita neque itineribus septem neque capitibus (in corpore *Exercitiorum* duodecim, in mysteriis decem) per quae distinguit Ignatius passionem, respondent. Itinera vero Christum fecisse novem notat data opera Ludolfus in c. LIX, paragrapho ultima, quorum memoriam recoli a christifidelibus ait, invisentibus die Christi mortis anniversario templa novem usque ad horam nonam.

Atque haec sufficiant de vitae Christi mysteriis; ad reliqua *Exercitia* gradum facimus.

Praefationis loco habet Ignatius annotationes viginti, quae ipsae natura sua et dicendi forma praedicant scriptas se esse absoluto jam *Exercitiorum* libro. Sin minus vestigia Ludolfi, aliqua tamen capita doctrinae a Ludolfo proposita, sunt nobis in his annotationibus indicanda. In decima quarta judicium prudens commendatur, quo vires bene perspiciat suas is qui se exercet, prius quam ullo voto se obstringat. Ludolfus haec: «A este que ansí toma la vía de la perfectión, necessario es la discreción para considerar si tiene las fuerças que para esto se requieren» [2].

Tria illa, quae Ignatius in vigesima annotatione conferre ait ad fructum uberiorem ex exercitiis capiendum, attingit etiam Ludolfus: «De tres cosas tenemos aquí exemplo, que son: de apartarnos de las ocupaciones del mundo, e de orar, e de entender en nosotros mesmos» [3]. Haec autem uberius tradit libellus *De imitatione Christi*, l, I, c. X, f. 5: «Escusa quanto pudieres el roýdo de los hombres: ca mucho empesce el tracto de los negocios seculares» [4]; et XX, f. 11: «Del amor de la soledad e del silencio.—Busca algún tiempo conueniente para ti mismo, y piensa amenudo en los beneficios de Dios. Dexa las cosas superfluas... Si te apartares de fablas superfluas y de corros de hombres ociosos y de

---

[1] P. LUDOVICUS DE LA PUENTE, in suo opere *Meditaciones espirituales*, t. IV, in meditationis primae puncto septimo, enumerat etiam septem itinera Christi patientis, quae eadem sunt atque itinera ab Ignatio in *Exercitiis* proposita. Quare, ut in aliis multis rebus, etiam in hac partitione putamus Ludovicum nostrum ab *Exercitiis* pendere. In opere medii aevi, cui titulus *Castigos e documentos del rey D. Sancho*, c. XXXII, *Biblioteca de Autores españoles*, t. 51, *Escritores en prosa anteriores al siglo XV*, p. 150, Madrid, Rivadeneyra, 1860, septem etiam ponuntur itinera passionis, quorum nonnulla veri nominis itinera non sunt, neque cum ignatianis conveniunt.

[2] I, LIV, IV.

[3] I, LXVII, V.

[4] Utimur, ut supra, p. 57, diximus, editione burgensi, a. 1516.

oyr nouedades» etc.; l. III, c. XLII, f. 49v: «E aquestos nunca llegarán a la verdadera libertad del puro coraçón e a la gracia de mi alegre familiaridad, sino con entera renunciación», etc.

Ejusdem libelli doctrina est modus agendi cum tentatis de quo Ignatius in annotatione septima: «El que da los exercicios, si vee al que los rescibe que está desolado y tentado, no se haya con él duro ny desabrido», etc., f. 2r. Thomas a Kempis, l. I, c. XIII, f. 6v, ait: «No te quieras hauer duramente con el tentado, mas consuélale», etc.

Alia exercitia aliis convenire docent Ignatius in annotatione duodevicesima, Thomas in l. I, c. XIX, f. 10v: «No pueden tener todos vn exercicio, mas vna cosa conuiene más a vno e otra a otro.»

Compertum omnibus est principium et fundamentum *Exercitiorum* esse id quod hoc eodem nomine initio libri, post praefationem seu annotationes viginti, ponitur, doctrinam, inquam, de Deo, hominis rerumque omnium, quae in his terris sunt acciduntve, auctore ac fine. Montesino in II, XXXVI, I, ex Sto. Augustino hunc locum vertit: «Mandado te es que ames a Dios de todo coraçón e de toda tu ánima e de toda tu mente». Et paulo post: «Manda [Cristo] que qualquier otro bien que viniere a la presencia del coraçón para ser amado, que se tome e ordene para aquel fin, que es el mesmo Dios». Alius locus est in II, LXXXV, I (hunc affert P. W., p. 79), ex Sto. Anselmo, quem Montesino ita translatum refert: «Pues conoce [oh ánima!]que eres criada para alabar a tu Hazedor, porque occupándote en lo bendezir siempre e glorifycar, pudiesses aprouechar en esta vida en merecimiento de sanctidad, e después pudieses byuir en el syglo aduenidero en perfecta bienauenturança», etc.

Utrum hi duo loci, aut eorum alter, fontes dici jure possint necne, unde Ignatius principii et fundamenti partem aliquam hauserit, ambiguum est, locum ignatianum attento animo legenti; etsi in eo praecipua capita doctrinae Ludolfi continentur. Sed plura hujus generis invenies in libello *De imitatione Christi*, l. III, c. IX, quem Manresae legebat Ignatius, cum operis cartusiani nihil praeter excerpta habuisse videatur. Utrobique tamen alia desunt, maxime forma et finis ab Ignatio intenta. Quin vero *potuerit* aliquid exinde materiae sumere, nemo dubitet.

Doctrinam de juramento, praesertim per creaturas, ab Ignatio in hac prima hebdomade traditam, reperies (ita sentit P. W.) [1] in *Vita Christi*, I, XXXIV, VIII-IX et II, XXXVIII, III. Primus locus, quatenus ad rem facere maxime videtur, est hujusmodi in § VIII: «En aquella ley concedió [Dios] a los ysrraelitas que jurassen por el nombre de Dios, no porque a Dios plazía que esto se hiziesse; mas quiso que el juramento fuesse fecho por su nombre, porque no jurassen por las cria-

[1] *La Genèse*, p. 79.

turas ni les fuesse dada tal honra», seu, ut ibidem dicit: «porque no tengamos alguna cosa criada en ygualdad de la honra de la diuinal veneración». Alter locus in § IX sic se habet: «Para que el juramento sea derecho tres cosas se requieren: la vna es de parte de la materia... que sea verdad; ... la segunda es justicia de parte de la causa por la qual se jura; ... la tercera es discreción o juyzio de parte del que jura». In tertio denique: «La ordenación destos [malos fariseos] era tal que el juramento fecho por las criaturas no obligasse al que lo hiziese al cumplimiento dél, sino quando fuesse fecho por el oro e por los dones del templo e del altar». Et aliquanto post: «Es cosa cierta que el que jura por qualquiera criatura, por callada e contenida manera jura por el que la crió, cuya presencia e magestad vniuersal enseñorea e preside a toda criatura».

Modo confer, si placet, inferius locum ignatianum *Exercitiorum* sub titulo «Examen general de la conciencia.—De la palabra», f. 7. Invenies certe in eo esse aliquas ex doctrinis a Ludolfo prolatis; locum ignatianum ex iis manasse, vix, puto, invenies.

Eodem loco agit Ignatius de verbo otioso, de quo Ludolfus, I, LXXIII, VIII, allatis, ut solet, multorum Patrum eadem de re sententiis. Ignatianis verbis omnium simillimum est S. Gregorii dictum in § VIII: «Ociosa palabra es la palabra que carece de razón de justa necessidad o de intención de piadoso prouecho». Praeterea dictum ipsius Ludolfi in § IX, ubi enumerat tria genera verborum otiosorum, quorum primum: «Palabras sin prouecho son las que no aprouechan a los que las fablan ni a los que las oyen». Ignatius vero: «No decir palabra ociosa, la qual entiendo quando ny a mý ny a otro aprouecha, ny a tal intención se ordena». Si quis ex his verbis affinitatem inter Ludolfum et Ignatium collegerit, eam non longe petitam existimabis; sin autem locum integrum *Exercitiorum* leges, haesitabis fortasse.

Generalem, quam vocant, confessionem utilem esse, etiamsi forte non necessariam, docet Ignatius in suis *Exercitiis*. Hujus rei fontem ex Ludolfo aliqui fortasse petant. Est enim ad I, XX, VIII, ita: «La confessión replicada otra vez (aunque no sea necessaria para la salud del ánima) es a lo menos muy prouechosa», quod primum aspicienti non valde dissimile videtur verbis ignatianis: «Dado que quien cada vn año se confiesa, no sea obligado de hazer confessión general, haziéndola ay mayor prouecho»... Nos tamen putamus discrimen inter duos illos auctores majus esse quam ut dicere possimus Ignatium ex Ludolfo pendere. Primum quia non loquitur Ludolfus de illa confessione, quae vera plenaque ratione generalis vocatur, sed de iterata confessione alicujus vel aliquorum peccatorum, ut satis docent allata verba, et multo clarius praecedentia: «Es de notar que muy saludable exercicio es tornar algunos tiempos a hazer confessión de los mesmos pecados otras vezes confessados». Deinde quia hoc modo utilitates confessionis enumerat: «Lo

vno porque no sabe el hombre si en la primera [confesión] fué contrito en sufficiencia. Lo segundo porque la mayor humildad e la mayor vergüença causa al pecador mayor merescimiento. Lo tercero porque en toda confessión, avnque sea freqüentada cient mill vezes, se quita por virtud del sacramento alguna pena de la que tiene merescida el pecado, e se concede alguna nueua gracia», etc. Ignatianum textum integrum vide in *Exercitiis*.

Sanctissimum eucharistiae sacramentum institutum narrat Ludolfus II, LVI [1]. In § V tradit: «En la yglesia primitiua todos los hombres que estauan en misa recibían el sacramento del cuerpo e de la sangre de Jhesú Christo.» Et in § IX, ad finem, de communione frequenti atque etiam quotidiana sic loquitur: «Cada vno sea dexado al juycio de su propia experiencia y conciencia.» P. W. videt in primo ex his duobus locis et aliis ubi agitur de communione, originem communionis ab Ignatio in libro *Exercitiorum* commendatae. Sed si ejus rei originem in libris quaeris, quanto melius repetes ex opere *De imitatione Christi*, praesertim ex libri IV capitibus tertio, quarto, decimo, etc., quod opus Ignatius jam inde a secessu manresano studiosissime perlegebat?

In primo exercitio primae hebdomadis unum vestigium Ludolfi assignat P. W. [2] in designatione loci, quo Adam creatus sit. Si textum integrum leges, opinionem confirmabis:

LUDOLFUS	S. IGNATIUS
Formado ya Adán de la tierra en el campo damasceno, cerca del valle de Ebrón, e trasladado de allí por las manos del Señor al parayso terrenal e muy deleytable, e hecha ya nuestra madre Eua en el mesmo parayso de la costilla de Adam dormido e dada al mesmo Adán por compañera...» (I, II, I.)	Cómo después que Adán fué criado en el campo damaçeno y puesto en el parayso terrenal y Eua ser criada de su costilla... (In 1.° exercitio 1ae hebdomadis, f. 11.)

Hic habes locutiones, proinde sententias simillimas, ordinem eventuum eumdem: formatum seu creatum Adam, translatum seu collocatum in paradiso, formatam Evam. Inter omnes locos, qui tum a nobis tum a P. W. afferuntur, hunc et paucos alios esse putamus, qui originem clare prodant, Ludolfum dicimus aut alium auctorem illi similem et nobis ignotum.

---

[1] Per errorem typographorum apud W., p. 79, dicitur c. LXXIII, parte II, ubi agitur tantum de Jesu redivivo seseque mulieribus a sepulchro redeuntibus ostendente.

[2] *La Genèse*, pp. 20 et 79.

His autem locis a P. W. allatis (praeter illum de generali confessione) juvat pauca subjungere. In eodem primo exercitio ait Sanctus Pater in compositione loci: «Considerar mi ánima ser encarcerada en este cuerpo corruptible, y todo el compósito en este valle como desterrado entre brutos animales», f. 10r. Ludolfus: «Aborrescamos la compañía e ayuntamiento deste nuestro cuerpo podrido e miserable... el qual nos detiene aquí encarcelados en sus elementos como a peregrinos, e desterrados de tanto bien [Dios]» [1].

Fortasse etiam primum hujus exercitii punctum aliquis apud Ludolfum videat in I, II, I, ubi ait: «En el principio como Lucifer fuesse criado, ensoberuecióse contra Dios su criador, e luego en vn momento fué alançado desde lo más alto de los cielos en el infierno.» Ignatius: «Siendo ellos [los ángeles] criados... veniendo en superbia, fueron... lançados del çielo al infierno.» At si textum *Exercitiorum* integrum leges, non putabis eum locum ex cartusiano eductum. In nostris Ludolfi editionibus latinis non sunt verba allata a P. W. «Casus Luciferi et protoparentum», sed tantum «Luciferi casus» in margine.

Non exigui momenti sunt in hac prima *Exercitiorum* parte tria illa, quae in fine tertii exercitii seu primae repetitionis, vult Ignatius ut a Beata Virgine, a Christo Jesu, ab aeterno Patre flagitemus: «La primera [cosa] para que sienta interno conoscimiento de mis peccados y aborrescimiento dellos; la 2.ª para que sienta el dessorden de mis operaciones, para que aboresciendo me enmiende y me ordene; la 3.ª pedir conoscimiento del mundo, para que aboresciendo aparte de mý las cosas | mundanas y vanas.» Horum trium duo saltem quodammodo eruimus ex Ludolfo. Quibus ergo unum identidem verbum commune sufficit ad affinitatem statuendam vel suspicandam, multo magis haec sufficient. At rem bene consideranti clarescet alia esse ignatiana, alia ludolfiana. En textum ex *Vita Christi:* «La segunda [buena simiente que siembra Dios en el alma] es el conoscimiento de sí mesma e del mundo e de Dios. De su propio conoscimiento le nasce dolor... Del conoscimiento del mundo le naçe temor, considerando que anda el hombre en medio de lazos»... [2].

Denique de sempiternis damnatorum cruciatibus habet Ludolfus II, LXXXVIII, I-II. Etiam in I, LIII, II haec dicit: «Porque no tememos lo que es necessario que temamos, avemos miedo de lo que no conuiene; e pues que ansí es, lançando el temor del mundo, seruid al Señor por temor del infierno, hasta que la caridad enbíe fuera el temor», etc. Haec non dissimilia sunt iis quae in altero ad meditationem de inferorum cruciatibus praeludio scribit Ignatius. Similiora tamen sunt in l. I, c. XXIV, f. 16, *De imitatione Christi:* «Empero buena

---

[1] II, LXXXIV, VIII.
[2] I, LXIV, III.

cosa es que si el amor de Dios no te aparta del mal, a lo menos el temor del infierno te retraya dél.»

Hinc etiam intelligitur, sine causa alios auctores in re simplicissima interdum afferri [1].

Neque aliud occurrit de prima hebdomade addendum. Reliquorum *Exercitiorum*, ac proinde hebdomadis secundae, pars maxime princeps ex contemplandis vitae Christi mysteriis conflatur, de quibus satis dictum supra est. Videndum superest, utrum caeterorum aliqua, plura pauciora, Ludolfum Ignatio suppeditasse dicendum sit necne.

In secunda hebdomade praeter Christi vitam et observata quaedam, habes exercitia tria: de regno Christi, de duobus vexillis ac de tribus hominum classibus; tres deinde humilitatis modos, tractatus denique de genere vitae eligendo vel vitae ratione emendanda. Eorum omnium etsi nullum exercitium, nulla exercitii alicujus pars integra apud Ludolfum reperitur; semina tamen aliqua colligere juvat, quae fortasse in libello *Exercitiorum* germinasse aliqui putent.

En nonnulla quae ad materiam contemplationis de regno Christi spectant. In I, V, VIII, exponens Ludolfus verba evangelica «et regni ejus non erit finis» ait: «Es de notar que Christo no sólo en quanto Dios, mas avn en quanto hombre, reynará para siempre, e no sobre los hombres solos, mas avn sobre los ángeles». Jure itaque ab Ignatio dicitur Christus «rey eterno y Señor vniuersal».

In eadem prima parte, XXX, III, dicitur de Christo «predicaua en los templos». Multis quoque aliis locis Ludolfus judaeorum synagogas appellat «templos»; hinc forte in compositione loci hujus meditationis scriptum prius erat «templos», quo deleto, scripsit Ignatius manu sua «synagogas». Vide infra, emendata in Autographo.

In parte secunda *Vitae Christi*, capite nono, parabola explicatur de rege rationem a servis exigente; in paragrapho prima dicitur: «Este [rey] es Christo, que es verdadero hombre e verdadero Dios, e rey de los reyes e señor de los señores».

In capite vigesimo ejusdem partis, paragrapho tertia, est fere loci compositio ignatianae meditationis de regno Christi: «De contino andaua por todas las cibdades e castillos predicando e haziendo miraglos.» Ignatius ait: «Ver con la vista ymaginatiua sinagogas [*prius* templos], villas y castillos, por donde Xpo. nuestro Señor predicaua», f. 16v.

Huc pertinent aliqua ex c. XXVII, quem locum indicat P. W. [2]. Sunt autem in § II, in quo explicat Ludolfus verba illa «e bendicho seas tú que eres verdadero rey de Israel». Ac judaeos reprehendens quod putaverint, Christi regnum in rebus mere humanis ac terrenis futurum, «E él avía venido, inquit, a reynar esperitualmente e a librar

---

[1] *La Genèse*, p. 94, lin. 21-26.
[2] Ibid., p. 80.

todo el linaje humano del diablo». Et paulo post ex Sto. Augustino: «Cristo... fué verdadero rey de Isrrael para regir las ánimas... e para lleuar a los creyentes e a los que lo aman e tienen esperança en él, al reyno de los cielos.»

In capite quadragesimo septimo, paragrapho secunda, variam exponit rationem, qua Christus rex homines ad se vocat, et hominum genera quinque enumerat, ubi haec legimus: «E a estos llamamientos del rey celestial ay algunos que no quieren responder e ay otros que responden con humildad, mas después... e son otros que le abren, mas no permiten... E ay otros que reciben al Señor quando llama e no echan fuera a los otros huéspedes, avnque aparejen al mesmo Redemptor aposentamiento muy deleytable» [1]. Sanctus Ignatius petere nos docet «gracia a nuestro Señor, para que no sea sordo a su llamamiento, mas presto y diligente para cumplir su sanctíssima voluntad», f. 16v.

Denique in capite sexagesimo tertio [2], paragrapho quarta, breviter commentatur Ludolfus titulum cruci impositum. «Esto que dize rey de los judíos, pertenesce al señorío imperial del que padece, e esta dignidad meresció por la passión... Mas avnque el clementíssimo Señor sea por virtud de la cruz no sólo rey de los ysrraelitas, mas avn de los gentiles»...

Multis praeterea locis Christum appellat regem, quod minime mireris in *Vita Christi* a viro christiano scripta. Neque tamen etiamsi omnia collegeris et inter se quocunque modo conjunxeris, meditationem de regno Christi, nobis ab Ignatio traditam, unquam confeceris. Germina illa quaedam sint, qualia etiam invenit Ignatius in opere *De imitatione Christi*, l. II, c. I, f. 18v: «Sostiene con Cristo e por Cristo, si quieres regnar con Cristo», et l. III, c. LXI, f. 63v: «Si quieres reynar comigo lieua la cruz comigo» [3].

Quod idem dici omnino debet de meditatione duorum vexillorum. Congeres quidem ex *Vita Christi* locos ad illam pertinentes tam multos, ut eorum quos de Christi regno congessimus numerum superent. Hi quidem, alii juxta alios positi, meditationis ignatianae specie quadam oculos leviter intuentium perstringent. Ea tamen res nec meditatio erit de duobus vexillis nec exemplar illius dici jure poterit, etiamsi finxeris Ignatium facientem id quod nos fecimus, conjungentem in unum eos locos, quos nos e regione textus ignatiani subjicimus. Hoc autem fecisse Ignatium verisimile non est. En itaque textus:

---

[1] Male translata est ultima sententia. Habet enim textus latinus: «Quidam autem dominum pulsantem recipiunt et alios hospites excludunt et insuper ei delectabilem praeparant mansionem, ut a nullo inquietetur.» Sic in utraque editione lugdunensi 1537 et 1557, idque postulat contexta oratio.

[2] Ex errore typographorum legitur in *La Genèse*, p. 80, lin. 10, «LXXIII» pro LXIII. In c. LXXIII ostendit se Christus redivivus mulieribus, ut diximus in p. 76, not. 1.

[3] Hoc caput LXI editionis burgensis a. 1516 respondet in plerisque aliis editionibus capiti LVI.

LUDOLFUS

Esta santa cruz es la vandera e la señal de la salud vniuersal de todos los hijos de Dios [II, I, VII]. Ca ninguna cosa de condenación sucede a los que biuen debaxo de la bandera de Jesú Xpo. [I, LXXXVIII, V].

Claro conoscemos que la señal más cierta e más esclarecida de los que han de ser perdidos e condenados es la soberbia; e por el contrario la humildad es la señal de los escogidos. Pues como de manifiesto se conoce qué señal trayga cada vno, de ligero se halla e vehe devaxo de qué vandera e capitán pelea [I, LVIII, V ad finem].

Pues escoge por cosa mejor militar e beuir debaxo del reyno del cielo, que no andar debaxo de la capitanía del príncipe de las tiniebras, que es el aduersario. E ten por mejor seruir debaxo del imperio de Dios, que debaxo de la tiranía del mundo [Ibid., § VI].

Sathanás siempre comiença a tentar de las cosas pequeñas [I, XXII, VIII]. Pues con grande cuydado se deuen guardar todos, que no sean tomados en los lazos e acechanças diabólicas e que no sean embueltos en sus cadenas, las quales arma e estiende en toda parte por diuersos modos [Ibid., § XIII]. Entiéndese que vsa [el demonio] dellas [las riquezas] para engañar e para enrredar a los hombres en los lazos que estiende en las riquezas [I, XXXVIII, III]. La ceguedad espiritual se causa en tres maneras: la primera del poluo de la cobdicia terrenal; la segunda del huego de la cobdicia carnal; la tercera del hinchamiento de la soberuia [I, LXXXV, V]. Procede [de las cosas pequeñas] a las más graues, e de las graues a las más pesadas, e finalmente tienta de las

SANCTUS IGNATIUS

El quarto día meditación de dos banderas, la vna de Xpo. summo capitán y señor nuestro, la otra de Luzifer, mortal enemigo de nuestra humana natura.

La sólita oración preparatoria.

El primer preámbulo es la historia: será aquí cómo Xpo. llama y quiere a todos debaxo de su bandera; y Luçifer al contrario debaxo de la suya.

El 2.° composición viendo el lugar: será aquí ver vn gran campo de toda aquella región de Hierusalén, adonde el sumo capitán general de los buenos es Xpo. nuestro Señor; otro campo en región de Babilonia, donde el caudillo de los enemigos es Luzifer.

El 3.° demandar lo que quiero, y será aquí pedir conoscimiento de los engaños del mal caudillo y ayuda para dellos me guardar, y conoscimiento de la vida verdadera que muestra el summo y verdadero capitán, y gratia para le imitar.

El primer puncto es ymaginar así como si se asentase el caudillo de todos los enemigos en aquel gran campo de Babilonia, como en vna grande cáthedra de fuego y humo, en figura horrible y espantosa.

El 2.° considerar cómo haze llamamiento de inumerables demonios, y cómo los esparze a los vnos en tal ciudad, y a los otros en otra, y así por todo el mundo, no dexando prouincias, lugares, estados ny personas algunas en particular.

El 3.° considerar el sermón que les haze, y cómo los amonesta para hechar redes y cadenas; que primero ayan de tentar de cobdicia de rriquezas, como suele ut in pluribus, para que más fácilmente vengan al vano honor del mundo y des-

grauíssimas e muy más difíciles [I, XXII, IX].

[Cristo] en sus hablas era... todo modesto e manso, [Proemio, § VI], su presencia humilde, gran[de su] hermosura [I, LXV, II].

Es de saber que seguir a Jhesu Xpo. no es otra cosa sino seguir sus pisadas con semejança de costumbres e tener conformidad con su vida [II, II, II]. Con tres exemplos nos muestra el Señor la carrera por la qual le deuemos seguir. El vno es exemplo de pobredad, porque en este mundo no quiso tener riquezas; e este exemplo nos face la carrera ligera e sin embaraço, porque más sin estoruo el hombre corra por ella. El segundo es de humildad, ca menospreció toda la gloria del mundo, lo qual no es poco socorro para tener escondido e no destruydo de la vanagloria todo el bien que hiziéremos. El tercero es de paciencia, porque suffrió con alegre coraçón las aduersidades, e esto haze al hombre fuerte e robusto para soffrir [I, IX, III] [1].

El que es verdadero pobre de espíritu siempre es de muchas injurias fatigado [I, XXXIII, II].

[Pero algunos] quieren ser pobres, mas que no les falte nada, e humildes sin menosprecio, e pacientes sin denuestos e injurias [I, LXXI, IV].

[Por el reino de tu gloria] Señor, cada día te seruimos e militamos debaxo de tu santa bandera [I, LXXX, *in precibus ad finem*].

pués a crescida soberuia; de manera que el primer escalón sea de rriquezas, el 2.° de honor, el 3.° de soberuia, y destos tres escalones ynduze a todo[s] los otros vicios.

Assí por el contrario se ha de ymaginar del summo y verdadero capitán, que es Xpo. nuestro Señor.

El primer punto es considerar cómo Xpo. nuestro Señor se pone en vn gran campo de aquella región de Hierusalén en lugar humilde hermoso y gracioso.

El 2.° considerar cómo el Señor de todo el mundo escoje tantas personas, apóstoles, discípulos etc. y los embía por todo el mundo, esparziendo su sagrada doctrina por todos estados y condiciones de personas.

El 3.° considerar el sermón que Xpo. nuestro Señor haze a todos sus sieruos y amigos, que a tal jornada embía, encomendándoles que a todos quieran ayudar en traerlos, primero a summa pobreza spiritual, y si su diuina Maiestad fuere seruida y los quisiere eligir, no menos a la pobreza actual; 2.° a deseo de opprobrios y menosprecios, porque destas dos cosas se sigue la humildad; de manera que sean tres escalones: el primero pobreza contra rriqueza; el 2.° opprobrio o menosprecio contra el honor mundano; el 3.° humildad contra la soberuia; y destos tres escalones ynduzgan a todas las otras virtudes.

Vn colloquio a Nuestra Señora, porque me alcançe gracia de su Hijo y Señor para que yo sea recibido debaxo de su bandera, etc.

Ex his locis unum tantum a P. W. notatum video, Christi descriptionem ex prooemio desumptam. «Portrait de Jesu-Christ d'après Ludolphe. Erat aspectu dulcis, colloquio suavis et omni conversatione be-

---

[1] Hic locus, qui a Ludolfo tribuitur S. Bernardo, ille fere est, qui exstat in homilia Werneri, abbatis; hunc vide inferius, in § 5.

nignus.—Blandus et amabilis. Prooemium, n° 13 et 14» [1]. Quae si ita proponantur, in mentem fortasse revocent ignatianam phrasin etsi diversam «Cristo... en lugar humilde hermoso y gracioso». At Ludolfum legenti, praesertim hispane, vix occurret comparatio. Describit enim in § V, et magno quidem cum amore ac voluptate, suavissimos Christi mores; postque alia multa et pulcherrima, habet illa: «Era muy dulce de acatamiento e muy suaue en las hablas, e de contino era muy manso e tratable en la conuersación. E mayormente deues contemplar su cara (si es possible la ymaginación humanal acertar en la contemplación de su hermosura)», etc. Sexta vero paragraphus tota est de «la cara, forma e figura de nuestro Redemptor». Miscet tamen nonnulla de moribus, ad quos illa spectant: «En la reprehensión era terrible: en las amonestaciones e consejo era blando e amable. Era alegre sin perdimiento de grauedad». Caeterum eadem sunt in epistola illa, quae a Publio Lentulo quodam scripta fingitur ad senatum romanum ac reperitur in editionibus nonnullis hispanis operis *Flos sanctorum*, initio, sive ante sive post Passionis historiam: «En el reprehender terrible, en el amonestar benigno e amigable: alegre, guarda empero su grauedad» etc. Sed multo similior ignatianae sententiae est locus quidam *Exercitatorii* P. Garciae Cisneros, de quo postea.

Indicantur tamen ab eodem auctore alii loci: «Ludolphe fournit aussi quelques traits, qu'on retrouve dans les méd. de saint Ignace» [2]. Sunt autem II, XXXIX, ad finem; II, LXXXVII, III; I, LXXIII, III.

In II, XXXIX ad finem dicitur esse «lutte entre Babylone et Jérusalem à la fin du monde». Potius dicendum est reprehendi a Ludolfo perditos illius temporis mores, qui Ecclesiam opprimant velut olim caldaei urbem Jerusalem. Post alia plura «Estanse, inquit, las claustras solas, e tiene el euangelio la boca cerrada, e discurren e suenan los fueros e derechos ciuiles por las bocas de los que tienen orden ecclesiástica. Muy pocos son los que piensan o saben las sagradas palabras de las escripturas, e quasi todos entienden e saben los digestos de las leyes e los litigios populares. E por dezir verdad, tan cruel es el feruor e la pressura, que aflige en estos nuestros días a la Iglesia, que cercada al derredor así como de batallas de Babilonia, paresca ya otra Jherusalem cercada con todos sus cibdadanos de los crueles caldeos. Ya no se paga ojo por ojo», etc.

In alio loco, II, LXXXVII, III, videnda dicitur oppositio inter Antichristum et Christum Jesum, additurque: «Saint Ignace semble appliquer a Lucifer ce que Ludolphe a dit de l'Antéchrist» [3].

---

[1] *La Genèse*, p. 82.

[2] Cur «les méd[itations]»? Nonne agitur hic de una meditatione vexillorum? *La Genèse*, p. 81.

[3] Ibid., p. 82.

Locus ex *Vita Christi* est hujusmodi: «Cerca de la peruersidad e venida del Antecristo es de notar que se armará este maligno aduersario de Christo nuestro Redemptor de quatro maneras de engañar e de atraher a los hombres a su seta pestilencial (conuiene saber) de maliciosa blandura de amonestaciones, e de operaciones de miraglos, e de dádiuas de muchos bienes temporales, e de aflegimiento de tormentos muy crueles. E con estas quatro cosas allegará grandes compañas. A los malos atrayrá por dones, a los buenos por tormentos, e a los simples por predicación e falsos miraglos. E terná consigo maestros de arte mágica... E ansí como en Cristo nuestro Señor moraua e mora toda plenitud de diuinidad, ansí en el Antechristo morará toda plenitud e abastança de maldad, porque estará en él syenpre el espíritu maligno, que es cabeça serpentina de todos los malos», etc. Et aliquanto post: «E todo el tiempo que ha de reynar el Antecristo en la tierra serán tres años e medio. E después matarlo ha el Señor de la gloria por su admirable poderío, o por su propia mano o por mano del archángel Sant Miguel. E será muerto en el monte Oliuete estando en su tienda real e assentado en su silla» etc. Non perspicimus qua ratione dici possit Ignatius ad Luciferum haec transtulisse.

Una est in textu latino Ludolfi locutio aliquantum similis uni locutioni translationis latinae *Exercitiorum*. P. Roothaan appellat daemonem «malum caput», «caput inimicorum», «caput omnium inimicorum»; Ludolfus vero vocat etiam diabolum, non Antichristum, «caput omnium malorum». Sed hanc phrasim (si quid res valeret) nescimus legisse Ignatium, illas non scripsit Ignatius.

Quod si inter industrias, quibus ab Ignatio dicitur armatus hostis humani generis, et eas, quas adhibiturus perhibetur Antichristus, aliqua esset cognatio, quam nullam videmus; pertineret hic locus ad eorum numerum, quorum fontem tum apud Ludolfum, tum apud Voraginem in *Vitis Sanctorum* invenire liceret. Sic enim habet Jacobus de Voragine: «Trabajará [el Antecristo] en engañar en quatro maneras: primeramente con abstuto consejo e con falsa interpretación de las Escripturas... Lo segundo por los milagros... Lo tercero por la dádiua de los dones... Lo quarto por tormentos» [1].

Denique descriptio Luciferi apud Ludolfum in mentem revocare illam dicitur, quae est apud Ignatium. Hispanus Ludolfi textus est hujusmodi: «Es de notar que los demonios tienen sus oficios muy ordenados para el mal e para empecer. Porque vn demonio hay que es presidente de la soberuia, e llámase Lucifer; e este tiene muchos diligentes familiares e seruidores, que siempre están delante dél, e tiene también otros muchos soberuios por súbditos... e este demonio se alança con la verdadera humildad de coraçón. E otro demonio ay que es presidente

[1] «Del adviento», f. 2v, col. 1.

de los vicios de la carne, que se llama Asmodeo... e éste demonio tiene muchos satélites e acuciosos por seruidores e familiares, que le están siempre delante, a los quales despide e desempacha, para que vayan a tentar del pecado de la carne... e no se destierra sino por ayuno e por la disciplina e mortificación del cuerpo. E ay otro demonio tercero que es presidente de la avaricia e llámase Mamona... e este asímesmo tiene muchos oficiales que le ayudan... e véncese por el menosprecio de los bienes temporales... El quarto demonio es vno que preside a los pensamientos malos e a los rancores e enbidias e a las malas afeciones, e este se llama Beelzebub... E este demonio tiene grandes imitadores e familiares que le ayudan... e este se alança por la confessión e por la sacerdotal absolución» [1].

Lege modo textum ignatianum, et vide num dici debeat aut saltem possit, hunc aliquo modo ex illis pendere. Quod si affirmaveris, dicendum tibi erit, ex primo daemone sumptum nomen, ex secundo missionem, ex tertio avaritiae laqueos.

Meditationis itaque duorum vexillorum origo deduci non potest ex Ludolfo, quamvis nonnulla ex his quae supra coacervavimus, semina forte dici queant, non meditationis, sed aliquarum rerum in meditatione occurrentium. Et tamen sunt apud Ludolfum, quem legit Ignatius, plura hujus meditationis elementa quam in illis operibus, quae nescimus eum legisse, e quibus tamen placuit quibusdam originem hujus meditationis petere, ut postea dicemus.

Quod autem pertinet ad meditationem de tribus hominum classibus, simile quicquam nos vidisse in *Vita Christi*, non meminimus.

Vix etiam quidquam reperias, quod cum tribus illis humilitatis modis ignatianis conferatur. Tradit quidem Ludolfus tres humilitatis gradus: «Es de notar que... son tres grados de humildad»; at nihil cum Ignatio commune. Nam porro pergit: «El grado primero es humildad de coraçón; el segundo, humildad de obra; el tercero humildad de palabra», etc. [2]. Non adeo dissimilis ab Ignatio est in II, II, III, ubi cujusdam spiritualis mortis exponit gradus quinque, quorum primus est «que el hombre, por virtud de la humildad, se tenga por más pequeño e desechado que todos... El tercero que aya placer que aquello mismo digan e hablen todos dél. El quarto es que el hombre tenga paciencia e igual coraçón, quando fuere de todos tratado en menospreciable manera. El quinto es que... ame ser menospreciado de todos.» Haec Ludolfus. Aliqua hujusmodi in libello quoque *De imitatione Christi* sunt, l. II, c. VI, f. 21: «Gran reposo de coraçón tiene el que ni cura de las alabanças ni de los denuestos», et c. XII, f. 27: «Y si te diessen a escoger, más deurías dessear padeçer aduersidades por Jesu Christo, que ser re-

[1] I, LXXIII, II.
[2] II, XXXVII, ad finem.

creado con muchas consolaciones; ca pareçerías más a Christo, y serías a sus sanctos más conforme.»

Similia iterum exstant apud Ludolfum in I, LXXI, V, ubi ex Bernardo tres abstinendi a mundanis rebus modos explicat; sed quamquam in iis una vel altera locutio invenitur, quae ignatianis locutionibus similis est, has tamen similiores non censemus, quam eas quas modo transcripsimus. Ea vero fuisse fontem, unde ignatiani humilitatis modi scaturierint, neque nos dicimus, neque alium quemquam dixisse novimus.

Reliquum in hac secunda hebdomade est de electione caput ac nonnihil de vita emendanda, quibuscum nihil apud Ludolfum reperimus conferendum. Ne illa quidem, quae de beneficiis (ecclesiasticis plerumque ex contexta oratione) nonnullis *Exercitiorum* locis, etiam hoc electionis loco, attingit Ignatius, quidquam commune habere cum Ludolfo I, LXVIII [1], nobis videntur. Primum enim Ludolfus non tam de beneficiis quam de abusu beneficiorum loquitur, seu, ut ait Montesino in summario, «De la ambición e copdicia desordenada de honrra e de otros defectos de los clérigos e religiosos sobre esta materia», etc. In § I: «De cómo, a exemplo del Señor, deue cada vno fuyr de las honrras temporales»...; § II: «Que procurar las dignidades eclesiásticas es gran pecado»...; § III: «Que el que desea la honrra e dignidad ecclesiástica no está en estado de gracia» etc. Ignatius agit de beneficiis, quatenus haec sunt res quae eligi possit, et breviter quidem per modum exempli, ut agit iisdem locis de officiis, de matrimonio, de sacerdotio [2].

Quae de beneficiis ecclesiasticis indicat potius quam dicit Ignatius, optime intelliguntur ex iis, quae Parisiis verbi gratia in oculis omnium accidebant. Quae nullo personarum genere, nullo loco nominato, dicit Ignatius in libro *Exercitiorum*, vide quanto liberius exprimat S. Franciscus Xaverius scribens die 15 Januarii 1544 Cocino, ex Indiae oppido: «Témome que muchos que estudian en universidades [*paulo ante nominaverat Sorbonam parisinam*] estudian más para con las letras alcançar dignidades, beneficios o obispados, que con desseos de conformarse con la necessidad que las dignidades y estados ecclesiásticos requieren. Está en costumbre dezir los que estudian: "deseo de saber letras para alcançar algún beneficio o dignidad ecclesiástica con ellas, y después con la tal dignidad servir a Dios,,. De manera que según sus desordenadas afficiones hazen sus electiones» [3]. Haec Xaverius; lege Ignatium in praeambulo ad electionem faciendam: videbis profecto Ignatium et Xaverium ex eodem fonte eadem hausisse sine libris.

---

[1] Per errorem typographorum habet W. «LXVII», *La Genèse*, p. 82.

[2] In annotatione decima sexta ex viginti primis, ff. 3v-4, in praeludio ad electionem f. 26r et v, in introductione ad eligendarum rerum notitiam, f. 27, in regulis ad distribuendas eleemosynas, ff. 57v-60.

[3] *Monum. Xaver.*, I, 286.

Circa tertiam hebdomadem vix aliquid est memoratu dignum. In regulis temperantiae ad hujus hebdomadis finem, vestigia forte reperias eorum quae Ludolfus habet in I, XVI, V, de ratione qua sese in prandio gerebant Jesus, Maria, Joseph. «Mira, inquit,... cómo todos tres juntos comen a vna mesa cada día, no manjares delicados y adereçados con estudio, mas pobres e mesurados... e cómo después hablan todos juntos sobre la mesa, no palabras vanas ni ociosas, mas llenas de Espíritu Sancto e de sabiduría, con las quales no eran menos refectionados e consolados en las ánimas, que con el comer en los cuerpos».

At si sententias ignatianas conferes, videbis Ignatium afferre Christi exemplum cum apostolis prandentis. Ex hoc fortasse loco illud Ignatius didicit, quod referunt Lainius et Polancus, invitatum ad prandium, solitum esse inter prandendum tacere, deinde vero, occasione accepta ex iis quae dicta erant, de rebus ad Deum pertinentibus loqui» [1].

Alio loco ait Ludolfus: «Conuiene, pues, que sea quitada la copdicia desordenada del comer, no en solos los manjares delicados, mas avn en los que son de poco valor e pobres» [2] etc. Ignatius scribit: «La primera regla es que del pan conuiene menos abstenerse», non quod probandam censeat immoderatam panis cupiditatem, sed «porque no es manjar sobre el qual el apetito se suele tanto desordenar» etc., f. 33v.

Neque in quarta hebdomade quidquam notandum invenimus. Laetitiam quidem spiritualem tantopere ab Ignatio hoc tempore commendari putant [3], quod idem praestiterit Ludolfus II, LXIX, I. Quater Ignatius de illa laetitia loquitur idque in paucissimis paginis (tribus in Autographo: ff. 36-37) semel dicit «alegría y gozo espiritual»; alias «me alegrar y gozar intensamente de tanta gloria y gozo de Xpo. nuestro Señor»; «queriéndome affectar y alegrar de tanto gozo y alegría de Xpo. nuestro Señor»; «para se gozar en su Criador y Redemptor». Neque hos neque similes dicendi modos suppeditat Ludolfus, etsi alios habet, delicatissimos illos quidem. Imo locutionem illam «Laetitia paschalis de Resurrectione Domini» a P. W. allatam non habemus in nostris editionibus latinis, nisi eam faciamus ex capitis inscriptione «De resurrectione Domini» et prima notatione in margine «Laetitia paschalis», quae nullo nexu inter se copulantur. Itaque praepositio *de* illa laetitiae paschalis causam non in-

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 104, *Chron. Po.*, I, 25, in *Vita Ignatii Loyolae*, c. III. Exemplum vero Christi coenantis commendabat christifidelibus S. JOANNES CHRYSOSTOMUS (*In epist. I ad Cor.*, hom. 27, n. 5; Migne, P. G. LXI, 231-232). Item OTTO PASSAVIENSIS (Otto von Passau), O. F. Min., in libro primum anno 1386 edito *Die 24 Ältesten*. In editione anno 1500 Argentorati a Joanne Schot facta f. C 4b. Item THOMAS A KEMPIS (1379/80-1471) in *Exercitiis spiritualibus*, c. VI, n. 1. (In editione a Sommalio Antuerpiae anno 1607 facta, II, 513.)

[2] I, LXXI, IV.

[3] *La Genèse*, p. 82.

dicat. Caeterum quid necesse erat Ignatio, illud gaudium aliunde quam ex vehementissimo, quo afficiebatur in Christum amore repetere?

Ad reliquas *Exercitiorum* partes properamus. Prima post quartam hebdomadem exercitatio illa est quae ab Ignatio dicitur «Contemplación para alcançar amor». Ejusdem nonnulla elementa ex Ludolfo collegimus. Duo monita ipsam praecedunt, quae non putamus orta ex Ludolfo, etiamsi res ipsa apud eum invenitur. «Por quatro señales se puede manifestar el amor: lo primero por palabras» [1]. Sed «No basta amar, si la caridad non fuere mostrada por obras» [2]. «Lo segundo se muestra [el amor] por los beneficios que se dan» [3] etc.

Ad primum Ignatii punctum spectant omnia illa quae per totum Ludolfi opus sparguntur de beneficiis a Deo acceptis; ad secundum, illud «como cada vno sea tenplo de Dios por razón del Espíritu Sancto que en el justo mora» [4]; ad quartum illa: «del qual [Dios] todas las cosas hermosas dan testimonio que Él es más hermoso, e las dulzes que Él es más dulce, e las altas que Él es más alto, e las puras e limpias que Él es más purísimo, e las fuertes que Él es muy más fuerte, e ansí de las otras» [5].

De quibus idem putamus, nos quidem, judicium ferendum, quod supra de meditationibus regni et vexillorum tulimus.

Sequuntur modi tres orandi, quorum primus aliqua ratione indicatur in I, LXXXV, V: «Lo primero deue considerar el pecado que hizo para que pueda ver la multitud de sus culpas. E los bienes que dexó de hacer e los males que obró, por pensamiento, por palabra, por obra, con todos los cinco sentidos, contra todos los diez mandamientos, contra los siete sacramentos e contra todas las obras de misericordia». Diximus modum hunc ratione aliqua indicari; nam proponitur materia circa quam versatur, modus vero ipse primus non indicatur. Confer textum ignatianum.

Secundum modum exercet Ludolfus pluribus locis, verbi causa cum verba evolvit angeli et Elisabeth beatissimam Virginem salutantium [6], et alias saepe, cum verba sacra refert, eorum expolitionem subjungens. Orationem dominicam fuse explicat in I, XXXVII, instruens plerumque, subinde orans etiam. At preces in fine hujus capitis non sunt aliae nisi oratio ipsa dominica, adjecta singulis sententiis brevi expolitione, usus itaque partis praecipuae hujus orandi modi. Unde sine causa ad alium auctorem confugias [7].

---

1 II, LVII, II.
2 I, LIX, II.
3 II, LVII, II.
4 II, XXXVIII, VIII.
5 I, I, IX.
6 I, V, V, et I, VI, III.
7 *La Genèse*, p. 107.

Tertii modi neque mentionem neque usum in Ludolfo invenimus.

De mysteriis vitae Christi, quae his orandi modis subjunguntur, egimus supra. Sequuntur quinque regularum ordines: primus et alter ad spiritus discernendos, tertius ad eleemosynas distribuendas, quartus ad scrupulos sentiendos intelligendosque, quintus ad sentiendum cum Ecclesia pertinet. An Ludolfus in his etiam vestigia impresserit videamus.

In II, XLI agit «de los remedios que puede aver contra las espirituales temptaciones del tiempo postrimero»; in § I remedia quinque, in § II undecim colligit. S. Ignatius in regulis ad spiritus discernendos, primae hebdomadis magis propriis, de desolatione agit, quae quoddam tentationis genus dici potest. Quamquam altera res apud alterum revera agitur, similis tamen doctrina traditur ab Ignatio in regula quinta et sexta, et a Ludolfo in remedio sexto paragraphi secundae: «El sesto remedio es que por las temptaciones ya dichas (si por ventura las tienes) no dexes de lleuar adelante el bien que ouieres principiado antes que fuesses combatido dellas, e mayormente no deues dexar de orar o de confessarte, ni de hazer las otras obras de humildad, avnque no halles consolación en ellas» etc. S. Ignatius: «La quinta, en tiempo de desolaçión nunca hazer mudanza, mas estar firme y constante en los propósitos y determinación en que estava» etc. Et in regula sexta: «Instar más en la oraçión, meditación, en mucho examinar» etc. Vide textus ignatianos. Similem doctrinam protulit Thomas a Kempis in l. III, c. VI, f. 31v: «De la prueua del verdadero amador.—Siempre guarda tu fuerte propósito e recta intención a Dios» [1], et alibi.

Item habes apud Ludolfum I, VIII, VI, rationes quatuordecim cur justi affligantur; in I, XLVIII, II causas quinque, cur «acaescen las enfermedades o los açotes». Nihil mirum quod in sexdecim his sive rationibus sive causis aliquid inveniamus ex regula nona primae seriei ignatianae ubi Sanctus Pater ponit «tres causas prinçipales por que nos hallamos desolados». Ludolfus: «La tercera es porque quando le fuere en la tribulación quitado el socorro, pueda ver mejor su defecto e reconoscer a ssí mesmo... La quarta es para humildad e porque no se pierdan sus virtudes, presumiendo de sus merecimientos e enxalçándose en soberuia» [2] etc. Simile aliquid repetitur in I, XLVIII, II. Ignatius specie quidem similia, re alia et alio prorsus modo tradit: «La nona: tres causas prinçipales son por que nos hallamos desolados...; la 2.ª por prouarnos para quánto somos y en quánto nos alargamos en su seruitio...; la 3.ª por darnos vera noticia y cognoscimiento para que internamente sintamos que no es de nosotros traer o tener deuoción cresçida» etc. «y porque en cosa ajena no pongamos nido, alçando nuestro entendimiento en alguna soberuia» etc.

---

[1] Caput VII ed. burgensis respondet in plerisque editionibus capiti VI.

[2] I, VIII, VI.

At si ex libris haec petivit Ignatius, quidni ex *Imitatione Christi* potius, l. I. c. XIII, f. 6v, l. II, c. IX, f. 23? In primo ex his duobus locis ait: «Empero las tentaciones muchas vezes aprouechan al hombre ahunque sean enojosas y graues, ca en ellas el hombre se humilla, alimpia y aprende», etc. In altero: «Que deuemos careçer de toda consolación humana... Quando te fuere quitada la consolación, no desampares [*sic pro* desesperes] luego; mas espera con humildad e paciencia la visitación celestial.»

Ad has discretionis regulas referre quidam volunt modum cognoscendi qua ratione boni angeli, qua ratione mali se nobiscum gerant, rejiciuntque lectorem ad Ludolfum, I, IV, III et II, LXXI, III [1].

Primus locus est de angelo se Zachariae ostendenti eique timorem ac tremorem incutienti. Allato itaque Lucae I, 11-12, pergit Ludolfus: «Lo qual le acaesció por la vista de la naturaleza e figura angelical, que es más alta e más poderosa de lo que puede soffrir la flaqueza humana. Mas el buen ángel en esto se diferencia del malo, ca el ángel malo siempre va continuando espanto en aquellos a quien aparesce... mas el bueno quando aparece, avnque en el comienço da temor, luego conorta e consuela.» Eamdem in altero loco doctrinam Ludolfus profert, occasione angeli mulieres ad Christi sepulchrum alloquentis, qua re explicata, haec addit: «Es de notar aquí que el ángel bueno en esto es diferente del malo; porque el ángel bueno espanta en el principio con su excellente resplandor, e conforta en el medio con su santa habla, e alegra en el fyn con la consolación que dexa en el coraçón; mas el ángel malo el contrario tiene de todo esto, porque en el comienço espanta con su orrible e pauorida boz, e en el medio engaña con su engañoso prometimiento, e en el cabo entristece por el dañoso descobrimiento de su engaño e por el mal que de allí se siguió.»

Facile patet, his locis non declarari communem angelorum et quotidianam consuetudinem, quam unam attingit Ignatius [2], tum in regulis prima, secunda et quinta primae seriei, tum in tertia, quarta, quinta et septima secundae seriei. Quare doctrina, non quidem contraria, sed alia est, cum in alia re versetur. Has regulas vide infra in *Exercitiis*.

De malitia, vi et armis daemonis complura sunt in I, LXXIII, IV [3]. Hispana translatio haec est: «Porque si contra él [el adversario] con

---

[1] *La Genèse*, p. 86. Ludolfi doctrinam, quam loci in textu allati continent, tradit S. THOMAS AQUINAS in *Summa*, III, XXX, art. III, ad 3, et in *Expositione in Job*, c. IV, lectione 3. Ignatianae autem doctrinae similiora sunt illa quae docent S. ANTONIUS abbas (*Migne*, P. G. XXVI, 893-896); S. THOMAS AQUINAS, *Expositio in II Epistolam ad Cor.*, c. IV, lectione 3; S. CYPRIANUS (*Migne*, P. L., IV, 664); S. BONAVENTURA, *Breviloquium*, P. III, c. 2 (Opera, V, Ad Claras Aquas, 1891, p. 232).

[2] Nullo negotio id contexta oratio confirmat. Vide quoque SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 30 et sqq., praesertim nn. 32 et 34.

[3] Error typographi est in *La Genèse*, p. 86, ubi dicitur «c. LXXVIII».

todo estudio peleamos, cierto es que somos más fuertes que él; mas si nos asseguramos e lo tenemos en menosprecio, terná victoria e sangrienta vengança sobre nosotros; ca no haze otra cosa al diablo fuerte sino sola nuestra negligencia, que no su potencia. E Sant Gregorio dize: el diablo quando es contradicho e registido, es flaco como hormiga; mas quando se recibe su consejo e los malos pensamientos que pone, es fuerte como león.» Haec qui legat (libenter assentimur P. W.) facile de regula duodecima primae seriei ignatiana cogitabit, ff. 54v-55. Addimus tamen, comparanti utrumque locum indubium omnino fore, alterum ab altero non pendere. Nam Ludolfus agit de negligentia, Ignatius de timore in repellendis tentationibus. Incipit Ignatius a comparatione mulieris cum viro rixantis; hanc tenet per totam regulam; timiditatem tam mulieris quam daemonis fugientium a viro forti, item ferociam utriusque in hominem timidum tam vividis coloribus pingit, ut hic locus, nisi fallimur, inter eos numerandus sit quos Ignatius sive ex lumine divino sive ex usu, quam maxime cognitos habebat. Vide locum.

Caeterum non modo apud Ludolfum legere illam Ignatio doctrinam licuit, sed in *Imitatione Christi* etiam, l. I., c. XI, f. 7: «Quanto más fuere alguno perezoso a resistir, más de cada día se enflaquece, e el enemigo se forma contra él más poderoso.»

Circa regulas in distribuendis eleemosynis servandas vix aliquid invenimus apud Ludolfum, quod cum ignatianis comparemus, nisi ea quae de fortunis sanctorum Joachim et Annae habet ad finem ultimae regulae Ignatius, f. 59. Hoc autem tum ex Ludolfo tum ex *Flore Sanctorum* oriri potuit:

FLOS SANCTORUM	VITA CHRISTI	EXERCITIA
Y hazían [S. Joachim e Sta. Anna] tres partes de su hazienda. Y la vna dauan a los pobres y a los peregrinos y biudas; y la otra a los que seruían a Dios en el su templo, y la tercera guardauan para el mantenimiento de su casa *(De Sta. Anna, f. 270r col. 1)*.	Este [S. Joachim] daua la tercia parte de sus bienes a los pobres, e la tercia al templo e a los ministros dél, e de la otra tercera parte se mantenía él con toda su casa. (I, II, VI.)	Los quales [S. Joachin y Sta. Anna] partiendo su hazienda en tres partes, la primera daban a pobres, la segunda al ministerio y seruitio del templo, la terçera tomavan para la substentación dellos mismos y de su familia.

Alios duos praeter hunc locum indicat P. W., II, XLVI, III et II, XLIX, VII ad finem. De his locis ait: «Ludolphe donne d'une façon générale la doctrine contenue dans les Exercices» [1]. Sed Ignatius in quatuor primis regulis nihil agit nisi eligendi leges quatuor (quas in secundo ele-

[1] *La Genèse*, p. 86.

ctionis modo dederat) in rem praesentem adhibere docet. In quinta et sexta has easdem regulas ob oculos habendas dicit in adjunctis quibusdam, in quibus solito majus periculum in usu pecuniarum est. In septima denique tutissimam viam tradit, quam in suo quisque familiaeque victu teneat, Christi Jesu imitationem. Hanc autem doctrinam in locis Ludolfi supra indicatis contineri in universum, eatenus verum est, quatenus eleemosynarum distributio pertinet ad officia patrisfamilias, de cujus vigilanti studio agitur in parte II, c. XLVI, et ad rectum Dei donorum usum, de quo est c. XLIX. Locum a P. W. allatum: «Quisnam fidelis dispensator a Domino remunerandus» in neutra editione latina invenimus quam ad manum habemus; est tamen locus similis in pag. 561, litt. A edit. lugdunensis 1557: «Quis putas est fidelis, intentione Domino propter Dominum serviens»; in margine autem «Fidelis dispensator». Eadem lectio est in textu et in margine editionis etiam lugdunensis 1537, f. 308v., litt. D. Hispane autem est hujusmodi: «¿Quién pensáis que es el sieruo fiel por derecha yntención que sirue a su Señor por solo El mesmo, e no por otro acatamiento de prouecho temporal, e que cure de las ouejas del Redemptor por solo su amor, e no por ganancia transitoria?» Et aliquanto post: «E dize que les dé medida de trigo, porque se entienda que les ha de dar manjar para el ánima e para el cuerpo, como es la palabra de Dios e el buen exemplo e el sostenimiento corporal que suelen tener los hombres, e que se les dé todo esto medido, según la calidad de los oydores e de los pobres.» Perlectis regulis ignatianis non facile videas, praeter id quod modo diximus, quid his commune sit cum doctrinis illis Ludolfi.

Non tantopere a regulis ignatianis recedunt, nec tamen ea audemus fontes appellare, haec ex c. XLIX, § VII: «E otro recibió riquezas temporales, e este es obligado (para pagar bien este marco) al piadoso repartimiento dellas.» «Ansí que... el que tiene abastança de riquezas, vele e mire que non sea perezoso en la largueza de la misericordia.» «E si otro tiene dineros, dé de comer a los pobres, vista el desnudo, hedifique yglesias, e obre de su thesoro todo el bien que puede.»

Ex regulis ad scrupulos sentiendos et dignoscendos illud Sti. Gregorii dictum «Bonarum mentium est ibi culpam cognoscere ubi culpa nulla est» legitur apud Ludolfum I, XII, XIII: «Como de las buenas consciencias sea muy propio temer siempre culpa adonde culpa no paresce.» At cum in *Vita Christi* hispana nec tribuatur haec sententia Sto. Gregorio nec latine proponatur; Ignatius autem in *Autographo* hispano eam et latinam proferat et Gregorio tribuat, aliunde quam ex Ludolfo eam illum hausisse credendum est. In latino textu Ludolfi sic locus ille scribitur: «Cum bonarum mentium sit culpam timere vbi culpa non existit» [1] nec mentio fit Sti. Gregorii.

[1] Edit. lugdun. 1557, p. 62, lit. A.

Postremum locum in *Exercitiis* tenent regulae ad sentiendum cum Ecclesia catholica. Narravit ipse Ignatius Consalvio, se, cum in pampilonensi arce defendenda periculum vitae sibi instaret, commilitoni peccata confessum esse [1]. Probabiliter legit deinde apud Ludolfum I, XLI, III ad finem: «No se deue el christiano confessar con qualquiera persona, mas con solos los sacerdotes» idque forte recordatus monuit in regula secunda: «Alabar el confessar con saçerdote.»

Praedestinationem attingit S. Ignatius regula decima quarta, modum de illa sobrie ac prudenter loquendi breviter in regula decima quinta tradit. Ludolfus pluribus locis ac praesertim II, L, VI-VIII [2], multo fusius quam Ignatius eam doctrinam complectitur. Cumque uterque vera proferat, nihil mirum quod in quibusdam conveniant. Quae ex Ludolfo simillima sunt ignatianis reperies loco, quem diximus, § VI: «Muy loco es el que dize: quiero facer todo lo que me plazerá, que si me tengo de saluar, saluo seré, e si me tengo de condemnar, no me puedo librar de la condempnación; así como sería loco el enfermo» etc. Ignatius vero: «Así se hable [de la predestinación] que el pueblo menudo no venga en eror alguno, como algunas vezes suele, diziendo: si tengo de ser saluo o condemnado ya está determinado, y por my bien hazer o mal, no puede ser ya otra cosa.» Haec si velis cum P. W. vestigia Ludolfi nuncupare, nihil obstat, nisi forte malis ea, quoniam haec pars adjecta videtur *Exercitiis* esse Parisiis, studiis Ignatii philosophicis ac theologicis tribuere, quae tamen necessaria non erant ad hunc errorem, quem Ignatius appellat «del pueblo menudo» indicandum.

Regulam sextam decimam confert P. W. cum Ludolfo I, XL, V. Ad rem faciunt praesertim illa: «Confessar alguno la fe cathólica syn obra, no aprouecha para alcançar la salud del ánima, porque tal fe es muerta.» Hoc simplicissimum dogma est, quo posito, prudentiam in loquendo de fide, ne populus in salutis operibus torpeat, commendat Sanctus Pater Ignatius.

Denique Dei timorem exponit Ludolfus I, LIII, II; et ita exponit, ut varios illius modos declaret: «E es de saber que seys maneras ay de temor (conuiene saber): temor humano, temor mundano, temor natural, temor seruil, temor principiante e temor filial o casto. Los dos primeros temores son viciosos e imperfectos; los dos postrimeros son virtuosos; los dos de en medio ni son viciosos ni virtuosos.» Explicat deinde singula; de servili dicit: «Temor seruil es aquel por el qual alguno teme peccar de temor del infierno, e no dexa de pecar por amor de la virtud de la caridad, ni por acatamiento de la bondad diuina; mas por el miedo de la pena refrena la mano, mas no refrena el cora-

[1] *Monum. Ignat.*, ser 4.ª, I, 38.

[2] Conferri possunt praeterea I, LVIII, III; II, XL, IV. P. W. lectores remittit ad «c. I de la II P.»; suspicamur errorem typographi, cum in eo capite agatur de confessione Petri apud Caesaream Philippi, nihil de praedestinatione.

ción de pecado.» De filiali haec: «El temor filial o el temor casto es aquel por el qual alguno encendido por amor del bien e de las virtudes, teme pura e limpiamente ofender a Dios e ser apartado dél, e apártase del mal solamente por ser justo. Este temor es perfecto e no es lançado fuera por la caridad, antes es acrescentado en el ánima, según que se acrescienta en ella la mesma caridad.» Compara cum his regulam Sti. Ignatii ultimam: eamdem quidem ex parte doctrinam invenies; at, nisi fallimur, Ludolfi vestigia, si qua olim fuerunt, deleta existimabis.

Haec nobis praecipua visa sunt, quae legenti Ludolfum et *Exercitia*, illius in his vestigia vel certa vel probabilia videbuntur. Operae pretium est de natura horum vestigiorum pauca subnectere.

Cum quatuor illa in folio volumina *Vitae Christi* a Montesino perscripta in manus sumpseris, facile mentem subibit dubitatio, legeritne Ignatius ea integra (quibus adde *Florem Sanctorum)* an forte eorum partem tantum. Nam primum nihil nos cogit ut illud teneamus, cum nullus testis id affirmet. Deinde, ex quo tempore legere incepit [1], intermissa nonnunquam lectione haerebat in cogitatione quadam «dos y tres y 4 horas sin sentirlo» [2]. Alias imitationem sanctorum animo versabat, et «durauan también estos pensamientos buen rato» [3]. Postea vero, quando jam constituerat se totum Deo mancipare, perseuerabat quidem legere, at nonnihil temporis sermonibus cum domesticis dabat [4]; «parte del tiempo gastaua en escreuir, parte en oración. Y la mayor consolación que recebía era mirar el cielo y las estrellas, lo qual hazía muchas vezes y por mucho espacio» [5].

Quod si omnia legerit atque ex voluminibus cunctis aliqua excerpserit, illud tamen pro certo habendum est, excerpta haec non fecisse Ignatium eo animo, ut in posterum scriptis illis uteretur ad *Exercitia* scribenda, cum Loyolae de his ne cogitaret quidem; volumina vero illa eum e domo paterna Hierosolymam non asportasse, tam verisimile est quam quod verisimillimum, vix non certum dixeris. Ut autem *Exercitia* scribens vel faciens Manresae haberet aliud *Vitae Christi*, aliud *Floris Sanctorum* exemplar, fieri quidem potuit; factum esse, nemo, quantum scimus, affirmavit. Utrum vero temporibus subsequentibus eosdem libros iterum legerit necne, non constat. Aliunde, Ignatium suum illum librum, in quo excerpta Ludolfi et *Floris Sanctorum* exscripserat, secum Manresam attulisse certo scimus. [6].

Hinc aliqua, quae non exigui momenti sunt ad rem nostram consequuntur. Primum non videmus causam cur identidem fingi videatur

---

1 Vide supra, p. 53.
2 *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 40.
3 Ibid., p. 41.
4 Ibid., p. 42.
5 Ibid., p. 43.
6 Ibid., p. 47.

Ignatius quaedam ex *Vita Christi* eligens, quaedam omittens, quaedam aliquantum immutans, prout ea ad finem *Exercitiorum* utilia fore putaret [1]. Loyolae eum id non praestitisse, compertum est; Manresae tantum non certum. Numquid alibi? Ex nullo teste id novimus; affirmandum tamen esset, si aliter explicari non possent vestigia ludolfiana, quae in libro *Exercitiorum* videmus. Atqui optime intelliguntur, etiamsi nunquam eum, qui fingitur, seligendi laborem perfecerit Ignatius. Habebat enim librum illum, in quem manu sua nonnulla transcripserat; praeterea cum partem operis ludolfiani, sin minus totum opus, diligentissime perlegisset, perlectaque studiosissime meditatus esset, nonne in ejus animo inhaerere penitus multa debuerunt? Adde divinum lumen singulare, cujus officium videtur fuisse non modo nova docere, sed alias etiam cognita illustrare [2]. Haec tria, nisi nos fallit opinio, plane sufficiunt ad vestigia illa explicanda, praesertim cum in libro *Exercitiorum* ex opere ludolfiano locus alicujus momenti nullus ad verbum proferatur.

Ex his rebus et ex iis, quae antea dictae sunt, hoc alterum facile quoque intelligitur, causam non esse affirmandi, *multa* ex *Vita Christi* recta in librum *Exercitiorum* transiisse, id est, multa Ignatium, conscium illa orta ex Ludolfo esse, e libro manu sua Loyolae scripto, aut etiam ex memoria, nedum ex ipso Ludolfi opere, scientem ac volentem in *Exercitia* transcripsisse.

Quare, idque est postremum ex dictis consectarium, modum, quo *Vita Christi* et *Flos Sanctorum* dici possunt *Exercitiorum* fontes externi, hunc esse putamus: cum Ignatius ex illis operibus aliqua in suis chartis, animi et religionis causa, descripsisset, multa in animo retinuisset, videretque quaedam illorum ad *Exercitia*, quae agente Spiritu Sancto, scribebat vel scripserat, ex usu fore; eadem illa, modo conscius, modo inscius, usurpabat.

Idem pro rata censendum videtur de *Imitatione Christi*, cum neque ex ea locus ullus ad verbum expressus in *Exercitiis* reperiatur.

§ 4. V. P. Garciae de Cisneros Exercitatorium vitae spiritualis

V. P. García Ximénez de Cisneros, patruelis celeberrimi cardinalis Francisci Ximénez de Cisneros, O. S. Francisci, adolescens annorum viginti, ordini S. Benedicti nomen dedit. Inde ab initio sui in praeclarissimum illum ordinem ingressus, usque ad vitae extremum omnibus virtutibus insigniter floruit. Commendant auctores mirabilem prorsus illius vitae laborem et austeritatem, obedientiam eximiam, singularem humanitatem et prudentiam, orandi studium et perfectionem altis-

---

[1] *La Genèse*, p. 18.

[2] Cf. supra, ipsius Ignatii testimonium, p. 36.

simam, in absolutissima denique vitae ratione ex Dei amore indefessam constantiam.

Cum in Montem Serratum anno 1493, comes P. Generalis Joannis de San Juan, venisset; communi consensu ad antiquam disciplinam restituendam abbas creatus est, in quo munere annos undeviginti, iterum ac saepius a monachis electus coactusque, perseveravit.

Multa quidem nec sine magno aliorum in virtutibus progressu, prudentissime ac salutariter admodum praestitit; non pauca etiam, ut erat sacra doctrina imbutus et a Deo illustratus, perscripsit, in quibus primum locum obtinet opus *Exercitatorio de la vida espiritual—Exercitatorium vitae spiritualis*, quod in officina typographica ab ipso Cisneros in Montis Serrati monasterio condita, anno 1500 latine et hispane typis egregie exscriptum est.

«Vix in aspectum prolatum Exercitatorium erat, magno omnium monachorum ordinis S. Benedicti plausu in Hispania primum, extra Hispaniam deinde, exceptum ita est, ut quasi "Liber officialis,, ad monachos religiose instituendos evaderet» [1].

Nec solum monachis *Exercitatorium* utilissimum fuit, sed multis etiam aliis, illis praesertim, qui monasterium Montis Serrati et venerandam Beatissimae Virginis imaginem religionis causa invisebant, e quorum numero S. Ignatium a Loyola fuisse notissimum est.

Duo nobis hoc loco vestiganda sunt: primum, legeritne Ignatius *Exercitatorium;* alterum, sintne in *Exercitiis* ignatianis *Exercitatorii* vestigia.

In prima actione, in monasterio Montis Serrati anno 1595 instituta, ad Ignatium de Loyola inter sanctos referendum, comparent testes ex auditu tres, declarantque data esse Ignatio a P. Joanne Xanones, ejus coenobii viro religioso, exercitia Patris Cisneros. Primus testis est P. Laurentius Nieto, qui haec dicit: «Qui [Fr. Xanones] illi [Ignatio] dedit [eumque] docuit aliqua exercitia spiritualia, in quibus se exercuit Ignatius, et cum Manresae versaretur, veniebat interdum [in Montem Serratum], ut rationem redderet dictorum exercitiorum.» Alter testis, P. Joachimus Bonanat: «Dedit illi, inquit, exercitia spiritualia hujus domus, Fratris Garciae de Cisneros.» Denique P. Michaël de Santa Fe: «Dedit illi exercitia spiritualia Cisnerii» [2].

In alio processu facto in eodem monasterio die 24 Januarii anni 1599 Michaël de Santa Fe repetit idem fere testimonium (nam hic non nominatur Cisneros) quod anno 1595 protulerat. Jacobus Campmany ait

---

[1] Ex praefatione editionis, quam R. P. Faustus Curiel, O. S. Ben., recudendam curavit Barcinone anno 1912, p. XVIII, secundum editionem omnium primam, factam in monasterio Montis Serrati, anno 1500. Ex eadem praefatione sunt quae praecedunt et nonnulla quae sequuntur. Hac *Exercitatorii* editione utimur in his *Prolegomenis*.

[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 384, 385, 386.

audivisse se, instructum esse Ignatium a Xanones «in vita spirituali» [1].

Denique in actione anno 1606 habita unus praeterea testis, Franciscus Godofredo, monasterii prior, aetatis annorum octo supra quadraginta, ex auditu et ipse, narrat datum esse Ignatio a Xanones ipsum *Excrcitatorium* P. Cisneros [2].

His adde dictum P. Ribadeneira, qui ad P. Girón, S. J., scripsit dictum sibi esse a P. Lerma, O. S. Ben., ea quae Yepes in suo Chronico enarrare intenderet (e quarum rerum numero, hanc etiam putamus fuisse, usurpatum esse ab Ignatio *Excrcitatorium* Cisnerii) ex antiqua traditione inter monachos Montis Serrati haberi. Quare ipse Ribadeneira valde probabile existimat, Ignatium initio suae conversionis *Exercitatorio* usum esse [3]. Cujus opinioni libenter assentimur, cum nihil firmum in contrarium afferri possit.

Nec tamen, ut fidem supra datam liberemus [4], ex his testimoniis inferre licet, Ignatium Manresae *Exercitia* non usurpasse sua, id quod Yepes dicebat. Hi enim testes aliquid affirmant, nihil negant. Deinde trium antiquissimorum testium dicta verissima essent, etiamsi Ignatius *Exercitatorium* nunquam forte legisset: illis enim dictis factum esset omnino satis, si Ignatius in aliqua exercitia spiritualia, moderatore Chanones, incubuisset, id quod sine dubio factum putamus triduo illo, quo se Ignatius ad generalem confessionem comparavit [5]. Nec mirum si quis forte hanc esse sententiam testimoniorum illorum, praesertim trium antiquiorum, putet. Nam etsi unus testis librum ipsum traditum esse dicit; hunc tamen testem undecim annis posteriorem prioribus esse, posteriorem autem testem unum esse per antiquiores tres restringendum, non antiquiores tres per unum recentiorem extendendos.

At vero quidquid de majore vel minore hujus rei probabilitate sit, illud certum est, monachos montserratenses nihil affirmare quod cum dictis sive Ignatii sive ejus aequalium pugnare videatur, id quod, ut supra significavimus, de dictis Antonii Yepes affirmari non potest [6].

Huic igitur auctori, in iis rebus, in quibus cum traditione montserratensi convenit, assentiri oportet; id vero est, Ignatium *Excrcitatorio* usum esse. In reliquis, quae ipse de suo addit, tanto magis ab eo recedendum est, quia interdum ne ipse quidem sibi satis constat. Nam in f. 235v ait [7]: «Aprendió Ignacio los ejercicios spirituales en él [con-

---

[1] Ibid., pp. 446 et 447. Vide ibid., pp. 441-445, egregiam P. Chanones, O. S. Ben, laudationem.

[2] Ibid., p. 869.

[3] Apud YEPES, *Corónica general de la Orden de S. Benito*, t. IV, Valladolid, 1613, f. 237.

[4] Supra, p. 34.

[5] RIBADENEIRA, *Vida de S. Ignacio*, l. I, c. IV.

[6] Supra, p. 35.

[7] In *Corónica*, t. IV.

vento de Montserrat], que después con tanta gloria suya y de su religión esparció y publicó por todo el mundo». Haec verba per se sonant *Exercitia* ab Ignatio postea per totum orbem diffusa, illa esse quae in Monte Serrato didicerat. Deinde, in f. 237r., dicit haec Ignatio ex usu fuisse «cuando habiendo oído artes y teología compuso aquel tan docto y provechoso libro de los Ejercicios». Utrumque locum forte componere coneris ope tertii illius, quem supra scripsimus, ubi dicit Yepes multa Ignatium sustulisse et addidisse *Exercitatorio* Cisnerii, atque ita *Exercitiorum* libellum confecisse, suisque institutis accommodasse; qua ratione *Exercitia* per Ignatium propagata dici possint et accepta in Monte Serrato et ab ipso confecta. Illud tamen teneamus ex Yepii verbis propagata esse ab Ignatio, modo quae didicerat, modo quae confecerat *Exercitia*.

At vero suntne in *Exercitiis* ignatianis vestigia, quae certam ex opere Cisnerii originem prodant?

Nomine benedictini abbatis Constantini Cajetani in lucem prodiit Venetiis anno 1641 opus, hujusmodi titulo insignitum: *De religiosa sancti Ignatii sive Enneconis fundatoris Societatis Jesu per Patres Benedictinos institutione. Deque libello exercitiorum ejusdem ab Exercitatorio V. S. D. Garciae Cisnerii abbatis benedictini magna ex parte desumpto. Constantini abbatis Cajetani vindicis benedictini libri duo* [1].

Qui fieri potuerit ut *Exercitiorum* liber dictus sit ex libro Garciae de Cisneros magna ex parte desumptus, vix intelligat quicumque utrumque opus summis saltem labris degustaverit. «Les premiers chapitres du second livre [*operis Cajetani*], inquit R. P. Joannes Martialis Besse O. S. Ben., essaient vainement d'établir contre Ribadeneira que les *Exercices spirituels* n'ont pas été composés à Manrèse. Puis l'auteur cherche et relève minutieusement ce qu'il peut y avoir de commun entre le livre de Cisneros et celui de Saint Ignace. Ce qui amène cette conclusion» etc., illam conclusionem quae in libri titulo est. «Fallait-il, pergit idem auctor, ajouter de l'importance à la thèse soutenue dans cet ouvrage?... Le bon sens en aurait eu, sans doute, promptement raison» [2].

Reperti sunt tamen aliqui auctores, qui eam sententiam sequerentur; non solum decimo septimo saeculo, sed nostris etiam temporibus, quando homines leges historiae servare se gloriantur. «Atque ipsi etiam jesuitae et ortum et Exercitia ordini benedictino debent. Jam enim, anno 1496 [*debuit auctor dicere* 1500] Garcia abbas in Monte Serrato libellum Exercitiorum typis curavit exscribendum, quem postea jesui-

---

[1] Exemplar hujus rarissimi operis vidimus in bibliotheca universitatis barcinonensis.

[2] *Revue des Questions historiques*, t. LXI, 1897, p. 46.

tarum conditor aliquantulum immutavit ac deinde alumnis suis dedit» [1].

Primum quidem non modo nullus est omnino *Exercitatorii* locus ad verbum in *Exercitiis* expressus, sed ne una saltem brevissima sententiarum series, sensu atque ordine rerum utrique operi communis. Id vero non est verisimile accidere potuisse, si *Exercitia* aut ex libro Garciae magna ex parte desumpta essent, aut ipsummet essent *Exercitatorium* aliquantulum immutatum. Illam autem rem ex accurata operum collatione nos conclusimus, ac per te ipse quoque, lector amice, intelliges, si locos, qui pro simillimis afferuntur legendos inferius putabis.

Vide jam quantum discriminis inter duos hos libros intersit. Supra, in capite primo hujus praefationis, *Exercitiorum* compendium dedimus. Lege epitomen *Exercitatorii*, auctore P. Fausto Curiel O. S. Ben [2].

«Divídese en cuatro partes, que por su orden corresponden a las vías purgativa, iluminativa, unitiva y contemplativa, empleando para todas ellas sesenta y ocho capítulos. A la vía purgativa corresponden los diez y nueve primeros, si bien desde el I al X el autor solamente se ocupa de avisos y reglas generales para ordenar la vida espiritual, demostrando la necesidad y utilidad de ordenar los ejercicios espirituales en determinados tiempos y horas, la obligación que tienen los religiosos de darse a ellos y los frutos que provienen de semejantes ejercicios. Desde el capítulo XII al XVIII pone las meditaciones de la vía purgativa, señalando una para cada día de la semana y enseñando en la primera de ellas el modo de hacerlas, y en el XIX trata del tiempo que convendrá detenerse en esta vía. A la iluminativa dedica seis capítulos (XX-XXV), tres de ellos para darla a conocer, así como las disposiciones del ejercitante, a quien enseña el modo de disponerse para entrar en ella por el examen cotidiano de la conciencia; otro (XXIII) donde señala las meditaciones para cada día de la semana; el siguiente, en que hace una paráfrasis del Padrenuestro, y el último, en que vitupera la negligencia de los que descuidan o abandonan estos ejercicios. La tercera parte... comprende cinco capítulos, desde el XXVI al XXX. Después de notar en qué consiste la vía unitiva y las condiciones que ha de tener, pone las meditaciones cotidianas de ella (XXVII) y luego dedica tres capítulos (XXVIII-XXX) para dar a conocer sus efectos. La mayor parte del Ejercitatorio es la destinada a la contemplación, como fin y término de la vida espiritual. El autor señala qué personas son más aptas para la vida contemplativa (XXXII), demostrando cómo los religiosos y sacerdotes no pueden alegar excusa para no darse a ella, y que los contemplativos aprovechan más que los activos, tanto a sí mismos como a los prójimos. Expone

---

[1] *Der Geist des hl. Benedictus in seinem Wesen und seinen Grundzügen dargestellt*, auctore P. BRUNONE ALBERS O. S. B., anno 1917, Friburgi Brisgoviae, p. 32, annot. 1. «Selbst die Jesuiten verdanken ihren Ursprung und ihre Exercitien dem Benediktinerorden. Schon 1496 liess der Abt Garcia zu Montcserrato das Exercitienbüchlein drucken, welches später der Stifter der Jesuiten ein wenig veränderte und dann seinen Jüngern gab.» Caeterum prima editio Exercitatorii abbatis Garciae Cisneros non anno 1496, sed anno 1500 facta est hispane et latine, ut supra diximus, p. 95.

[2] Vide, paulo supra, not. 1, p. 95.

los diversos modos de contemplación que tuvieron los santos y enseñan varios autores, dando él su parecer sobre lo que juzga más seguro en esta difícil materia (XLVI-XLVII). Después propone para este ejercicio la vida y pasión de Jesucristo, "que contiene en sí la perfección posible en esta vida", y para eso explana su sagrada pasión de varias maneras, a fin de que el ejercitante se detenga más y más en ella hasta conseguir el fruto que desea (XLIX-LX). Por último, con muy buen acuerdo, el P. Cisneros en varios capítulos va demostrando los obstáculos e impedimentos que suelen ocurrir en esta vía, para que el ejercitante no llegue a la cumbre de la perfección deseada y las causas porque muchos no perseveran en ella (LXI-LXIV), a los cuales advierte que todos tienen obligación de caminar a la perfección, bajo pena de gran daño en el presente y lo porvenir (LXVII). Cierra el autor su obra con una recapitulación de todo lo principal de ella por orden alfabético, que forma el capítulo LXIX, todo él de suma importancia y digno broche del Ejercitatorio.»

Juvat etiam *Exercitatorii* indicem adjungere.

«PARTE PRIMERA

Prólogo.—I. Cómo mucho conviene al religioso que quiere aprovechar en el ejercicio espiritual, buscar buena compañía y apartar la mala.—II. Cómo es cosa muy necesaria al religioso ejercitarse en espirituales ejercicios para alimpiar su espíritu.—III. De los frutos que se siguen al devoto religioso de los ciertos y ordenados ejercicios.—IV. De las condiciones que han de tener los que se ejercitan en los ejercicios espirituales.—V. Qué tales han de ser los ejercicios y de la moderación que el religioso debe tener en ellos.—VI. De las consideraciones que nos incitan a ser fervientes en los ejercicios espirituales.—VII. Cómo los votos prometidos y la excelencia del lugar nos incitan a ser fervientes en nuestros ejercicios.—VIII. Cómo es cosa muy necesaria al religioso tener ciertas materias, tiempos y horas ordenadas para sus ejercicios.—IX. Cómo por muchas razones ordenaron los santos que en ciertos tiempos y horas vacasen los religiosos a la oración mental.—X. Cómo los que comienzan a servir a Dios, comienzan del temor, que es principio de la sabiduría divinal, y cuántas maneras hay de temores.—XI. De las cosas que nos traen temor y siempre debemos temer.—XII. Del repartimiento de las meditaciones por toda la semana según la vía purgativa.—XIII. De lo que el ejercitador ha de meditar el martes, para despertar su ánima en principio de la oración después de maytines.—XIV. De lo que el ejercitador ha de meditar el miércoles en principio de la oración después de maytines.—XV. Qué es lo que el ejercitador ha de meditar el jueves en principio de la oración después de maytines.—XVI. Qué es lo que el ejercitador ha de meditar el viernes en principio de la oración después de los maytines.—XVII. Qué es lo que el ejercitador ha de meditar en el principio de la oración el sábado después de los maytines.—XVIII. Qué es lo que el ejercitador ha de meditar el domingo en principio de la oración después de maytines.—XIX. Cuánto tiempo es necesario ejercitarse por la vía susodicha, y en qué podrá conoscer si es alimpiado.

SEGUNDA PARTE

XX. Cómo el que se llega al ejercicio de la vía iluminativa ha de ser ya alimpiado y sin mancilla de sus pecados por la vía purgativa, porque pueda ser capaz de los rayos de la luz divinal.—XXI. De la examinación que ha de hacer de su consciencia el ejercitador después de las completas, para pasar a la vía iluminativa.—XXII. De la vía iluminativa según san Dionisio.—XXIII. Del modo que debe tener el ejercitador para alumbrar su ánima según las ferias en el reconoscimiento y hacimiento de gracias de los beneficios de Dios, según la vía que es dicha iluminativa.—XXIV. Cómo la dicha vía iluminativa rescibe rayos de claridad de muchas partes: y principalmente de la oración del *Pater noster*, que compuso nuestro Redentor, la cual el ejercitador debe contemplar con muy gran diligencia, afeción y devoción, para que se encienda en el amor divinal.—XXV. De ciertas amonestaciones que amonestan al ejercitador cuánto es culpado aquel que por negligencia se aparta de los susodichos ejercicios.

TERCERA PARTE

XXVI. De la vía unitiva y perfectiva, que enseña qué cosa es vía unitiva y perfectiva, y de las condiciones que ha de tener el ejercitador para la alcanzar.—XXVII. De lo que el ejercitador ha de meditar por la semana en principio de la oración después de maytines; según que pertenesce a esta vía que es dicha unitiva y perfectiva, para que pueda subir seis grados que convienen para ayuntar el ánima con Dios.—XXVIII. Cómo nuestro pensamiento se levanta en Dios por vivo y ardiente amor sin algún conoscimiento del entendimiento, ni de otra cosa alguna.—XXIX. Que el ejercitador más siente y más ama que no es aquello que entiende ni vee.—XXX. Qué obras y grados hace este santo amor unitivo y perfectivo en el ánima del ejercitador y varón devoto.

CUARTA PARTE

XXXI. Que la gran literatura es ciencia y no sapiencia: y que a los contemplativos no es necesaria de todo en todo.—XXXII. Qué personas son más convenibles para la contemplación.—XXXIII. Cómo según los doctores es gran diferencia entre la sapiencia y la ciencia.—XXXIV. Cómo la vida contemplativa ha de comenzar por el trabajo de la vida activa.—XXXV. Que la gracia singular que a algunos es dada, no es de imitar de todos.—XXXVI. Cómo el amor de Dios es principio y fin de la vida contemplativa.—XXXVII. En qué consiste la perfección de la vida contemplativa por semejanza del amor mundano.—XXXVIII. Qué tal ha de ser el amor de Dios que el contemplativo ha de tener.—XXXIX. De dos maneras de silencio y soledad.—XL. Que disputa en qué manera la vida contemplativa primeramente aprovecha a sí mismo.—XLI. Del provecho que los contemplativos traen a los otros.—XLII. Que no es soberbia entender en la vida contemplativa según que algunos piensan, lo cual se demuestra por ejemplos.—XLIII. De la excelencia de los contemplativos sobre los activos.—XLIV. Cómo es necesaria al contemplativo la gracia de Dios.—XLV. En qué manera el ánima

contemplativa se dice ser levantada sobre el cuerpo y es hecha simple y única.—XLVI. De diversos modos que los santos tovieron en tractar de la contemplación.—XLVII. Del modo de contemplar que tuvo San Bernardo en principio de su conversión.—XLVIII. Qué cosa es contemplación, y de diversas especies della; y de la materia en que debe el ejercitador contemplar.—XLIX. Cómo el contemplativo ha de sobir en su contemplación en tres maneras según la vida y pasión del Señor.—L. De las figuras, profecías y escripturas acerca de la encarnación del Señor.—LI. De la anunciación del Señor.—LII. De la vida del Señor debajo de un compendio para ejercicio de los nuevos contemplativos.—LIII. En el cual se contiene un otro sumario de la vida del Señor en latín para los más ejercitados y enseñados.—LIV. De la cena del Señor y de la preparación para recebir su sacratísimo cuerpo.—LV. Cómo el varón devoto y contemplativo no debe dejar de recebir el santo sacramento por razón de algunos escrúpulos que algunas veces le nascen.—LVI. Que la pasión del Señor contiene en sí toda la perfección posible al hombre en esta vida.—LVII. Cómo el contemplativo debe considerar y contemplar la pasión del Señor en seis maneras.—LVIII. De la pasión del Señor según el santo evangelio compartida en seis partes. Y primeramente antes de entrar en ella un breve modo para la mejor contemplar.—LIX. En qué manera el ejercitador y varón contemplativo ha de tener siempre la memoria de la pasión del Señor en su contemplación, para que el fervor de la devoción no se le amate.—LX. De la resurrección de nuestro Redentor Jesucristo y de su gloriosa ascensión y misión del Espíritu Santo.—LXI. Cómo es necesaria la fuerte perseverancia a los varones devotos y contemplativos para venir a la altura de la contemplación.—LXII. De muchos impedimientos que impiden al contemplativo que no alcance la altura de la contemplación.—LXIII. De algunos otros impedimientos que impiden a la dicha contemplación —LXIV. Cómo algunos desfallescen en la fuerte perseverancia, por lo cual aprovechan poco en la contemplación.—LXV. En qué manera el contemplativo debe tener conoscimiento de Dios.—LXVI. Cómo Dios mora en el ánima por tres maneras de gracia.—LXVII. Que todos son tovidos de extenderse a alcanzar la perfección, mayormente los religiosos, so pena del daño presente y venidero.—LXVIII. Cómo en ciertos casos conviene al varón contemplativo descender de su contemplación, y a tiempo posponer sus ejercicios.—LXIX. El cual tracta de algunas doctrinas que el ejercitador ha de guardar acerca de las cosas susodichas, con lo cual se concluye la presente obra».

Exercitia ignatiana et eorum indicem habes suo loco in hoc volumine.

Itaque multa sunt eaque omnino praecipua in opere ignatiano, quorum *Exercitatorium* ne meminit quidem: principium et fundamentum, examen particulare, exercitamenta de regno Christi, de duobus vexillis, de tribus binariis, maximi momenti locus de electione ac reformatione vitae, regulae quamplurimae.

At cum opera haec duo in rebus ipsis, de quibus agunt, tantopere differant, multo magis in aliis capitibus discrepant. Qua in re etsi plura

dici possent, duo tantum exponemus: utriusque operis finem et usum. Atque ut ab hoc altero incipiamus, liber *Exercitiorum* in eorum maxime usum scriptus est, qui alios exercent, non eorum qui exercentur. Certissimum hoc est ex praefatione editioni vulgatae praeposita [1], ex praxi Sti. Ignatii, qui etsi volebat multos exerceri, librum ipsum cum iis communicari nolebat, nisi raro et postquam aliquis exercitia fecisset [2]; ex usu Societatis Jesu, quae ne suis quidem alumnis libellum tradit, prius quam exercitia integra, magistro moderante, perfecerint; denique ex iis quae libellum legenti passim occurrunt, plurima enim sunt quae tradentis exercitia arbitrio relinquuntur, et mutari vel minui, tolli vel adhiberi possunt, prout necessitas vel utilitas ejus, qui exercetur, postulabit. Unde luce clarius est, *Exercitia* ignatiana neque librum esse lectionis, ut dicunt, spiritualis, neque collectionem quamdam meditationum, neque complexum utriusque. Sed sunt veluti instrumentum quoddam, seu, ut Ignatii auctoris vocem usurpemus, sunt arma spiritualia [3], quae inutiliter ferme jaceant, nisi peritus miles, qualis esse debet exercitiorum magister, illis utatur. Neque dubitamus affirmare, *Exercitia* ignatiana nullos fere fructus latura sine magistro fuisse, cum tamen sint, referente Sto. Francisco Borgia, ad spiritualem consolationem et profectum fidelium magnopere utilia; sentientibus judicibus a pontifice summo institutis, pietate ac sanctitate plena, ad aedificationem et spiritualem profectum fidelium valde utilia et salubria; cum denique ipsius pontificis judicio maximum adjumentum attulerint ad fructus uberes, quos Ignatius ab eoque instituta Societas ubique gentium producere non cessant [4].

Profecto cum haec Paulus III signabat die 31 Julii 1548, nondum typis excusus erat libellus, certissimum argumentum, non ipsum librum in manus sese exercentium traditum, sed ad eos moderandos ab Ignatio ejusque alumnis usurpatum atque adhibitum eos fructus tulisse.

Contra omnino se res habet cum Cisnerii *Exercitatorio*. In quo nulla unquam mentio est ejus qui exercitia dare debeat, etsi mentio directoris animorum fit. *Exercitatorium* liber est, quem sive ad legendum sive ad meditandum adhibere utiliter potest quicumque christifidelis rerum spiritualium, orandi praesertim, studiosus, nullo etiam magistro. Itaque magnum jam inde ab initio exemplarium numerum, sex supra mille [5], ipse auctor edenda curavit, merito existimans, quanto plures lectores liber nacturus esset, tanto uberiores fructus eum editurum. Intelligimus ergo cur editio, ut ajunt, popularis *Exercitatorii* fiat; popularem *Exercitiorum* editionem, etsi facta est, non intelligimus.

---

1 Eam habes infra, ante *Exercitiorum* textus.
2 Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VIII, 356, et IX, 701-702.
3 *Constitutiones S. J.*, parte IV, c. VIII, n. 5.
4 Vide litteras apostolicas Pauli III post haec *Prolegomena*.
5 MÉNDEZ, *Tipografía española*, Madrid, 1861, p. 172.

Diximus de usu. Finem strictim attingamus, non communem illum, quo certe conveniunt, utrumque enim opus ad christianam vitae perfectionem perducere homines conatur; sed uniuscujusque operis proprium ac singularem. *Exercitatorium*, opinamur, ita homines in perfecta vivendi ratione erudit, ut eos ad vitam, quam contemplativam vocant, adducere nitatur. Id concludimus ex personarum genere quas alloquitur; hi enim sunt homines religiosi, ii maxime qui hanc vitam profitentur; ex rebus ipsis, quas maxima ex parte ad illud vitae genus refert; ex modo tractandi, qui hujusmodi vitae est praesertim accommodatus. Vide paulo superius operis compendium et indicem.

At finis *Exercitiorum* proprius est hominem ita praeparare et adjuvare ad se ipsum vincendum seque inordinatis affectibus subtrahendum, ut perfectionem revera sectetur, quicumque tandem sit vitae status, in quo illum Deus vivere voluerit. Hoc ex titulo *Exercitiorum* intelligitur, ex precibus jam inde a prima repetitione primae hebdomadis, ex praeludio ad status considerandos, aliisque locis innumeris.

Denique, ut aliquid, quod usum finemque simul complectitur, adnotemus, exercitia ignatiana brevi tempore (uno fere mense cum plene usurpantur) absolvuntur, propriumque robur et efficientiam eo dirigunt, ut animum moveant ad genus seu rationem vitae amplectendam, qua Deo in posterum, quantum fieri possit, perfectissime serviat; hanc deinde voluntatem renovare conantur qui statis temporibus hujusmodi exercitiis dant operam. At nemo unquam per integrum annum, nedum per plures annos aut per totam vitam, exercitiis ignatianis vacat, quia exercitia ignatiana non sunt genus vitae perfectum, sed via ad hoc genus unicuique accommodatum quaerendum et inveniendum et amplectendum.

Exercitatorium autem vitae spiritualis ea exercitia eaque ratione tradit, quae nullis diebus omitti debeant, quae potius per totum annum, imo per totam vitam peragenda sint vel saltem peragi possint, idque eadem ratione; proinde non hoc spectant ut per viam perfectionis, quam tibi accommodatam in exercitiis cognoveris et ingredi coeperis, postmodum constanter incedas; sed ut his ipsis faciendis illud perfectionis genus assequi contendas, quod est in conjunctione animae cum Deo, ut ipse Cisneros in praefatione loquitur.

Satis superque sufficiunt ea quae diximus, ut intelligas, quantum discriminis inter utrumque librum intersit, ac proinde quid sentiendum de illis qui aiunt «les grandes lignes» ignatiani operis ex opere Cisnerii originem trahere [1], aut Ignatium alumnis suis illud opus leviter immutatum tradidisse. Qui auctores, ut mitissime de illis dicamus, aut neutrum ex duobus operibus legisse, aut alterum tantum videntur.

In his auctoribus nullo modo numerandus est R. P. Joannes Martia-

[1] Hermann Müller, *Les origines de la Compagnie de Jesus*, Paris, 1898, p. 37.

lis Besse, O. S. Ben., cujus paulo ante meminimus, qui de utroque libro erudite, prudenter, moderate scripsit; singulari studio *Exercitia* cum *Exercitatorio* contulit, atque ea quae similia videbantur in lucem edidit anno 1897, in libello *Revue des questions historiques*, t. 61, p. 22 et seqq. Et quoniam illud nobis unum restat, ut locos *Exercitatorii* expendamus, qui in *Excrcitia* ignatiana forte permanarunt; hunc nobis laborem labor clarissimi Besse multo faciliorem reddidit. Locis ab illo indicatis alios addemus, quos ipsi ex collatis textibus hispanis collegimus.

Et quamquam *Excrcitatorium* non est in eorum operum numero, quae sunt a nobis paulo ante examinata, iis tamen illud par in eo fecimus, quod illius integros textus afferamus, non modo illis de causis quas supra diximus, sed quia a quibusdam *Exercitatorium* dictum est uberrimus *Exercitiorum* fons, et quia quaerere interdum videntur eruditi, quantum ad *Exercitia Exercitatorium* contulerit [1]. Imo hae causae quoque fuerunt cur hujus operis pleniorem tibi cognitionem quam priorum suppeditare vellemus. Habebis itaque hic unde omnibus satisfacias. Illud vero notatum volumus, saepe nos textus cum *Excrcitiorum* tum *Exercitatorii* longiores quam soleat R. D. Besse, nunquam breviores afferre.

Sexdecim itaque fere locos *Exercitiorum* cum totidem locis Cisnerii clarus auctor comparat. Sed ex illis duo sunt rejicienda, quippe qui ad *Directorium horarum canonicarum* pertinent [2], quod opus nulla ratio est affirmandi lectum ab Ignatio esse, cum ab *Exercitatorio* sit diversum, ab eoque separatim excusum, in exemplaribus saltem quingentis sexaginta sex [3].

Reliqui sunt igitur loci quatuordecim, quos deinceps, secundum ordinem rerum in libro *Exercitiorum* servatum, ut adhuc fecimus, apponimus.

Primum itaque occurrunt loci ad viginti primas annotationes pertinentes.

I. Agit S. Ignatius in quarta annotatione, f. IV, de producendo vel contrahendo exercitiorum tempore; Cisneros autem in c. XII, p. 45, de dolore peccatorum excitando, ibique locos inter se similes invenit Dom Besse [4].

Sanctus Ignatius: «La quarta, dado que para los exercicios siguientes se

---

[1] «Die Frage wie stark Ignatius bei den *Exercitien* eine Schrift des Benedictiners Garcia Cisneros benutzt habe, wurde erst nach seiner Heiligsprechung lebhaft erörtert.» DÖLLINGER UND REUSCH, *Die Selbstbiographie des Cardinals Bellarmin*, Bonn, 1887, p. 332, not. 2.

[2] *Revue des Questions historiques*, t. 61, pp. 41 et 44.

[3] MÉNDEZ, *Tipografía española*, p. 172; CURIEL, *Exercitatorio*, *Noticia*, p. XV.

[4] *R. des Q. H.*, t. 61, p. 42.

toman quatro semanas, por corresponder a quatro partes en que se diuiden los exercicios, es a saber a la primera, que es la consideración y contemplación de los pecados, la 2ª es la vida de Xpo. nuestro Señor hasta el día de ramos inclusiue, la 3ª la passión de Xpo. nuestro Señor, la 4ª la resurrectión y ascensión, poniendo tres modos de orar; tamen no se entienda que cada semana tenga de necessidad siete o ocho días en sí; porque como acaesce que en la primera semana vnos son más tardos para hallar lo que buscan, es a saber contrición, dolor, lágrimas por sus pecados, asímismo como vnos sean más diligentes que otros y más agitados o probados de diuersos spíritus; requiérese algunas vezes acortar la semana, y otras vezes alargarla, y así en todas las otras semanas siguientes»...

Cisneros: «Y aun si no pudieres alcanzar dolor por estas cosas susodichas, no dejes de hacer memoria dellas brevemente cada noche en tu ejercicio.»

«Las cosas susodichas» preces quaedam sunt hominis dolore peccatorum afflicti (de quo dolore tantum agit Cisneros) quarum precum memoriam recolere singulis noctibus breviter quisque debeat, etiamsi forte illarum ope dolorem illum non sentiat. Ignatius certe doloris quoque illius meminit, sed per transennam et exempli causa, sicut etiam mentionem facit de diligentia sese exercentis et de variis variorum spirituum agitationibus, quae omnia et singula causae esse possint, singulas exercitiorum hebdomades modo producendi, modo contrahendi. Itaque nobis quidem vix apparet cur hi duo loci inter se comparentur.

II. Annotatio quinta, f. 2, et oratio praeparatoria, quae ante primum exercitium primae hebdomadis proponitur, f. 10, conferuntur cum uno *Exercitatorii* loco [1].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«La quinta [annotación]: al que rescibe los exercicios mucho aprouecha entrar en ellos con grande ánimo y liberalidad con su criador y Señor, ofreciéndole todo su querer y libertad, para que su diuina Maiestad, así de su persona como de todo lo que tiene se sirua conforme a su sanctíssima voluntad.	«Fin de la meditación. El fin de la meditación, oración y contemplación, no sea por tu provecho; no por evadir las penas; o por esperanza de ganancia o del premio celestial; o por la dulcedumbre de la meditación, oración o contemplación; porque este tal sería amor mercenario. Mas medita, ora y contempla por puro y filial amor; porque aparejes en tu corazón morada a Dios, y des lugar a la gracia, y hagas la voluntad de aquel cuyos deleites son ser con
La oración preparatoria es pedir gracia a Dios nuestro Señor, para que todas mis intenciones, actiones y operaciones sean puramente or-	

[1] *R. des Q. H.*, p. 41

denadas en seruicio y alabança de su diuina Maiestad».

los hijos de los hombres; el cual se deleita mucho en nuestra salud; porque para este fin es criada el ánima racional, para que cordial y amorosamente sea unida a su dulcísimo Criador: en esta presente vida por meditación, oración y contemplación, y en la otra por perpetua fruición. Y brevemente hablando; debes en todo esto buscar la gloria de Dios, y después la honra de los santos, la virtud de la Iglesia, la salud tuya, ordenándolo todo a gloria de Dios»... (C. LXIX, p. 266.)

In annotatione quinta et in loco *Exercitatorii* res omnino aliae tractantur: Ignatius docet, quo debeat animo paratus esse qui exercitia aggreditur; Cisneros qualis in orando, meditando, contemplando quaerendus finis; hic finis debet esse gloria Dei «por puro y filial amor», omissa interim tanquam causa ad agendum movente, propria utilitate «no sea por tu provecho». Contra Ignatius, omissa interim mentione filialis amoris gloriaeque divinae, aggredienti exercitia magnae spem utilitatis facit (mucho aprovecha), ut eum moveat ad exercitia magno ac liberali animo suscipienda. Oratio quidem illa praeparatoria, quae non est hujus loci, commune habet cum Cisneros, quod omnia ad Dei gloriam facienda sunt; sed aliis verbis Cisneros, aliis plane diversis Ignatius utitur.

III. Nec multo similiora sunt quae S. Ignatius in annotatione duodecima, ff. 2v-3r, et Cisneros in eodem cap. LXIX, p. 264-265 tradit [1].

S. IGNATIUS

«Procure siempre [*qui se exercet*] que el ánimo quede harto en pensar que a estado vna entera hora en el exercicio, y antes más que menos; porque el enemigo no poco suele procurar de hazer acortar la hora de la tal contemplación, meditación o oración».

CISNEROS

«Constante confianza al amado. Que no fácilmente se aparte del amor del amado por las sobrevinientes tentaciones. Esfuérzase el diablo de impedir al meditante y varón devoto por tentaciones diversas. Por ende debes decir: "Yo confío en Aquel que dice: Hijo mío, dame tu corazón,,».

Agit Ignatius de integra hora meditationi tribuenda, ad quam integritatem labefactandam non parum laboret hostis humanae naturae; Cisneros autem de fiducia in Deum retinenda, etiam advenientibus diaboli tentationibus.

---

[1] *R. des Q. H.*, p. 42. In ultima linea perperam dicitur «Annotatio 14» pro «12».

IV. Ex annotationibus postremus est locus in decima sexta, ff. 3v-4, qui cum alio loco ejusdem capitis LXIX *Exercitatorii* comparatur [1].

S. Ignatius: «Para que el Criador y Señor obre más çiertamente en la su criatura, si por ventura la tal ánima está affectada y inclinada a vna cosa desordenadamente, muy conueniente es mouerse poniendo todas sus fuerzas para venir al contrario de lo que está mal affectada; así como si está affectada para buscar y auer vn officio o beneficio, no por el honor y gloria de Dios nuestro Señor ny por la salud espiritual de las ánimas, mas por sus proprios prouechos y intereses temporales, deue affectarse al contrario, instando en oraciones y otros exercicios espirituales, y pidiendo a Dios nuestro Señor el contrario, es a saber, que ny quiere el tal officio o beneficio ny otra cosa alguna si su diuina Maiestad, ordenando sus deseos, no le mudare su affectión primera.»

Cisneros: «Apartamiento. El que quiere muchas veces meditar, débese apartar de toda concupiscencia y apetito de honras, deleites, riquezas y de toda ocupación de las cosas exteriores. Porque las fantasmas destas cosas distraen la mente» (p. 264).

Utroque loco agitur de animo praeparando; sed apud Ignatium ad bonam electionem, apud Cisneros ad orandum. Et apud Ignatium quidem ita ut animus male affectus adhibeat «todas sus fuerzas para venir al contrario», et «deue affectarse al contrario» et «pidiendo a Dios nuestro Señor el contrario». Quam agendi rationem non videmus apud Cisneros commendatam, qui, ut declarat titulus, agit tantum «del apartamiento» seu de animo ad orationem colligendo.

V. E prima hebdomade sumitur primum oratio praeparatoria, de qua diximus supra, in numero II; deinde conferuntur meditationes de peccatis [2].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«El primer puncto será traer la memoria sobre el primer pecado que fué de los ángeles... El segundo hazer otro tanto, es a saber, traer las tres potencias sobre el pecado de Adán y Eua... El tercero asímismo hazer otro tanto sobre el tercero pecado particular de cada vno que por vn pecado mortal es ydo al infierno.» (Primum exercitium primae hebdomadis, ff. 10v-11.)	«Piensa agora, y diligentemente estudia sentir cuánto cada pecado desplace a Dios. Acata con diligencia y mira cómo la soberbia lanzó a Lucifer del cielo, la desobediencia a Adam del paraíso, y la lujuria sumió a Sodoma y a Gomorra: y todo el mundo fué destruído por el diluvio... Mira tus pecados en singular; y confiésalos en la presencia de Dios»... (C. XII, pp. 41-42.)

[1] *R. des Q. H.*, p. 43.
[2] Ibid., pp. 41-42.

Allato Sti. Ignatii loco subjungit Dom Besse: «La seconde méditation sur le péché est un examen sérieux de ses péchés personnels et de leur gravité». Et complectens utrumque locum pergit: «Il est a remarquer que St. Ignace et Garcias de Cisneros donnent la première place à l'exercice sur le péché.» Animadverte tamen diligenter, primo, ab Ignatio proponi duo de peccatis exercitia, primum de peccatis ab aliis commissis, quo verecundiam et confusionem, ut est in petitione, et gratum animum cum voluntate aliquid faciendi pro Christo, ut est in colloquio, in animo se exercenti cieat. Alterum exercitium est de propriis peccatis, aliud omnino a primo. Animadverte secundo illud tertium punctum de peccato particulari in exercitiis ignatianis, nihil prorsus ad illud pertinere, quod ait Cisneros «conspice peccata siggillatim—mira tus pecados en singular». Nam Ignatius agit eo loco de uno peccato alieno, Cisneros de singulis omnibus propriis.

VI. De exercitio circa inferorum poenas dicit Dom Besse: «Il n'y a pas à insister sur les analogies que présentent les méditations sur l'enfer» neque quidquam exempli saltem gratia transcribit [1]. Nos utramque malumus meditationem ob oculos ponere.

S. IGNATIUS

«La oración preparatoria sea la sólita.

El primer preámbulo composición, que es aquí ver con la vista de la ymaginación la longura, anchura y profundidad del infierno.

El segundo demandar lo que quiero: será aquí pedir interno sentimiento de la pena que padescen los dañados, para que si del amor del Señor eterno me oluidare por mis faltas, a lo menos el temor de las penas me ayude para no venir en pecado.

El primer puncto será ber con la vista de la ymaginación los grandes fuegos y las ánimas como en cuerpos ýgneos.

El 2.°, oyr con las orejas llantos, alaridos, vozes, blasfemias contra Xpo. nuestro Señor y contra todos sus santos.

El 3.° oler con el olfato humo,

CISNEROS

«Pues el miércoles, venido al lugar de la oración y signado de la santa cruz: y recolegido tu espíritu, según dijimos en la feria segunda: forma la meditación de las penas del infierno en esta manera:

Debes, hermano, pensar de las penas infernales; y de ese mismo infierno, según algunas semejanzas que los santos ponen sobre esto:

Considera:

Una hondura muy espantosa: un lugar debajo de la tierra: como pozo muy profundísimo todo encendido.

Una ciudad muy espantosa, muy grandísima y toda tenebrosa, encendida de llamas muy oscuras y muy terribles, adonde dan grandes voces y aullidos: y todos lloran por razón de los dolores: ca no hay lengua que los pueda explicar.

Por estas y por semejantes figuras la gran crueldad de las penas. Ca se-

[1] *R. des Q. H.*, p. 42.

piedra azufre, sentina y cosas pútridas.

El 4.°, gustar con el gusto cosas amargas, así como lágrimas, tristeza y el verme de la consciencia.

El 5.°, tocar con el tacto, es a saber, cómo los fuegos tocan y abrasan las ánimas.

Haziendo vn colloquio a Xpo. nuestro Señor, traer a la memoria las ánimas que están en el infierno, vnas porque no creyeron el aduenimiento; otras, creyendo no obraron según sus mandamientos; haciendo tres partes: la 1.ª, antes del aduenimiento; la 2.ª, en su vida; la 3.ª después de su vida en este mundo; y con esto darle gracias, porque no me ha dexado caer en ninguna destas, acabando my vida. Asímismo cómo hasta agora siempre a tenido de mý tanta piedad y misericordia, acabando con vn Pater noster.» (ff. 13-14.)

gún San Agostín dice: hay tanta diferencia del calor de aquel fuego al nuestro, quanto de nuestro fuego al fuego pintado. Y así piensa del frío y del hedor.

La crueldad destas penas claramente paresce por el crujir de los dientes. Y por los gemidos, plantos y blasfemias que dicen a Dios.

La muchedumbre de las penas. Allí hay fuego oscurísimo que jamás nunca se amatará, frío intolerable: hedor espantoso: tinieblas palpables. Allí será la pena en todos los sentidos. En la vista, por razón de las cosas espantosas que verá, viendo los gestos de los demonios. En el oir, por los gemidos llorosos y clamores que oirá.

La miserable compañía y la crueldad de los atormentadores: ca son sin toda piedad: los cuales nunca se fatigan en atormentar y nunca se mueven a misericordia. Maltraen diciendo: ¿adónde es agora la gloria? ¿Adónde el alto estado? ¿Adónde la soberbia? ¿Adónde la lujuria? Y así de los otros pecados.

Cómo allí es punido cada uno señaladamente en los miembros con que pecó: y en cada uno dellos el malo rescibe pena.

De la pena interior: conviene a saber, del remordimiento de la consciencia y del gusano dellos que jamás no morirá. ¿Pues quién es aquel que podrá pensar suficientemente cuánto allí se duelen, porque estando en este mundo con pequeños trabajos y en breve tiempo no excusaron aquellas penas?

Las interiores pasiones: cuánto reinarán en ellos; ca serán a maravilla iracundos y envidiosos así como canes rabiosos. Asimesmo se acordarán de los pecados pasados y de las primeras delectaciones para acrescentamiento de la pena; allí lamentarán diciendo: ¿Qué nos aprovechó la soberbia: qué la lujuria: qué la avaricia: qué la gloria temporal: qué las delectaciones de la carne?

La duración de las penas: que nunca habrán fin, ni aun después de mil millones de años, ca allí ninguna redención hay, ni, por consiguiente, fin. Pues que así es, hermano muy amado, estimulada tu consciencia de la susodicha meditación, vuélvete al Señor diciendo en tu corazón: O alteza de la sapiencia y ciencia de Dios, ¡cuán incomprehensibles son los vuestros juicios! O Señor, y ¿cuántos están en el infierno por solo un pecado? Pues yo que tantos he hecho, ¿qué merezco, Señor? Dignamente merezco ser conde-

nado: ca digno soy de todo tormento: y indigno de todo beneficio; y así, por estas, o por semejantes palabras, dichas en el profundo de tu corazón; humilla tu ánima delante la presencia del Señor en cuyo acatamiento estás; ca firmemente has de creer cuando te pones a orar: que estás en la presencia de Dios. Y tanto cuanto más te condenares y humillares, tanto más presto serás absuelto y en más alto estado levantado. Y así compungido de dolor, levanta tu ánima en esperanza y con confianza de ser perdonado: devotamente forma la oración en lo íntimo de tu corazón, tomando persona de culpado: y con afecto de humildad o de temor, reconosciendo tus miserias, implora la misericordia de Dios: y haz gracias, considerando sus beneficios según habemos dicho en las otras ferias». (C. XIV, pp. 56-59.)

Habes utriusque auctoris meditationem de inferorum poenis. Etiam hoc loco vides nonnulla utrique communia; alia Cisneros habet, quae omisit Ignatius, alia hic, quae ille praetermisit. Finis autem et forma (quae propria res est auctoris, nam materiam neuter invenit) magnopere differunt. Attende maxime ad petitionem, in qua delicatissimos praesentis amoris ac de futuro timoris sensus expressit Sanctus Pater Ignatius, et ad colloquium, ubi gratum animum excitat ob singularem amorem, quo non solum non permisit Deus, me in ullum ex tribus hominum ordinibus incidere, qui in inferos praecipites ruerunt, sed etiam «usque in praesens tanta me semper pietate ac misericordia prosequutus sit».

Caeterum eamdem rem quam Cisneros suppeditare potuit Ignatio Ludolfus, II, LXXXVIII, I.

VII. Usum colloquiorum in extrema meditatione jam inde a primis exercitiis uterque auctor commendat. At vero primus locus quantum valeat, ut confirmes lectum ab Ignatio *Exercitatorium,* tuum, o lector, esto judicium [1]. Alterum infra, num. VIII expendimus.

S. Ignatius: «Acabar con vn colloquio de misericordia rrazonando y dando gracias a Dios nuestro Señor, porque me a dado vida hasta agora, proponiendo enmienda con su gracia para adelante.» (In fine secundi exercitii primae hebdomadis, f. 12v.)

Cisneros: «Loando a Dios para alcanzar perdón de tus pecados.» (C. XII p. 46.)

VIII. Confertur hic quoque colloquium in extremo primo exercitio hebdomadis primae cum colloquio Cisnerii in media meditatione de peccatis [2].

---

[1] *R. des Q. H.*, p. 43.

[2] Ibid.

S. IGNATIUS

«Ymaginando a Xpo. nuestro Señor delante y puesto en cruz, hazer vn colloquio, cómo de Criador es venido a hazerse hombre, y de vida eterna a muerte temporal, y así a morir por mis pecados. Otro tanto mirando a mí mismo lo que he hecho por Xpo., lo que hago por Xpo., lo que deuo hazer por Xpo.; y así viéndole tal, y así colgado en la cruz discurrir por lo que se offresciere». (In fine primi exercitii primae hebdomadis, f. 11v.)

CISNEROS

«Vos, Señor, fuistes por mí crucificado, llagado y humillado: e yo me ensalcé. Vos, Señor, desnudo en la cruz: e yo compuesto de vanos y lascivos vestidos. A vos, Señor, dieron hiel y vinagre: e yo me deleité en comeres y beberes delicados. Vos, Señor, todo trabajado e yo todo torpe y ocioso. Pues ¿qué haré, Señor? ¿Por ventura desesperaré?... Yo por la carrera purgativa me alimpiaré con la lima de la contrición, confesión y satisfacción»... (C. XII, p. 43.)

Ut vides, Ignatius suggerit, Cisneros facit colloquium. Itaque si hunc locum legit Ignatius, vidit exemplum unum colloquii; in *Vita Christi* cartusiensi plura viderat quam capita continet Ludolfi opus, ut supra diximus [1]. Nota praeterea magnum in altera parte colloquii discrimen «Otro tanto mirando a mí», etc.

IX. Ad finem hebdomadis primae adjunxit Ignatius monita quaedam, quas «additiones» appellavit ad exercitia utilius peragenda. Ex illis loci quatuor seliguntur cum *Exercitatorio* conferendi. Unus est pars alterius additionis, f. 14v., cui respondere dicitur locus quidam, quem Cisneros habet capp. XII, XIII, XIV [2].

S. Ignatius: «asimismo en el 2.° exercicio, haziéndome peccador grande y encadenado, es a saber, que voy atado como en cadenas a parescer delante del sumo juez eterno trayendo en exemplo cómo los encarçerados y encadenados ya dignos de muerte parescen delante su juez temporal»...

Cisneros: «toma persona de culpado, y con afecto de temor, puesto delante Dios como si fuese un juez que te quiere condenar»... (C. XII, p. 41.)

Potuit Ignatius ex Cisneros doctrinam de Deo judice impios condemnante haurire, potuit ex Ludolfo II, LXXXVII, potuit ex cognitione hujus rei, quae penes omnes christifideles christianis dogmatis imbutos esse solet, ac certe penes Ignatium erat, qui pueros manresanos christianam doctrinam edocebat.

X. Alius locus est additio quarta ignatiana, ff. 14v-15, cujus prima pars confertur cum quodam loco *Exercitatorii*, c. LXIX; altera cum alio loco capitis XXIII [3].

---

[1] Supra, p. 56.
[2] *R. des Q. H.*, t. 61, p. 42.
[3] Ibid., p. 40.

S. IGNATIUS

«La 4.ª entrar en la contemplación quándo de rodillas, quándo prostrado en tierra, quándo supino rostro arriba, quándo asentado, quándo en pie, andando siempre a buscar lo que quiero. En dos cosas aduirtiremos: la primera es que si hallo lo que quiero de rrodillas, no pasaré adelante; y si prostrado, asímismo, etc.; la 2.ª en el punto en el qual hallare lo que quiero, ay me reposaré sin tener ansia de pasar adelante hasta que me satisfaga».

CISNEROS

«Disposición corporal. Cuando fueres solo, podrás usar de diversas ceremonias en la disposición de los miembros. Agora alzando las manos, así como Aarón. Agora hincando las rodillas, como Salomón. Otras veces postrándote, y luego te levantando sin detenimiento: poniéndote de rodillas, como Cristo en el monte Olivete. Asimismo asentándote, como María Magdalena a los pies de nuestro Redentor. Otrosí extendiendo los brazos en cruz, como Cristo en la cruz. Otras veces bajando los ojos a tierra, como el Publicano. A veces alzándolos al cielo, como los Apóstoles en la ascensión del Señor. Y así por esta diversidad exterior son diversificados los afectos interiores; esto es, que los comenzantes deben orar de rodillas, los ojos bajos al suelo, o extendiendo los brazos en cruz, o haciendo postraciones. Los aprovechantes deben orar de rodillas, alzando las manos y ojos al cielo. Los perfectos, levantados en pie, puestos los ojos al cielo con deseos y suspiros unitivos. Los contemplativos, ya sobre sí levantados, sentados a los pies de nuestro Redentor». (C. LXIX, p. 265.)

His locis res agitur eadem, scilicet situs corporis; modus et finis, imo doctrina diversa est, ut consideranti patet. Cisneros variis hominum gradibus varium situm assignat; Ignatius nullum cuiquam, sed omnibus eum, qui ad finem consequendum iis commodior sit.

XI. Altera quartae additionis pars, ab illis verbis «en el punto en el qual» similis esse dicitur [1] *Exercitatorio* in loco quem subjicimus:

«Y mira bien, que este ejercicio de la vía iluminativa no está en que te apresures a complirlo todo: mas en que te detengas morosamente en cada un artículo, encendiendo tu ánima en amor: hasta que si ser pudiere, pase en admiración. Y si el tiempo deputado de la oración se te pasa en un artículo solo: no has de curar de los otros: salvo pasarlos solamente por la memoria: y concluir tu ejercicio. Y esta misma regla has de guardar en todos los otros ejercicios: ca no te cumple derramar, ni apresurar a cumplir todo el ejercicio; mas si en principio dél te visitare el Señor con su gracia de devoción y compunción: enciérrate dentro de ti mismo y está quedo conservando en ti aquella gracia: y ensanchando tu ánima en deseos»... (C. XXIII, pp. 83-84.)

In loco Ignatiano, quem sub numero X ad finem habes, eamdem

[1] *R. des Q. H.*, pp. 40-41.

fere dices doctrinam esse, modum tamen exponendi tam dissimilem, ut merito negaveris (nisi aliunde quam ex similitudine probetur) suam ex García Ignatium hausisse. Est enim Ignatius brevior, clarior, amplior. Etenim Cisneros loquitur tantum «en este ejercicio de la vía iluminativa»; paulo post servandum idem esse ait «en todos los otros ejercicios»; primum de affectu amoris tantum, deinde in universum «de su gracia de devoción y compunción». Primum postulat ut quamvis festinandum non sit, tamen memoriter omnia percurras, id quod postea ita videtur explicare: nisi forte «te visitare el Señor con su gracia»... tunc enim «enciérrate dentro de ti mismo» etc.

XII. Additio sexta *Exercitiorum*, f. 15, cum simili monito Cisneros comparatur [1].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«La sexta: no querer pensar en cosas de plazer ny alegría, como de gloria, resurrecctión, etc.; porque para sentir pena, dolor y lágrimas por nuestros peccados, impide qualquier consideración de gozo y alegría; mas tener delante de mý quererme doler y sentir pena trayendo más en memoria la muerte, el juizio».	«Y mira que cuando acabas el ejercicio susodicho [*primum scilicet in via purgationis*] no te derrames luego: mas estúdiate cuanto pudieres de conservar tu corazón en su fuerza y vigor: porque la cogitación vaga y fluxa o la vana alegría no te disuelvan, y tu ánima pierda la ganancia de la compunción por no curarte de la sobredicha vana y fluxa cogitación». (C. XII, p. 51.)

Plane vides primo, agere Ignatium de animo per totum hebdomadis primae tempus continendo; Cisneros autem de tempore quod ipsam meditationem consequitur; deinde, quod maximum est, arcet animum Cisneros ab inutili fluxaque cogitatione; Ignatius vero non jam ab inutili (de qua nihil hoc loco dicitur) sed ab spirituali et alioqui sanctissima, quae dolorem de peccatis in praesentia excitandum non foveat.

XIII. Longius aliquanto nobis immorandum hoc loco erit, ubi ratio confertur qua contemplandam dicit Ignatius Christi vitam, cum ea quam exhibet Cisneros, a quo suam ille mutuatus sit. Ita fortasse voluit Dom Besse illa roborare quae pag. 40 dixerat: «Comme l'abbé du Montserrat, Saint Ignace appelle l'application de l'âme aux vérités de la foi *méditation*, et aux mystères de la vie du Sauveur *contemplation*» [2].

Attende animo primum, similem contemplandi modum apud Ludolfum quoque esse. Deinde eadem vox aliud omnino sonat apud Ignatium, aliud apud Cisneros. Ignatius loquitur etiam de «la contemplación de los pecados»; item «la primera contemplación», «la quarta contemplación», etc., tot scilicet contemplationes quot mysteria.

---

[1] *R. des Q. H.*, p. 42.

[2] Ibid., pp. 40 et 44.

Cisneros autem, etsi verbis iisdem utitur, non idem significat. Ait enim: «Pues que así es [*ut per Verbum incarnatum ad cognitionem et amorem spiritualem ascendamus*] en la vida y muerte de Cristo, establesce a ti tres maneras de contemplación por devotos ejercicios. La primera contemplación sea que por un afecto dulce y deseo cordial, aunque en alguna manera carnal, te allegues a Cristo, te acompañes con Cristo»... [1]. Cumque hanc rationem latius explicuit, addit: «Y este grado de contemplación pertenesce a los que comienzan» [2].

Porro secundam declarat: «La segunda contemplación por la vida y pasión de Cristo es ya algún tanto más alta. Conviene a saber: contemplando no solamente acerca de la humanidad de Christo; mas según San Bernardo dice, en Cristo hombre conviene hallar a Dios»... Pulcherrime quidem hunc locum exponit, aitque ad finem: «Y este segundo grado de contemplación de la vida del Señor pertenesce a los aprovechantes» [3].

Denique: «La tercera contemplación es: por la humanidad de Cristo al afecto espiritual levantarse contemplando... Y así mira que aqueste es el último grado de la contemplación en esta peregrinación»... [4].

E quibus omnibus certum est, *primera*, *segunda*, *tercera contemplación* esse apud Cisneros *primum*, *secundum*, *tertium modum contemplandi;* apud Ignatium vero *primum*, *secundum*, *tertium mysterium contemplandum*. Atque haec quidem de nomine contemplationis.

Jam ut ipsam rem, vel potius modum rei proponendae conferamus, en quae habet Dom Besse:

S. IGNATIUS	CISNEROS
«Dans la contemplation des mystères, punctum primum est aspectus personarum... secundum conficitur ex verborum apprehensione fructuosa; tertium ex negotiorum inspectione... (2 contemplatio... L'exercice de l'application des sens termine celà...)»	«Prima contemplatio fit, ut affectu quodam dulci et affectu cordiali, licet quodammodo carnali, Christo adhaerens Christum comiteris, jugiter circa Christi vitam et mortem affectatus et ejus praesentia et recordatione in tuis exercitiis delectatus... Apostoli enim primo eum sequebantur sola ejus praesentia delectati, ejus colloquio recreati, ejus dulcedine et affabilitate recreati. Et tu etiam primo hoc modo sequere Christum, esto in ejus comitatu.

C'est ce qu'il applique dans les chapitres L et suivants, consacrés à la contemplation de la vie et de la mort de Notre-Seigneur[5]. »

---

[1] C. XLIX, p. 174.
[2] Ibid., p. 176.
[3] Ibid., pp. 176-178.
[4] Ibid., pp. 178-179.
[5] *R. des Q. H.*, t. 61, p. 44.

Quae cum inter se satis multum distent, majus videbis discrimen collatis textibus integris hispanis:

S. IGNATIUS

«El primer puncto es ver las personas, es a saber, ver a nuestra Señora y a Joseph y a la ancilla y al niño Jesú después de ser nascido, haziéndome yo vn pobrezito y esclauito indigno, mirándolos, contemplándolos y seruiéndolos en sus neccessidades, como si presente me hallase, con todo acatamiento y reuerencia possible: y después reflectir en mý mismo para sacar algún prouecho.

El 2.° mirar, aduertir y contemplar lo que hablan; y reflitiendo en mý mismo sacar algún prouecho.

El 3.° mirar y considerar lo que hazen, así como es el caminar y trabajar, para que el Señor sea nascido en summa pobreza, y a cabo de tantos trabajos, de hambre, de sed, de calor y de frío, de iniurias y afrentas, para morir en cruz; y todo esto por mý; después reflitiendo sacar algún prouecho spiritual». (In secunda contemplatione, de nativitate, f. 19r et v.)

CISNEROS

«La primera contemplación, sea que por un afecto dulce y deseo cordial, aunque en alguna manera carnal, te allegues a Cristo: te acompañes conCristo: afectado juntamente en su vida y muerte: de su presencia y recordación deleitándote en tus ejercicios. En esta primera contemplación o primero afecto, puedes en diversas maneras variar tu ejercicio; así como a Cristo en la vida muchos en diversas maneras afectados por diversas intenciones lo seguían. Primeramente los Apóstoles lo seguían delectados de sola su presencia corporal, recreados de su coloquio, por su dulcedumbre y afabilidad atraídos. Y así tú primeramente en esta manera sigue a Cristo y está en su compañía». (Cap. XLIX, pp. 174-175.)

Vides imprimis ordinem diversum. Deinde scopus Garciae videtur esse, ut delecteris cum Christo; hinc illa «afecto dulce y deseo cordial», «de su presencia y recordación deleitándote en tus ejercicios», «los apóstoles le seguían delectados de sola su presencia corporal» etc. Ex contemplatione autem ignatiana sequetur plerumque illa delectatio, sequetur enim Christi cognitio et amor, quae duo sine aliqua delectatione esse non possunt. At nihil de hac re dicit Ignatius. Potius conatur, ut per te, Deo adjutore (cujus auxilium in petitione rogasti), ipse cognitionem et amorem elicias cum firma voluntate illi serviendi «veluti pauperculus et servulus indignus» optimo ac benignissimo domino inservit. Hinc monita illa apud Ignatium frequentissima «reflectir en mý mismo para sacar algún prouecho», etc., quae, tam saepe repetita, apud Cisneros incassum quaeres.

Age jam, conferamus qua ratione contemplandam proponat Ignatius sanctissimam Christi passionem, qua ratione Cisneros:

S. IGNATIUS

Sex puncta praebet, quorum tria eadem sunt, quae dedit in secunda hebdomade. Reliqua tria explicat hoc modo: «El 4.° considerar lo que Xpo. nuestro Señor padesce en la humanidad, o quiere padescer, según el paso que se contempla; y aquí començar con mucha fuerza y esforçarme a doler, tristar y llorar, y así trabaxando por los otros punctos que se siguen. El 5.° considerar cómo la diuinidad se esconde, es a saber cómo podría destruyr a sus enemigos, y no lo haze, y cómo dexa padescer la sacratíssima humanidad tan crudelíssimamente. El sexto considerar cómo todo esto padesce por mis pecados, etc., y qué deuo yo hazer y padescer por él.» (Ex prima contemplatione tertiae hebdomadis, f. 30v.)

CISNEROS

Sex quoque capita offert; at vide, quaeso, quam alia sint ab ignatianis: «Acerca de la pasión del Señor, en esta manera se puede haber el varón contemplativo. Esto es, que la contemple: Primeramente para imitar. Lo segundo, para compadescer. Lo tercero, para se maravillar. Lo cuarto, para se alegrar. Lo quinto, para se resolver. Lo sexto, para holgar» [1]. Explicat deinde singula, quorum tria priora aliquo modo cum *Exercitiis* nostris componuntur. Quartum vero est hujusmodi: «Lo cuarto, debémosla contemplar para nos alegrar. Debémonos alegrar en ella de la

Redención humana,
Restauración angélica,
Divina clemencia»...

Quae tria vere, pulchre, utiliter amplificat [2].

Quintum hoc est: «Lo quinto, la debemos considerar para regular nuestros corazones y para perfectamente nos transformar en él... Y aun entonces es el hombre en él resolvido o regalado [*in margine ab editore* liquidado] cuando salido de sí y puesto sobre todas las cosas y sobre sí... todo es convertido en su Señor crucificado»... [3]. Denique sextum: «Lo sexto, debémosla contemplar para holganza de dulzor entrañal. Lo cual es hecho cuando el hombre resolvido y regalado... por ferviente devoción o amor desfallesce de sí mismo, y huelga en Cristo crucificado»... [4].

Haec certe non parum inter se recedunt. Imo illum laetitiae affe-

---

[1] C. LVII, p. 203. His similia sunt in *Vita Christi Cartuxano*, II, LVIII, V, in ed. complutensi 1503, t. IV, f. 47: «De los modos del exercicio desta salutífera passión has de saber que se puede el hombre auer en ella en seys maneras. Déuela considerar lo primero para hazer o padeçer alguna cosa a su semejança. Lo segundo, para compadescerse. Lo tercero, para marauillarse. Lo quarto, para gozarse. Lo quinto, para transformarse. Lo sesto, para reposo e holgança.» Quintum exponens Ludolfus dicit deinde: «para resoluernos e transformarnos»...

[2] C. LVII, p. 207.

[3] Ibid., p. 209.

[4] Ibid., pp. 209-210.

ctum non quaerit Ignatius in hac hebdomade, *tempore exercitiorum*. Id constat ex petitione seu praeludio altero primae contemplationis, ubi petimus, «dolor, sentimiento y confusión, porque por mis peccados va el Señor a la passión», f. 30, et in altera contemplatione: «demandar lo que quiero, lo qual es proprio de demandar en la passión, dolor con Xpo. doloroso, quebranto con Xpo. quebrantado, lágrimas, pena interna de tanta pena que Xpo. passó por mý», f. 31v. Similiter in monitis post alteram hanc contemplationem: «luego en despertándome... esforçándome mientras me lebanto y me visto, en entristeçerme y dolerme de tanto dolor y de tanto padesçer de Xpo. nuestro Señor», f. 32. Et paulo post: «no procurando [*interdiu*] de traer pensamientos alegres, aunque buenos y santos... mas antes induziendo a mí mismo a dolor y a pena y quebranto, trayendo en memoria freqüente los trabajos, fatigas y dolores de Xpo.»...

Postremo operae pretium est annotare, Stum. Ignatium mysteriorum quoque Christi ab inferis revocati contemplandorum forman tradere. Nam praeter illa tria omnibus mysteriis communia, personas, verba, opera; alia duo expendenda offert, miros divinitatis in resurrectione Christi effectus et officium consolandi, quae vide in *Exercitiis*.

De iisdem mysteriis agit Cisneros capite LX, cujus haec ultima sententia est: «y así esto con lo otro que habemos dicho de la vida y pasión del Señor, baste cuanto a la materia de la contemplación» [1]. Quibus verbis significare videtur, se in vita Christi enarranda, materiam potius contemplandam, quam formam contemplandi suppeditare voluisse. Certe ubi resurrectionis mysteria explanat, nihil agit nisi materiam praebet. Ignatius contra de forma maxime sollicitus est.

Quare ne in hoc quidem loco, qui de Christi mysteriis contemplandis est, vestigia *Exercitatorii* comparere, certo dici potest.

XIV. Postremo e regulis ad spiritus discernendos fragmenta *Exercitiorum* duo cum uno loco *Exercitatorii* comparantur [2].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«El que está en desolaçión considere cómo el Señor le ha dexado en prueua en sus potencias naturales para que resista a las varias agitaciones y tentaciones del enemigo... El que está en desolaçión trabaxe de estar en paçiençia, que es contraria a las vexaciones que le vienen». (Reg. septima et octava primae seriei, ff. 53 v, 54.)	«Y aun muchas veces espera nuestro Señor el fin de la obra de su siervo; y se aparta y no le da contrición ni consolación, porque sea probada su fe y paciencia; y porque le sea dado divinalmente mayor dolor de los pecados que cometió». (C. XII, p. 46.)

[1] C. LX, in fine, p. 235.
[2] *R. des Q. H.*, t. 61, p. 43.

Uterque quidem agit de desolatione; at Ignatius in universum, Cisneros de difficultate inveniendae contritionis in prima exercitii parte. Praeterea, id quod est magnum discrimen, Ignatius data opera agit de desolationis remediis, quae Cisneros oblique tantummodo attingit. Vide locum *Exercitiorum*.

His quatuordecim locis septem alios conjungimus, quos non comparavit Dom Besse, fortasse quia textus latinos, non hispanos contulit. Et quamvis hunc augere numerum possemus, non tamen, ut opinamur, hujusmodi locis, qui majorem inter opera duo propinquitatem ostenderent [1].

XV. Primus est enumeratio exercitiorum spiritualium; tria enumerat Cisneros; his tribus alia conjungit Ignatius.

S. IGNATIUS	CISNEROS
«Por este nombre exercicios spirituales se entiende todo modo de examinar la consciencia, de meditar, de contemplar, de orar vocal y mental y de otras spirituales opperaciones»... (In annotatione prima ex viginti primis, f. 1).	«En este libro, hermanos muy amados, trataremos cómo el ejercitador y varón devoto... por ciertos y determinados ejercicios, según los días de la semana, Meditando, Orando, Contemplando, ordenadamente podrá subir a alcanzar el fin deseado: que es ayuntar el ánima con Dios». (Ex prologo, pp. 1-2).

XVI. Alter locus agit de animo curis superfluis libero.

S. IGNATIUS	CISNEROS
«[*In exercitiis spiritualibus*] tanto más se aprouechará, quanto más se apartare de todos amigos y conoscidos y de toda solicitud terrena». (In annotatione vigesima e primis, f. 5.)	«La tercera condición es: que el corazón esté expedido de los cuidados exteriores y superfluos, porque así como vaso vacío le pueda ofrescer a la gracia de nuestro Señor Dios». (C. IV, p. 11.)

Agit Ignatius de omittenda exercitiorum tempore rerum quarumdam sollicitudine, quas extra tempus exercitiorum non modo poteris, sed interdum debebis etiam curare. Cisneros de curis externis et inutilibus, omni tempore a religioso viro pellendis. Animum autem illum curis liberum etiam Ludolfus et Thomas a Kempis commendant.

XVII. Tertius est locus de Luciferi peccato et damnatione ac de debita peccatori poena.

---

[1] Cf. *La Genèse*, pp. 92-95.

S. IGNATIUS	CISNEROS
«Ellos [*angeli*] por vn pecado fueron al infierno; quántas vezes yo le he merescido por tantos». (In primo puncto primi exercitii primae hebdomadis, f. 10v.)	«Lucifer... por un pecado que hizo fué echado del cielo para siempre; pues, ¿cuánto más los que hicieron muchos no entrarán allá?» (C. XI, p. 35.)

Etiam hic locus communis quodammodo est Ludolfo, Garciae et Ignatio [1].

XVIII. Inter additiones in fine primae hebdomadis est etiam monitum de gravitate retinenda exercitiorum tempore. Aliquid simile praecipit Cisneros. Ast Ignatio *exercitiorum tempus* est summum unus mensis; Garciae integra hominis vita.

S. IGNATIUS	CISNEROS
«No reyr ny dezir cosa motiua a risa». (Octava additio, f. 15.)	«La segunda condición es: que menosprecie toda delectación carnal, apartándose de toda liviandad, así como de risas, hablas, y de otras cualesquier consolaciones». (C. IV, p. 10.)

XIX. In altera hebdomade Christum ducem ante oculos ponit Ignatius brevissima sententia, in meditatione de duobus vexillis. Imaginem similem praebet Cisneros, imo Ignatianae similiorem, quam illam Ludolfianam superius notatam [2].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«Considerar cómo Xpo. nuestro Señor se pone en vn gran campo de aquella región de Hierusalén en lugar humilde, hermoso y graçioso». (In secunda parte meditationis vexillorum, primo puncto, ff. 22v-23.)	«Si piensas a Cristo hombre, dende te verná dulce afición y gran confianza: porque es mansuetísimo, benignísimo, nobilísimo, suavísimo; todo bello, gracioso y hermoso». (C. XLIX, p. 177.)

XX. Sextus locus est de secundo modo orandi ex tribus, quos docet Ignatius post contemplationem ad obtinendum amorem. Habet enim Cisneros in capite XXIV orationen dominicam ita expositam, ut rationem illam orandi suggerere legenti potuerit. Cujus rei, ut supra diximus, multa exempla in *Vita Christi* cartusiensi viderat Ignatius [3].

XXI. Ultimo loco uterque auctor de Dei timore loquitur. Atque hi

---

[1] Supra, p. 77.
[2] Supra, pp. 81-82.
[3] Supra, p. 87.

loci similiores inter se sunt, quam illi, quos ex Ludolfo et Ignatio a P. W. vidimus comparatos [1].

S. IGNATIUS	CISNEROS
«El temor seruil... ayuda mucho para salir del peccado mortal, y salido fácilmente viene al temor filial». In fine libri.)	«Todos los que comienzan, comienzan en el temor de siervo; porque del temor servil comienza el temor filial». (C. X, p. 31.)

Nimium forte in comparandis *Exercitiis* et *Exercitatorio* solliciti fuimus; sed malumus nimis diligentes, quam aliquantulum leves in consectariis proponendis videri. Accurate igitur collatis inter se locis, qui in utroque opere simillimi putantur, en quae nostro judicio affirmanda sunt.

Primo: Nullus locus est in nostris *Exercitiis* verbum e verbo ex opere Cisnerii desumptus, qua in re nobiscum convenit Dom Besse [2].

Secundo: Ex locis uno et viginti allatis sex invenies, quorum aliqui vix, aliqui ne vix quidem ulla re, qua comparari possint, conveniunt, quos notavimus numeris I, II, III, IV, VII, XII. Deinde maximus illorum unius et viginti locorum numerus, non ad corpus *Exercitiorum* pertinet, verum sex ad viginti adnotationes, hi sunt I, II ex parte, III, IV, XV et XVII; quinque (IX-XII et XVI) ad decem additiones; unus (XX) ad tres orandi modos; duo (XIV et XVIII) ad regulas in fine libri. Restant ergo in corpore *Exercitiorum* loci septem aut octo *Exercitatorio* forte affines.

Tertio: His locis si quis velit *Exercitatorii* vestigia divinare, per nos liceat, praesertim cum probabile valde sit, usum *Exercitatorio* esse Ignatium. Sed fatendum est eorum aliquos eodem vel potiore jure vestigia Ludolfi Thomaeve a Kempis dici posse; fere omnes vero, etsi materia seu re affines, forma tamen et fine ita semper ab illis esse diversos, saepe diversissimos, ut tam probabile sit, eos ex quocumque horum auctorum hausisse Ignatium, quam ex quocumque alio fonte sive interno sive externo accepisse.

Quarto: Quod si ad locos ipsos *Exercitatorii* animum converteris, videbis profecto, eorum septem ad unum idemque caput XII pertinere, quatuor ad LXIX, duo ad XLIX, duo ad IV, singula denique ad prologum et ad capita X, XI, XIV, XXIII, XXIV, cunctos igitur ad capita novem et ad prologum.

Unde hoc plane constat, etiamsi unus et viginti loci illi vestigium aliquod in *Exercitiis* reliquerint, nullum hujusmodi locum assignari ex longe maxima *Exercitatorii* parte, ex capitibus, inquam, sexaginta.

---

[1] Supra, pp. 92-93.

[2] *R. des Q. H.*, t. 61, p. 38.

Quare non intelligimus cur opus Cisnerii cum *Exercitiis* collatum, rivulus appelletur, qui «agente Sancto Spiritu in latum flumen ac profundum in solitudine manresana excreverit» [1]. Qua similitudine non modo *Exercitiis* ignatianis, sed etiam, nisi fallimur, *Exercitatorio* detrahitur. Insinuatur enim ex una parte *Exercitia* ignatiana ex opere Cisnerii tandem derivari, ut e rivulo flumen, quod quantum a rei veritate abhorreat, demonstratum esse arbitramur; ex altera vero *Exercitatorii* doctrinam in opere ignatiano aut totam contineri, si similitudinem premas, id quod nemo fecerit, aut saltem maxima aut certe magna ex parte, si quo tandem modo similitudo ad rem pertinet; secus enim qua ratione rivulus in flumen excrescere dici possit? Qui ergo similitudinem illam legerit, neque *Exercitatorium* noverit, nonne judicare poterit, magnam saltem *Exercitatorii* doctrinae partem in *Exercitia* manasse? Seu, id quod eodem recidit, nonne jure putabit, partem illam doctrinae esse partem *Exercitatorii* magnam? Jam si res ita se haberet, multo minoris pretii esset *Exercitatorium* quam revera est; siquidem ea quae allatis locis continentur, bona, imo optima illa sunt; at si cum aliis conferantur, quae *Exercitatorium* complectitur, minima certe particula.

Vides itaque quanto pluris faciendum *Exercitatorium* sit, si opus ipsum, quam si ut *Exercitiorum* fontem consideras. Est enim opus in suo genere perfectum, hominem praesertim religiosum, leges et usum orandi per tres quas vias vocant, purgativam, illuminativam et contemplativam, edocens, et ad summam perfectionem elevans [2]. Fontem vero *Exercitiorum* appellare *Exercitatorium* non aliter fere possumus, quam conciones sacras quas Ignatius frequentare, vel christianam doctrinam, quam pueros docere, vel consilia confessariorum, quos audire Manresae solebat; hoc tamen discrimine quod hi fontes nec nomen habeant, nec nisi conjectura suspicamur quid praebuerint; *Exercitatorium* vero et nomen habet suum, et quid contineat, videmus.

Denique etsi valde probabile, ut diximus, censemus, lectum ab Ignatio *Exercitatorium* esse; assentimur tamen P. Watrigant scribenti: «Par le fait les coincidences [inter *Exercitia* et *Exercitatorium*] se reduissent à un fort petit nombre, et si on les discutait rigoureusement, à elles seules elles suffiraient difficilement à établir que le saint a connu et utilisé le livre de Cisneros» [3].

Haec omnia de *Exercitiis* et *Exercitatorio*, historiae et critices gratia dicta sunto. Neque verendum censemus, ne animorum concordia inter duos ordines perpetua amicitia conjunctos quidquam detrimenti capiat, praesertim cum in coenobio Montis Serrati insigni notis amoris

[1] *R. des Q. H.*, p. 45.

[2] Vide supra, pp. 98-101, et Curiel in *Noticia del autor y de sus obras* in eadem ed. *Exercitatorii*.

[3] *La Genèse*, p. 36.

hospitalitate saepe ipsi fruiti simus. Quam mutuam voluntatem ut pro nostra tenuitate confirmemus, voluimus huc duo decreta transcribere, quae occasione libelli nomine Constantini Cajetani editi, lata sunt: alterum a Congregatione casinensi, alterum a Societate Jesu.

DECRETUM CONGREGATIONIS CASINENSIS [1]

«Cum nobis relatum fuerit libellum quemdam sub nomine D. Constantini Cajetani, monachi casinensis et abbatis, fuisse impresum, Soçietatis Jesu existimationi insigniter praejudiçialem; doluimus sane, provt par erat, vehementer hominis levitatem et audaçiam (si quidem talis scriptionis est auctor, quod difficillime nobis persuaderi potest) summopere admirati. At[a] vt religiosissimis PP. Societatis, qui tanti a nobis fiunt, quanti egregiam ipsorum virtutem ac doctrinam fieri aequum est, per nos satisfiat, et caeteris omnibus constet inconsultis nobis ac prorsus insciis ejusmodi librum in lucem prodiisse: per occasionem nostrorum comitiorum in vnum congregati istud ipsum publico edicto vulgare ac contestari statuimus: addentes insuper praedictum Patrem D. Constantinum, quod extra congregationem nostram multis abhinc annis pontificia auctoritate degat, potestati nostrae non magis quam alium quemlibet alterius religiosi instituti professorem, subditum esse. Quare si quid ab ipso in hoc genere hucvsque peccatum est, vel peccari in posterum (quod Deus avertat) contigerit, tum ipsos Societatis Jesu alumnos, tum alios quoscumque omnes enixe rogatos volumus, vt certo sibi persuadeant, id communi totius congregationis Casinensis sensui, et in Societatem Jesu peculiari obseruantiae omnino aduersari ac repugnare. Datum Ravennae» [b].

DECRETUM SOCIETATIS JESU [2]

«Cum recitatum esset edictum, ante duos circiter annos a Venerabili Congregatione Cassinensi per occasionem comitiorum vulgatum, et jam tum a P. N. Generali piae memoriae Mutio Societati universae communicatum, ad beneficii memoriam, simulque grati animi et mutuae in religiosissimos illos Patres charitatis ac venerationis vicem, ad omnes socios transmittendum; quo edicto Societatis existimationem libello quodam, sub nomine (ut quidem, ipsi, et nos pariter opinamur, mentito) D. Constantini cassinensis monachi et abbatis edito, insigniter laesam dolent simulque, damnata supposititi auctoris levitate et audacia, suum de Societate honestissimum judicium nobis pariter ac caeteris omnibus contestantur; censuit congregatio: hujus-

a Ac *alt.*

b *Alt. ex. addunt:* in nostris generalibus comitiis, die 23 Aprilis, 1644. D. Horatius a Volaterris scriba capit.

1 Ex apogr. coaevo, quod regia historiae academia in sua bibliotheca matritensi asservat, cod. *Jesuitas, 91, núm.* 11. Affertur idem decretum ab Ignatio DIERTINS in l. III. *Historiae Exercitiorum,* in editione facta Insulis (Lille), anno 1887, p. 74; a DANIELE BARTOLI, in *Vita de S Ignazio,* l. I, c. XXI, ed. Torino, 1825, p. 117; a BOLLANDIANIS in *Actis Sanctorum,* t. VII mensis Julii, ed. Palmé, 1868, p. 432.

2 Latum a congregatione octava generali, anno 1646.

modi sensum ac judicium venerabilis ordinis, singularis beneficii loco habendum colendumque esse; decrevitque nomine totius Societatis hanc illi vicissim gratiam cum summa amoris significatione referendam; ut tum ipsis, tum caeteris quibuscumque testaretur, plane ab initio nobis persuasum esse, ejusmodi traductionem Societatis, ab ejus ordinis, qui et religiosissimus est, et optime semper de ipsa meritus, sensu ac pietate omnino alienam fuisse».

§ 5. Alii auctores

Diximus de auctoribus, quos sive Loyolae, sive Manresae legisse Ignatium novimus. Dicendum deinceps de aliis auctoribus, quos quidam inter nostrorum *Exercitiorum* fontes numerandos arbitrantur. Sunt autem praecipui: S. Bernardus vel Pseudo-Bernardus; Wernerus, abbas benedictinus; S. Anselmus; Gerardus de Zutphen et Joannes Mauburnus, e numero Fratrum vitae communis; Fr. Hieronymus de Ferrara seu Savonarola; Erasmus Roterodamus [1].

Ex parabola quadam Bernardi ortam esse meditationem de duobus vexillis legimus in *Analectis Bollandianis* [2]; eamdem meditationem pendere a quadam Werneri abbatis homilia censet P. F. Tournier S. J.; is eidem abbati secundam partem meditationis de regno Christi, primam vero Sto. Anselmo tribuendam censet [3]; Gerardo de Zutphen deberi aliqua e nostris *Exercitiis* insinuat P. H. Watrigant S. J. [4]. Quaenam illa sunt? Indicat «une grande analogie entre le plan des *Ascensions spirituelles* de Gérard et l'ordonnance générale des *Exercices* d'Ignace de Loyola»; «plusieurs particularités» verbi gratia «l'examen particulier (De spir. asc. ch. LIII), la notion exacte de la véritable dévotion (ch. XLIX)» [5], alia fortasse [6].

---

[1] Narrant RIBADENEIRA *(Vida de S. Ignacio*, l. I, c. XIII) et MAFFEJUS *(De vita et moribus S. Ignatii Lojolae,* l. I, c. XVI), Ignatium Erasmi Enchiridion legere coepisse Barcinone; Consalvius tamen bis dicit Ignatium illum librum noluisse legere, *(Monum Ignat.*, ser. 4.ª, I, 200-201 et 272, ubi factum illud narratur quasi Compluti accidisset). Eorum dicta facile conciliantur, si dicas Ignatium incepisse legere, deinde vero librum a se abjecisse ac noluisse legere. Proinde, et quia hunc auctorem inter *Exercitiorum* frontes non numeramus, eum in hac altera serie potius quam in prima reponendum duximus.

[2] T. XVI, Bruxellis, 1897, p. 111; t. XVII, 1898, pp. 382-383; t. XXXII, Bruxellis, Paris, 1913, pp. 288-289. Hanc opinionem libello potius *Anal. Boll.* tribuimus quam clarissimo Achilli Ratti, quia hic non dicit, ex parabola illa sumptam esse dispositionem hujus meditationis, neque affirmat dispositionem utriusque operis esse eamdem *(Rendiconti del R. Istituto Lombardo di scienze e lettere*, Serie II, vol. XXIX, fasc. VII, p. 395), quae duo sunt in *Anal. Boll.* locis indicatis; sed ait inde potuisse commodissime Ignatium sentire primum motum «può benissimo aver preso l' ispirazione per la meditazione-detta *dei due stendardi*».

[3] *Études,* 5 Junii 1910, pp. 658-665, in commentario, magna cum eruditione et diligentia perscripto, *Les deux cités dans la litterature chrétienne*, pp. 644-665.

[4] *La Genèse*, pp. 59 et 93; *La Méditation fondamentale avant saint Ignace,* CBE, n° 9, p. 55.

[5] *La Genèse,* p. 59.

[6] Ibid., pp. 96-102.

Iisdem locis agit P. W. de Joanne Mauburno. In CBE, n° 9, pág. 58, ait: «Sûrement l'auteur des Exercices consulta ce livre [*Rosetum* Mauburni] au moins après l'époque du séjour à Manrèse; les Exercices lui doivent des idées, dont nous avons indiqué quelques unes dans notre opuscule *La Genèse des Exercices*. Fortasse «le goût de l'ordre»[1], methodum meditandi per tres animi vires [2], examen generale [3], alia fortasse [4].

Apud Savonarola: «nous devons signaler, inquit P. W., une curieuse ressemblance entre la doctrine du F. Jérôme de Ferrare, Savonarole. sur les degrés d'humilité, et celle de Saint Ignace sur le même sujet» [5], Quo loco Patris W. indicato, additur in *Anal. Boll.*: «On n'apprendra pas sans surprise que S. Ignace s'est inspiré de Savonarole dans la manière d'exposer sa doctrine des Trois degrés d'humilité» [6].

Eadem ratione qua *Anal. Boll.* tribuunt humilitatis graduum instinctum Savonarolae, tribuas Erasmo Roterodamo originem Principii et fundamenti, in ea saltem parte, quae usum rerum creatarum spectat. Scribit enim P. W.: «A propos de l'usage des créatures, il [*Erasmus*] formule une règle qui a une analogie frappante avec celle de Saint Ignace» [7].

Videamus ergo quanta inter hos auctores et Ignatium similitudo sit. At diligenter adverte magnum inter hos auctores et eos, quos modo vidimus, discrimen interesse. Etenim si quid in *Exercitiis* reperiebamus, cui aliquid simile verbi causa apud Ludolfum respondebat, illud esse posse dicebamus Ludolfi vestigium, quia aliunde quam ex comparatis operibus lectum esse ab Ignatio Ludolfum compertum est. Cum autem agitur de his auctoribus, quos nullus narrat testis innotuisse Ignatio, multo major exigenda similitudo est, ut affinitatem saltem probabilem statuamus.

A Bernardi parabola ordiamur. Ea est apud Migne, P. L., CLXXXIII, 761-765. Titulum prae se fert: «De pugna spirituali [*alias* De conflictu vitiorum et virtutum]» [a]. Si parabolam leges, nullam esse sententiam utrique auctori communem videbis. Quae vero ab ignatianis minus quam caetera differunt, sunt haec, initio parabolae: «Inter Babylonem et Jerusalem nulla pax est, sed guerra continua. Habet unaquaeque civitas regem suum. Rex Jerusalem Christus Dominus est, rex Babylonis diabolus. Et cum alterum in justitia, alterum in malitia regnare delectet, rex

---

a *Uncini quadrati sunt apud Migne.*

---

1 Ibid., p. 53.
2 Ibid., pp. 60 et 99, not. 2.
3 Ibid., p. 99 in textu et in not. 2.
4 Ibid., pp. 96-102.
5 Ibid., p. 102.
6 T. XVII, p. 382. Notat W. similitudinem, non instinctum.
7 *La Méditation fondamentale avant saint Ignace*, CBE, n° 9, p. 71.

Babylonis, quos potest de civibus Jerusalem, per ministros suos, scilicet spiritus immundos, seducere ut servire eos faciat iniquitati ad iniquitatem, in Babylonem trahit».

Quod si haec, quae minus discrepant, nihil praeter antithesin nominum (et rerum vel personarum his nominibus significatarum) ignatianae meditationi simile referunt: nullam putamus esse causam cur meditationem ignatianam ex illa parabola derivari affirmemus. Adde quod haec omnia plus minusve in multis etiam aliorum scriptis tum antiquiorum tum recentiorum inveniuntur, id quod P. Tournier copiose ostendit [1].

Non adeo dissimilis est abbatis Werneri homilia. Invenitur apud Migne, P. L., CLVII, 1.144-1.146. Titulus est: «De duobus dominis et duabus civitatibus et diversis aliis rebus». Quae maxime ad exercitium ignatianum de duobus vexillis accedunt, excerpimus: «Duae sunt civitates, Hierusalem et Babylon... et duo reges; Christus rex Hierusalem et diabolus rex Babylonis... et signat uterque milites suos... Christus tribus exemplis viam nobis ostendit qua eum [a] sequi debeamus: similiter diabolus tria proponit, quibus post eum praecipitentur, qui eum sequuntur... Ideo Christus exemplum paupertatis reliquit, ut exonerati sarcina terrenarum rerum, leves ascendamus per arduum exemplum humilitatis... Exemplum paupertatis [dedit], quia in hoc mundo divitias habere noluit; exemplum humilitatis, quia gloriam sprevit; exemplum patientiae, quia mala sustinuit... E contra diabolus suos primum divitiarum pondere in amore et sollicitudine onerat... secundo per superbiam inflat... tertio per impatientiam frangit»... [2].

Si wernerianam homiliam legisset Ignatius prius quam meditationem scripsisset suam, hanc retinuisse forte illius vestigia dicendum esset; addemus etiam eam aliquid ab ea materiae recipere potuisse. At ne tunc quidem admitti posset Ignatium meditationis suae exemplum ab homilia werneriana sumpsisse. Neque enim illae inter se conveniunt nisi in aliqua parte rerum de quibus agitur, in eo, inquam, quod apud utrumque auctorem Christus paupertatem et humilitatem, diabolus divitiarum amorem et superbiam docet; toto caelo differunt non modo aliis omnibus, sed etiam ratione agendi de iis ipsis rebus, quas communes habent. Et plures quam apud Wernerum invenies hujusmodi res in locis, quos ex Ludolfo supra collegimus. Nunc autem cum nesciamus utrum Ignatius hanc homiliam legerit necne (suspicamur potius non legisse, quia librorum legendorum studiosus non erat, aliisque rebus multum distinebatur); cum praeterea nullus dicendi aut sentiendi modus singularis

[a] Cum *Migne*.

[1] *Études*. Paris, 5 Juin 1910, pp. 644-665.
[2] Supra, p. 81.

communem originem prodat; censemus non esse causam affirmandi Werneri vestigia esse apud Ignatium.

Nec firmiore fundamento nititur opinio tribuens partim Anselmo, partim Wernero abbati originem meditationis de regno Christi. Locus Werneri est idem fere, quem supra posuimus, ab illis verbis «Ideo Christus exemplum paupertatis reliquit», ubi nihil praeter Christi exemplum est utrique auctori commune. Anselmi autem loci sunt duo, apud Migne, P. L., CLIX, alter col. 625 «De similitudine inter Deum et quemlibet regem suos judicantem» ubi Deus judex cum rege judice comparatur; alter col. 651, ubi est «Similitudo inter Deum et quemlibet imperatorem». Hic autem imperator tria hominum genera sibi inservientium habet: «Alii serviunt ei pro terris quas habent» etc.

Fratres vitae communis, speciatim Gerardum de Zutphen et Joannem Mauburnum, postquam dixit P. W. esse fontes unde omnia Cisneros hauserit, quae huic cum Ignatio communia sint, addit: «Si le saint a lu l'abbé de Montserrat, il est presque impossible qu'il n'ait pas conçu le désir de lire directement les sources indiquées par lui» [1]. Quidni ergo non modo duos illos, quorum nomina omittit Cisneros, sed alios etiam auctores quos nominat, verbi gratia Anselmum, Bernardum, Bonaventuram, Cassianum etc.? At verba illa, quae Ignatium inquirendi vel legendi fontes cupidum depingunt, neque temporibus illis convenire, neque cum ipsius Ignatii testimonio cohaerere videntur. Affirmat enim Ignatius: «En Manrresa auía visto primero el Gerçoncito, y nunca más auía querido leer otro libro de deuoción» [2]. Atqui libri Gerardi et Mauburni libri sunt «de deuoción». Adde quod qui religionis, non studii causa, *Exercitatorium* legendum sumpserit, effatum illud Thomae a Kempis eum sequutum esse, habendum pro certo est: «Non quaeras quis hoc dixerit, sed quid dicatur attende» [3].

Scimus effata illa generalia non ita semper esse premenda, ut nihil excipi patiantur. Si quid tamen exceptum voles, id ratione fulciatur necesse est. Suntne in *Exercitiis* ignatianis vestigia indubia Gerardi? P. W. non videtur id affirmare, contentus summa probabilitate [4]. Haec summa probabilitas nititur in «une grande analogie entre le plan des Ascensions spirituelles de Gérard et l'ordonnance générale des Exercices d'Ignace de Loyola»; in eo quod Ignatius «se rencontre avec Gérard seul dans plusieurs particularités importantes, que Cisneros a négligées» verbi gratia «l'examen particulier».

Sume exemplum examen particulare, quod est apud Gerardum cap. LIII. Videbis Gerardum tradere id quod non tradit Ignatius; Igna-

---

[1] *La Genèse*, p. 48.
[2] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 200.
[3] *De imitatione Christi*, l. I, c. V.
[4] *La Genèse*, p. 59; CBE, nº 9, p. 55.

tium vero id quod non tradit Gerardus. Is enim totus est in adhortando, ut pugna contra unum vitium suscipiatur, nullus in tradenda ratione aliqua singulari hujus pugnae suscipiendae; Ignatius contra, totus in hac ratione tradenda, nullus in adhortando. Verba ignatiana vide infra in *Exercitiis*. Hic exscribimus textum Gerardi [1]; sed huic e regione componimus Cassianum, sunt enim inter se longe similiores quam neuter Ignatio.

CASSIANUS [2]	GERARDUS
«De instituendo aduersum vitia certamine secundum ipsorum infestationem. Cap. XIV.	«De modo pugnandi contra vitia et quod homo non debet contra omnia simul, sed contra vnum principale decertare».—[*Postquam dixit inquirendum esse quae vitia in te lateant, quae magis fortia sint, quae vitiorum remedia, pergit his verbis:*] «Quo facto, contra vnum vitium praelium arripies, quod est tibi prae ceteris magis infestum. Igitur contra illud vnum principale certamen arripe, expurgationi illius totis viribus insiste, omnem laborem et sollicitudinem principaliter retorque ad illud expurgandum, contra illud jugiter Deum implora; illud tibi in oratione versetur semper ante oculos; pro illius extinctione lachrymas indesinenter funde; gemitus et suspiria ad eum deuote emitte».
Quamobrem ita nobis aduersus haec arripienda sunt proelia, vt vnusquisque vitium quo maxime infestatur explorans, aduersus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac solicitudinem erga illius impugnationem obseruationemque defigens, aduersus illud quotidiana jejuniorum dirigens spicula, contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraque gemituum tela contorquens, aduersus illud vigiliarum labores et meditationes sui cordis impendens, indesinentes quoque orationum fletus ad Dominum fundens et impugnationis suae extinctione[m] ab illo specialiter ac jugiter poscens».	

Si haec res esset in *Exercitiis* ignatianis, certum est nullam futuram fuisse causam ex sola comparatione textuum, eam potius Gerardo quam Cassiano tribuendi, nisi forte major Cassiano propter majorem ejus auctoritatem. Sed hujus exhortationis nihil reperies apud Ignatium in *Exercitiis*.

Quod pertinet ad similitudinem ordinis seu dispositionis inter *Exercitia* et *De spiritualibus ascensionibus*, eam nos fatemur videre non potuisse. Etenim *Exercitia* dividuntur seu disponuntur eo modo, quem diximus capite primo hujus praefationis. Opusculum vero Gerardi eo modo qui sequitur.

Constat capitibus uno et septuaginta [3]. In primis capitibus octo de-

---

[1] Ex editione Montserratensi anni 1499.

[2] Ex editione Lugdunensi 1606; collatione quinta, c. XIV.

[3] P. W. dat capita septuaginta *(La Genèse,* pp. 51-52). Editio montserratensis, qua

claratur, post primum homini a Deo datum locum et statum «naturalis et primordialis dignitatis», triplex ejusdem hominis lapsus: virium animi destitutio et inordinatio, impuritas cordis, peccatum mortale. Sequuntur tres examinationes: prima «qualiter homo... sentiat ultimum descensum, scilicet, peccatum mortale; secunda qua sentiat primum descensum et virium animae destitutionem; tertia qua homo discit sentire impuritatem cordis». In capitibus IX, X et XI, exercitia in animo prius disponenda, aliter disponendum de fine, aliter de his quae sunt ad finem (finis, de quo agitur, est puritas cordis, nihil de principio et fundamento *Exercitiorum* Ignatii); de tribus ascensionibus in universum. A capite XII triplex describitur ascensio: prima contra peccatum mortale tribus gradibus facienda, contritione, confessione, satisfactione; secunda contra impuritatem cordis, tribus etiam praecipuis gradibus, timore Dei et inde nata compunctione, spe ac desiderio caelestium et spiritualium rerum, caritate et puritate cordis. Ad primum gradum ascenditur per meditationem mortis, extremi judicii, poenarum infernalium; ad secundum per meditationes de regno caelorum et memoriam beneficiorum Dei; ad tertium per contemplationem vitae ac passionis Christi Jesu. Tertia ascensio est, qua vires animi reformamus, pugnantes contra octo vitia capitalia, nec tamen contra omnia simul. Sequuntur a capite LXIV sex spirituales descensiones, quarum tres ad se ipsum, tres ad proximum fiunt. Denique caput LXXI est «De quatuor in quibus incipientes Deo seruire, debent esse cauti, si proficere volunt».

Non capimus in quo sit magna *Exercitiorum* et operis *De spiritualibus ascensionibus* similitudo, quod ad ordinem pertinet.

Quod si esset illa similitudo, num inde jure conficeremus, ex Gerardo sumptum ordinem, aliqua saltem ex parte? Idem P. W. in eruditissimo opusculo *La méditation fondamentale* scripsit de Thomae a Kempis opere *Orationes et meditationes de Vita Christi:* «L'ordre dans lequel les méditations y sont rangées se rapproche beaucoup de l'ordre des Exercices de saint Ignace» [1]. Nostro quidem judicio, multo plus quam dispositio operis Gerardi; quia cum totum fere opus, nihil praeter vitam Christi contineat [2]; in Servatoris autem gestis enarrandis seriem rerum eamdem teneant plerique omnes; ordinem earum meditationum eumdem fere in utroque opere inveniri necesse erat. Potior itaque esset ratio tribuendi hunc ordinem Thomae a Kempis quam Gerardo. Nos quidem eum neutri putamus esse tribuendum, tum quia alius ordo est totius operis apud Ignatium, alius apud illos auctores; tum quia impro-

---

utimur, habet certe unum et septuaginta. Neque distinguit duplicem partem et appendicem; tamen in c. LXIV «incipit quarta pars de descensionibus spiritualibus»; in indice per errorem legitur hic «ascensionibus» etc.

[1] CBE, n° 9, p. 47.

[2] THOMAE HEMERKEN A KEMPIS *Orationes et Meditationes de Vita Christi* edidti MICHAËL JOSEPHUS POHL, Friburgi in Brisg., Herder, 1902.

babile ducimus legisse Sanctum Parentem illa opera ullo tempore, nedum cum *Exercitia* digessit.

Nam de Mauburni *Roseto* idem propter easdem causas censendum putamus. Certe habet Mauburnus illa: «In processu quoque optimus est graduum ordo secundum tres animi vires, aut potius secundum harum virium actus. Nam sicut naturaliter memoria intelligentie preest» etc. [1]. At num verisimile est, Ignatium tum demum didicisse, meditationi tres animae vires adhiberi debere, cum Mauburni *Rosetum* in manus sumeret? Compara modum simplicissimum, quo Ignatius earum virium usum tradit, cum scala meditatoria Mauburni, in qua, teste P. W., methodus illa trium potentiarum «est certainement en substance» [2]. Vide, infra, primum exercitium primae hebdomadis; deinde lege scalam meditatoriam, quam heic apponimus:

«MODUS RECOLLIGENDI

Questio..... ..	Qua scilicet quisque a se requirat	Quid cogito.... / Quid cogitandum	Exsuscit[at]iua.

GRADUS PREPARATORII

Excussio.....	Est repulsio eorum, que minus cogitanda....		Depulsiua obstantium.
Electio.....	Magis scilicet cogitandorum, puta quae magis.....	Expediunt, / Conferunt, / Decent....	Assumtiua conferentium.

GRADUS PROCESSORII ET MENTIS

Commemoratio	Est actualis electe et destinate rei cogitatio	Heret conduplicatione.
Consideratio...	Est sedula et iterato commemoratio et inhesio donec proprie noscatur commemoratum.....	Penetrat.
Attentio.....	Est fixa et attenta consideratio: vel perfectio rei considerate et commemorate...	Figit.
Explanatio.....	Est quedam illustratio in attentione positorum.....	Illustrat.
Tractatio.....	Est rerum commemoratarum etc. ad alia quedam extensio	Extendit.

[1] Titulus XX, alphabetum XLVI, c. primo, ad finem.

[2] *La Genèse*, p. 60.

GRADUS PROCESSORII ETC. JUDICII AUT INTELLECTUS

Dijudicatio.....	Est qua pro dignitate sua suscepta res estimatur....	Estimat.
Causatio	Est stabilitio facte dijudicationis sicut confirmatio orationis.....	Stabilit.
Ruminatio.....	Est morosa superiorum cum commemoratione tractatio [a] donec gustum attingat.	Iterando inquirit.

GRADUS PROCESSORII AMORIS VOLUNTATIS ET AFFECTUS

Gustatio.....	Est qua sicut superioribus monemur ac docemur, ita hic nos affici sentimus.....	Uidet exclamatione.
Querela.....	Est querentis impatientia vel denunciatio displicentis...	Deplangit lamentatione.
Optio.....	Qua quando dulce judicat possidere desiderat veritatem, desiderium complacentis..	Esurit desideratione.
Confessio	Est veritatis assensus et publica agnitio.....	Congesta detegit.
Oratio.....	Est optionis ad Deum insinuatio.....	Exigit.
Mensio.....	Est oratorum collatio et orantium.....	Animat.
Consecratio	Est cum sacre rei attestatione oratio.....	Extorquet.
Confidentia.....	Est perenne [b] et agnite (?) [c] bonitatis argumentum ad impetrandum monens.....	Possidet.

GRADUS TERMINATORII

Gratiarum actio.	Perceptorum verorum bonorum grandis estimatio est..	Refundit.
Commendatio ..	Desideriorum suorum in Dei bonitatem fiducialis remissio.....	Custodit.
Permissio.....	Est integra proprie voluntatis in Dei voluntatem resignatio.....	Holocaustat.

[a] Tractatis *Rosetum*.
[b] Perense *Roset*.
[c] Agite *Roset*.

MODUS COMMORANDI

Complexio..... Est gradus similis cum gradu ruminatio. Hec complexio est omnium graduum, sicut ruminatio tantum intellectualium, vnde maximam copiam prestat.

Licet etiam quemlibet superiorum cum quolibet conjungere ceterorum; puta dijudicationem cum oratione, orationem cum dijudicatione, et ita de quolibet cum quolibet... Grandis igitur fecunditas scale hujus et latissimus pro commorando modus».

Per scalas hujusmodi nunquam certe ascendas nisi animi vires exerceas. Sed exercitium trium potentiarum inde in *Exercitia* manasse, seu, quod eodem recidit, exercitium trium potentiarum vestigium esse harum scalarum, nec verisimile nec probabile dixeris.

Aliis hujus auctoris exemplis supersedemus, quia neque in illis quidquam invenimus, unde lectum opus ab Ignatio probabile saltem videatur; probabile, inquam, nam eum illud legere potuisse nemo neget.

Jam quid de Erasmo sentiendum? Locus qui affertur tanquam regulae ignatianae de rerum usu simillimus est in *Enchiridio militis christiani*, canone quarto: «Tum ad summi boni metam recta festinanti, quaecunque obiter occurrunt, eatenus sunt aut rejicienda aut assumenda, quatenus cursum tuum aut adjuuant aut impediunt. Earum rerum ferme triplex est ordo. Quaedam enim ita sunt turpia, ut honesta esse non possint, uelut ulcisci injuriam, male uelle homini... Quaedam e regione ita sunt honesta, ut turpia esse non possint. Quod genus sunt bene uelle omnibus... Quaedam uero media, ueluti ualetudo, forma, uires, facundia, eruditio et his similia. Ex hoc igitur postremo genere rerum nihil propter se expetendum, neque magis minusve adhibendae sunt, nisi quatenus conducunt ad summam metam» [1].

Legitne Ignatius hunc locum? Similitudo certe tanta non est, ut hoc affirmare cogamur. Etenim illud «genus medium», quod respondet apud Ignatium «a todas las cosas criadas en todo lo que es conçedido a la libertad de nuestro libre albedrío y no le está prohibido», primo est unum e tribus rerum generibus obiter occurrentium, deinde quadam ratione proponitur omnino diversa, denique continet apud Erasmum eas tantum res, quae naturaliter bonae jucundaeque et sunt et habentur; his contrarias, velut infirmitatem, paupertatem, ignominiam, ne nominat quidem Erasmus, quas tamen data opera expressit Ignatius. Quod si ita est, probabilius dices hunc Erasmi locum nunquam legisse Ignatium. Ipse enim, ut supra notavimus, affirmat se noluisse legere *Enchiridion;* Ribadeneira et Maffejus narrant, eum coepisse perlegere, sed «celeriter sensit, inquit Maffejus, ea lectione spiritus fervorem in se

[1] Opera omnia, Basileae, 1540, t. V, *Enchiridion*, canone IV.

quasi frigida perfusa restingui, consultoque per preces Deo, ita librum illum abjecit, ut neque in manus postea sumpserit» [1]. Quae cum ita sint vix putare licet, eum paulo minus quam dimidiatum opus legisse, praesertim si, ut ait Ribadeneira, «comenzó con toda simplicidad a leer en él con mucho cuidado y a notar sus frases y modos de hablar» [2]. Jam *Enchiridion* in editione qua usi sumus, est a pagina tertia ad quinquagesimam octavam, canon ille quartus a vigesima secunda ad vigesimam quartam.

Accedit quod Ignatius eamdem potuit invenire doctrinam apud Ludolfum et Thomam a Kempis [3].

Denique Savonarolae gradus humilitatis fons dicuntur fuisse vel locus, unde S. Ignatius «s'est inspiré... dans la manière d'exposer sa doctrine des Trois degrés d'humilité» [4]. Operae pretium est novisse, opera Savonarolae, quae anno 1553, Romae, domi nostrae inventa sunt, combusta, jubente Ignatio, esse, «cum ejus spiritus, inquit Polancus, Sedi apostolicae rebellis, ei nullo modo probandus videretur, quamvis multa bona diceret» [5]. Videndum quanta sit similitudo.

Humilitatem Savonarola ita definit: «Est igitur humilitas virtus quaedam, quae animum cohibet, ne ad ea se eleuet et extendat, quae magnifica nimis et excelsa videntur» [6]. Haec in capite altero. In cap. quarto regulae decem proponuntur et explicantur ad exercendam et obtinendam humilitatem. In capite quinto exponuntur gradus humilitatis; ejus proinde uberiora proponimus excerpta. «Verum quia non progredi, inquit, in via Dei est regredi, etiamsi ad illum humilitatis gradum perueniatur, qui adipiscendae saluti sit satis, in eo tamen perstare nullo modo quis potest... Est autem illa quidem consequendae saluti sufficiens humilitas, qua et Dei et majorum subjicimur praeceptis, in his praesertim in quibus superiores sunt nobis, sed ea tamen ratione, vt a capitalibus semper criminibus caueamus.»

Deinde explicat secundum gradum: «Quare vbi me majoribus meis subjecerim, nunc et aequalibus subjici volo; quod quidem, vt tu promptius exsequi possis, consideres velim in proximo quicquid ille habet

---

[1] MAFFEJUS, l. I, c. XVI.

[2] *Vida de S. Ignacio*, l. I, c. XIII.

[3] Supra, p. 74.

[4] Supra, p. 124.

[5] *Chron.*, III, 24.

[6] C. II, initio. Utimur editione complutensi facta per Michaëlem de Eguía anno 1529 vel 1530; in prima pagina ponitur M.DXXIX; in extrema «Millesimo quingentesimo trigesimo Kalendis Decembris.» Exemplar est in bibliotheca provinciali toletana. Reperire non potuimus opus italice a SAVONAROLA scriptum; sed hanc latinam translationem fecit HIERONYMUS BENIVENIUS, civis florentinus, Savonarolae aequalis, annuente auctore, ut conjicere licet ex epistola Benivenii ad ipsum Savonarolam, quae est ante tractatum seu epistolam de humilitate in hac editione complutensi.

in se diuinum... Ex aduerso in te cogita quicquid habeas humanum... Et licet contra ipsius humilitatis virtutem non sit, vt eas quas tibi gratias a Deo inesse persenseris, his ante ponas et praeferas qui proximi sunt»... «Oportet etiam te extrinsecis actionibus exerceri, vt prior exempli gratia alios honore prosequare... vt sis... in petenda venia prima potius quam postrema... In his et hujusmodi exercitationibus... exercere ille se debet, qui secundum hunc humilitatis gradum cupit acquirere, quem vbi consequutus fuerit etiam vlterius procedat oportet, id est, vt minoribus se subjiciens, cogitet nulla nos dignitate, nulla quamlibet praeclara conditione, sed ea tantum gratia quae sit humilitati conjuncta nobiles Deo fieri... Quare licet nos, quantum ad exteriores pertinet actus, minus deceat vt his qui inferiores sunt nobis, subjici videamur, mente tamen pluris nos illis facere non debemus.»

Habemus ergo tres humilitatis gradus, qui in eo sunt ut subjiciamur superioribus, aequalibus, inferioribus. Et in primo quidem similitudinem cum primo ignatiano invenies aliquam, in aliis nullam. Sunt autem alii gradus apud Savonarolam. «Perfectae, inquit, humilitatis inditium est» si quis magna in hominum oculis gerens non superbiat, imo laudatus ab hominibus putet eos falli, laudatus autem a Deo vel ab angelis vel a prophetis, «qui falli non possunt», admiretur et stupeat, veluti B. Virgo ab angelo summis laudibus affecta. «Verum pauci admodum sunt, qui hunc humilitatis gradum conscendant, quo si quis tamen peruenerit, sciat adhuc vlterius sibi esse procedendum... Perfectissimum autem humilitatis gradum is mihi potissimum tenere videtur, qui magnifica quaedam opera tum pro Dei amore tum pro salute proximi peregerit, vilissima tamen quaeque desiderat, id exoptans praecipue, vt injuriis, contumeliis, martyrio denique ab ipsis etiam improbis affectus, nihili omnino pendatur. Haec est illa summa et consummata humilitas, quam impleuit Saluator noster, qui tametsi excellentissimis claruerit operibus atque miraculis, vilissima tamen amplexans et judaeorum improperium et crucis obprobrium pertulit... Habes jam gradus omnes, per quos ad ipsius absolutae humilitatis culmen ascenditur».

Eo modo finitur caput quintum. Sunt itaque praeter gradus illos tres priores, alii duo: quartus perfectae humilitatis, quintus perfectissimae. In hoc postremo exemplum Christi proponitur, sine dubio ut ad sui imitationem nos alliciat.

Habes rationem qua Savonarola humilitatis gradus exposuit, in qua certe nonnulla sunt ex iis quae apud Ignatium legimus. Anne ista sunt ejusmodi ut dicere liceat, inde Ignatium instinctum cepisse ad eam rationem trium modorum humilitatis tradendam, quam in *Exercitiorum* libro habemus? Lege textum ignatianum. Assenties certe Suarezio scribenti: «Potuit recte B. Ignatius distinguere tres gradus humilitatis ex tribus modis contemnendi se ipsum et suam voluntatem ac tempo-

ralia commoda, scilicet, vel quantum necesse est ad servanda rigorosa praecepta, vel quantum sufficit ad vitandas veniales culpas et quaerendam majorem Dei gloriam vel quantum confert ad majorem Christi imitationem... B. Ignatius solum distinxit gradus humilitatis quoad interiorem affectum, prout variis modis potest esse magis vel minus perfectus, quia solum eam distinctionem praemittebat ad electionem status faciendam, quae maxime pendet ex affectu magis vel minus subjecto Deo et abstracto a temporalibus rebus» [1].

Unde ignatianae explicationis ratio non ex Savonarola desumpta est, sed ex ipso hujus *Exercitiorum* loci proposito enata, quod spectat electionem faciendam. Id enim quod notat Suarez, de industria praemisit Ignatius: «Antes de entrar en las electiones... aprouecha mucho considerar y aduertir en las siguientes tres maneras de humildad»... Hinc fundamentum divisionis est apud Ignatium triplex modus contemnendi se ipsum et suam voluntatem et temporalia commoda; apud Savonarola est triplex genus personarum, quibus se homo subjicere potest, majorum, aequalium, minorum.

Imo ne numerus quidem graduum idem apud utrumque est. Etenim post tres primos, in quibus mentio nulla est exemplorum Christi, quartum Savonarola addit, qui dicitur perfectae humilitatis, cujus est exemplar B. Virgo in mysterio annuntiationis, et quintum, cum «magnifica quaedam opera» (vide paulo supra) perficiens, vilissima tamen exoptas, cujus gradus exempla nobis Christus Redemptor exhibuit.

Quod si primi gradus aliquo inter se modo conveniunt, at secundi prorsus differunt. Contra similitudo non exigua est inter secundum gradum ignatianum et quartum illum modum spiritualis mortis, quem supra in Ludolfi libro vidimus [2] et in *Imitatione Christi*, l. II, c. VI, conspicimus. Tertius vero gradus ignatianus sententiae Thomae multo similior est quam doctrinae Savonarolae. Sic enim ille: «Y si te diesen a escoger, más debieras desear padecer cosas adversas por Cristo, que ser recreado con muchas consolaciones; porque así le serías más semejante y más conforme a todos los santos» [3]. Nam cum Thomas illud ipsum exprimat, quod in tertio gradu ignatiano praecipuum est, ut contumeliae non quacumque de causa, sed ob amorem similitudinis Christi diligantur, id Savonarola vix attingit. Proponit quidem perfectissimum Redemptoris exemplum; at nullibi reperias amorem similitudinis cum illo obtinendae esse causam debere in hoc quinto humilitatis gradu neque in ullo alio, hujus virtutis exercendae. Quin, ita exponitur hic perfectissimus apud Savonarolam gradus, ut nemo illum tenere proprie posse videatur, nisi «magnifica quaedam opera tum pro Dei

---

[1] *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n.° 25.

[2] Supra, p. 84.

[3] L. II, c. XII, circa finem.

amore, tum pro salute proximi peregerit», quae opera cum ex contexta oratione intelligantur ea esse, quibus magnus quis non modo apud Deum, sed in oculis etiam hominum revera efficitur; profecto vides privatum hominem religiosum, exempli causa, intus domique praestantissimum, sed civibus suis omnino fere ignotum, ad eum gradum proprie nunquam (defectu, ut dicunt, materiae), ad ignatianum vero, qui solum interna moderatur, optime posse conscendere.

Quapropter si ex similitudine, quae intercedit inter primos Ignatii et Savonarolae gradus, affirmas fontem trium graduum ignatianorum apud Hieronymum de Ferrara esse; similitudo, quae est inter secundos et tertios, communes eodem modo Thomae a Kempis, Ludolfo et Ignatio, te coget, ut fontem eorumdem trium graduum esse apud Ludolfum et Thomam a Kempis sustineas. Nisi forte malis primum e Savonarola, tertium ex Thoma a Kempis, secundum sive ex Thoma, sive ex Ludolfo trahere, quasi Ignatius librum *Exercitiorum* ex notationibus hinc inde collectis confecisse videatur. Id autem neminem, qui librum *Exercitiorum* et historiam Ignatii noverit, putasse crediderimus. Neminem, scilicet, putasse crediderimus ita *Exercitia* esse facta, ut Ignatius instinctum (inspiración) acciperet, exempli causa ad generalem libri dispositionem a Gerardo de Zutphen [1] aut ex Thoma a Kempis [2], ad principium et fundamentum ab Erasmo [3], ad examen generale a Mauburno [4], ad examen particulare a Gerardo [5], ad partem meditationis de regno Christi primam a S. Anselmo, ad secundam a Wernero abbate [6], ad meditationem vexillorum a Pseudo-Bernardo [7], ad gradus humilitatis a Savonarola [8], etc. Etenim *Exercitiorum* peritus plane intelligit, eorum inter se partes tam intimo nexu contineri, ut ille instinctus, multiplex et in diversa impellens, cum hac unitate componi non posse videatur. Ex historia vero Ignatii ita factum non esse librum *Exercitiorum*, supra (pp. 27-39) certis argumentis ostendimus.

Nihilominus id ipsum, quod propter arctissimum totius libri partiumque ejus inter se nexum, et propter ea, quae de auctore et fontibus *Exercitiorum* diximus, improbabile omnino judicamus; esset tamen probabile si conjecturae illae, quas refutavimus, inanes non essent. Ex his enim conjecturis, si eae inanes non essent, probabilia judicares non solum ea omnia, quae modo exempli causa diximus, sed etiam, methodum trium potentiarum ortam ex Mauburno [9], praeludia quaedam meditationum partim ex Ludolfo, partim ex Cisneros, partim ex *Imitatione Christi* [10]; quaedam, quae in vexillorum me-

---

1 Supra, p. 123.
2 Supra, p. 128.
3 Supra, p. 124.
4 Supra, p. 124.
5 Supra, p. 123.
6 Supra, p. 123.
7 Supra, p. 123.
8 Supra, p. 124.
9 Supra, p. 124.
10 Supra, pp. 77, 78, 105.

ditatione Christo Domino, quaedam quae Lucifero tribuuntur ex fragmentis Ludolfi et Garciae de Cisneros [1]; monita illa ante contemplationem ad fovendum amorem et alia nonnulla in eadem contemplatione, ex dissitis Ludolfi locis [2].

Adde quod una eademque res e pluribus fontibus ac diversis originem traheret, quasi unus filius e pluribus ortus matribus. Nam principium et fundamentum ortum non modo ex Erasmo esset, sed ex Sancto Augustino, ex S. Anselmo [3], ex multis aliis auctoribus, quos nominat P. W. in opusculo *La méditation fondamentale* [4]; examen particulare ex Gerardo de Zutphen, Cassiano aliisque pluribus, quos videre potes apud Rodríguez [5]; meditatio vexillorum ex Wernero abbate, ex Pseudo-Bernardo [6], ex Sto. Augustino [7]; gradus humilitatis ex Savonarola et ex Sto. Benedicto [8]; secundus orandi modus non solum ex García de Cisneros et Ludolfo [9], sed ex Pseudo-Bonaventura [10] et Sanctis Patribus, Germano, Sophronio, Epiphanio [11], etc., et ita porro.

Unde etiam vides, Ignatio *Exercitiorum* auctori, lectionem tot scriptorum attribuendam esse, quot eum nunquam vidisse certissimum aliunde est.

Ut denique perspicias, quam periculosum negotium sit, cujuscumque operis fontes ex mera comparatione cum alio opere designare; Ludolfi cartusiani *Vita Christi*, opus est, ut diximus, quod Ignatius legit, ex eoque multa excerpsit. Quid ergo rationi consentaneum magis, quam partitionem fortunarum Sanctorum Joachim et Annae, verbi causa, ab Ignatio in Exercitiis designatam verbis haud multum dissimilibus a ludolfianis, Ludolfo acceptam referre? [12]. Neque tamen id pro certo dari potest, cum ex *Flore Sanctorum* nasci eodem modo potuerit, ut suo loco notavimus [13]. Sed de fontibus satis. Ad *Exercitiorum* textus veniamus.

---

1 Supra, pp. 80-84.
2 Supra, p. 87.
3 Supra, p. 74.
4 CBE, n° 9.
5 *Ejército de perfección*, parte I, tratado VII, cap. VI et VII.
6 Supra, p. 123.
7 *Études*, 10 Juin 1910, pp. 658-662.
8 «En la *regla de San Benito* el autor de los *Ejercicios* se inspiró para escribir el capítulo de los tres grados de humildad, reduciendo a tres los 12 que constituyen, según el Patriarca de los monjes de Occidente, toda la escala de la perfección.» R. P. PIERDET, O. S. BEN., in *Revista eclesiástica*, Valladolid (in Hispania), 15 de Junio de 1916, p. 511.
9 Supra, pp. 87, 119.
10 *La Genèse*, p. 107.
11 *Razón y Fe*, Madrid, Abril 1915, p. 484.
12 *La Genèse*, p. 86.
13 Supra, p. 99.

CAPUT IV

DE QUATUOR EXERCITIORUM TEXTIBUS

Atque in primis danda nobis ratio est, cur textus *Exercitiorum* quatuor simul edendos censuerimus; de singulis deinde fusius disseremus. Et hispanus quidem in deliberationem cadere non debebat, cum ea lingua scriptus ab Ignatio sit libellus ac postea etiam emendatus. Neque omitti decebat *Vulgatam* translationem latinam, quippe quae et a Summo Pontifice approbata est et a Societate Jesu in institutum inducta auctoritate publica. Nefas etiam duximus diutius in tenebris eam delitescere, quae *Versio prima* dicitur, ex cujus quidem impolita latinitate contemptus in ipsa *Exercitia* olim apud quosdam redundasset; nunc vero postquam *Exercitiorum* auctoritas firma est, et rem ipsam multo magis quam externam formam prudentissimi quique plurimi faciunt; nihil erat quod ab eadem edenda nos impediret, praesertim cum et ipsa una cum *Vulgata* versione supremo Romani Pontificis judicio ex censorum sententia laudibus cumulata sit, et a S. Patre Ignatio adhibita, quin etiam fortasse confecta.

Circa textum vero quartum seu versionem litteralem P. Joannis Roothaan, qui ab anno 1829 ad 1853 Societatis praepositus generalis fuit, anceps diutius haesit sententia, cum non modo multis editionibus in vulgus manaverit, sed tribus omnino saeculis ab hispano *Autographo* separetur. Re tamen maturo consilio hinc inde multum versata; cum hujus editionis proprium sit non tam monumenta incognita in aspectum proferre, quam rem aliunde notissimam in clariore luce collocare: apponendam tribus antiquissimis textibus hanc recentissimam translationem latinam censuimus, his potissimum de causis: hispanicae linguae ignaris ea translatio pro *Autographo* est; ad S. Patris textum intelligendum plurimum confert; apud recentiores *Exercitiorum* interpretes magni merito aestimatur; auctorem denique habet alterum restitutae Societatis parentem, atque in fovendo *Exercitiorum* studio usuque facile principem.

His quatuor textibus communes plerumque notationes illae sunt, quae in imis paginis ponuntur, et tum ad rerum occurrentium historiam et crisin tum ad sententiam declarandam pertinent; subinde tamen rem aliquam in singulis textibus explicare oportuit. Neque a nostro instituto alienum esse judicavimus, ut hoc etiam praestaremus; id enim caeteris quoque monumentis edendis facere solemus. Accedit quod R. P. Wernz, in epistola superius allata, nos monuit: «Editio vestra debet esse historico-critica, id est, cum opportunis annotationibus explicativis, quae rite textum genuinum declarent.»

Hujusmodi notationes ita in textibus latinis interdum numeris si-

gnantur, ut numerus superior legenti occurrat ante numerum inferiorem, id enim ordo verborum exigebat, quibus notatio apponenda erat.

Jam annotationem historicam et criticam R. P. Ottoni Braunsberger, S. J., maxima ex parte acceptam referimus, qui nobis in ea re tam diligentem operam contulit, quantam vix a diligentissimo socio et consorte laboris postulare fas fuisset.

Notationes sententiam explicantes desumpsimus praecipue ex Suarez, Roothaan aliisque probatis auctoribus, quorum nomina ipsis notationibus apponuntur. Notationes P. Roothaan sumpsimus ex quarta editione *Exercitiorum* facta Romae anno 1852. Quae notationes nulli auctori tribuuntur, eas e nostro penu deprompsimus.

Singulorum textuum criticae notationes singulis textibus subjiciuntur.

His breviter circa textus quatuor delibatis, ad singulorum historiam, valorem atque edendorum rationem venimus.

ARTICULUS I

DE AUTOGRAPHO HISPANO

Editionibus, quas criticas vocant, proposita esse duo queunt: aut enim ipsius auctoris opus praesto est tale quale ex ejus manibus prodiit, aut ejusdem operis sola reperiri possunt apographa. Si hoc alterum accidit (quod plerumque fit), dant operam critici editores, corrogatis undique vel codicibus vel etiam excusis antiquitus exemplaribus, ut ad ipsum auctoris textum quam proxime accedant. Quod si autographum in manibus est, non solum effici debet ut ex eo liber quam accuratissime typis exscribatur, sed etiam curandum est, ut, quos progressus opus a prima origine per varia stadia usque ad confectionem absolutionemque in auctoris animo fecerit, a nobis, quantum fieri possit, conspiciatur. Hoc autem ut praestare possemus, necesse erat, ut illa nobis praesto essent quae Loyolae, Manresae, Barcinone, Compluti, Salmanticae, Parisiis, vel conscripsit vel legit Ignatius; neque tamen ejus generis scripta usquam reperta sunt, quae quidem *Exercitiis* praecessissent; libros autem Ignatius paucissimos legit, antequam *Exercitia* «quanto a la sustancia» ut loquitur Laínez [1], perficeret, e quibus quae in *Exercitia* manasse probabile est supra docuimus.

Imo ne exemplar quidem *Exercitiorum*, quod totum Ignatii manu exaratum sit possidemus. Propterea varia illa textus ab Ignatio compositi stadia, quibus proprie textus historia latet, haud facile distingui possunt; ea tamen extitisse cum ex Ignatii aequaliumque testimonio, tum ex attenta antiquorum textuum consideratione certo scimus.

Ait enim Ignatius, ut supra, p. 29, retulimus, non uno se tractu fecisse

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 103.

Exercitia. Quod ut explicet Natalis, cum dixisset bonam Ignatium Exercitiorum partem scripsisse litterarum expertem, subdidit: «Iam enim inde postquam deuotionem animi per exercitia illa concepit, totus propendere incepit et ferri ad proximorum salutem procurandam; simul vt hoc commodius ac liberius faceret, incredibili studio in litteras incumbere coepit in Hispania, deinde in celeberrima orbis xpiani academia parisiensi... Post consumata studia congessit delibationes illas exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia»... Haec Natalis [1].

Deinde etsi, ut modo diximus, exemplar Ignatii manu conscriptum periisse in perpetuum videtur, aliud tamen habemus, quod non paucis ab eo locis ab initio ad finem perpolitum est. Emendationibus ergo hujus exemplaris, quod *Autographum* apellamus more majorum, perspectis collatisque cum aliis exemplaribus tum hispanis tum latinis, intelligimus Ignatium vix unquam manus a suo libello perficiendo amovisse, neque in uno tantum exemplari hujus perpetuae curae vestigia reliquisse.

§ 1.—Exercitiorum exempla hispana extitisse complura, eaque diversis temporibus emendata esse

Scribit Natalis: «L'ultima volta che io andai in Spagnia, fece fare vna copia, la quale si cauò di quell'originale delli essercitii del P. Mro. Ignatio; questa scrise Ignatio Nieto... et Ximénez la ha collationata col medesimo Ignatio et la fece fare authentica per l'auditore»... [2]. Haec referuntur a Natali die 24 Martii 1567; acciderant autem circa finem anni 1560 vel initium 1561, id quod ex eadem epistola et rebus gestis Natalis constat. Hoc exemplar narrat idem Natalis a se traditum P. Domenecco esse «in Zaragoza quando intraua io in Franza l'Aprile de 1562» nec sibi una cum scriptis aliis a P. Domenecco ex insula Sicilia restitutum [3].

Idem Natalis alibi sic loquitur: «Complutensibus [scribendum] quod non sint emendata exercitia quae illis reliqui» [4]. Ita, Everardo Mercuriano Societatis totius moderatore; ergo inter annos 1573 et 1580 (tertio Aprilis 1580 obiit Natalis, primo Augusti Mercurianus); quo autem tempore illa *Exercitia* complutensibus reliquerit, ignotum est; item ignoramus sintne postea emendata necne. At certe exemplar illud ab eo diversum erat, quod Caesaraugustae Domenecco tradiderat.

Versionem primam deinceps conferamus cum exemplo hispano *Exercitiorum* «ex exemplari P. N. Ignatii exscriptorum» (ut ipse Nata-

---

1 *Epist. P. Nadal,* IV, 826.
2 Ibid., III, 423.
3 Ibid., 424.
4 Ibid., IV, 626.

lis in ejus initio notavit), quod adhuc exstat in codice *Instit. 221* (antea *Collecta per P. Natalem)* [1]. *Versio prima* perfecta est anno 1541. Natalis autem exemplar continet scriptos manu ipsius scribae et in ipso textu sine ulla litura, locos quatuor saltem ex locis illis, qui in *Autographo* emendati fuerunt. Sunt autem hi loci: «con las tres potencias» pro «de las tres potencias» [2]; «grande cátedra» pro «cátedra» [3]; «escuridade» [*sic*] pro «ceguedad» [4]; «prouecho spual» loco «prouecho» [5]. Jam vero *Versio prima* habet primo loco «trium animae virium»; deinde omittit epitheton «grande», cum fere verbum de verbo transferat; emendationem tertiam habet; dicit enim «obscuratio», cum prius esset in primo exemplo «caecitas» ut est in Fabri exemplo; quartam omittit, siquidem quod ait «fructum animarum» respondet priori lectioni *Autographi* «prouecho de sus ánimas». Anno itaque 1541 nondum videntur hi loci fuisse, ut nunc sunt emendati in *Autographo* nostro; aut Natalis et auctor Versionis primae exemplaria diversa transcripserunt.

Hoc autem fit luce clarius, collatis inter se *Autographo*, *Versione prima*, et *Domenici* [6]. Nam *Versio prima*, praeter alias minoris momenti, binas emendationes, S. Ignatii manu in *Autographo* factas, omittit: primam in ipso *Exercitiorum* titulo «sin determinarse por»; alteram in regula undecima ad sentiendum cum Ecclesia «o declarar para nuestros tiempos». Neque istae igitur erant anno 1541 in exemplari unde *Versio prima* desumpta est. Eaedem tamen habentur in codice Domenici, et quidem in textu et sine litura, cum tamen hic codex alias multas emendationes praetermittat, quas exhibet *Versio prima*. Id nullo negotio intelligimus, si duo haec exemplaria non ab uno, sed a duobus exemplaribus pendeant, quorum utrumque nonnullas emendationes ignatianas contineret.

Quod si correctiones ignatianas *Autographi*, quas *Versio prima* exhibet, in primo exemplari (sunt enim, ut postea dicemus, *Versionis* hujus tria exempla) attento animo inspexeris; alias quidem omissas deprehendes, ut modo diximus, maximum vero earum numerum, emendato textu, in margine additas invenies; quasdam denique, paucissimas certe, in contexta oratione, re nulla mutata, videbis. Nonne primas illas recentissimas, has postremas antiquissimas probabilissime judicabis?

Quin etiam, locus quidam Autographi, f. 52, in quo prius legebatur «como dize el euangelio de Nicodemo» nunc vero «como píamente se medita y se lee en la vida de los sanctos»; ita in primum exemplar *Versionis primae* translatus est, ut, deletis verbis «ut dicitur in euangelio

---

[1] Exemplar Natalis accurate descriptum est in *Epist. P. Nadal*, IV, 2.
[2] F. 10.
[3] F. 22v.
[4] F. 53.
[5] F. 62v.
[6] Hic codex describitur in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 51-52.

Nicodemi» haec tantum legantur «ut pie meditari licet». Id quod signum probabilissimum est, hunc eumdem locum aut diversis temporibus aut in diversis hispanis exemplis ab Ignatio esse perpolitum.

Complura fuisse hujusmodi exemplaria confirmat Ribadeneira in epistolae fragmento, quod est in fronte *Autographi*, editumque cum eo simul est phototypice anno 1908. Tria ille enumerat: aphtographum S. Ignatii, *Autographum* nostrum, quod ex illo desumptum arbitratur, et aliud exemplar, quod Natalis secum circumferebat, idque hispanica lingua politiore scriptum. Utrum vero ex hoc exemplari an ex *Autographo* desumpta sit *Vulgata* versio, attingemus postea, cum de illius textus historia sermo erit.

Hoc loco breviter inquiramus oportet, sitne exemplar hispanum *Exercitiorum*, quod nunc in codice *Instit. 221* asservatur et in hac editione cum *Autographo* in locis a S. Ignatio emendatis collatum est, idem atque illud quod anno 1560 vel 1561 ab Ignatio Nicto transcriptum esse ex verbis Natalis supra allatis cognovimus. In primis fatendum est exemplar illud codicis *Instit. 221* scriptum esse ab Ignatio Nieto, cujus forma litterarum bene aliunde nota est. Itaque aut Nicto bina scripsit saltem exemplaria, aut, quod nunc habemus, illud revera est quod anno 1560 vel 1561 ab eo exscriptum est. Quominus tamen hoc alterum admittamus, obstant quae sequuntur. Primum eo anno correctiones manu S. Ignatii factas, qui mortuus erat anno 1556, invenit Nieto certe omnes. Atqui in exemplari Natalis maximus emendationum ignatianarum numerus non a Nieto, sed ab ipso Natali scriptae sunt. Quatuor tantum locos ipse Nieto transcripsit, quos paulo ante memoravimus. Haec videntur indicare, quo tempore nostrum Natalis exemplar a Nieto transsumptum est, non fuisse in ejus archetypo nisi quatuor haec emendata. Deinde exemplar anni 1560 a P. Natali traditum Caesaraugustae est P. Domenecco, qui illud P. Natali non remisit [1]; nihil mirum quod non esset inter *Collecta per P. Natalem*. Denique satis multi loci emendati in *Autographo* vix aut ne vix quidem legi possunt; lecti tamen sunt a Nieto cum nostrum Natalis exemplar transscripsit, quamquam id quidem ex trium et amplius saeculorum lapsu explicari potest.

Quoquo autem modo se res habent, illud ex dictis efficitur, S. Ignatium perpetua, ut ita dicam, manu libellum versavisse suum, vixque unquam, nisi forte ab anno 1548, quo Summus illum Pontifex auctoritate sua confirmavit, ab eo perficiendo destitisse. Forte, inquam, quia correcti quidam loci sunt in *Autographo*, quorum vestigia neque in *Versione prima* neque in *Vulgata* reperias: unus est epithethon «grande» in primo puncto primae partis meditationis de duobus vexillis; alter caput 15 Marc., perperam pro 14 allatum, in mysterio de com-

[1] *Epist. P. Nadal*, III, 424.

prehensione Christi. Sed cum haec levissima praeter illud «grande», sint, alia vero correcta inveniantur in *Vulgata* omnia, nisi forte duo, quae sunt tamen in *Versione prima*, existimamus multo probabilius, nihil fere ab anno 1548 mutatum esse, praesertim propter summam, qua prosequebatur Ignatius Ecclesiae judicium, reverentiam.

§ 2.—De locis emendatis in Autographo

Sed jam locos emendatos propius perscrutemur [1]. Tria sunt genera locorum, in quibus quamquam aliquid oblitteratum vel additum est, numeranda tamen inter emendationes textus non censemus, quia textum proprie non perficiunt: primum est eorum, in quibus lapsus calami apertissimus est, ut in f. 30v, cum semel oblitteratur verbum «considerar» inutiliter repetitum, et similia quaedam; alterum eorum, in quibus aliquid certe additur, sed ad sensum perficiendum omnino necessarium; ejusmodi sunt «aber» in f. 29, l. 23; «dando entender» in f. 37, l. 6; «entendimiento» in f. 50, l. 5; «exercitios» in f. 59v, l. 11. Tertium genus sunt numeri foliorum in medio textu. Scribebat librarius *fol.*, interdum *fol.*, *litt.*, vacuo loco relicto, ubi, scripto codice, numeri et litterae adderentur. Sunt autem haec in ff. 2, 4r et v, 18, 19, 21v, 24v, 25, 32r et v. Quod si quaesieris, sintne haec ab Ignatio an ab ipso librario apposita, censemus, notationes foliorum, litteras subsequentes et verbum «aber» Ignatii, reliqua tria librarii esse.

His itaque omissis, alia locorum emendatorum genera distinguimus tria: primum eorum in quibus aliquid deletum est, nulla re addita; secundum eorum in quibus aliquid additum est, nulla re deleta; tertium eorum ubi aliquid additur, aliquid deletur.

Prioris generis tres loci sunt: unus, magni quidem momenti, in tertio puncto secundae partis meditationis de regno Christi, f. 17v, l. 6; post vocem «sensualidad» legebatur olim «si la tuvieren» vel forte «hubieren», ut colligitur ex primo exemplo versionis primae et ex Fabro, et clare legitur, etsi oblitteratum, in codice Natalis; alter locus est in f. 32v, l. 15, ubi deletae duae inutiles notulae «fol. lit.»; tertius in f. 56, ll. 17-18, deletur integer versus, cujus litterae ita deformatae sunt et charta attrita, ut nullo modo legi possint; videtur tamen alicujus auctoris locus afferri, ut in *Versione prima*, et quidem primae voces deletae videntur esse «Hoc probat». Hos tres notavit locos etiam P. Boone.

Alterius generis loci sunt hi tredecim.

---

[1] Singulari amore ac diligentia, cui meritam laudem libentissime tribuimus, eos locos in libellum unum congessit commentatusque est P. ANTONIUS BOONE, S. J., in opusculo *Les Corrections Manuscrites des Exercices de Saint Ignace* (quod est in CBE, n° 18, mense Novembri 1908) a. p. 8 ad 16. Praeter addita et emendata triginta et unum, quae in editione *Exercitiorum* phototypica, p. IX, numerantur, undecim ille reperit. Quid tum de his tum de illis sentiendum videatur, paulo inferius exponemus.

FOL.	LIN.	LEGEBATUR	LEGITUR
5v	2	sin affección	sin determinarse por affección
15v	10	asímismo	y asímismo
18	7	y embiando	y así venida la plenitud de los tiempos embiando
19	8	meses asentada	meses como se puede meditar píamente asentada
22v	7	vna cáthedra	una grande cáthedra
22v	16	rriquezas para	rriquezas, como suele ut in pluribus, para
27	21	vocación porque	vocación diuina porque
29	12	desseando toda	desseando yo toda
43	12	2.° exercitaba	2.° parece que exercitaba
44	5	veces son	veces pareçe que son
60v	18	a menudo cantos	a menudo asímismo cantos
62	2-3	diffinir de las	diffinir o declarar para nuestros tiempos de las
62v	16	prouecho de	prouecho spiritual de

Tertii denique generis locos emendatos recensemus triginta:

2	2	dexándole	ofresciéndole
2	4	ordene	se sirua conforme
8v	22	meretrice	meretriz
10	1	de tres	con las tres
16v	18	templos	sinagogas
17	3-4	obediencia	reberencia
17	9	como yo	comigo *vel* comyo
18	6	entre ellas	en la su eternidad
19	15	el diuersorio	el lugar o espelunca del nacimiento
20	12	para	por
21	12	bienes temporales	buenos temporales
23v	16	solamente	pura y débitamente
25	10	en vn templo	en el templo
27	19	podemos dezir que sea su vocación *vel* que fué su vocación	pareçe que sea vocación diuina
30v	4	la humanidad de Xpo. nuestro señor padesce	Xpo. nuestro Señor padesce en la humanidad
31	15	símile a sudor sanguíneo	como gotas de sangre
37	7	entendiendo	haciéndome entender, asímismo
43	13	dize	muestra significar
43	ult.	padres	parientes

FOL.	LIN.	LEGEBATUR	LEGITUR
45	10	vn terremoto	vna gran tenpestad
45	19,20	nauicella	nauezilla
47v	15	15	14
48v	12-13	a Pilato y delante dél lo acusan el pueblo menudo de los judíos	toda la muititud de los judíos a Pilato y delante dél lo acusan
49v	13	se despedazó *vel* hecho pedaços	partido en dos partes de arriba abaxo
50	8	van de mañana salido el sol	van muy de mañana
51	14	apóstoles	de sus discípulos
52	1-2	dice el euangelio de Nicodemo	píamente se medita y se lee en la vida de los Sanctos
53	17	primera regla	tercera regla
53	17	ceguedad	escuridad
54	9	quinta regla	sexta regla

Hos quidem septem et quadraginta locos, omnes aut fere omnes, arbitramur Ignatii aut manu aut certe auctoritate emendatos esse. Omnes diximus, quia verisimile non est, aliquem ex illis antiquissimis Patribus, quorum scimus quanta fuerit erga S. Ignatium reverentia, sibi assumpsisse, ut exemplar hoc, saltem locis triginta duobus (v. infra) ab ipso auctore perscriptum, suo marte corrigeret. Adjunximus *fere*, non modo quia tam levia nonnulla sunt, ut si quis ea forte etiam post Ignatii obitum, sustulisset mutassetve, magnae certe audaciae reus non fuisset; sed etiam quia aliqua nihil fortasse erant nisi calami lapsus ab ipso librario refecti. In levium numero rerum liccat lituram ponere f. 32v, lin. 15, et emendata in f. 8v, lin. penult.; f. 45, lin. penult., et 45v, lin. 7; scribentis lapsus in f. 17, lin. 3-4; f. 20, lin. 12 et f. 21, lin. 12.

Eorum locorum nonnullos operae pretium existimamus diligentius expendere.

Primus occurrit in f. 8v, lin. penult. Scriptum erat «meretrice»; conversum est in «meretriz». Huic adde alios duos locos, f. 45r, lin. 19-20, ubi legebatur «nauicella» mutatum nunc in «nauezilla» et suspicaberis scriptorem aut italum fuisse, aut italica lingua usum esse.

F. 10, lin. 1-2. Prius legebatur «de tres potencias», ut est in summae paginae titulo; «de» mutatum est in «cō» et additum «las» in margine, manu S. Ignatii in extremo versu. Vide variationes.

F. 17, lin. 3-4. Elapsum calamo erat, id quod etiam Boone monuit, «hazen obediencia y obedescen». Sitne hoc emendatum Ignatii manu an alius, definiri e scriptura certe non potest; siquiden prima littera *r*, quae

sola non est cum litteris prioris vocabuli «obediencia» implicata, nulli similis est ex reliquis litteris *r*, quae tamen in S. Patris correctionibus frequenter occurrunt. Imo fundamentum est suspicandi in priore aliquo exemplari fuisse loquutionem similem ei, quae habetur in primo puncto primi exercitii primae hebdomadis, f. 10v, «hazer reuerencia y obediencia». Vide quoque variationes.

Eodem fol., lin. 9. «Il semblerait, inquit Boone, que l'auteur ait hésité entre la forme *trabajar como yo* et la forme *trabajar comigo. Como yo* parait avoir été transformé en *comigo;* puis ramené a l'abréviation *comyo*» [1]. Nihilominus alius forte putaverit remanere tandem *comgo* seu *comigo*, quandoquidem *yo* ter signatum transverso calamo est. *Versio prima* in utroque exemplari legit *sicut ego*, sine ulla emendatione.

F. 21, lin. 12. Olim «bienes temporales», nunc «buenos temporales»; priore modo «bienes» erat substantivum, «temporales» adjectivum; altero autem «buenos» adjectivum, «temporales» substantivum. Priorem lectionem retinuit codex Burdigalensis. Ex hujus tamen additionis declaratione ab Ignatio variis locis proposita et ex auctoritate ipsius *Autographi* nullum dubium est quin legendum sit «buenos temporales».

F. 22v, lin. 7. Impositum est epitheton «grande» substantivo «cáthedra», id quod Boone quoque notavit (l. c., p. 10). Forma quidem litterarum utrum Ignatii sit necne dubium etiam nunc manet; censemus tamen illi tribuendum esse hoc additamentum, huic loco valde opportunum.

F. 23v, lin. 16. Erat prius «no solamente»; deletum est «no sola»; supra scriptum «no pura y débita»; correctio, quod ad formam attinet ut nobis quidem probabilius videtur, est scribae manus, rotundam semper scripturam sectantis, praeter tractum litterae *b*, qui ignatianus est; res vero ipsa Ignatio tribuenda, quia sententiam revera perfectiorem reddit et ad rem praesentem magis accommodatam. Boone quidem (l. c., p. 10) hunc locum inter emendatos numerat, correctionemque alicujus esse momenti merito judicat; quod vero eam manu eadem factam esse censet, qua f. 37, lin. 6, verba «dando entender» id quidem nobis etiam probatur, sed neutrum locum putamus Ignatii manu exaratum, minime omnium hunc alterum, quia verbum «dando» scribae manus est, neque ullum signum in verbo «entender» apparet, cur non ejusdem manus ac «dando» esse affirmemus. Adde quod sine his vocibus trunca penitus erat sententia; quare haec a nobis inter emendationes proprie dictas non ponitur, ut supra monuimus, etsi inter illas reperitur in editione phototypica, p. IX.

F. 29. Recte notat Boone duplex hoc folio contineri additum; primum «yo» ineunte versu 13, alterum «aber» ineunte versu ultimo;

[1] CBE, n° 18, p. 9.

illud tamen scribae arbitramur esse propter hiantem in diversa supremam partem litterae *y*, quam perpetuo pingit eo modo in textu librarius, cum contra Ignatius utrumque illius litterae tractum supremum inflectat in sinistram [1]. At verbum «aber» recte S. Patri dederunt cum Boone tum phototypica editio. Et «yo» quidem abesse poterat, addit autem orationi robur et lumen; ast «aber» exprimendum necessario erat; idcirco scribae omissioni tribuimus.

F. 43, lin. ultima. Scriptum erat «padres», ex qua voce factum est «parientes». In praesenti quidem castellanicae linguae usu non usurpamus hanc vocem ad patrem simul ac matrem significandum, ut latine «parentes», gallice «les parents», italice «gli parenti», germanice «die Eltern», etc; est tamen apud Cisneros, «que me distes parientes cristianos, de los cuales nasciesse cristiano» [2]. Pluries reperitur etiam in *Flore sanctorum*. Vide infra, *Glossarium*.

F. 53, lin. 17. Primum quidem lapsus videtur calami scribentis «primera», quo deleto superscripsit S. Ignatius «tercera»; cujus etiam est «escuridad» pro «ceguedad». Utramque correctionem notavit Boone.

F. 62v, lin. 16. «Spual» ut Boone, sic nos inter Ignatii indubias emendationes collocamus; *s* enim, *p* et *l* ita saepe ab eo pinguntur, numquam vero, nisi fallimur, a librario.

Itaque ex additis et emendatis uno et triginta locis, qui in phototypica editione numerantur, unum putamus excludendum, qui est «dando entender» f. 37, lin. 6; unum «aber» f. 29, lin. ult., additamentum judicamus Ignatii manu factum; emendationem tamen esse non putamus.

Locorum autem undecim, quos illis addidit Boone, duos, qui sunt: «ceguedad» f. 53, lin. 17, et «spual» f. 62v, lin. 16, Ignatii manu exaratos nos quoque censemus; alii tres, qui sunt «no pura y débita» f. 23v, lin. 16; «grande» f. 22v, lin. 7; «comyo» vel «comgo» f. 17, lin. 9, sunt quidem incerti calami, res tamen ipsa suadet cos Ignatio perficienti textum assignandos esse. Ex aliis locis tribus, «yo» f. 29, lin. 13, librarii manu scriptus est; «entendimiento» f. 50, lin. 5, dubia litterarum forma, nulla vera emendatio, sed omissionis restitutio mera; «reberencia» f. 17, lin. 3, dubia correctio tam re quam forma est. Denique quod attinet ad locos tres, in quibus tantummodo aliquid deletum est, primum quidem, f. 17v, lin. 6, magni momenti, tertiumque, f. 56, lin. 17-18, non parvae longitudinis ab Ignatio certe; alterum vero, f. 32v., lin. 15, nullius momenti, vel ab Ignatio vel ab alio deletum esse dicito.

Triginta duo igitur loci sunt, in quibus S. Ignatii manu aliquid scriptum censemus (praeter totidem fere notationes foliorum), in margine quidem viginti:

---

[1] Vide f. 18 in marg; ff. 50,52.

[2] *Ejercitatorio de la Vida espiritual*, c. XXIII, p. 82.

in { fol. 2, 2, 5v, 10, 16v, 18, 18, 19, 19, 22v, 27, 29, 30v, 31, 37, 43.
lin. 2, 4, 2, 1, 18, 6, 7, 8, 15, 16, 19, 23, 4-5, 15, 7, 13.

in { fol. 45, 48v, 49v, 62.
lin. 10, 12-13, 13, 2.

In medio textu duodecim:

in { fol. 25, 27, 43, 44, 50, 51, 52, 53, 54, 60v, 62v.
lin. 10, 21, 12, 5, 8, 14, 1-2, 17 duo, 9, 18, 16.

Satis multa de locis emendatis; nonnulla alia in variationibus reperies minoris momenti. At ex perpetua quam S. Ignatius habuit libelli perficiendi cura, non modo planissime constat, quanti hunc ille fecerit, sed etiam quo amore nos quoque hispanum exemplar, quippe quod a Deo providentissimo ex tot tantisque naufragiis ereptum, amplecti debeamus [1].

§ 3. Hujus editionis ratio

Usitatam sequimur in nostris *Monumentis* viam, etiam in interpunctione. Notas quoque compendiarias de more solvimus, praeter aliquas intellectu facillimas, quas tamen ex *Autographo* sic exhibemus ut in ipso reperiuntur.

Si quando ratio singularis aut dubium aliquod ex interpunctione ortum occurrit, id, ut par est, in notationibus declaramus. Quicumque vero *Autographi* virgulas, apices, signa denique omnia habere velit, phototypicam nostram editionem adire potest [2].

Atque ut nihil eorum, quae in *Autographo* habentur, lectoribus

---

[1] In tabulario romano «Archivio di Stato», «Fondo Gesuitico» exstat volumen in f.° pergamena coopertum et ligatum, foliis 507 constans, ex ordine signatis. Praecedunt sex folia non signata, in quorum primo est titulus: «Syllabus scripturarum archivii superioris, in sex partes distributus. Pars prima pro Societate universa et pro assistentia Italiae, 1700». Ex hoc syllabo constat fuisse in archivo Societatis praeter alia, armarium litteris AA notatum, in quo erant capsae quindecim, quarum octava continebat etiam: «3. Quinterniones quinque in 4.°, quorum primum incipit primum documentum apprime utili [*sic*] cum epigraphe exterius *Duo volumina* manu S. P. N.—4, Secundum. Exercitamenta primae hebdomadis cum simili epigraphe manu S. P. N.—5, 3um. Exercitamenta primae hebdomadis cum simili epigraphe. Tria volumina. E manu S. P. N.—6, 4um. Exercitamenta secundae hebdomadis cum simili epigraphe. Tria volumina. E manu S. P. N.—Annotationes aliquot ad habendam aliquam intelligentiam Exercitiorum spiritualium etc. cum simili Epigraphe manu S. P. N.; sunt tamen exercitia spiritualia etc.»

Quid de his quinternionibus factum sit, adhuc invenire non potuimus. Caeterum jam anno 1700 integrum exemplar efficere desierant, saltem si vera enarrant tituli, quos transcripsimus; absunt enim exercitia tertiae et quartae hebdomadis.

De alio hispano exemplari nobis ignoto, quod fortasse alicubi lateat, agemus infra cum de textu P. Roothaan proloquemur.

[2] Venalis prostat apud *Administrador de Monumenta historica Societatis Jesu, Apartado 106, Madrid.* Vide quoque infra imaginem unius pag. *Aut.*

deperiret, supremos paginarum titulos etiam retinuimus; et etiamsi hispanica lingua scripti sunt, eos tamen pro consuetis latinis in magna textus *Exercitiorum* parte admisimus. In margine indicat saepe *Autographum*, quae in ea libelli parte continentur; has notulas ineuntibus versibus praeposuimus crassioribus litterarum formis. *Autographi* folia distinximus figuris numerorum textui interpositis. Quae manu S. Patris Ignatii scripta opinamur, ea notis italicis excusimus.

De lingua hispana libelli *Exercitiorum* propria pauca in notationibus dicimus, quia infra separatim de hac re tractabimus, et maximum vocabulorum numerum in *Glossario* invenies.

ARTICULUS II

DE VULGATA VERSIONE

§ 1. De auctore ac tempore hujus versionis

Die 7 Junii, anno 1546, scribebat Ignatio Franciscus Borgia, dux Gandiensis, utilissimum animorum saluti fore, si Pontifex Summus indulgentias, quas vocant, iis impertiretur, qui Societatis Jesu exercitiis operant navarent [1].

Haec videtur occasio fuisse ejus, quam *Vulgatam* versionem dicimus conscribendae. Nam etsi ante illud tempus in latinum sermonem conversa Ignatiana *Exercitia* erant, cum tamen de illis Romano Pontifici exhibendis ageretur, elegantiorem eis formam tribuere visum est; quam provinciam P. Andreas Frusius suscepit perfecitque. Hujus rei testes sunt Polancus [2], Consalvius de Camara [3], Araozius [4], tres Frusii aequales.

Pater autem Andreas Frusius, natione gallus, dioeceseos carnutensis (Chartres), politioris humanitatis vir, cum in Italiam venisset ac Romae a Lainio spiritualibus exercitiis excultus esset; Societati Jesu nomen dedit anno 1541 [5]. Absoluto Patavii theologiae curriculo, Romam venit anno 1546, mense Septembri vel paulo post [6]. Eo tempore concionatoris munere in Urbe fungebatur eratque identidem Ignatio ab epistolis. At primo vere sequentis anni 1547 Florentiae versabatur [7].

Atqui anno illo dimidiato scribebat Ignatius Francisco Borgiae: «Quanto a los exercicios, están ya vistos y aprobados del cardenal de

---

1 *S. Franc. Borgia*, II, 514-515.
2 *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VI, 598, et VIII, 413.
3 Ibid., ser. 4.ª, I, 308.
4 *Epist. Mixtae*, III, 672.
5 *Chron. Po.*, I, 91; ORLANDINUS, *Historia Societatis Jesu*, III, 17, Romae, 1615, p. 76.
6 *Chron. Po.*, I, 172; *Epist. Nadal*, II, 2; *Po. Complem.* I, 2-3; ORLANDINUS, ibid., VI 11, p. 173.
7 ORLANDINUS, ibid., VII, 7-8 et 27, pp. 199-200, 205.

Burgos» [1]. Natalis quoque in suis ephemeridibus ad hunc annum notabat: «Viuae vocis oraculum per Durantum pro exercitiis.» [2]. E quibus omnibus efficitur, translationem absolvisse suam Frusium vergente anno 1546 aut ineunte 1547.

At vero S. Franciscus Borgia rem alacriter urgebat. Die igitur 27 Decembris ejusdem anni 1547, Didacum Sánchez cum mandatis in Urbem mittens, *Exercitiorum* a Pontifice confirmandorum curam ei commisit [3]. Res tandem e sententia successit, cum die 31 Julii anni 1548 litteras in forma Brevis, ut ajunt, Paulus III dedit, quibus *Exercitia spiritualia* laudabat et commendabat: atque haec approbatio una erat e tribus illis rebus, quas Ignatius maxime optabat [4]. Has litteras vide, sis, infra, ante *Exercitiorum* textus. Prodiit libellus ex officina Antonii Bladi, Romae, 11 Septembris, 1548.

Jam cum plura essent exemplaria *Exercitiorum* hispana, operae pretium erat inquirere, ex quonam illorum Frusius libellum latine reddidisset. Attamen hanc rem qui enarraret, invenire adhuc potuimus neminem, praeter unum Ribadeneiram, qui tamen ea de re, non veluti facti alicujus testis, sed ex libris hispanis cum *Vulgata* versione collatis testimonium dicit. Affirmat ergo latinam versionem ex quodam exemplari originem duxisse, quod Natalis secum circumtulerit, quodque elegantioris linguae hispanicae (ut supra diximus) fuerit, quam nostrum sit *Autographum*. Atque ita se judicare ait, quod viderit *Vulgatam* versionem magis cum suo exemplari ex Natali desumpto, quam cum nostro *Autographo* convenire [5]. Dolendum sane quod illam collationem adeo breviter absolverit, ut eam ultra quartam annotationem non perduxerit; at destitit «videns, inquit, esse uariata... uocabula, imo et nonnullas phrases, quae sensum tamen non uariarent» [6].

Quocumque modo se res habeat, illud tenendum est, in *Vulgata* versione omnes correctiones inveniri, quas in *Autographo* videmus. Quare aut ex hoc desumptae sunt, aut in exemplo illo elegantiore legebantur.

Bene hoc loco monent *Analecta Bollandiana*, *Vulgatam* versionem, typis editam anno 1548, non potuisse ex illo hispano *Exercitiorum* exemplo nasci, quod Natalis anno 1560 vel 1561 transcribendum curavit [7]. Immerito tamen, nisi nos fallit opinio, ibidem reprehenditur, molliter quidem, Ribadeneira. Neque enim hoc Natalis exemplar unicum erat, quod ille secum circumferebat, unum enim reliquit Compluti,

---

1 *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª I, 530.
2 *Epist. P. Nadal*, II, 3.
3 *S. Franc. Borgia*, II, 537.
4 *Lainii Monum.*, I, 636.
5 Vide epistolam in fronte ed. phototypicae.
6 Ibid.
7 T. XXXI, Bruxellis, Paris, 1912, p. 389.

alterum Caesaraugustae; nec verisimile est, eum sibi nullum praeterea reservasse. Nihil ergo prohibet, quominus ex antiquiore aliquo Natalis exemplo et Ribadeneira suum exscripserit et Frusius *Vulgatam* versionem fecerit.

Dicendum tamen est, probabilissime usum esse Natalem nostro etiam *Autographo*. Etenim in notationibus quibusdam ipsius manu scriptis [1], tria tantum folia notantur, eaque omnia cum *Autographi* nostri foliis conveniunt.

Ut ad *Vulgatae* editionem redeamus, primae et iis, quae illam sequutae sunt, editionibus praeposita est epistola, quam scripsit «Quidam de Societate Jesu», ut ipse de se profitetur. Hujus praefatiunculae auctoren fuisse Polancum novimus ex Ribadeneira ad P. Girón scribente: «Y el Padre Polanco (cuya es la prefación de los *Exercicios*), dice: Haec documenta», etc. [2]. Idem ait Lancicius in Memorabilibus de S. Ignatio [3], tametsi ab Oliverio Manareo responsum de hac re incertum satis acceperat. Aiebat enim Manareus. «Quod attinet ad praefatiunculam, quae praeponitur libello *Exercitiorum*, cujus est initium (Haec documenta, etc.) compositam fuisse audivi a P. Andrea Frusio; alii etiam dicunt a P. Fulvio Cardulo, sed recognitam ad P. Joanne Polanco» [4]. Nisi ergo Lancicius hanc recognitionem satis esse putaverit, ut praefatiunculae auctorem diceret Polancum, hanc eum aliunde notitiam hausisse dicendum est.

§ 2. De Vulgatae emendationibus

Qui loci sunt in codice Vulgatae versionis ms. emendati, hi omnes diligenter emendati sunt. Eorum alios Polancus, alios ignotus auctor emendavit. Jam locorum ejusmodi tria exstant genera, eaque sunt illa ipsa, quae in *Autographo* esse diximus: primum eorum in quibus aliquid additur, alia re nulla mutata; alterum eorum in quibus textus aliquantulum mutatur; tertium denique eorum in quibus tantummodo aliquid oblitteratum est. Atque hae emendationes pene omnes primae jam editioni sunt adhibitae; sed est alius quidam locus, quem neque in codice neque in primis editionibus, sed multis post annis emendarunt, de quo separatim erit disputandum.

At priusquam locos emendatos tractamus, quaeret fortasse quispiam, utrum illae emendationes, quae sunt in codice (siquidem illo ipso codice utimur, cui censores a Pontifice Summo designati subscripserunt) scriptae sint antequam censoribus codex traderetur, an postquam hi sententiam protulissent.

---

1 Cf. infra, *Notitia fasciculorum, Fasciculus* 2us.

2 YEPES, *Corónica general de la Orden de S. Benito*, Valladolid, 1613, t. IV, f. 237.

3 *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 526.

4 Ibid., 511.

Id quidem definire difficile est, cum nullus ejus rei testis habeatur. Quoniam tamen emendationes accuratissime factae sunt, existimamus codicem correctum esse, prius quam probatus est. Quod si quis verisimile non crediderit, codicem aliquibus lituris emendatum, in manus clarissimis viris datum esse; is merito judicabit, nihil reprehensione dignum fecisse Polancum aliosque correctores, si retenta fideliter sententia vel etiam in melius leviter immutata, versionem jam approbatam reddiderint perfectiorem.

a) emendationes polancianae

Prioris generis emendationes, eas, inquam, quae aliquid textui addunt, nulla praeterea re mutata, habet Polancus fere viginti, alterius generis tredecim.

Itaque additamenta bina invenies in annotatione tertia ex viginti primis, f. 2; ubi cum dixisset Ignatius, majorem a nobis exigi reverentiam, si cum Deo ejusve sanctis per voluntatis actus colloquimur, quam si de illis per intellectum cogitamus: ita sententiam complevit Polancus, ut de his harum facultatum operationibus diceret, de prima quidem: «praecipue est» voluntatis; de altera vero: circa intelligentiam «potius» moramur; qua ratione hoc volebat significare: quamvis diversae sint intellectus et voluntatis operationes, raro tamen, in spiritualibus istis commentationibus, aut cum Deo nos sola voluntate colloqui, aut in sola intellectione versari. Atque hoc intellige de communibus orandi modis, pro quibus solis aliquas tradi regulas posse, Ignatius et Polancus probe noverant.

Tertium additamentum est in annotatione vigesima, f. 7. Monet Polancus ut praecipua rerum capita scribantur. Hoc autem ille ab Ignatio Patre sine dubio accepit. Rem enim habes omnino similem in notationibus illis, quas pro *Directorio* Ignatius ipse conscripsit [1].

Haec tria in annotationibus. In illa autem primae hebdomadis parte, ubi de loquela agitur, ff. 12-14, quinque additamenta posuit, ut aut transitionem neglectam adhiberet, aut *Autographi* doctrinam compleret vel declararet; alia duo ubi de opere et de confessionis generalis et communionis usu agitur, haec autem, ut omissionem ex *Autographo* suppleret, f. 15.

Reliqua sunt in hac hebdomade additamenta tria: duo in tertio puncto exercitii primi, f. 17v; unum post quintum exercitium, f. 22. In f. 17v dubitandi particulam «forte» usurpat bis: ac prius recte positam dixeris, ut asperam mitigaret Frusii sententiam «quod peccato tali vel semel dumtaxat commisso detrusi sint multi ad infernum» (quam his verbis expressam non legis in *Autographo);* alterum vero «forte» a

[1] Vide *Directoria Ignatiana autographa* [2].

Patre Roothaam improbatur quod «sensus pudoris in meditante» minuatur [1].

Ad f. 22 augendi numerum exercitiorum seu meditationum facultatem praebet, et quaenam ista exercitia esse debeant, indicat: sint «de morte ac de aliis peccati poenis, de iudicio», etc. Haec notatio etsi abest ab *Autographo* hispano, cum ejus tamen doctrina plane convenit. Nam in secunda additione ait S. Ignatius «haciéndome peccador grande y encadenado, es a saber, que voy atado como en cadenas a parescer delante del sumo Juez eterno» [2]; e quibus verbis valde opportunam de judicio meditationem confeceris: juvat praeterea, ut ipse Ignatius ait, in prima hebdomade in memoriam revocare «la muerte, el juicio» [3]: imo tertia et quarta eligendi regula in altero electionis modo ex mortis supremique judicii consideratione sumitur. Quod si in secunda hebdomade (verbis utimur P. Natalis) adhibemus «timorem ad electionis constitutionem»; si «constituimus hominem in vltima vitae linea, exhalantem animam, nihil conspicientem nisi hinc iudicem Xpum»... [4] quanto id in prima hebdomade magis?

Neque hac via minuitur gratus sese exercentis in Deum animus, in hac hebdomade omnino fovendus: sed augetur potius cum videat, non permisisse Deum, vere optimum parentem, ut eo tempore in mortem judiciumque incideret, quo inde in aeternam ruinam ei transeundum fuisset. Propterea etiam *Vulgata* versio hoc additamentum admisit typisque expressit, quod auctor quidam antiquissimus, aequalis S. Ignatii, ipsi S. Patri attribuit [5].

Alia quae Polancus adjunxit sunt in meditatione de regno Christi, f. 26v; in contemplatione de nativitate, f. 30v; in quinta contemplatione ejusdem secundae hebdomadis, f. 32; in quinto notando post hanc contemplationem, f. 33v; in secunda contemplatione tertiae hebdomadis, f. 46v; in prima contemplatione quartae hebdomadis duo, f. 51r. et v; in contemplatione ad amorem excitandum, f. 53v; in apparitione tertia decima, f. 69, unum.

Semel in his, forte sine causa, hispanum textum mutavit. Ad f. 33v quintam «notationem» S. Ignatius adhibet, ut «additionem» secundam hebdomadis primae, in qua exercitiorum tantum nocturni et primi matutini rationem habuerat, diurnis exercitiis accommodet. Quod postquam praestitit, «y después, inquit, haziendo la 3.ª addición entraré

---

[1] Cf. ROOTHAAN, annot. 10 in 1.ª hebdomade, ed. romana, 1852, p. 49.

[2] Fol. 14v.

[3] In additione 6.ª, f. 15.

[4] *Epist. P. Nadal*, IV, 853.

[5] Cf. appendicem, in apologia ultima; *Lainii Monum.* II, 180; *Epist. P. Nadal*, IV, 466 et 675; *Granatense Directorium*, c. III; *Directoria Ignatiana tradita; Directorium Polanci*, n. 15; ex quibus locis tecum statues et addi solita esse illa exercitia non sine foenore, et omitti, si quinque priora ad finem propositum assequendum sufficiebant.

en el exercicio» [1]. Quare planum omnino est in *Autographo* id, quod Ignatius appellat «equiualente de la 2.ª adición» non respondere secundae ac tertiae, sed secundae tantum, quandoquidem post illud facienda est additio tertia. Polancus vero monet, in diurnis meditationibus assumendum esse aliquid, quod secundae «et tertiae» additioni aequivaleat, hunc in modum etc.; deinde verba illa «haziendo la 3.ª adición» omittit; et merito quidem, postquam additiones tertia et secunda in unam coaluerunt. Adjiciamus tamen oportet, Ignatii et Polanci doctrinam, quod ad rei summam attinet, eamdem esse, etsi alio modo propositam; uterque enim praecipit, ut ante meditationem animum colligamus, Deumque, nobis praesentem, revereamur. Ac sibi constans Polancus similem in f. 54v locum simili ratione immutavit, nisi quod «tertiae» tantum pro «secundae» dixit, non ut hic «secundae et tertiae».

Ut ad alterum emendationum genus veniamus, hae et numero pauciores et momenti sunt plerumque minoris. Notatas invenies ad ff. 2v, 9, 11v, 12, 19, 50, 54v, 62v, 68, 69v, 74 et 75.

Hoc loco de nonnullis breviter. Ad f. 12, ubi de peccato mortali agitur, quod cogitatione committitur, paucis et clarissimis verbis rem contraxit Polancus: «quando cogitationi peccati praebetur quacunque ratione assensus».

Duas in mysteriis emendationes prae aliis memoratu dignas censebis: prima est in f. 62v. Scripserat cum Ignatio primus interpres: «Maria Magdalena»; Polancus vero, ne rem, jam tunc aliquatenus controversam, dirimere velle videretur, ait: «mulier, quae fuerat in ciuitate peccatrix, sive Maria Magdalena, soror Marthae fuerit, siue alia». Haec mutatio animum viri cujusdam e nostra Societate non paucis post annis nonnihil commovit, ut infra videbis [2].

Altera emendatio est in f. 68, in quo Polancus posuit: «fractoque ipsis pane» pro «dataque ipsis communione».

Has aliasque Polanci emendationes si tantisper inspexeris, plane intelliges, non illum de textu latino cum hispano conformando; sed plerumque de doctrina clarius pleniusque exponenda, identidem de dicendi ratione perpolienda sollicitum fuisse.

b) de alterius correctoris emendatis

Eamdem etiam sollicitudinem alteri adhuc ignoto emendatori fuisse dicendum est, cujus tamen emendationes pleraeque non sunt tanti momenti quanti sunt polancianae. Nonnulla exempli causa hic notamus. Additum reperies pronomen «ipsi» in annotatione undevicesima ante verbum «suppetente» f. 6v; «hominem» post «Christum» in collo-

---

[1] F. 21v.

[2] P. Fabianum Quadrantinum. Cf. ejus observata inter *Directoria recentiora*.

quiis post vexilla, f. 37; «de vexillis» in tertio modo humilitatis, post verbum «praecedentis», f. 40; distributivum «singulorum» ad genitivum «sensuum» in primo orandi modo, ubi de sensuum usu discutiendo agitur, f. 55v, et alia hujusmodi fere decem. Quod enim in f. 41 notatum est, mera videtur librarii omissio fuisse.

Reliqui sunt loci triginta plus minusve; ad ff. 16v, 19, 25, 35r et v, 36v, 38v, 39v, 41v, 46v, 50, 55r et v, 56v, 62v, 64v, 66v, 68v, 72v, 74v, 75, 82. In quorum nonnullis nihil, nisi calami lapsus, erat reficiendum, v. g. in f. 38v; plerumque formam dicendi aristarchus vel magis latinam vel magis propriam persequitur (verbi causa, ff. 25, 39v, 50, 56v, 74v, 82), quam fere semper ne dicamus perpetuo, assequitur; rarius rem ipsam, leviter fere attingit, (exempli causa, ff. 46v, 64v, 68v). In horum locorum primo seu f. 46v, adhibitum est epitheton «sanguineum» loco verborum trium «guttis sanguineis similem», quae et textum hispanum a S. Ignatio emendatum et evangelica verba propius referebant. Nam «como gotas de sangre» inquit Ignatius in emendatione manu sua facta in *Autographo*, quae verba ex Luc. XXII, 44 «tanquam guttae sanguinis» desumpta sunt; nisi forte in priore *Vulgatae* lectione potius vestigia prioris lectionis hispanae «simile a sudor sanguíneo» remanere videantur. *Versio prima* sine ulla correctione habet «sudauit sanguineum sudorem».

c) DE LOCIS OBLITTERATIS

De aliis jam quinquaginta fere locis, in quibus obliterata quaedam sunt, gratia est sive Polanco sive alii habenda, quod aut superflua sustulit, exempli gratia, ff. 16v, 17v, 29v, 34v, 40v, 47r et v, 56, 65; aut aliqua eleganter loco mutavit, sic ff. 55, 74, 80, 81v; aut sive obscure sive improprie dicta delevit, ita, ff. 5, 12, 32, 33, 35v, 53. Nam quaedam inter scribae lapsus numerabis in collatione reparandos, ut sunt in ff. 31v, 57; alia immutatae constructioni attribues, ut in f. 75v; pauca, quod sublata sint, fortasse doleas, verbi causa in ff. 11, 42v.

d) DE REGULA QUARTADECIMA «AD SENTIENDUM CUM ECCLESIA»

Exercitiorum libellus aliquot in fine regulas complectitur, quas qui teneat nunquam a recto catholicae fidei tramite deflectat. Harum regularum decimaquarta talis in prima editione erat, qualis est in exemplari manuscripto: «Aduertendum quoque est, etiamsi plane compertum definitumque esset, nemini contingere salutem nisi praedestinato; circumspecte tamen super hoc loquendum esse, ne forte gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii vires et operum bonorum merita excludere velle videamur; vel e conuerso, ne plus aequo hisce tribuamus, illis interim derogemus».

Hujus ergo regulae propositio illa subordinata «etiamsi plane compertum definitumque esset, nemini contingere salutem nisi praedestinato», cum quorumdam aures vehementer offenderet, magnas, in Hispania praesertim, turbas excitavit. Fr. Thomas de Pedroche, O. P., cum *Exercitia* judicanda sumpsisset, scriptam de illis sententiam Joanni Siliceo, archiepiscopo toletano, detulit: in qua locis fere quindecim graviter reprehensis, in illam, quam supra diximus, propositionem sic invehitur: «Haec assertio por quanto vertit in dubium, quod non solum praedestinati salvabuntur, sed etiam aliquibus non praedestinatis continget salus, est non modo erronea, temeraria et scandalosa, verum etiam haeretica» [1]. Neque Pedroche solum, cujus dicendi modus infensi animi suspicionem facile creat; sed alii etiam, e quorum numero Paschalis Mancius, O.P., praeclarus theologiae magister, eamdem illi sententiae notam inurebant. Illius dicta refert Araozius in epistola ad Borgiam et Natalem data Compluto die 20 Decembris 1553: «Y lo que más acrimina, y por proposición herética, es lo que dize al fin de los Exercicios, *etiamsi plane compertum definitumque esset, nemini contingere salutem nisi praedestinato;* dize él que esta manera de dudar muestra querer dar a entender que *salus contingat etiam non praedestinato*, y que es dudar mal, como si no fuese claro, *scilicet, quod non contingat nisi praedestinato.* En fin, que dize: sy no es error de impresión, que es proposición herética» [2]. Biduo post, qui erat dies 22 Decembris, Araozius iisdem de rebus Ignatium certiorem facit, atque in eam opinionem inclinat, ut existimet errorem esse typographorum. «Ello paresçe herror de la estampa; porque en algunos de romançe que tenemos de mano, dize: *Aunque sea claro y çierto que ninguno se salua sino siendo predestinado y teniendo fee y gracia*, y así pasa por error de estampa» [3].

Eam animorum commotionem cum videret Araozius, indicabat, datis cum ad Ignatium tum maxime ad Borgiam et Natalem litteris, qua ratione tempestas illa sedari posset. Interim tamen «deterritus a doctore Cuesta» ut ait Natalis [4], sententiacque hispanicae *Exercitiorum* innixus, operam dedit ut illud «compertum esset», quod est in *Vulgata*, mutaretur in «compertum sit». Hanc mutationem scribit ad Ignatium Natalis, 19 Martii 1554, se inscio esse factam. «Los Exercicios que por acá son, tienen corregido el *esset* y mudado en *sit* en la 14 de las últimas

---

[1] *Chron. Po.*, III, 524. Integram censuram habes ibid. a p. 503; apologiam Natalis in *Epist. P. Nadal*, IV, pp. 820-873.

[2] *Epist. Mixtae*, III, 667. In notatione 6 ibid. ad hunc locum apposita dicitur: «Ita sane error typographorum fuit»... Ex ms., quod nunc in lucem prodit, atque ex monumentis unde testimonia deinceps afferenda excerpimus, certum est non fuisse errorem typographorum.

[3] Ibid., 672.

[4] *Epist. P. Nadal*, II, 23.

reglas: esto hizo sin saberlo yo el Dr. Araoz» [1]. In exemplari quod ob oculos habemus, excuso Conimbricae anno 1553, prelo erat expressum «compertum definitumque esset»; abrasis autem duabus postremis litteris «et», alteroque «s» commutato in «t»; manet «compertum definitumque est», quae affirmatio certe firmior valentiorque est quam ea quae fit per verbum «sit». In aliis vero exemplis, sive conimbricensibus sive romanis, legebatur «sit», ut ait Nadal, ac de suo exemplari affirmat Torres [2]. Vidimus nos quidem exemplaria duo editionis burgensis anni 1574; in utroque typi expresserant «esset»; prima autem syllaba «es» accurate abrasa, atque in ultimi «e» locum substituto «i», legitur nunc «sit». Exemplaria manu transcripta translationis *Vulgatae* impressae conspeximus quinque in bibliotheca Vallicelliana, Romae [3], quorum duo saltem habent illud «esset» partim deletum et emendatum. At Natalis non modo nihil eo tempore mutari, sed ne tradi quidem libellum quaesitoribus fidei judicandum patiebatur: probatum enim eum esse judici multo superiori, neque illud novum examen auctoritatem Sedis apostolicae decere [4].

Aegre tulit Ignatius mutationem illam ab Araozio factam, minime quidem quod latinam Frusii translationem pluris quam suum textum hispanum faceret [5], neutrum enim neutri praeferebat, cum nullam comparationem instituerat; sed quod auctoritatem Summi Pontificis Araozius quodammodo deseruisset. En quo modo id nobis Consalvius de Camara tradiderit: «Acordarme he de cómo sabiendo el Padre por el P. Nadal, quando vino, la contradición de los Exercicios en España, y cómo Araós había hecho emendar los libros conforme al español, el Padre lo sintió mucho, condenando mucho a Araós por auerlo hecho, pues los de latín hauían sydo approuados por el Papa; y dixo que nunca los defendería, sino que la Iglesia los defendiese de los contraditores» [6].

Eodem anno 1553, vel ineunte 1554 eum etiam locum reprehendebant aliqui complutenses. Polancus, mandante Ignatio, ad Natalem 12 Aprilis 1554 scribebat:

«La tradutión estampada, que como V. R. sabe, hizo Mtro. Andrés de Frusio, no tiene cosa que se pudiese dezir falsa, aunque fuese uerdad

---

[1] *Epist. P. Nadal*, I, 244.

[2] Cf. infra, *Apologiae*, 3.

[3] In exemplari signato F 81, legitur in f. 1: «R. P. Nicolai Lilii Cong.s Oratorii.» Fuit *Nicolo Giglio*, natione gallus, unus e primis sociis S. Philippi Nerii; virtutibus omnibus clarus, obiit die 14 Junii anni 1591. (*Vita di S. Filippo Neri e de' Compagni* auctore F. GIACOMO RICCI, O. P., Romae 1678, pp. 66-69). Notum est, domum Vallicellianam congregationis Oratorii principem sedem ab ipsis fere ejus initiis fuisse.

[4] *Epist. P. Nadal*, I, 243.

[5] Hoc videntur indicare *Analecta Bollandiana*, t. XXXI, Bruxellis, Parisiis, 1912, p. 390.

[6] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 308.

determinada y definida, quod nemini contingit salus nisi praedestinatis, como se uey en el mesmo contexto. Y tanto más está bien aquella tradución, por no faltar en nuestros tiempos quien tenga esta opinión: quod aliqui non praedestinati saluari possunt. Y en el último concilio fué presentada esta obra y otra del Chaterino, y no se determinó nada en contra» [1].

Nihilo tamen minus hispani non acquiescebant. Hinc Romam nostri scribere; Polancus vero ad S. Franciscum Borgiam die 5 Januarii 1555: «De los Exercitios, o contradición sobre ellos, nuestro Padre no siente que deuemos hacer caso, sino estar en paz con todos de nuestra parte; y si algunos nos demandaren, responderles hemos y fácilmente, descargándonos con la Sede aposthólica, a cuyo juicio y censura con precedente examinación tan diligente se offrecieron los Exercicios, y S. S. con breue particular approuó todo quanto en ellos ay»... [2].

Extra Hispaniae fines etsi non adeo videntur homines cepisse illo ex loco turbandi occasionem; eum tamen lovaniensis cancellarius carpendum putabat. Qua de re cum Romam litteras P. Adrianus Adriani dedisset; ad eum Polancus rescripsit 12 Februarii 1555, neque Ignatium Catharini doctrinam exprimere voluisse, id quod ex hispano libello facile pateret, neque Frusium interpretem id spectasse, cui ne in mentem quidem venisset, sic enim ipsum interrogatum respondisse [3].

Porro sequenti anno 1556, trigesimo primo die Julii, functus vita est Ignatius. Cum itaque Lainius universam jam Societatem regeret, commoti sunt iterum homines in Hispania. Denuo Polancus ad P. Bustamantium, 9 Februarii 1560: «No es menester mudar nada de los [*Ejercicios*] latinos... pues lo ha aprueuado con tanto examen de su uicario, maestro del sacro palacio, y inquisidor, el Papa Paulo III»... [4].

At Natalis, qui res propius inspiciebat (tertio enim visitator Lusitaniam obibat anno 1561) aliquid de sua illa pristina severitate remisisse videtur. Inter alia enim hoc lusitanis monitum tradidit: «La palabra de los Exercicios s'emmiende, y ha de dizir: «etiamsi planum compertumque est» [5].

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VI, 598.—Caeterum Ambrosii Catharini, O. P., (1487-1553), cui nomen prius Lancellotus Politus, opinionem de hominum praedestinatione exponit et refutat Franciscus Suarez S. J. in tractatu *De divina praedestinatione et reprobatione*, l. I, c. V, nn. 9-10; c. VII, n. 11; c. VIII, nn. 28-31. Cf. etiam Sf. Pallavicino S. J. *Istoria del Concilio di Trento*, l. VIII, c. XIII, nn. 1-2; J. Quétif et J. Echard, *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, II, Lutetiae Parisiorum, 1721, pp. 141-151; H. Hurter S. J., *Nomenclator litterarius Theologiae catholicae*, II ed. 3, Oeniponte, 1906, col. 1378-1383; Christ. Pesch S. J., *Praelectiones dogmaticae*, II, ed. 3, Friburgi Brisgoviae 1906, pp. 207-208; Joann. Muncunill S. J., *Tractatus de Deo uno et trino*, Barcinone, 1918, n. 723.

[2] Ibid., ser. 1.ª, VIII, 253.

[3] Ibid., 413.

[4] *Lainii Monum.*, IV, 662-663.

[5] *Epist. P. Nadal*, IV, 201.

Non ita nostrates romani. Etenim cum nova editio *Exercitiorum* facienda Vindobonae esset, scripsit Lainii nomine Polancus die 10 Junii 1563 ad ipsum Natalem jam tum in Germania commorantem: «Parece bien se emprimam [los *Ejercicios*] en Vienna como están; y si después huuiere alguna cosa que emendar, se podrán en Roma estampar otra uez con más diligencia» [1]. Retenta certe est illa locutio «etiamsi plane compertum definitumque esset, nemini contingere salutem nisi praedestinato», neque abrasum quidquam in exemplari, quod in bibliotheca Matritensi Facultatis Philosophiae vidimus.

In eadem prorsus dicendi ratione editio burgensis (Burgos, in Hispania) perseverabat anno 1574; sed hujus editionis exemplaria duo, quae a nobis visa esse diximus supra, habent «esset» mutatum in «sit».

Denique romana editio anni 1576, moderante jam universam Societatem Mercuriano, posuit «quamquam verissimum sit», ex *Versione prima* desumptum; hispalensis, anni 1587, «etiamsi plane compertum definitumque sit». *Institutum Societatis* in editionibus quas vidimus romanam editionem anni 1576 sequutum est. Cujus autem decreto vel auctoritate haec emendatio in *Vulgatam* traducta sit, incompertum nobis est. Cum in congregatione generali Societatis, anno 1593 coacta, de locis aliquot *Vulgatae* versionis ad autographum hispanicum magis accommodandis ageretur, ejus loci ne mentio quidem facta est, idque, nisi fallimur, quia sublata jam forma «esset», ubique legebatur «sit». Quam opinionem Suárez tacite confirmat; cum enim *Exercitiorum* doctrinam, defendit [2], nullam ejus rei mentionem facit; atqui fecisset, nisi prisca illa forma ex libello expuncta in perpetuum esset. Hanc regulam decimam quartam integram ponit in n. 43, c. V, l. IX tractatus *De religione Societatis Jesu,* legitque *etiamsi plane compertum definitumque sit.*

c) DECLARATIONES CONGREGATIONIS QUINTAE GENERALIS

Ex quindecim igitur locis, quos Pedroche graviter carpebat, solus ille, quem modo diximus, emendatus est. Locorum enim viginti septem, quos aliqua ex parte corrigendos congregationis quintae designati Patres censuerunt, quosque publici juris fecit Claudius Aquaviva, praepositus generalis, anno 1596 die 27 Junii, nullus erat ab adversariis improbatus. Neque porro Patribus illis aliud in iis locis perpoliendis propositum erat, quam ut sententias aut clariores redderent aut magis hispano textui conformarent. Quapropter eas rectius declarationes, quam emendationes dixeris, quandoquidem, integra priore sententia, notationum modo adhibitae sunt.

Earum vero historiam breviter complexus est Jacobus Dominicus,

---

[1] *Epist. P. Nadal,* II, 304.

[2] *De religione Societatis Jesu,* l. IX, c. V.

Societatis Jesu a secretis sub Claudio Aquaviva, in epistola ex hujus mandato die 25 Junii 1596 data: «Ea Patrum deputatio, inquit, quae in quinta generali congregatione pro recognoscendo Directorio Exercitiorum instituta fuit, illud imprimis proposuit, ut, antequam liber exercitiorum denuo imprimeretur, cum hispanico Autographo qui Romae servatur, diligenter conferretur, non ut nova quaedam versio fieret, sed ut loca quaedam accommodarentur, quae in Vulgata latina subobscura videbantur. Quod cum R. Pater noster fieri mandasset, facta diligenti collatione, compertum est latinam editionem in paucis ab Autographo discrepare. Iis igitur praetermissis, quae parvi momenti esse videbantur, ea tantum loca adnotari placuit, in quibus sensus subobscurus censebatur, vel certe clarior hac nova versione reddi poterat» [1].

Fuerunt autem Patres illi designati Laurentius Magius, Aegidius González, Alfonsus Rodríguez, Ludovicus Gagliardus, Joannes Dominicus Candela, Fabius de Fabiis, Bernardinus Rosignolus, Bartholomaeus Riccius, Josephus Blondus, Petrus Maiorius [2].

Miraberis fortasse quod hi Patres «latinam editionem in paucis ab Autographo discrepare» affirmaverint, maxime si Roothaan legisti scribentem: «Deprehendi scilicet [in textu hispanico] non pauca, quae mihi quidem notatu dignissima esse, et sive ad majorem perspicuitatem, sive ad majorem spiritus unctionem non mediocriter conferre posse videbantur» [3].

At si attente rem consideraveris, ac temporum conditionem ob oculos habueris, perspicies eos Patres ne cogitasse quidem de emendandis multis locis, qui nostra aetate inter discrepantes numerantur. Deinde etsi latinus auctor *Vulgatae* versionis saepe a verbis, interdum etiam a sensu recedere videtur; sententiam tamen eam refert, quae ad finem *Exercitiorum* assequendum idonea sit. En locum unum exempli causa: in regula octava «ad victum temperandum» pro verbis hispanis «después de comer o después de cenar», quae aperte significant «post prandium vel post coenam» scribit «ante prandium aut coenam»; at continuo subjungit «et quacunque hora nulla esuries sentitur», id quod in re de qua agitur, maxime necessarium est.

Atque hanc esse causam praecipuam existimamus, quare accuratiorem interpretationem Ignatius non desideraverit, maxime «cum non tam scripto, inquit P. Roothaan, primis illis temporibus, quam vivae vocis explanatione, exercitiorum series omnis ac methodus traderetur».

Neque tamen infitiandum est laude dignissimum esse eumdem P. Roothaan, qui una simul editis litterali sua versione et *Vulgata*, nota-

---

[1] *Institutum Societatis Jesu*, Florentiae, 1893, t. III, p. 447.

[2] Ex cod. *De rebus Con. Gen.*, I-V, ff. 363-364r. FF. 361-383 continent *Acta in Congregatione quinta generali*. Eorum Patrum nomina exstant actione 4.ª, die 6 Novembris habita.

[3] In prologo ad Patres Exercitiorum spiritualium studiosos, ed. romana 1852, p. XIII.

tisque locis inter se dissentientibus, magnopere contulit ad *Exercitia* melius intelligenda et usurpanda. Sed de hac translatione paulo post.

§ 3. De hac editione

Typis edimus ipsum exemplar a romanis censoribus anno 1548 approbatum [1].

Polanci additamenta omnia litteris italicis in textu exhibemus, ita tamen ut quando nulla res deleta est, nullam notationem addamus; si vero aliquid deletum, id ipsum, quod deletum est, in ima columna notemus.

E reliquis lectionibus ibidem notatis alterae sunt loci a correctore anonymo emendati (supra, § 2, litt. *b*); alterae sunt loci, quos oblitteratos diximus (supra, § 2, litt. *c*).

Sub eadem columna declarationes apponimus congregationis quintae generalis, stellulis praefixis.

Paucis quibusdam locis difficilioribus primam aliasque antiquissimas editiones conferimus. Editionis primae vel errata typographica vel variationes colligere omisimus, quum aliis de causis tum vel maxime quia ipsa illius editionis exempla, non semper sibi constant, quae res inde fortasse nata est, quod nonnulla mutabantur, dum liber typis edebatur.

Folia codicis ms. crassioribus numeris arabicis textui insertis designamus.

ARTICULUS III

DE VERSIONE PRIMA

§ 1. De auctore ac tempore hujus versionis

Principio quidem, cum Parisiis Ignatius versaretur, atque *Exercitia* cum aliis communicaret, probabile est eum non solis hispanis hispaneve scientibus ea tradidisse, sed aliis etiam quos aptos ad exercitiorum fructus afferendos noverat. Callebantne hispanam linguam Faber, Broëtus, Jajus, Codurius jam tum cum primum Faber quidem Ignatio [2], reliqui vero tres ipsi Fabro [3] sese per exercitia colendos tradiderunt?

Deinde si vel istorum vel aliorum causa necesse fuit *Exercitia* latine reddi, id potuit Ignatius aut per se aut per alium praestare; si per alium, quidni hominem selegisset elegantioris latinitatis cultorem? Hanc certe viam postea Romae ingressus est, cum eum Frusio laborem commendavit, viro inter Ignatii familiares ob latinae linguae peritiam notissimo. Atqui *Versio* haec, praesertim ut in primo exemplari erat prius quam emendaretur, non modo rudis atque impolita est, sed hispa-

---

[1] V. infra, imaginem paginae exempli illius.

[2] *Fabri Monum.*, 495.

[3] *Epist. PP. Broëti... Rodericii*, 456.

nam *Exercitiorum* linguam mirum quantum redolet. Quod si ejus fuerit auctor Ignatius, nemo illam rem mirabitur, quandoquidem homo militaris atque aetate grandaevus linguae latinae studium aggressus, praeclarum facinus gessit hoc ipso quod salebrosas grammaticorum leges didicit servavitque; neque fusum elegansve scribendi genus ab eo exigere quisquam poterat.

Quam vero aperta sint in hac versione vestigia textus hispani, legenti notationes clarissime patebit. Quaedam tamen huc aferre placet·

AUTOGRAPHUM	VERSIO PRIMA
Discurriendo de hora en hora o de tiempo en tiempo, f. 6.	Discurrens de hora in horam seu de tempore in tempus, f. 10v [1].
Sin que sientan lo que haze, f. 6v.	Sine hoc quod sentiant quid fecerit, f. 11v.
Mirando de año en año o de tiempo en tiempo, f. 12.	Discurrendo de anno in annum uel quouis tempore in aliud, f. 19.
Hazer vna reuerencia o humiliación, f. 14v.	Faciam coram eo genuflexionem quamdam seu humiliationem, f. 23.
Ver las personas, las vnas y las otras, f. 18.	Uidere personas omnes, tam has quam illas, f. 29.
Como herir, matar, ir al infierno, f. 18v.	Verbigratia percutere, occidere, descendere ad infernum, f. 29v.
La quinta será traer los cinco sentidos sobre la primera y segunda contemplación, f. 20.	Quinta erit trahere quinque sensus super primam et secundam contemplationem, f. 31v.
De manera que por entonces no lea ningún misterio que aquel día o en aquella hora no haya de hazer, porque la consideración de vn misterio no estorue la consideración del otro, f. 20v.	Ita quod pro tunc non legam aliud mysterium quam illud quod illa die uel alia [sic pro *illa*] hora debeo facere, ne consideratio unius mysterii impediat alterius considerationem, f. 32.

Haec et alia innumera, quae suis locis suo quisque arbitratu videre poterit, indicia sunt hominis non modo parum in latine scribendo versati, sed hispane potius quam latine cogitantis. Nisi forte dixerit quispiam, illum interpretem, quicumque demum ille fuerit, id voluisse perficere saeculo decimo sexto, quod undevicesimo P. Roothaan exsequutus est. Hoc fieri certe potuit; minus tamen probabile existimandum est, quum illis temporibus tam magno pretio ab omnibus elegantia latini sermonis haberetur, quae causa etiam fuit, propter quam haec ipsa *Versio* in tenebris adhuc latuit, quamquam illam pontificii censores non minus quam *Vulgatam* laudibus extulerant.

---

[1] Folia Versionis primae notantur prout sunt in secundo exemplari, in hac editione excuso; iisdem locis, in imis paginis, invenies variationes primi exemplaris, quae hic comparantur cum Aut.

Probabile itaque ducimus, hujus *Versionis* auctorem ipsum Ignatium fuisse, neque tamen negamus indicia nonnulla esse, quae id dissuadeant, locos v. g. aliquos, in quibus latina verba ab hispanis non parum recedunt.

Quod ad hujus *Versionis* tempus pertinet, perfectum quidem primum exemplum est anno 1541, ut in ipso codice dicitur. Sed ipsam translationem antiquiorem esse opinamur. Quod cum aliunde, testimoniis deficientibus, confirmare non possimus, conjectura colligimus ex collato cum hac *Versione* antiquissimo textu Reginensi [1].

Textum Reginensem ad annum saltem 1537 ineuntem pertinere, fortasse ad 1534, deinde in praefatione ad appendices, ostendemus. Jam vero *Versio prima* linguam ita similem linguae codicis Reginensis habebat, priusquam emendator illam aliquantulum poliret, ut dubitari non posse videatur, quin aut alterum ab altero, aut utrumque ab eodem exemplari latino pendeat. Atqui *Versio prima* nullo modo pendere potest a Reginensi codice; quia illa integra, hic mutilus maxima ex parte est; illam nobis *Exercitiorum* auctor Ignatius tradidit illis verbis: «Todos exercicios breuiter en latín»; hunc Joannes quidam Heliares, multis vitiis inquinatum, inter varia rerum genera collectum, transmisit. Dicendum igitur est exemplum Reginense a *Versione prima*, sive alio exemplo interveniente sive non interveniente, pendere.

Illi autem loci Reginensis codicis cum *Versione prima* comparandi praesertim sunt, qui maxime ad *Autographum* hispanum accedunt (hoc enim est utriusque fons indubius) cujusmodi sunt exercitia quinque et additiones novem in prima hebdomade, contemplationes de regno Christi et de vexillis in altera; non vero illi, quos dum scriberet auctor codicis Reginensis potius ex memoria et suo marte, quam aut ex dictantis ore aut ex aliquo *Exercitiorum* exemplo describere videbatur. Quaenam illa esse arbitremur, suo loco in praefatione ad appendicem dicemus. Itaque loci illi quatuor primi, quos modo attulimus, ut hispanae linguae vestigia in *Versione prima* indicaremus, et complures alii, quos in notationibus indicabimus, totidem fere verbis in codice Reginensi sunt.

Hi loci proximam inter *Versionem primam* et codicem Reginensem cognationem declarant, quam codex coloniensis *Exercitiorum* B. Fabri etiam confirmat. Utrumque textum integrum vide infra, in appendicibus.

E quibus rebus omnibus merito conficimus hanc *Versionem primam* probabilissime ad annum fere 1534 pertinere.

§ 2.—De tribus Versionis primae exemplaribus

Primum exemplar integrum est ac titulum exhibet S. Ignatii manu conscriptum: «Todos exercicios breuiter en latín»; alia vero manu:

[1] Vide infra, *Notitiam cod.*

«1541, Exercitia spiritualia». Aliam praeterea voculam ipse textus a S. etiam Ignatio scriptam habet, verbum «habuerim» in tertio exercitio hebdomadis primae, f. 20v positum [1]. Ergo exemplar hoc et anno 1541 absolutum est, et Ignatio in manibus fuit, unde idem ab eo etiam probatum esse jure colligimus. Qua in re est hoc exemplar simile *Autographo*, quod a librario aliquo transcriptum, per Ignatium deinde relectum et rebus quibusdam, paucissimis illis quidem, adauctum est. Majorem locorum partem a S. Ignatio in *Autographo* emendatorum in hoc primum exemplar, ut supra diximus, ipse librarius transcripsit. Cur non omnes ibi reperiantur, causa esse potuit, aut quod Ignatius satis se fecisse arbitraretur, si *Autographum* corrigeret, alii relicta cura eosdem locos in textu latino corrigendi, in eo praesertim, quem elegantiore Frusius forma limabat, aut quod nondum omnes in *Autographo* loci essent emendati, quando *Versio prima* correcta est.

Hoc primo exemplari usus est P. Roothaan in sua translatione perficienda, ut ipse in prologo testatur.

Secundum exemplar, integrum etiam, cum *Vulgata* versione colligatum in eodem codice est. Nihil in eo Ignatii manu exaratum invenitur; at retinet approbantium censorum judicia, primum quidem cardinalis burgensis manu signatum, altera duo censorum manu scripta et signata, non secus ac *Vulgata*. De hoc exemplari loquitur Polancus in praefatione *Vulgatae:* «Utramque versionem, inquit (quod testimoniis eorumdem [censorum] in archetypis exemplaribus patet) approbarunt.»

Mirum sane quod hoc alterum exemplar non cognovit P. Roothaan, nam si cognovisset, non videtur haec scripturus fuisse: «Quae [antiqua versio latina] an eadem illa sit, quae censoribus simul cum altera, quae vulgata est, oblata fuerit, non constat» [2].

Sunt vero in hoc altero exemplari emendati loci nonnulli manu Polanci, nonnulli alius correctoris. De tempore autem, quo hi loci emendati sunt, idem tenendum putamus quod jam de Vulgata diximus.

Tertium denique exemplar, ubi Christi vitae mysteria desiderantur, in alio codice una cum apographo hispano compactum est. Caeterum vix a primo differt, nisi in eo quod examen particulare in hebdomadis primae finem rejicit.

---

[1] Boone videtur plures S. Ignatio tribuere: *focos* et *ignes* in 1.° puncto meditationis de inferno, et *assignando* et *habendo* in 1.° modo orandi, *Les Corrections Manuscrites des Exercices de Saint Ignace*, Enghien (Belgique), Novembre 1908, CBE n° 18, p. 19. Putamus tamen velle eum significare quatuor illa vocabula reperiri in primo exemplari, in quo non sunt Polanci correctiones; proinde illa vocabula, non aliter ac translationem totam, tribui Ignatio posse. Nam Sti. Ignatii manu scriptae voces illae, in codice, quem vidimus, certe non sunt.

[2] In *Prologo* ed. 1852, p. XIV.

§ 3. De Versionis primae emendationibus

a) NOTATIONES IGNATIANAE IN PRIMO EXEMPLARI

Legenti hujus *Versionis* primum exemplar occurrit initio libri, post folia quatuor recentissima, folium primum antiquum, in quo, ut jam diximus, scriptus est titulus Ignatii manu: «Todos exercicios breuiter en latín.» Quid ea voce «breuiter» significare S. Pater voluerit, recte, opinamur, explicat P. Roothaan: «Non quod brevius in hac *Versione*, quam in *Autographo* hispanico; sed quia textus libri nonnisi *breviter* exercitia continet, ore tenus scilicet fusius explicanda» [1].

Illud autem verbum «habuerint» in tertio primae hebdomadis exercitio, f. 20v, quae vox altera est a S. Ignatio in hoc exemplari scripta, jure forte miraberis, cum in *Autographo* dicatur «he sentido»; et similibus locis in secunda et quarta hebdomade «haya sentido». Quorsum haec mutatio? Fortasse Ignatius ita scripsit, ne putaremus praeter consolationem sensibilem, quam vocant, nullam esse; complura enim consolationum genera recenset in fine libelli S. Pater, quorum nonnulla potius *habeantur*, quam proprie *sentiantur*.

Jam quod ad eos locos pertinet, quos in *Autographo* Sanctus ipse Pater emendavit, notavimus supra nonnullos in hac *Versione* desiderari. Sunt autem qui sequuntur:

AUTOGRAPHUM EMENDATUM	AUT. NON EMENDAT.	VERSIO PRIMA
ofreciéndole, f. 2, l. 2	dexándole	committendo illi (?), f. 2v
se sirua conforme, f. 2, l. 4	ordene	disponat (?), ibid.
sin determinarse por affección, f. 5v, l. 2	sin affección	absque affectione f. 9v
con las tres potencias, f. 10, l. 1	de tres potencias	trium animae virium, f. 16v
en vna grande cáthedra, f. 22v, l. 7	en vna cáthedra	in cathedra, f. 35
como gotas de sangre, f. 31, l. 15	símile a sudor sanguíneo	sanguineum sudorem, f. 48v
píamente se medita y se lee en la vida de los sanctos, f. 52, l. 1-2	dize el euangelio de Nicodemo.	pie meditari licet, 77v
sexta regla, f. 54, l. 9	quinta regla	4.ª regula, f. 81v
diffinir o declarar para nues-	difinir de las cosas	diffinire res, f. 93

[1] - Ibid., in notatione. Suspicati aliqui sunt, Exercitia fusius a S. Ignatio esse antea conscripta, quae deinde *breviter* in *Autographo* et in *Versione prima* contraxerit. Hujus suspicionis fundamentum non videmus, praesertim cum ex dictis in § 1 probabilissimum sit hanc ipsam *Versionem* ac proinde *Autographum* jam multis ante annis eadem hac brevitate constitisse.

tros tiempos de las cosas, f. 62, l. 2-3		
prouecho spiritual de sus ánimas, f. 62v, l. 16	prouecho de sus ánimas	fructum animarum, f. 94

Ex his locis, vel saltem ex quibusdam eorum, illud patet: quod P. Roothaan in extrema sua editione dicit: *Versionem* hanc hispanico *Autographo* omnino respondere, «nullo verbo addito, nullo mutato», non esse ad verbum intelligendum, nisi forte alio ipse *Autographo* usus sit. Duobus primis locis «committendo illi», «disponat», dubitandi signum adjunximus, quia perspicuum non est utrum *Autographo* emendato an non emendato respondeant.

Paucissimos contra diximus esse locos, qui in ipso textu primi exemplaris nulla mutatione facta, leguntur, ut sunt in *Autographo* emendato.

AUTOGR. NON EMENDATUM	AUTOGR. EMENDATUM	VERSIO PRIMA
No solamente por amor de Dios, f. 23v, l. 16	No pura y débitamente por amor de Dios.	Non puro ac debito, amore Dei, f. 36v
Vocación, f. 27, l. 21	Vocación diuina.	Uocationem diuinam, f. 42

b) RELIQUA EMENDATA IN PRIMO EXEMPLARI

Diligenter notandum est, non modo ignatianas correctiones, sed alias etiam, quae innumerae paene sunt, fere omnes ejusdem librarii, qui totum codicem transcripsit, manus esse, idque etiam quando pluries idem locus emendatus est. Quis tam multorum emendatorum est auctor? Suspicamur alicui homini de Societate, *Exercitiorum* bene perito, datam ab Ignatio esse provinciam *Versionis primae* fideliter transcribendae (vel efficiendi ut transcriberetur) et facultatem, nonnulla, si videretur, ita mutandi, ut non modo sententia, sed primaevus etiam simplicitatis *Autographi* color, quantum fieri posset, retineretur. Leguntur quidem in primo fol. nomina «Viola amicus»—«Antonio Viola», fortasse etiam «Mironis»; sed nihil inde conficitur, praesertim cum ad *Exercitia* nomina haec non referri videantur. Joannes Viola (non Antonius) ingressus est Societatem anno 1539; Jacobus Miro anno 1541.

Inter ea quae in hoc primo exemplo deleta aut emendata sunt, non pauca reperiuntur, quae nunquam in alterum exemplar pervenerunt. Ea omnia in imis paginis notabimus. Quae quidem si oculis perlustrabis, magnopere illud confirmabis, quod supra diximus, primum interpretem hispanis verbis latina substituisse, non raro singula singulis; verbi gratia, «secundum quod», «ita quod», «sine hoc quod», quae passim

occurrunt; item in examine (*Aut.* f. 9) «accipiendo pro objecto», quod est «tomando por obiecto», «compositio videndo locum»—«composición viendo el lugar (ibid. f. 10),—aliisque locis quamplurimis.

Plerumque, ut par erat, melior post emendationem translatio evasit; subinde tamen praeferenda forte antiquissima forma videatur. Magis placet exempli causa, in secundo eligendi tempore, f. 42v, «per experientiam consolationum et desolationum», ut est in primo exemplo, quam «per experientiam, consolationem et desolationem», ut est in secundo; hoc enim alterum tria membra continet, experientiam, consolationem, desolationem, cum Ignatius non de experientia quacumque, sed de experientia consolationum et desolationum tantum loquatur, ut est in *Autographo*, f. 27v.

Sic etiam in regula octava secundae seriei de spiritibus discernendis, f. 86, scripsit emendator «discursu similitudinum», ubi primum exemplum retinet «discursu habitudinum», id quod et hispano textui magis conforme est, et rei, qua de agitur, magis consentaneum videtur. Quid enim hic sibi volunt «similitudines»? Vide notationem ad hunc *Autographi* locum.

Postremo, correctorem primi exempli, in unius loci emendatione non plane auctoris mentem assequutum esse suspicamur. In extrema namque regula secunda pro distribuendis eleemosynis, cum prius diceretur: «seruando pro me ipso eandem regulam, quam pro aliis judico expedientiorem»; corrector sustulit «expedientiorem», posuitque «expeditiorem», f. 87v. Rectene? «Expeditus» facilitatem significat; hoc autem loco non facilitas, sed animi utilitas quaeritur. Censuit probabiliter corrector, participium «expediens» a verbo impersonali «expedit», quod est «conducit», «prodest» non bene usurpari latine (et certe nullum exemplum talis participii affert lexicon Forcellini-De Vit; ubi tamen invenies «expediens» a personali «expedio», quod est «solvo», «libero»); paulo inferius tamen idem corrector non emendavit «expedientius»[1]. Existimamus mutuatum esse primum interpretem participium «expediens» et «expedientius» ex hispano «expediente», quod utique significat «opportunum», «utile», «conveniens».

c) CORRECTA POLANCIANA IN ALTERO EXEMPLARI

Jam ad Polanci correctiones veniamus, quae omnes in altero exemplo, nullae in primo, ejus manu scriptae reperiuntur. De quibus priusquam dicimus laus tribuenda hoc loco etiam est P. Antonio Boone, S. J., qui eodem libello, quo *Autographi* emendatos locos, ut supra diximus, expendit, correctiones etiam *Versionis primae* attingit, earumque genera quatuor distinguit: primum earum, quae dicendi formam seu sti-

[1] In quarta hujus loci regula, f. 87v, et in ultima ad sentiendum cum Ecclesia, f. 95.

lum, deinde quae historiam, tum quae praxim spectant, postremo eas de quibus disputari liceat. Singulorum generum exempla seligit, eaque perite ac breviter commentatur [1].

Nos vero quoniam de additamentis ac mutationibus polancianis bene multa pro nostro instituto in *Vulgatae* praefatione diximus; satis hic putavimus fore, si polanciana illa emendata, quae utrique versioni communia, ab illis quae *Versionis primae* sunt propria, distingueremus, additis deinde quibusdam annotationibus ad emendata quae majoris momenti viderentur. Communia ergo *Vulgatae* versioni et *Versioni primae* sunt in annotationibus viginti primis ad ff. 2 et 8; in prima hebdomade ad ff. 12v, 13, 14r et v, 15, 18, 22; in secunda hebdomade ad ff. 26v, 31v, 33; in quarta hebdomade ad f. 54v; in mysteriis vitae Christi ad ff. 72v, 76v. *Versionis* hujus propria sunt emendata in annotationibus viginti primis ad f. 3v; in prima hebdomade ad ff. 15, 17r et v, 18r et v., 24v, 25v; in secunda hebdomade ad ff. 28v, 33, 35, 36r et v, 37, 38, 44; in tertia hebdomade ad f. 48v; in quarta hebdomade ad ff. 57v et 60; in mysteriis ad ff. 74v et 77; in regulis ad ff. 79r et v, 82v, 83, 84v, 85v, 89v, 92, 94v.

Inter haec emendata illa prae caeteris notanda sunt. In prima hebdomade, ubi de peccatis opere patratis agitur, ad f. 15, addidit Polancus hoc membrum: «seu eas aspernando», quibus verbis optime declaratur modus aliquis, quo «non parum peccat quis faciendo contra tam pias commendationes et exhortationes [2].

In primi exercitii secundo praeludio, f. 17, apposita est particula «forte» propositioni «quod multi forte damnati sint ob unicum peccatum mortale», quam particulam in alio *Vulgatae* loco additam ab eodem Polanco supra diximus [3].

Tertius est in hac hebdomade locus, in altero ejusdem exercitationis puncto, f. 18, qui ut prius legebatur in hoc altero exemplari, atque etiam nunc legitur in primo, factorum temporumque seriem a Mose in sacra historia exhibitam retinebat [4]: «vestiti tunicis pelliceis et expulsi de paradiso». Polancus hunc ordinem mutavit: «expulsi de paradiso et vestiti tunicis pelliceis». Suspicamur errori ansam praebuisse *Vulgatam:* «quomodo ex paradiso ejecti sint, vestibus pelliceiş induti».

«Amorem sensuum», f. 25v, appellaverat primus interpres quod *Autographum* dicit «amor sensual»; Polancus clariorem reddidit sensum, cum correxit: «amorem sensualem nostri».

In secunda hebdomade displicebat sine dubio Polanco vox «binariorum», f. 36v etc., ejusque loco «dispositiones» adhibuit. Cum autem

---

[1] CBE, n° 18, pp. 17-27.

[2] Cf. Suárez, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, nn. 14 et 15.

[3] Pag. 151.

[4] Gen., III, 21-23.

difficile de dispositionibus dicerentur illa, quae de illis duumviris narrabat Ignatius, hunc locum imperfectum a Polanco relictum putamus. Male enim sonat illud: «Adducere historiam, quae continet in se tres dispositiones hominum, quorum unusquisque» etc. Item paulo post: «Primus... Secundus... Tertius» ut sit intelligendum «Primus homo... Secundus homo» etc., cum non de tribus hominibus, sed de tribus dispositionibus disputatum sit.

In f. 57v, quod pertinet ad contemplationem ad obtinendum amorem, pro «in nobis» optimo consilio substituit «in creaturis—en las criaturas»; non enim de nobis tantum, sed de rebus omnibus ibi agitur.

In mysteriis vitae Christi, ad f. 72v, legebatur prius: «In tantum venit timorem, ut diceret (tristis est anima mea usque ad mortem) et sudauit» etc. Polancus in hac *Versione* hunc locum ita mutavit: «In tantum venit anxietatis, cum prius pauisset et moestus fuisset, quando dicebat (tristis est anima mea usque ad mortem), vt sudaret» etc. Simili quodam modo emendatus hic locus in *Vulgata* versione est, non tamen Polanci manu. Nihilominus mirum fortasse videatur, quod in emendatione *Vulgatae* vocem illam «anxietatis» deleverit emendator, qui si scribebat non suggerente Polanco, Polanci tamen emendationem in *Versione prima* non videtur ignorare potuisse.

In regulis, quae in fine libelli ponuntur, haec notatu digna censemus. Ad f. 79v, in regula secunda seriei primae, id quod hispane dicitur «façilitando y quitando todos impedimentos» erat prius «omnia impedimenta leuigando et precidendo»; jam in primo exemplari positum est «minuendo» pro «levigando»; sed Polancus in hoc altero scripsit «facilitatem ostendendo», id quod magis ad textum hispanum accedit.

In regula duodecima ejusdem primae seriei, f. 82r et v, obscure aliquantulum locutus est Polancus, ut bene monet Boone [1]. Prior lectio erat: «Sathanas tentator non aliter est debilis per vim, et fortissimus sponte, ac mulier». Post correctionem vero legitur: «non aliter est debilis, si quis vi resistat, fortissimus sponte nostra». In textu tamen, ut est apud Boone, ponitur particula «sicut» post adjectivum «debilis», quae non est in ms., et magis sensum perturbat. Hispana sententia sic videtur transferri posse: «Hostis fit sicut mulier, imbecillus invite, fortis libenter»; «por fuerza» hic est «invite», «de grado» est «libenter».

In eadem hac regula locus est ille: «Ideo ait Jacobus: resistite diabolo et fugiet a vobis» [2], qui non est in *Vulgata* neque in *Autographo*. Quis illum addiderit nescimus. Polanco debetur quod sententiam Jacobo restituerit, quae prius, in hoc altero exemplo, sicut adhuc est in primo, Paulo tribuebatur.

Postremo in quarta regula secundae seriei, f. 84v, Ignatii mentem

---

[1] CBE, n° 18, p. 25.
[2] JAC., IV, 7.

Polancus pressius proferre conatus est, idque plane assequutus, etiamsi aliquantulum a verbo recesserit. Posuit enim «accommodare se animae devotae» pro «illabi in animam devotam», ubi hispane dicitur «entrar con la ánima devota». Revera illud «entrar con» significationem «accommodandi se» continet, quae in verbo «illabendi» non est, in quo tamen reperitur significatio «ingrediendi», quod est «entrar en», non «entrar con».

d) alterius correctoris emendata in secundo exemplari

Hic ea tantum indicamus, quae in hoc ipso secundo exemplari emendata sunt, quocumque tandem modo illa in exemplari primo reperiantur.

Sunt itaque fere haec: in annotationibus viginti primis, emendata quinque, ad ff. 2, 3v, 4, 5v, 7; in prima hebdomade tredecim: ad ff. 9v, 11v, 12, 17r et v, 19v, 20, 21v, 22v, 24; in secunda hebdomade sex: ad ff. 26v, 28, 29v, 35v, 40r et v; in tertia hebdomade quatuor: ad ff. 50r et v, 52v; in quarta hebdomade novem: ad ff. 56r et v, 57v, 58v, 59, 61v; in mysteriis vitae Christi tria: ad ff. 71v, 75v; in regulis, octo: ad ff. 84v, 85r et v, 87v, 88, 93, 94.

E quibus locis primus ille notandus occurrit, qui in f. 9v reperitur. In eo enim emendando laborasse aliquantulum videtur corrector, quisquis ille fuerit. Ad finem ejus moniti, quod S. Ignatius «Prosupuesto» appellavit, ita loquitur S. Pater hispane: «para que bien entendiéndola [la proposición] se salue»; quam sententiam primum latinum exemplar sic transtulit: «sane illam propositionem intelligens, saluet eam.» Corrector nescimus quis, delevit «eam», mutavit «saluet» in «saluetur»; remanet ergo subjectum verbi nominativus «intelligens», id est, «proximus». Estne revera haec *Autographi* sententia? *Vulgata* convertit liberius: «illum sanum intellectu ac securum reddat ab errore.» Codex Reginensis: «ad saluandam hujusmodi animam et ad deponendum hujusmodi errorem ab eo.» Faber: «proximus sane propositionem illam intelligens saluetur.» Roothaan: «ut [ille] bene eam intelligens se saluet»; annotat nihilominus in ima pagina: «*Se saluet.* Cum in hoc monito verbum *salvare* jam bis ita positum sit, ut referatur ad *propositionem* proximi, nil impedit quominus etiam hoc ultimo loco ita intelligatur, ut sensus sit: *eadem propositio rite intellecta salvetur* id est salva sit, immunis sit, ab errore. Et hic sensus magis convenit cum hispano Autographo, et sic habet antiqua versio *ms.*, *proximus sane illam propositionem intelligens salvet eam*» [1].

Haec P. Roothaan. Cujus sententiam in annotatione prolatam veram putamus; existimamus enim subjectum verbi hispani «se salue», esse

[1] Ed. rom., 1852, p. 22.

non «proximum» sed «propositionem proximi». Praecipuam rationem indicat Roothaan. Cum enim per totam paragraphum actum sit solummodo de salvanda propositione proximi, seu de illa propositione recte intelligenda et explicanda: quid causae sit cur subito in fine de salute proximi agatur, cujus antea ne mentio quidem facta est? Adde quod ait P. Roothaan: «Hoc monitum... ideo praemitti a S. Patre existimo, quod primis annis expertus esset minus aequa multorum judicia, apud quos, ut erant illa tempora ob serpentes haereses suspiciosa, Exercitiorum occasione notam novatoris incurrerat» [1]. Hanc P. Roothaan opinionem in judicium vix non certum mutabis ex P. Aegidii González testimonio affirmantis: «Annotatio illa quae fundamento praeponitur, et in capite omnium meditationum praefixa est, omittenda hoc tempore omnino aut saltem magna ex parte videtur. Initio enim Societatis necessaria visa est, cum Patres nostri et Exercitia haec non essent apud homines tantae auctoritatis, et existimationis, ut tam facile in omnibus fides tuto adhibenda crederetur; et propterea opportunum fuit hac admonitione animum illius qui exercetur, praemunire» [2]. Haec indicare videntur, «prosuppositum» illud, quamquam rebus in omnibus ex usu est, pertinere tamen maxime ad *Exercitia;* certe ponitur ab Ignatio «ut tam is qui tradit exercitia spiritualia, quam qui accipit, magis se juvent ac proficiant», ut Ignatius ipse initio declarat. Itaque doctrinae communi sensus videtur subesse singularis: «Si in exercitiis quae aggrederis, aliquid offenderis novi, noli, quaeso, rem subito condemnare; interroga explicantem; videbis omnia et singula recte intelligi et explicari posse.» Id certo sciebat Ignatius, confirmavit supremo judicio Romanus Pontifex.

Atque haec de loco illo ejusque emendatione ac sensu sufficiant.

Alia minoris momenti correcta invenies in hebdomade prima, ad f. 19v, ubi pro «secundo, tertio, quarto, quinto» reperies «deinde, deinde, demum, ac.»

In secunda hebdomade, ad f. 35v, prius erat «tertius humilitatis»; emendator illud mutavit in «tertio ad humilitatem». Sed emendatorem fugit, complures versus a librario in transcribendo omissos esse, quos suo loco ex primo exemplari desumptos in ima pagina scriptos habes: a vocibus enim «opprobriorum et vituperiorum» in uno versu, ad easdem voces inferius redeuntes, gradum scriba fecit, interposita omnia praetermittens. Hinc illa emendatio: «tertio [hortatur] ad humilitatem», ubi dicendum erat «tertius humilitatis [est gradus]». Vide textus *Autographi* et *Vulgatae.*

Neque contemnenda illa mutatio est adverbii «secundo» in «secundario», f. 40v; «secundario» quidem elegans adverbium non est, expri-

---

[1] Ed. rom., 1852, p. 21, not. 2.

[2] *Di. Aegidii González*, f. 9.

mit tamen idem quod hispane voluisse Ignatium exprimere eadem illa voce putamus. Designat enim Ignatius homines, qui res non secundum earum dignitatem, sed secundum malas cupiditates suas aestimare solent.

In reliquis vix aliquid notatione dignum occurrit praeter illud, quod erat in f. 93 «alio qde» pro «alloqui de», id quod sumptum ex primo exemplo, ignarum linguae latinae scribam prodere videtur.

Illud denique addendum, aliquam emendationem etiam in hac *Versione* prima esse originis polancianae, aliena tamen manu scriptam, id quod supra in *Vulgata* quoque monuimus. In f. 58v scriptum est «3ae additionis» cum antea lectum esset «secundae». Hanc emendationem in *Vulgata* posuit Polancus ad f. 54v; huic similem in *Versione prima* ad f. 33.

c) de locis oblitteratis in secundo exemplo versionis primae

Loci oblitterati pauci sunt in hoc secundo *Versionis primae* exemplo, neque hi magni plerumque momenti. Sunt autem plus minusve unus in annotationibus viginti primis, f. 6v; tres in hebdomade prima, ff. 18v, 19, 21v; sex in altera, ff. 29, 30, 36v, 37, 42; tres in tertia, ff. 48v, 49v, 52; unus in quarta, f. 61; tres in mysteriis vitae Christi, ff. 64v, 66v, 69v; in regulis denique ad libelli finem, septem, ff. 83v, 88, 89v, 94.

Fere semper his locis oblitteratis textus melior efficitur; nec tamen de omni loco idem dicendum videtur. In f. 21v, ubi agitur de igneis animarum cruciatibus apud inferos, dixit Ignatius hispane «las ánimas como en cuerpos ýgneos»; primus interpres verterat: «animas, quae ibi patiuntur quasi in corporibus igneis detentae.» Non apparet cur illud «quasi» delendum fuerit.

Idem dicito de verbo «comparationes», quod ex *Autographo* in *Versionem primam* venerat ad f. 61, ubi alter orandi modus exponitur.

Forte voluit emendator hujusmodi locos melius deinde perpolire, consilium tamen perficere non potuit.

Ast emendationibus omnibus perspectis, sic statues: opus Ignatianum idem prorsus remansisse post correctiones quod antea fuerat; sive Ignatius has correctiones omnes et singulas viderit, sive non viderit, nihil omnino de ejus libello detrahitur; et tamen habenda correctoribus, maximeque Polanco, gratia est, quod tantam huic operi perpoliendo diligentiam contulerint.

§ 4. Hujus editionis modus

E tribus exemplaribus alterum, quod appellabimus *B*, in textu integrum exhibemus, ut indicatum supra est; primum, quod nominabimus *A*, in notationibus. Tertium posse cum foenore omitti judicavimus, non

modo ne numerus notationum sine fructu excresceret, sed cum authenticos textus habeamus duos, nihil est cur primigeniam lectionem aliunde aucupemur, id enim esset soli lumen inferre.

Additamenta Polanci (quae omnia, ut diximus, sunt in secundo exemplari seu *B)* exhibemus omnia italicis litteris, eadem lege quam in *Vulgata* servamus, ita ut nullam notationem addamus in ima columna, quando res nulla deleta est; si vero aliquid deletum est, id ipsum in ima columna exscribamus.

Alterius ignoti correctoris emendationes, in eodem secundo exemplari factas, notamus omnes in ima columna, adjecta littera *B*, qua littera notamus etiam locos, in quibus aliquid deletum est, nihil vero novi scriptum.

Sed operae pretium est, *Versionis primae* antiquiores lectiones novisse; hae autem praecipue in primo exemplo apparent. Cum autem plurimae sint oblitteratae, aliquae vero integrae, integras notamus adjecta littera *A*, oblitteratas, nulla re adjecta [1].

Ipsi textui signa numerorum arabica inserimus crassiora, quibus folia exempli secundi seu *B* distinguimus.

ARTICULUS IV

DE TRANSLATIONE P. ROOTHAAN

§ 1. De auctore ac tempore hujus versionis

Joannes Philippus Roothaan, Amstelodami, anno 1785 natus, ibique litteris latinis graecisque praeclare eruditus, Societatem Jesu in Alba Rusia ingressus est anno 1804. Theologiae doctor in universitate polocensi creatus, primum docendi, deinde concionandi munere egregie functus est. Cum vero collegio taurinensi ab anno 1823 praefuisset, et vice-provincialis Italiam anno 1829 moderaretur, eodem anno universae Societati praepositus est; quod officium usque ad mortem (8 Maji 1853) tenuit. Persuasum ei erat, Societatem Jesu, spiritualibus exercitiis ortam, spiritualibus etiam exercitiis conservari et augeri debere. Quare non solum librum *Exercitiorum* cum nova versione latina a se facta multisque annotationibus illustrata identidem in lucem emisit (de qua re proxime plura dicentur), sed litteris etiam encyclicis anno 1834 ad universam Societatem datis, *Exercitiorum* studium tam theoreticum, quod dicunt, quam practicum, vehementer commendavit, unde *Exercitiorum* usus magnum cepit incrementum.

His aliisque rebus praeclare gestis Societatem tantopere juvit atque ornavit, ut alter quidam ejus fundator vocatus sit [2].

---

[1] V. post appendices imaginem paginae ms. exempli *A*.

[2] *Liber Saecularis Historiae Societatis Jesu* ab anno 1814 ad annum 1914, Romae, 1914, pp. 74-103; 325-333; 521-523; P. ALBERS, S. J., *De Hoogeerwaarde Pater Joannes Philippus Roothaan*, II, Nijmegen, 1912, pp. 80-108.

De suae autem translationis *Exercitiorum* historia ita ipse P. Roothaan in prologo «ad Patres Excrcitiorum spiritualium praecipue studiosos», editioni primae romanae anni 1835 praefixo, scribebat:

«Inde a viginti eoque amplius annis, tum in secessu annuo tum extra illum, evolventi mihi librum Exercitiorum in Vulgata versione latina, dudum inccsscrat desiderium inspiciendi aliquando ipsum textum hispanicum, quo idiomate a S. Parente nostro conscriptum fuisse librum nemo ignorat. Videbam enim duplicem quidem versionem latinam oblatam fuisse censoribus, quibus Paulus III librum antequam illum apostolica auctoritate approbaret, examinandum commiserat, et utramque, *ne vocula quidem mutata*, probatam fuisse, ut habet Orlandinus noster Hist. Soc. lib. VIII, n. 1, utque ex his, quae in omnibus fere libri editionibus extant, summorum illorum virorum testimoniis comprobatur; at ex duabus illis versionibus eam fuisse selectam ac typis editam, quae latinior visa erat et sensum potius sensui reddebat, omissa altera, quae verbum pene verbo reddiderat. Videbam subsequentibus temporibus, auctoritate V. congregationis generalis, eamdem illam versionem rccognitam et cum Autographo hispanico collatam, variis in locis, quae obscuriora videbantur, fuisse notis aliquibus adjectis seu illustratam seu emendatam. Videbam eosdem Patres, qui vcrsioni Vulgatae cum Autographo conferendae praefuerant, non dissimulasse alia quaedam praeterea se reperisse quidem, sed quod minoris momenti visa essent, praetermisisse. Haec omnia, et quod aliqua etiamnum obscuriora viderentur, fortasse ex hispanico dilucidanda, et praesertim (hanc mihi veniam date) peculiaris quaedam erga S. Patrem rcsque ejus omnes reverentia ac devotio, desiderium ardens cognoscendi ipsum S. Patris textum excitaverant.

»Itaque cum paucis abhinc annis hispanicum exemplar diu frustra quaesitum nactus tandem essem, eo laetus uti coepi illudque legere cupidissime atque attentissime. Inde inter ipsum annuum secessum iterum iterumque librum textu hispanico meditate volvens atque revolvens, deprehendi scilicet non pauca, quae mihi quidem notatu dignissima esse videbantur, et sive ad majorem perspicuitatem, sive ad majorem spiritus unctionem, non mediocriter conferre possent. Ergo quae observaveram, cum sedulo adnotare coepissem, et cum quibusdam Patribus in exercitiis spiritualibus studiosius versatis communicassem, his etiam digna videbantur, quae non ignorarentur a nostris; ne minutis licet illis, pretiosissimis tamen, tanti thesauri particulis, quae in Vulgata versione excidisse, et quodam modo deperditae jacere videbantur, nostri passim carerent.

»Ac primum quidem non alia mens erat, nisi ut praecipua quaedam in nova Exercitiorum editione, adjectis adnotatiunculis designarentur. Scd cum in rerum notandarum selectu saepe haereret animus, et illa etiam recurreret identidem cogitatio, quod fortasse ea, quae mihi fere

nullius viderentur momenti, aliis majori instructis lumine, non inutilia nec negligenda videri possent; in illud demum consilium deveni, ut quam fieri posset maxime litteralem versionem totius libri adornarem, ex qua illud etiam nasceretur commodi, quod illa nativa simplicitas ac simplicitatis socia unctio, quae sanctorum non sensa modo sed et verba comitari solet, conservaretur facilius, et a legentibus seu meditantibus potius (nam meditate legi totum hunc librum omnesque ejus partes necesse est) aliquo saltem modo etiam in versione percipi posset.

...»Quo vero accuratius in eo ac certius progrederer, hispanica libri editione quacumque non contentus, eo usus sum exemplari, quod antiquissimum ms. in hoc romano archivo nostro asservatur, et in cujus margine variis in locis correctiones aliquae ipsa S. P. manu notatae conspiciuntur [1]. Adhibui item et cum Autographo hispanico perpetuo comparavi antiquam versionem latinam pariter ms., fere quidem et ipsam litteralem.»

Haec praeter alia P. Roothaan, e quibus verbis constat quale ipsi consilium fuerit in adornanda hac translatione quibusque subsidiis usus sit. Illud in ejus eximiam laudem adjicere nobis liceat, quod magnam sine dubio diligentiam nec sine singulari fructu adhibuit tum in discenda lingua hispanica, tum in sententiis verbisque S. Parentis interpretandis. Cujus rei signum est insignis existimatio et observatio, qua floret, et frequentissimus usus, quo valet ejus translatio etiam apud linguae hispanicae peritos.

§ 2. Correcta in quarta editione romana anni 1852

Neque putavit homo laboris et *Exercitiorum* amantissimus, suum opus ita jam inde ab initio perfectum, ut nulla emendatione indigeret. Itaque si quartam romanam editionem, quae postrema fuit vivo auctore, cum prima comparaveris; non magnum certe, aliquod tamen discrimen videbis, quo plerumque melior translatio redditur.

Prius tamen quam de his praefamur, scrupulum quemdam liceat ex animo evellere. Jamdiu enim de Ignatiano *Autographo* ita loquimur, quasi praeter exemplum illud ex quo phototypica editio anno 1908 educta est, aliud jamdiu non exstaret vel Patri Roothaan praesto non fuisset. Nihilo secius dubium forte est, sitne usus P. Roothaan ad hanc versionem adornandam nostro *Autographo* hispano an alio. En dubitandi rationes. Habemus in manibus epistolam P. Josephi Fondá, S. J., quam scripsit Palmae, in insula Balcarium maxima, die nona Januarii anni 1873. In his litteris ait ille, sibi, anno 1837 Romae commoranti,

---

[1] In ed. 4.ª romana addit: «Atque hoc ipsum est quod a Congregatione V *Autographum* vocatur. Nam exemplar manu propria S. Patris totum exaratum ne tunc quidem exstabat. Certe repertum non fuit.»

a P. Roothaan commissam editionis *Exercitiorum* hispanae curam; in hac autem editione adornanda usum se esse *Autographo* hispano, de quo adhibendo ait: «En quanto a la ortografía, me ví muchas veces muy atado; por ejemplo, encontraba *ca* en lugar de *porque*, y otras veces *porque* en su misma significación. Consultándolo con nuestro Padre, me dijo que una vez que había esta variación en el texto, podía escoger la palabra que quisiese, poniendo siempre una misma: yo me fijé, pues, en *porque*, y lo mismo hice en otras palabras.» Haec P. Fondá in sua epistola. Atqui in nostro *Autographo* ne semel quidem legimus particulam *ca*.

Deinde in exemplo quodam illius editionis, a P. Fondá adornatae, scripsit P. Joachim Medina, S. J., cujus erat illud exemplum, annotationem qua testatur, sibi a P. Roothaan ostensum esse autographum *Exercitiorum* «escrito todo de letra del P. Polanco». Nec tamen in nostro *Autographo* quicquam est quod Polanci manum referat.

Denique ipse P. Roothaan in notatione nona de spiritibus dignoscendis in prima hebdomade dicit: «*Ne in aliena domo nidum ponamus*... Antiqua versio *ms.* legit in hispano pro *casa*, quae vera est lectio, *cosa*, et sic expressit, *ut in nulla re aliena quiescamus*» [1]. Cum dicit veram lectionen in *Autographo* esse *casa*, aut significat revera ita legi in *Autographo*, aut ita legi debere, etiamsi non legatur: si primum, valde probabile fit, illum alio exemplo *Autographi* usum esse, nam in nostro clare scriptum est *cosa;* sin alterum, nihil inde hac de re colligere possumus.

Item ad finem secundi puncti exercitii primi in prima hebdomade haec subnotat: «In *Autographo* habetur comma (,) post illa: *per intellectum:* ut adeo istud, *magis particulariter*, referri videatur ad applicationem voluntatis.» Jam vero difficile non erat videre in nostro *Autographo* illud comma (,) esse transverso calamo deletum.

Mira sane res illa esset, praesertim cum alius *Autographi* vestigia prorsus evanuerint. Ast nonne hoc quoque miraris, quod ex duobus *Versionis primae* exemplis non nisi unum viderit? Atqui hoc ita fuisse tantum non certum putaveris, ut paulo ante exposuimus.

Re vera, si testimonia PP. Josephi Fondá et Joachimi Medina vera omnino narrarent, nullum esset dubium, quin illud autographum, de quo ipsi loquuntur, a nostro diversum esset. Collata nihilominus editione illa hispana anni 1837 cum nostro Autographo, ita utriusque textum reperimus convenire, ut discrimina nulla sint praeter illa, quae ad priscam singulorum quorumdam verborum formam pertinent. Aliunde vero non solum a tempore Patris Roothaan, sed inde a saeculo decimoseptimo de uno tantum exemplo *Exercitiorum* autographo, seu a S. P. Ignatio multis locis emendato, mentionem faciunt *Index secre-*

[1] P. 174, ed. 4.ae romanae.

tioris archivi Societatis et *Syllabus scripturarum* [1]. Suspicamur igitur dictum P. Fondá (qui aetate provectus, et post annos 36 testimonium ferebat codicis a se inspecti) ita intelligendum esse, ut illud *ca*, quod dicit se invenisse in suo autographo, non ad verbum, sed tamquam exemplum extemporale priscorum vocabulorum proponatur, quibus ipse recentiorem formam dederit, id quod non perpetuo certe, at frequentissime fecit, si nostro *Autographo* usus est.

Liceat etiam in dubium revocare Patris Medinae testimonium circa Patris Polanci scripturam; nam etsi in exercitiis tradendis eximius ille extiterit, non ita in antiquorum Societatis hominum scripturis dignoscendis versatus est, ut certum ex ejus verbis argumentum statuere possimus.

Sed jam emendata quaedam videamus. In annotatione decima quinta dixerat Roothaan in prima editione, *Vulgatam* sequutus: «ad paupertatem ejusve promissionem»; rectius, putamus, in quarta: «ad paupertatem neque ad promissionem [aliquam]». Nam illud «ejusve» non est in *Autographo*, videturque Ignatius moderatorem exercitiorum monere, ne cujuscumque promissionis faciendae neve auctor neve adjutor sit.

In annotatione duodevicesima melius respondet ignatianae sententiae «ordinem [dando] confitendi», ut est in quarta, quam «praescribendo ut confiteatur» quod erat in prima editione.

Non idem dicendum putamus de illa declaratione addita ad vocem «ingenio», in annotatione undevicesima. In prima editione scripserat tantum «ingenio polleat», quod respondet adjectivo «ingenioso». At in nova vocabulo «ingenio» subjunxit «[vel industria ad mechanica]». Certum est voci hispanae «ingenioso» hanc etiam significationem subesse; ne tamen illam hoc loco sic interpretemur, vetat, nisi fallimur, contexta oratio. Ut enim Pater ipse Roothaan monet, agitur in hac annotatione undevicesima de iis hominibus, qui, si per ea negotia liceret, quibus distinentur, exercitia facturi essent «eo modo, qui dicitur in sequenti annotatione vigesima». Atqui hujusmodi homines, ex mente verbisque Ignatii, quantum fieri possit, aut litteris jam eruditi doctrinaque imbuti, aut «ejus aetatis atque ingenii» esse debent, «ut ad ea aliquando pervenire posse» videantur [2]. Quam multi vero sunt homines, ad res mechanicas in primis industrii, qui hoc minime pollent ingenio.

Optima declaratio est in quinto puncto secundi exercitii primae hebdomadis verbo «animalia» et iis quae antecedunt addita.

Probandam quoque ducimus formam compositam «futurus esset» in meditatione de tribus binariis, binario secundo, pro simplici «esset» positam, etiamsi ab hispano «fuese» recedere aliquantulum videatur.

Mutavit etiam P. Roothaan locum in extrema notatione post pri-

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal*, IV, 57.

[2] *Di.* c. I, n. 7.

mam contemplationem tertiae hebdomadis: ubi dixerat «in meditatione de binariis», nunc ait «in meditatione de duobus vexillis». In *Autographo* (opportune id in ima pagina monet P. Roothaan) librarius lapsus est scribens *de duobus binariis* «binarii enim non duo sunt, sed tres». Utrum vero emendatio esse debeat *de duobus vexillis* an *de tribus binariis*, anceps quaestio est. Inclinat tamen animus, ut dicendum existimemus *de tribus binariis*. Vide notationem in tertia hebdomade huic loco *Autographi* subjectam.

In contemplatione ad amorem, puncto primo, circa finem dixerat prius «amorem tui» ut *Vulgata* habet; idque rectius et clarius putamus quam «tuum amorem» ut in quarta editione dixit. Quamvis enim primo intuitu verba «tuum amorem» pressius quam «amorem tui» respondeant hispanicis «vuestro amor»; sensus tamen Ignatianus, a quo nullo pacto recedere voluit P. Roothaan, clarius latine exprimitur per verba «amorem tui»; videtur enim significare «amorem erga te».

Denique magni momenti est correctio regulae duodecimae ad sentiendum cum Ecclesia; nam prior illa translatio «debemus attendere» etc., nullo modo referebat hispanam sententiam, quam rectissime posterior illa «debemus cavere» exprimit.

§ 3. Hujus editionis ratio

Quoniam quidem auctoris monumentum ms. non habemus, editionem primam recudimus, ita tamen ut quartae editionis romanae praecipua emendata in infimis paginis ponamus. Atque «ut primo statim intuitu appareat, ubi quibusve in vocibus aliquod habeatur a versione vulgata discrimen, voces hujusmodi, plures, pauciores, distincto charactere expressas videtis. Si quid interdum vel ad sensus plenitudinem vel ad dubiae significationis vim conservandam necessario visum fuit textui latino inserendum, id uncinis inclusum reperietis» [1]. Has sibi Roothaan leges imposuit, ut est in ejus praefatione, quas nos etiam religiose observandas duximus. Quae igitur in quarto textu *Exercitiorum* uncinis continentur, ipsius Roothaan, in reliquo volumine nostra sunt.

Reliquum est, ut magnas illis gratias agamus, majores etiam habeamus, qui opera et consilio nobis animum, vires, opem ad hanc editionem praeparandam attulerunt. Eos quidem omnes hic nominare infinitum esset, nec tamen silentio praeterire licet P. Marianum Lecina, S. J., cujus assidui labores et industria in nostris *Monumentis* parandis atque in hac etiam *Exercitiorum* editione adornanda diu versata sunt. Vigilias

[1] In prologo ed. romanae, 1852, p. XIV.

vero P. Ottonis Braunsberger, S. J., studium et benevolentiam singularem, quibus *Monumenta Historica Societatis Jesu*, maxime vero hanc etiam *Exercitiorum* editionem complexus est, facile perspicies, si hujus voluminis notationem historico-criticam, codicem B. Fabri coloniensem, alia complura ipsi magna ex parte deberi cognoveris. PP. Petro Tacchi Venturi et Ferdinando Tournier, praeter alia amantissimae voluntatis officia, illud etiam debemus, quod vaticanum *Exercitiorum* exemplum, a P. Tachi Venturi in codice quodam Reginae inventum et a P. Tournier fere jam paratum, nobis edendum liberaliter tradiderunt. Liceat denique grati animi testimonium reddere perpetuis nostrarum lucubrationum fautoribus, Patribus S. J., Francisco Ehrle, Achilli Gerste, Camillo Beccari et Henrico Watrigant.

Deus O. M. pro summa in omnes, maxime vero in eos, qui ejus amoris causa tantum laboris susceperunt, liberalitate, erit omnium remunerator eximius.

In Collegio Chamartinensi «de Nuestra Señora del Recuerdo», Matriti, die festo Sanctissimi Cordis Jesu, septimo Junii anni millesimi nongentesimi duodevicesimi.

DE LINGUA LIBRI EXERCITIORUM

Cum Ignatius lingua castellana, a prima saltem adolescentia, ineunte saeculo decimo sexto, didicerit, *Exercitia* vero, ut supra, c. II, ostendimus, in ipsa juventute exararit; facile intelligitur, linguam *Exercitiorum* linguae temporis illius similem esse debere. Eadem lingua castellana utebatur plerumque Ignatius Barcinone; aliqui enim catalaunici testes, et catalaunice loquentes, in canonizationis processibus, si verba Ignatii afferunt, castellana proferunt [1].

Fieri certe non potuit, quin Ignatius, compluribus regionibus obeundis, aliqua linguarum catalaunicae, gallicae, italicae elementa imbiberet, quibus addenda latina est, quam studiorum causa didicit, et euzkerica (vasconum lingua), quam cum lacte nutricis hausisse, verisimillimum est. Semel invenitur haec lingua in *Monumentis historicis Societatis Jesu* adhuc in lucem editis, idque in epistola Araozii ad S. Ignatium [2].

Sed nos, aliis relicta cura aliarum linguarum vestigia inquirendi, quae in libello *Exercitiorum* impressa forte jacent, nonnihil de *Autographi* lingua hispana dicemus, in usum maxime illorum quibus haec lingua familiaris non est; ut si quando sententiae alicujus aut vocis vim et proprietatem vestigare cupiant, aliquid exinde lucis capere possint. Neque enim plenam tractationem, sed capita quaedam tantum indicare intendimus.

Duo igitur praestabimus: primum aliqua in universum notabimus, quae Ignatii dicendi modum attingunt; deinde *Glossarium* dabimus eorum vocabulorum, quae formam prae se ferunt diversam ab illa, quae in lexicis et apud grammaticos plerumque notatur. Omisimus tamen fere illa, quae a consuetis vocibus nulla re differunt nisi antiqua zeta hispana (zedilla, ç), cui semper respondet littera *c* ante vocales *e* et *i*, et *z* ante *a*, *o*, *u*. Neque omnia illa putavimus enumeranda, in quibus litterae *u* et *v* permutantur.

At voces quaedam sunt, de quibus Ribadeneira: «Habet enim hoc

---

[1] Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, 634, 640.
Epist. Mixtae, I, 197.

[exemplar Exercitiorum hispanum] vocabula quaedam vel impropria vel inusitata in lingua hispanica, et quasi inventa a cantabro vel ab eo, qui ob verborum vel proprietatis illorum penuriam, mentis conceptibus voces ex lingua latina hispanice desinentes accommodabat; quale est illud in secunda annotatione *illucidado*» [1].

Ne tamen nimium extendas latinorum vel barbarorum verborum numerum, non pauca ex variis auctoribus collegimus, quae illi fortasse aut ex consueto civium suorum sermone derivarunt, aut ex analogia procuderunt; quidni ergo etiam Ignatius? Etsi certum putamus, aliqua ex latino nata esse.

Quoniam vero difficile est interdum definire, utrum aliqua *Exercitiorum* vocabula archaica sint, an ex latina vel italica vel etiam catalaunica gallicave lingua procedant; titulum primae *Glossarii* columnae praefiximus «Forma in Exercitiis», cui in altera «Consuetam» opposuimus.

ARTICULUS I

DE LINGUA EXERCITIORUM IN UNIVERSUM

1. *Singulorum vocabulorum scriptura* in *Exercitiis* a nostra interdum non parum discrepat.

Ponitur *c* pro *a*, *i*, *o*: *cámera*, f. 5; *edeficio*, f. 61; *escuridad*, f. 49v; *escurecido*, f. 53; pro *cámara*, *edificio*, *oscurecido*, *oscuridad*. Item *i* pro *e*: *eligir*, f. 23; *incarnación*, f. 18v; *impresa*, f. 55; pro *elegir*, *encarnación*, *empresa*.

Item *o* pro *u*: *sotilezas*, f. 56; *complir*, f. 37; pro *sutilezas*, *cumplir*; *u* pro *o* et pro *a*: *dispusición*, f. 57; *truxo*, f. 56v; pro *disposición*, *trajo*.

Item *i* pro *j*, *y* pro *i*: *iurando*, f. 8; *reyr*, f. 15; pro *jurando*, *reír*.

Aliae consonae pro aliis etiam inveniuntur: *x* pro *j* frequentissime: *z* pro *c*, *s* pro *z*: *diziendo*, f. 46v; *cresca*, f. 56v; *paresca*, f. 59v; pro *diciendo*, *crezca*, *parezca*.

Consona *rr* duplex ponitur initio vocabulorum: *rramos*, f. 47; pro *ramos*.

In mediis verbis omnes fere consonantes saepissime duplicantur, praesertim si duplex illa consona reperitur in voce latina. Hinc illa; *occupe*, f. 34; *affecto*, *colloquio*, *cómmodo*, *innocente*, etc. Et ex falsa analogia, etiamsi alteram consonantem origo vocis respuat: *neccessario*, f. 27; *opperación*, f. 1; *dessorden*, f. 24r et v.

Frequentissime quoque sunt nexus consonantium aliarum inter se, quae nostro tempore in desuetudinem abierunt: *subtil*, *distincto*, *aug-*

[1] In fragmento epistolae, quod in fronte editionis phototypicae *Autographi* positum est.

mento, *condemnado*, *proprio*, *escripto* etc. pro *sutil*, *distinto*, *aumento*, *condenado*, *propio*, *escrito*.

Contra, sed rarius id quidem, evanuerant eo tempore consonae quaedam, quae jus suum postea reeuperarunt: *distratiua*, f. 56v; *perficionarse*, 27v; *satisfación*, f. 16v; *ynorancia*, f. 12; pro *distractiva*, *perfeccionarse*, *satisfacción*, *ignorancia*.

Aspirationis littera *h* plerumque invenitur ubi latina aut graeca origo illam postulat: *atrahe*, f. 27v; *cáthedra*, f. 22v; *pharisco*, f. 46, pro *atrae*, *cátedra*, *fariseo*. Contra omittitur in aliquibus vocibus, quibus deinde restituta est: *auer*, f. 3v; *desonor*, f. 5v; *exorta*, f. 44v; pro *haber*, *deshonor*, *exhorta*.

Q pro *c* fere semper ponitur in syllaba *cua*, itaque *quales*, *quando* etc. pro *cuales*, *cuando*, etc.

S liquidum passim: *sciencia*, *spacio*, *staudo* etc. Ponitur etiam *s* in mediis vocibus, quae nunc sine illa littera seribuntur: *acaescer*, *aborrescimiento*, ete,, pro *acaecer*, *aborrecimiento*, etc.

Caeterum omnis illa seribendi ratio erat fere communis exeunte saeculo deeimo quinto et ineunte decimo sexto; imo partim multo diutius perseveravit. Complura exempla invenies supra, in e. III, art. II, ubi de fontibus *Exercitiorum* externis egimus.

2. Communes quoque erant voeabulorum *formae* quaedam.

Adjeetivum *Santo*, praepositum nomini proprio, ultimam syllabam retinebat. *Sancto Andres*, f. 25, *Sancto Augustin*, f. 59; pro *San Andrés*, *San Agustín*. Idem aeeidebat ultimae litterae numeralium ordinis *primero* et *tercero*: *primero capítulo*, f. 44; *tercero pecado*, f. 11, pro *primer capítulo*, *tercer pecado*.

Oceurrit etiam saepe forma, quae est et apud S. Ignatium in pronomine personali, *comigo* pro *conmigo*, f. 17.

Ex arehaica verborum conjugatione non pauea in *Exercitiis* remanserunt.

Iterata voealis in verbis *seer* et *veer* [1], pro *ser* et *ver*, ff. 2, 35, 50, 59v, 60v.

Gerundia eum littera voeali *e* pro *i*: *veniendo*, ff. 10v, 34v, 42v; *deziendo*, ff. 17, 42v; *seruiendo*, f. 19; *arepentiéndose*, f. 27; *seyendo*, f. 31; *vestiéndole*, f. 49; pro *viniendo*, *diciendo*, *sirviendo*, *arrepintiéndose*, *siendo*, *vistiéndole*. Item gerundia eum voeali *o* pro *u* in *dormiendo*, ff. 42v, 45; *podiendo*, f. 49; pro *durmiendo*, *pudiendo* [2].

Ejusdem generis sunt *aduertamos*; f. 1v; *sentió*, f. 41v; *conuertió*, f. 43v; *bestiéronlo*, f. 49; pro *advirtamos*, *sintió*, *convirtió*, *vistiéronlo*.

---

[1] *Gramática de la Lengua castellana*, por D. Andrés Bello, cum annotationibus a D. Rufino José Cuervo additis. París, 1908, n. 583; *Gramática de la Lengua castellana por la Real Academia Española*. Madrid, 1917, nn. 103 b, et 142, annot. 1.

[2] *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

His vero contraria sunt *aduirtiremos*, f. 14v; *sintimos*, f. 24v, pro *advertiremos, sentimos* [1]. His simile *inquira*, f. 24; pro *inquiera*.

Nota etiam formam praeteriti perfecti indicativi in secunda persona plurali, *prendistes* pro *prendisteis* [2]; imperativum *quitá*, pro *quitad* [3]; f. 42v, subjunctivum *caya*, pro *caiga* [4], f. 9v; *perdonáredes*, pro *perdonareis* [5], f. 51.

Verbum infiniti modi et illi adjunctum pronomen personale tertiae personae, quod per litteram *l* incipiat, ita contrahuntur: *derrocalle*, f. 3; *lançallos*, f. 27; *abello*, f. 48v; *sacalla*, f. 51; pro *derrocarle*, *lanzarlos*, *haberlo*, *sacarla* [6].

Imperativi secunda persona pluralis et additum illi pronomen personale, inceptum quoque per litteram *l*, ita copulantur: *daldo*, f. 45v; *oylde*, f. 46v; *desataldos* [7], f. 47; pro *dadlo*, *oídle*, *desatadlos*.

Praepositio *de* cum pronomine personali tertiae personae et cum demonstrativo *ello* etc. in unam vocem coalescunt: *dellas*, f. 5v; *dello*, f. 22 etc. pro *de ellas*, *de ello*.

Particula *quier* repetita saepe occurrit, v. g. in f. 25v *quier diuino*, *quier humano*, respôndetque latinis *sive*, *sive*. Semel, in f. 4v, non repetitur, sed conjungitur cum particula *o* ejusdem significationis: «Al que estuviere embarazado en cosas públicas o negocios conuenientes, quier letrado, o ingenioso» i. e. *quier letrado*, *quier ingenioso*.

3. In *constructione* sunt etiam aliqua notatu digna.

Articulus definitus el, la (in plurali *los las*) 1.°, omittitur interdum post adjectivum plurale *todos:* «todas partes inferiores», f. 16, «todos hombres christianos» f. 17, pro *todas las partes inferiores*, *todos los hombres christianos;* 2.°, modo exprimitur modo omittitur, non mutata significatione: «según subyecta materia», f. 10v; «según la subyecta materia» f. 30v; «traer en memoria», f. 10v; «trayendo a la memoria», f. 11; 3.°, frequenter exprimitur ante pronomina possessiva substantivis nominibus aut adjectivis praeposita: «en la su criatura», f. 4v; «la su diuina y suma bondad», f. 5 etc., id quod etiam nunc multis in locis a plebe usurpatur.

Verba activa omittunt identidem accusativum seu complementum directum: f. 13, «para que aboresciendo» i. e. *aborreciéndolo;* f. 17v «que el subyecto humano no podrá tolerar» intellige *la penitencia*. Hinc omissio pronominis reflexivi: f. 9v, «para conseruar en aumento

---

1 *Gram. Cast*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.
2 Ibid., n. 609.
3 Ibid., n. 614.
4 Ibid, *Notas*, p. 83.
5 Ibid., n. 608.
6 Ibid., n. 616.
7 Ibid., n. 615.

de gracia» est *para conservarse;* in f. 35v «en leuantando» pro *en levantándose.*

Sed de gerundiorum usu (quae forma verborum est) aliquanto fusius dicendum.

Gerundium hispanum est verbi forma, quae per *ando* vel *iendo* finitur. Simplex una voce constat, v. g. *discurriendo:* compositum coalescit ex gerundio *habiendo*, verbi *haber*, et ex participio praeteriti cujuscumque verbi, v. g. *habiendo discurrido.*

Gerundium simplex significat tempus, quod aut idem est atque tempus verbi, cui gerundium adjungitur, aut aliquantulum illud praecedit [1], v. c. «Dios habita en las criaturas, en los elementos dando ser» etc. f. 37, et alibi passim in *Exercitiis* ignatianis. «En comulgándolos desaparesçió», f. 50v.

Gerundium compositum actionem significat, quae principis verbi actionem longiore tempore anteierit [2]. Hujus gerundii compositi exemplum nullum est in libro *Exercitiorum*, nisi forte in f. 9v «estando más bien confesado», si *estando* sumitur pro *habiéndose.*

At recte et freqüenter Ignatius usurpat formas illas, quae hispane quoque gerundiis compositis substituuntur. Sunt autem illae formae: 1.°, participia passiva seu praeteriti, «acabada la oración», f. 39v, *finita oratione;* «oýdo de las mugeres», f. 50v, *audito a mulieribus;* 2.° *Después de*, sequente eodem participio, «Después de considerado», f. 39; 3.° *Después de* cum verbo infinito, «después de auer comido el cordero pascual», f. 30; 4.° *Después que* cum verbo finito, «después que así he discurrido», f. 28v. N. B. Formas tertiam et quartam coordinat inter se Ignatius: «Después que Adán fué criado en el campo damasceno... y [después de] Eua ser criada de su costilla», f. 11.

Gerundii simplicis usus frequentissimus est in libro *Exercitiorum.* Ac saepe quidem recte et usitata ratione, sive ad subjectum sive ad objectum, ut ajunt, referatur. Cf. e. c. annotationes secundam, tertiam, quintam, sextam, septimam etc. Item «en leuantándose» f. 6, «en amanesciendo» f. 20v, «en despertándome», «en acordándome» f. 21 etc.

Gerundium simplex exprimit apud Ignatium, sicut apud alios auctores, modum, v. c. «El hombre le da oýdo, haziendo alguna mórula o rescibiendo alguna delectación», f. 7v; conditionem, «Yo quiero... imitaros en passar... toda pobreza así actual como spiritual, queriéndome vuestra sanctíssima maiestad elegir y recibir en tal vida y estado», f. 17v; tempus, «entrando en el monumento, vió solos los paños» f. 50v; causam, «no se queriendo los ángeles ayudar con su libertad para hazer reuerencia y obediencia a su Criador y Señor, veniendo en superbia, fueron conuertidos de gracia en malicia, y lançados del cielo al infierno», f. 10v.

---

[1] *Gram. Cast.* Bello-Cuervo, n. 446.

[2] Ibid., n. 713.

Sed in his omnibus ita gerundium construitur, ut cum reliqua oratione seu cum verbo principe facile conjungatur. Alias vero S. P. Ignatius in hujus formae usu a consueta ratione ita recedit, ut per gerundia orationem suam pingue quiddam et peregrinum sonantem faciat, idque compluribus modis:

1.° Gerundium simplex usurpat Ignatius pro composito, vel, si mavis, adhibet gerundium simplex, ubi exspectabas compositum aut formam composito respondentem; f. 31: «Y después que tres vezes hizo oración al Padre y despertó a sus tres discípulos, y después que a su voz cayeron los enemigos, y Judas dándole la paz, y San Pedro derrocando la oreja a Malcho, y Xpo. poniéndosela en su lugar»... pro *y después que Judas le dio la paz, y San Pedro derrocó la oreja a Malcho, y Xpo. se la puso en su lugar*, etc. Etiam in mysteriis vitae Christi, f. 47 «acabada la cena y cantando el himno» pro *cantado* vel *habiendo cantado*, id quod latine est *hymno dicto*.

2.° Ponitur saepe gerundium simplex pro verbo infinito: «Discurrir más en particular con el entendimiento, y consequenter mouiendo más los afectos con la voluntad», f. 11; «esforçarme a doler, tristar y llorar, y así trabaxando por los otros puntos que se siguen» f. 30v; «Quarto exercicio es resumiendo este mismo tercero», f. 13.

3.° Gerundium simplex usurpatur pro verbo personali: «Lo que hazen las personas diuinas, es a saber, obrando la santíssima encarnación etc. y asímismo lo que hazen el ángel y nuestra Señora, es a saber, el ángel haziendo su officio de legado, y nuestra Señora humiliándose y haziendo gracias», f. 18v, quibus locis idem significare S. P. Ignatius videtur, ac si diceret, *obran* vel *cómo obran la santísima encarnación, el ángel hace su oficio de legado, y la Virgen se humilla y hace gracias*.

Hujusmodi gerundiorum usus peregrinus quidem est; at locis quibusdam celeritatem quamdam orationi tribuit, cujus ope totam simul rem quasi ob oculos praesentem ponit. Neque id valde mirum est in eo viro, qui altissimos orationis gradus ascenderat, ad quos qui pervenerunt, res, non unam post aliam, sed complures simul uno intuitu contemplari videntur. Ut autem hanc dicendi formam consulto semper ab Ignatio et propter illum finem esse usurpatam non putamus; sic neque credendum ducimus, id cum semper difficultatis et inopiae causa fecisse. Vide historiam primae contemplationis tertiae hebdomadis, ubi gerundium compositum quidem non usurpatur, sed neque simplex; at eorum loco adhibetur *después de* cum infinitivo, et *después que* cum indicativo; reliqua autem verba ita suis quaeque locis ac temporibus assignantur, ut sine ullis salebris ab initio ad finem oratio decurrat.

Sed de gerundiis satis. Pauca de oratione impersonali et de usu quarumdam praepositionum dicemus.

Impersonalis seu indefinitae orationis verbum saepe habet ante se pro subjecto nomen *hombre*, id quod frequentissimum erat apud anti-

quos hispanos[1]: «Pedir a Dios nuestro Señor lo que hombre quiere» f. 6; «Quanto más hombre quitare de lo conueniente» f. 33; «Quando hombre viniere a pensar» f. 38. Loco hujus substantivi adhibemus nunc pronomen indefinitum *uno*, aut verbo reflexivo utimur.

In *praepositionum* usu haec notamus.

Praepositio *a* ponitur pro *para*, cum ea conjungitur et significat finem: «Debe ser a que me ayude para al fin», f. 26v.

Praepositio *de* interdum desideratur: «Delante vuestra Madre», f. 17v, pro *delante de vuestra Madre*[2]. Invenitur post verba docendi: «Enséñalos de prudencia», f. 45v; incipiendi: «Començó de regar», f. 46; optandi: «desear más de ser», f. 26, pro *comenzó a regar*, *desear más ser*.

Praepositio *en* respondet praepositioni latinae *in* cum accusativo (hic autem usus frequentissimus erat auctoribus Ignatii aequalibus), quibus locis nunc dicitur *a*: «yr en el cielo», f. 52; «vino en el género humano», f. 11; significat causam: «confundido en auerle mucho ofendido», f. 14v, id est *por haberle mucho ofendido*; «en el pecar y hazer contra la bondad infinita, justamente a sido condenado para siempre», f. 11v; finem: «trayendo en exemplo», f. 14v; «seguir aquello que sintiere ser más en gloria y alabanza de Dios nuestro Señor», f. 28v; «vacar en puro servicio de su Padre eternal», f. 22. Interdum omittitur, ubi nunc adhiberi solet: «para me enmendar adelante», f. 15, pro *en adelante*.

4. Postremo loco de *anacoluthis* et *de elliptica oratione* nonnihil addemus.

Incepta constructio non raro omittitur et in aliam commutatur: «Quando nosotros queremos iurar por alguna criatura, en aquel querer nombrar la criatura no nos hace ser tan atentos» etc. f. 8; omittenda erat praepositio *en*. Et in eodem fv: «En hablar para todo lo que es prouecho o es intención de aprouechar al ánima propria o agena o al cuerpo o a bienes temporales, nunca es ocioso.» Superest hic quoque praepositio *en*. In secunda autem annotatione legimus: «Porque la persona que contempla, tomando el fundamento verdadero de la historia... es de más gusto y fructo spiritual» etc. f. 1r et v. Grammaticus dixisset, *toma* vel *siente* etc. *más gusto* etc. «Es mejor que en esta 2.ª semana, a lo menos algunas vezes, no se leuantando a media noche, hazer a la mañana vna contemplación» etc. f. 20v. Aut omittenda erat particula *que*, aut pro infinito *hacer*, modus finitus *haga* usurpandus.

Huc pertinent propositiones hujusmodi: «Si vee al que los rescibe, que está desolado y tentado», f. 2, pro *si vee al que los recibe estar desolado y tentado*.

Elliptica oratio frequentissima est in libro *Exercitiorum*. Itaque

---

[1] *Gram. Cast.* Bello-Cuervo, n. 860.

[2] Ibid., *Notas*, p. 129.

omittitur complementum substantivorum: «composición», f. 13v, pro *composición de lugar;* verborum activorum: «para que aboresciendo» pro *para que aborescièndolo*, f. 13; «el subiecto humano no podrá tolerar», f. 17v, supple *la penitencia*. (Vide supra, n. 3.) Omittuntur verba: «y con esto un avemaría», f. 13, i. e. *decir un avemaría;* et paulo post «y haziendo los mismos tres colloquios», plena constructio esset, *y termine haciendo los mismos* etc. Sunt innumeri ejusmodi loci, neque operae pretium est exempla congerere.

Brevissimae huic de *Exercitiorum* lingua tractationi, liceat notatiunculam apponere. Suspicati quidam sunt, annotationes et fortasse aliquam aliam *Exercitiorum* partem, etiamsi auctorem, quod ad doctrinam pertinet, Ignatium habere sit tenendum, a Polanco tamen esse conscriptas. Suspicionis hujus ratio erat, quod loci illi pulchrius concinnati sint, quam scribere Ignatius soleat. Confer verbi causa perfectam orationem periodicam in annotatione prima.

At firmo fundamento suspicionem illam carere censemus. Nam complura in libro *Exercitiorum* optime conscripta sunt, quae in *Versione prima* eodem omnino modo constructa reperiuntur, quae proinde anno 1541, atque etiam antea, in *Autographo* erant, compluribus igitur annis, antequam Societati Jesu Polancus nomen daret. Ex earum numero rerum est illa ipsa annotatio prima, f. 1, et longior etiam oratio periodica in praeambulo ad considerandos status, ff. 21v-22.

Adde ejusdem Polanci correctionum genus, quas in *Vulgata* et in *Versione prima* vidimus supra; illae enim modo verbum, modo sententiam aliquam singularem, vix totius periodi seu orationis conformationem afficiebant.

Imo correctiones aliquas initio exemplaris hispani *Exercitiorum*, quod est in cod. *Instit. 221* (exemplum Natalis), manu sua scripsit ipse Polancus; at fere in singulis vocibus versatus est; aut enim pro latinis quibusdam v. g. *probabiliter*, *consequenter*, *tamen*, hispanas posuit, aut hispanis, quae parum rectae videbantur, v. c. *illucidado*, *affectando*, *admonir*, alias magis proprias substituit. Unde apparet habuisse quidem in animo Polancum, hispanam linguam *Exercitiorum* aliquantulum polire, sed neque sententiam neque structuram mutare intendisse. Caeterum ab illo ipso suo incepto paulo post initium destitit.

ARTICULUS II

GLOSSARIUM

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
a	para
abarimatia [1]	de Arimatea
abaxo	abajo
abello	haberlo
abezar [2]	avezar
aborrescer, aborresçer	aborrecer
aborrescimiento	aborrecimiento
abortiuo	abortivo
abrebiar, abreuiar	abreviar
absencia	ausencia
abstinentia	abstinencia
abstraydo [3]	abstraído
acaescer, acaezer	acaecer
acceptar	aceptar
acquisita	adquirida
action	acción
addicion, addition	adición
adelante	en adelante [4]
admiratiue	con admiración
admonir [5]	amonestar
adonde [6]	donde
adquerir	adquirir
aduertamos [7]	advirtamos
aduirtiremos [8]	advertiremos
affectada	afectada, aficionada
affectar [9]	afectar
affection [10]	afección, afición
affecto	afecto
affiçionado-a	aficionado-a
agena	ajena
agora [11]	ahora
ahumento	aumento
alabança, alauanza [12]	alabanza
alexar	alejar
aliende [13]	allende
alimpiar [14]	limpiar
alongar [15]	alargar

[1] «Joseph abarimatia», *Lud.*, II, XXXI, VII. (Ut in *Prolegomenis*, supra, sic etiam hic in *Glossario* citamus hoc modo opus Ludolphi Cartusiani, cui titulus *Vita Christi Cartuxano, romançado por Fray Ambrosio.*

[2] «Abezémosnos de consolar los desconsolados», Andrés de Li, *Thesoro de la Passión*, c. IX.

[3] In f. 54 est pro *quitado*. (Quoties in hoc *Glossario* folia citamus, opere nullo assignato, toties intelligimus folia *Autographi* hispani *Exercitiorum).*

[4] In f. 15, l. 7, non in l. 2. Vide supra, art. I.

[5] Hispanum est vocabulum *admonición.*

[6] In f. 22 et alibi.—«Adonde poseerán gozo perdurable», Lud. I, XXXIII, II.

[7] Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

[8] Id., ibid.

[9] Significat, *mover afectos, mostrar afecto, aficionar.* Cf. Nonell, *Ejercicios, Estudio sobre el texto,* Manresa (in Hispania), 1916, p. 188.

[10] «Non me engaña la afección», Fernán Pérez de Guzmán, *Antología de líricos castellanos*, t. I, p. 199. Cf. et *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, p. 79.

[11] «Bien ansí agora», Lud. I, XXXII, III.

[12] Lud. I, XXXVI, III saepe.

[13] «Aliende el mar», Lud. I, LI, IV.

[14] «Alimpia los coraçones», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 85v.

[15] «E pongan remedio sin más alongar», Pedro López de Ayala, *Antol.*, t. I, p. 74.—

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
amaneçer, amanescer	amanecer
ameys	amécis
ancila, ancilla [1]	criada
angelo [2]	ángel
annotacion	anotación
ansi	así
ansimesmo	asímismo
ante [3]	antes
anuntiation	anunciación
apaçible, apazible	apacible
aparencia [4]	apariencia
aparescer	aparecer
appetito	apetito
arrepentiendose [5]	arrepintiéndose
assi	así
assiduamente	asiduamente
assiduo	asiduo
assimismo	asímismo
atraher	atraer
attento	atento
attenuar	atenuar
auer	haber
augmento	aumento
aventura [6]	ventura
aver [7]	haber, adquirir
ay [8]	ahí
aya (no se) [9]	no se haya
ba [10]	va, ve (a verbo *ir*)
baptizar [11]	bautizar
baxa	baja
baxeza	bajeza
baya	vaya
beata [12]	bienaventurada
beatitudines [13]	bienaventuranzas
bedados [14]	vedados
bendixo	bendijo
ber	ver
berano	verano

«Y eras y eras diciendo lo quieren alongar», GONZALO DE BERCEO, *Rimado de palacio*, stropha 121, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 57, *Poetas castellanos anteriores al siglo XV*. Madrid, Rivadeneyra, 1864, p. 429.

[1] «Ancila perpetua», ÁLVAR GÓMEZ DE CIBDAD REAL, in *Dicc. de Aut.*

[2] «Los ángelos auian lleuado el cuerpo de sant Remigio», *Flos Sanctorum* antiq., f. 141v.

[3] F. 37v et alibi.—«Ante que muriese», *Flos Sanctorum* antiq., f. 54.

[4] «El engaño y apareneia», MARIANA, *Hist. de Esp.*, l. I, c. 2. Ita hunc locum citat *Dicc. de Aut.* sub voce *aparencia*, ed. anno 1726. In editionibus *Historiae* P. MARIANA matritensibus annorum 1780, 1783, 1841, 1848, 1854, quas vidimus, legitur *apariencia*.

[5] Cf. *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.

[6] CISNEROS, *Ejercitatorio*, c. XLIII, p. 160 et alibi.

[7] F. 26v et alibi.

[8] F. 15 et alibi.

[9] Latine, *non se gerat*.

[10] In f. 43.—Cf. *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, n. 582 et in *Notas*, p. 88.

[11] «Fueron baptizados», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 146v et LUD. saepe, v. g. l. XXI. Cf. et *Dicc. de la Acad.*, ed. 14ª, 1914, Madrid.

[12] «Aquellos beatos espíritus», PELLICER, *Tr. de Argemis*, in *Dicc. de Aut.*

[13] «La pobreza del espíritu tiene el primer grado entre las otras beatitúdines», LUD., I, XXXIII. 1.

[14] Verbum *vedar* = *vetare*, usurpatur passive, quasi haberet active accusativum personae, in f. 11 «siendo bedados» *cum vetiti essent* [primi parentes]; in f. 12 quasi haberet accusativum rei «dado que no fuese bedado» *dato non esse vetitum* [peccatum].

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
beste	veste
bestieronlo [1]	vistiéronlo
beuer	beber
bibieron	vivieron
biejo	viejo
bisperas	vísperas
blasfemiar, blasphemar [2]	blasfemar
bocacion	vocación
bozes	voces
breue	breve
bulla	bula
camera [3]	cámara
capacydad	capacidad
cathedra	cátedra
caya [4]	caiga
caydo	caído
cayga	caiga
cerca, çerca [5]	cerca de
cessar	cesar
charidad	caridad
circuncission	circuncisión
cobdicia [6]	codicia
cognoscimiento	conocimiento
collige	colige
colloquio	coloquio
comendacion [7]	recomendación
comendar [8]	encomendar
cometió [9]	entregó
comigo [10]	conmigo
commodo	cómodo *seu* provecho
communicacion	comunicación
communicar	comunicar
compassion	compasión
complidamente [11]	cumplidamente
complir [12]	cumplir
complision [13]	complexión
composition	composición
composito	compuesto
conbidado	convidado
conception	concepción
concibiras [14]	concebirás
condemnado [15]	condenado
confessar	confesar
confession	confesión
confussion	confusión
coniectar, coniecturar	conjeturar

[1] *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

[2] Forma in *iar* etiam nunc usurpatur in vulgus.

[3] In *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

[4] *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 83. — «Guárdese no caya», *Lud.*, I, LVIII, II.

[5] In f. 61 et alibi. Vide supra, art. I, et *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 129.

[6] «La lujuria et la cobdicia», Fernán Pérez de Guzmán, *Antol.*, t. I, p. 199.—Lud. saepe, v. g. I, XIV, II.

[7] *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

[8] Ibid.

[9] In f. 49.—«Cometió la guarda de las limosnas a Judas», Lud., II, XXV, V.

[10] «Debe ser comigo dañado para siempre», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 3v.

[11] «Fallo yo muy complidamente», *Castigos e documentos del rey D. Sancho*, c. 84, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo* XV, Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 217.

[12] «Ynábile para la complir», Lud., II, XXXVII, II.—Cf. et *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 81.

[13] «Las maneras et las complisiones de los homes», Don Juan Manuel, *Libro del caballero et del escudero*, c. 34, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo* XV, ut supra, p. 242.

[14] Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

[15] «Condemnar las amarguras de los peccados», Lud. I, XXIII, III.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
coniectura	conjetura
conoscer	conocer
conoscido	conocido
conscientia, conscientia	conciencia
conseqüentemente	consiguientemente
conseqüencia	consecuencia
consexos	consejos
conyectar	conjeturar
conuertio [1]	convirtió
corruption	corrupción
creation	creación
cresca [2]	crezca
crescido	crecido
crudelissimamente [3]	cruelísimamente
crux	cruz
daldo [4]	dadlo
dañados [5]	condenados
de [6]	a
debaxo	debajo
debitamente	debidamente
deciendo [7]	diciendo
defension	defensa, amparo
dél	de él
delante [8]	delante de
deliberacion [9]	elección, resolución
deliberar [10]	elegir
dello	de ello
dellos	de ellos
dempto	quitado, excepto
derrocalle	derrocarle
desataldo [11]	desatadlo
descendir [12]	descender
desmamparar [13]	desamparar
desseo	deseo
dessolacion	desolación
dessonor	deshonor
dessorden	desorden
destas	de estas

---

[1] «Conuertiendo su sermón a los apóstoles», LUD. I, XXXIII, IX. Vide supra, art. I, et *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.

[2] «Cresca en deuoción», LUD., I, XLVIII, IV. Cf. BELLO-CUERVO, ibid., p. 82.

[3] «Muerto crudelísimamente», FRAY LUIS DE LEÓN, *Nombres de Cristo, Monte*, ed. Madrid, 1907, p. 97.

[4] Forma frequens apud LUD. et in *Flore Sanctorum*. — Cf. et *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, n. 615.

[5] «Por mayor tormento de los dañados», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 2v.

[6] In f. 46 «Comenzó de regar». Vide supra, art. I.—«Començó de llorar», LI, *Thesoro de la Passión*, c. IX.—«Se comienza de mover», JUAN DE MENA, apud SALCEDO, *La Historia de la literatura española*, t. I, p. 391, Madrid, 1914.

[7] «E iban deciendo», *Castigos e documentos del rey Don Sancho*, c. 32. *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo XV*, Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 149.—Cf. et *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.

[8] F. 6v.—Vide supra, art. I. — «Delante mí», JORGE MANRIQUE, *Antol.*, t. III, p. 96. Cf. *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 129.

[9] F. 28v.—Cf. *Nonell, Ejercicios, Estudio sobre el texto*, Manresa (in Hispania), 1916, p. 194.

[10] «Cumpliendo lo que había deliberado», LUD., II, VII, VI.

[11] «Desataldo e dexaldo yr», LUD., I, XLIV, II. Cf. et *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, n. 615.

[12] «Descendirás a las puertas de Cesarea», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 126v.—«No decendir biuo», LUD., II, LXV, II.

[13] «Su fijo precioso por mí peccador desmamparado de todo conorte», LI, *Thesoro de la Passión*, c. III, et alias saepissime.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
destruyr [1]	destruír
detubo, detuuo	detuvo
deuer [2]	deber
deuidamente	debidamente
dexar	dejar
deziendo [3]	diciendo
differencia	diferencia
diffinir [4]	definir
diminuyere	disminuyere
displazer	displacer
disposition, dispusicion [5]	disposición
distes [6]	disteis
distinction	distinción
distincto-a	distinto-a
distratiua	distractiva
distribuyr	distribuír
diuerso [7]	diverso, desagradable, incómodo
diuersorio [8]	posada
dixo	dijo
dize	dice
donde [9]	de donde
dormiendo [10]	durmiendo
dubitar	dudar
dyo	dió
dyspuesto	dispuesto
edeficio [11]	edificio
edomada [12]	semana
effecto	efecto
efficazmente	eficazmente
election	elección
eligir [13]	elegir
embiar	enviar
embolver	envolver
emendar [14]	enmendar
en [15]	a
encarcerada [16]	encarcelada
encienso [17]	incienso

---

1 «Nos destruygan», Lud., I, LXVII, V.

2 «Yo que deuría de ser consolada», Gómez Manrique, *Antol.*, t. III, p. 30.

3 «Deziendo que no lo dezía», Araoz, *Epist. Mixtae*, I, 548.—Cf. *Gram. Cast.* Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

4 «Non deuemos diffinir», Lud., II, LXXIX, IV. — Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

5 «De buena dispusición», Diego de S. Pedro, *Antol.*, t. IV, p. 33. — Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, ibid.

6 Terminatio frequens apud Lud.—Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, n. 610.

7 In f. 21 «buenos temporales o diuersos». — «Haziendo milagros, suffrió cosas diuersas», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 2, quo loco exemplar loyolaeum habet *aduersas*.

8 «Retraerse en un diuersorio», Lud., I, IX, II.

9 F. 15 et alibi. V. supra, art. I.

10 Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

11 «Edeficó un lagar», *Castigos e documentos del rey Don Sancho, Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo XV*, Rivadeneyra, Madrid, 1860, p. 150.—Cf. et *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 81.

12 Usurpatur a S. Ignatio in notationibus ad cod. *Exerc. Po.*, et a Lud., II, XXVI, I: «Cumplido el oficio de su edómada.»

13 Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

14 «Emiéndolo con amor», Lud., I, XXXI, VII.

15 V. supra, art. I.

16 «Fué encarcerado S. Juan Baptista», Lud., I, XXV, V.

17 «Granos de encienso», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 22.—Cf. etiam *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 81.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
endereçar, endreçar [1]	enderezar
enflaquezer	enflaquecer
engrossar	engrosar
enuergonçar [2]	avergonzar
enxugar	enjugar
escholastico	escolástico
esclarescer	esclarecer
escripto [3]	escrito
escriptura	escritura
escurecido, escuresçido	oscurecido
escuridad	oscuridad
esparzir	esparcir
espelunca [4]	cueva
essencia	esencia
estaua, estava	estaba
estaban enemigos	eran enemigos
estoruar	estorbar
estropezar [5]	tropezar
estubiere, estuuiere	estuviere
estubo	estuvo
estuviesse	estuviese
eucharistia	eucaristía
examines [6]	exámenes
excesso	exceso
exemplo	ejemplo
exercicio, exercitio	ejercicio
exercitarse	ejercitarse
exercito	ejército
exortacion	exhortación
experientia	experiencia
facultades [7]	posesiones
fauorcscida	favorecida
fee	fe
freqüentemente	frecuentemente
forsan	tal vez
fructo [8]	fruto
gouierna	gobierna
Grabiel [9]	Gabriel
grauedad [10]	gravedad, pesadez
grauida	grávida
guardallos	guardarlos
guya	guía
habitudines	relaciones
hanhelito	anhélito
hasaz	asaz
hazer	hacer
hazienda	hacienda
hechar	echar
hedad [11]	edad
hera	era
herbor	hervor, fervor
hibierno	invierno

---

1 *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª—«Directorio de los exercitios... para endreçar assí al que los da»... Titulus *Directorii granatensis*, infra, *Directoria antiqua*, VIII.

2 «Estuuieron como enuergonçados», *Flos Sanctorum* antiq., f. 172v.

3 «Por escripto pudiese poner»... DON JUAN MANUEL, *El Libro infenido*, c. 25, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo XV*, Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 275.

4 «Vergüença te vergüençe, o espelunca», FRANCISCO IMPERIAL, *Autol.*, I, p. 136.—«El campo donde estaba esta espelunca», SIGÜENZA, *Vida de S. Jerónimo*, l. IV, disc. 11, in *Dicc. de Aut.*

5 «Ocasión de estropeçar», LUD., II, V, II.

6 LUD. habet *crimines*, I, LXXIII, III; *virgines*, I, II, VII; *volúmines*, I, LXXVI, V, pro *crímenes, vírgenes, volúmenes.*

7 In f. 29v.

8 «No es pequeño fructo», LUD., I, XXXVI, V.

9 «San Grauiel», id., I, V, XIV.

10 In f. 23v.

11 «El quinto es de su hedad», LUD., I, XXVII, in summario.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
hierarchica [1]	jerárquica
hierran	yerran
honrra	honra
horden	orden
humiliacion [2]	humillación
humiliarse [3]	humillarse
husar	usar
huyda	huída
hymno	himno
illucidado	ilustrado
illuminacion	iluminación
imagines [4]	imágenes
impresa [5]	empresa
impromptu [6]	inmediatamente
incarnacion	encarnación
incidenter	casualmente
incomodo	desventaja
induzir	inducir
iniuria	injuria
inmediate [7]	inmediatamente
innocente	inocente
inquira	inquiera
inquyetar	inquietar
intelligençia	inteligencia
intento [8]	atento, metido
interesse [9]	interés
interpellantes	intercediendo
introduction	introducción
iuizio, iuyzio, juyzio	juicio
iuntamente	juntamente
iuramento	juramento
iurar	jurar
iusta	justa
iustamente	justamente
iusticia	justicia
labar	lavar
laborar [10]	labrar, trabajar
lançallo, lanzallo [11]	lanzarlo
laudar [12]	alabar
lebantar	levantar
leticia [13]	alegría
leuar [14]	llevar
leuantar [15]	levantarse
lexos	lejos
liberamente	libremente
libero [16]	libre

1 *Hierarchia* est in *Dicc. de Aut.*

2 *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

3 Ibid.

4 V. supra, verbum *exámines*.

5 «Le ayuden en esta ympresa», *Di. Aeg. Gonzalez*, f. 14v (infra inter *Directoria antiqua*, V).

6 «La escritura tan inpromptu», Guevara, *epistola a D. Fadrique Henríquez, Epístolas familiares de D. Antonio de Guevara*, Madrid, 1618, f. 66.

7 «Inmediate trata de las Hiperbóreas», El Comendador Griego in *Dicc. de Aut.*

8 In f. 34.—«Intenta e ocupada en la suauidad»... Lud. I, LXI, I.

9 «Temporal interesse», Lud. I, LXXXVI, III.

10 In f. 37.—*Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

11 «El malo... será... lançado del reyno celestial», Lud., *Proemio*, § VIII.

12 «Lauda comida y bebida», Calderón, *Loa para la 2.ª parte del Auto sacramental «El Santo Rey D. Fernando»*, ed. Madrid, 1760, t. V, p. 231.—«Al rey de los çielos vendeçían et laudavan», *Poema del Conde Fernán González*, stropha 679, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 57, *Poetas anteriores al siglo XV*, Madrid, Rivadeneyra, 1864, p. 410.

13 «Entró con gozo et leticia», Fernán Pérez de Guzmán, *Antol.* t. I, p. 248.—«Gran leticia», Guillén de Segovia, *Antol.*, t. III, p. 152.

14 «Leuaron al Niño», Lud., I, XII, in summario, et alibi saepe.

15 In f. 35v «Luego en leuantando», v. supra, art. I.

16 *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
longura [1]	longitud
llebar, lleuar	llevar
maiestad	majestad
manifesto	manifiesto
mansueto [2]	manso
marabillar	maravillar
memorar [3]	recordar
merescer	merecer
mesmo-a	mismo-a
mesura [4]	medida
miraculosamente [5]	milagrosamente
misericordes	misericordiosos
missa	misa
mixtion	mezcla
moles [6]	muelles
morula	detención muy breve
mucho [7]	muy
muger	mujer
mutable	mudable
my	mi, mío
mysmo	mismo
nascimiento	nacimiento
natiuidad	natividad
natura [8]	naturaleza
nauezilla	navecilla
neccesidades	necesidades
neccessario	necesario
necessidad	necesidad
negligentia	negligencia
nichilo [9]	nihilo, nada
nuve	nube
ny	ni
obedesca	obedezca
obedescer	obedecer
obejas	ovejas
obiecto	objeto
oblica [10]	oblicua
occupe	ocupe
officio	oficio
offrescer [11]	ofrecer
opperacion	operación
opposito [12]	opósito, resistencia
opprobrio	oprobio
orava	oraba
oydo	oído
oylde [13]	oídle
oyr	oír
padescer	padecer
panar [14]	panal

---

1 «Distancia de longura», VENEGAS, in *Dicc. de Aut.*

2 «Cordero mansueto», LI, *Thesoro de la Passion*, c. XL. — «Bienauenturados los mansuetos», id. ibid., c. VII.

3 «Lo pasado memorar», GÓMEZ MANRIQUE, *Antol.*, t. III, p. 74.

4 «Habrían en sí alguna mesura», *Castigos e documentos del rey D. Sancho*, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo XV*, Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 150.

5 «Dios miraculosamente conserve», GRANADA, in *Dicc. de Aut.*

6 Est adjectivum in f. 15v.

7 In f. 57v et alibi.

8 «Redemptor de la humana natura», LI, *Thesoro de la Passion*, c. XXII.

9 «El mesmo nichil», LUD., I, LXXVIII, IX, et alibi; «No se puede fundar en nichilo», id., II, XXXV, V.

10 Ut olim *propinco*, RUY PÁEZ DE RIBERA, *Antol.*, t. I, p. 154; LUD., I, LXXV, V.

11 «Offresce la gloria deste siglo», LUD., I, XXII, IX.

12 «Saliéndoles al opósito un ejército», RIBADENEIRA, *Flos Sanctorum*, *Vida de S. Fernando*, in ed. Madrid, 1716, t. III, p. 341-342.

13 Forma frequens apud LUD. et in *Flore Sanctorum*. Cf. supra, art. I, et *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, n. 615.

14 «Vió en la peña vn panar [de miel]», *Flos Sanctorum*, anni 1568, fol. 228. Frequens forma occurrit in *Flore Sanctorum* antiq.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
parayso	paraíso
parenthesis	paréntesis
parescer [1]	parecer, comparecer, asemejarse
parientes [2]	padres
passado	pasado
passaua	pasaba
passion	pasión
pazes	paces
peccados	pecados
pedir [3]	preguntar
pelliccas	de piel
peresoza	perezosa
perfection [4]	perfección
perficionarse	perfeccionarse
periculosos	peligrosos
periurar	perjurar
peruerso	perverso
peso [5]	balanza
phariseo	fariseo
pobrczito	pobrecito
podiendo [6]	pudiendo
positiua	positiva
posseer	poseer
possible	posible
prendistes [7]	prendisteis
preponer [8]	anteponer
presentia	presencia
probabiliter	probablemente
processo	proceso
prolixamente	prolijamente
promessa	promesa
prompto	pronto
proposita [9]	propuesta
propriamente	propiamonte
proprio-a	propio-a
proseqution	prosecución
prostrado	postrado
prosupuesto [10]	presupuesto
prouar	probar
proximo	prójimo
prueua	prueba
puncto	punto
putridas [11]	podridas
pye	pie
qual	cual
qualquier	cualquier
quando	cuando
quanto	cuanto
quarenta	cuarenta
quaresma	cuaresma
quasi	casi *vel* cuasi
quatro	cuatro
quatuordecima	décimacuarta
querays	queráis
quitá [12]	quitad
reberencia	reverencia
reconoscer	reconocer
reçebir	recibir

[1] «Por parescer la iglesia en algo a su esposo», (id est *asemejarse*), Lud. I, XXII, IV.

[2] In f. 43.—«Me distes parientes cristianos, de los cuales nasciese cristiano», Cisneros, *Ejercitatorio*, c. XXIII, p. 82.—«Fué súbdito de los parientes», *Flos Sanctorum* anni 1568, f. 190v; «S. Rocho... nació... de parientes muy nobles», ibid., f. 247. Nec rarum est in *Flore Sanctorum* antiq.

[3] In extrema annotatione sexta ex viginti primis, f. 2.

[4] «Firmeza y perfectión», Lud., I, XXV, V.

[5] In f. 28v.

[6] *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 81.

[7] Terminatio frequens apud Lud. et Cisneros.

[8] «La obediencia se prepone al sacrificio», Escobar in *Dicc. de Aut.*

[9] In f. 28v «la cosa propósita».

[10] «Lo que escreví fué con prosupuesto que no vbiese ynconviniente», Duquesa del Infantado, in *Lainii Monum.*, V, 605.

[11] «Llaga sórdida o sea pútrida», J. Fragoso in *Dicc. de Aut.*

[12] *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, n. 614. Vide supra, art. I.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
reçeption	recepción
redempcion, redemption	redención
reflectir, refletir	reflexionar
reflitiendo	reflexionando
reglar	regular
repetition	repetición
reprehender [1]	reprender
representacion [2]	presentación
representado [3]	presentado
rescibir	recibir
resollo [4]	resuello
resplandescer	resplandecer
resurrection	resurección
resusçitar, resuscitar	resucitar
retraxosse [5]	retiróse
reuerencia	reverencia
reynar	reinar
reyno	reino
reyr	reír
reys [6]	reyes
rezio	recio
rramos [7]	ramos
rratos	ratos
rrazonar	razonar
rrazones	razones
rriquezas	riquezas
rrodillas	rodillas
ruminar	rumiar
ryo	río
sacalla	sacarla
sacratissimo	sacratísimo
salbar, saluar	salvar
sampuzarse	zampuzarse
sanctidad	santidad
sanctissimo-a	santísimo-a
sant, sancto-a	san, santo-a
sapiencia [8]	sabiduría
satisfacion [9]	satisfacción
sciencia [10]	ciencia
secundariamente [11]	segunda vez
secundario [12]	en segundo lugar
seseer [13]	ser
sensar	sentir
sentio [14]	sintió

[1] «Reprehende a los que se ryen», LUD., I, XXXIII, XI.

[2] In f. 42v.

[3] «Representa al Señor el bendicho fruto de tu vientre», LUD., I, XII, XI.

[4] «Con el resollo de los vientos cayeron [las langostas] en el mar», *Flos Sanctorum* antiq., f. 197.—«Ca resollo de Dios es todo quanto sé», GONZALO DE BERCEO, *Rimado de Palacio*, stropha 1.257, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 57, *Poetas anteriores al siglo* XV, Madrid, Rivadeneyra, 1864, p. 466.

[5] «Retraerse en un diuersorio», LUD., I, IX, II; «Retráxose [la Virgen] a vna cámara», id., I, XV, V.

[6] Quibusdam in locis usurpatur etiamnunc numerus pluralis *bueys* pro *bueyes*.

[7] Olim saepe repetebant litteram *rr* initio vocabulorum. Cf. v. g. *Antol.*, t. I, pp. 108, 109, 110 etc.

[8] «Ayúdame con suma sapiençia», FRANCISCO IMPERIAL, *Antol*, t. I, p. 127.—«Sapiencia de Dios», CISNEROS, *Ejercitatorio*, c. XXXIII, p. 138.

[9] LUD., I, XX, IX, saepe.

[10] «Nunca aprendí nin leí ninguna sciencia», DON JUAN MANUEL, *Libro del caballero et del escudero*, initio, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo* XV, Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 235.

[11] In f. 44.

[12] In f. 26v.

[13] Forma frequens apud antiquos. Vide supra, art. I.

[14] *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79. Vide supra, art. I.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
sepulchro	sepulcro
ser [1]	estar
ser [2]	haber
ser [3]	ser
seruicio, seruitio	servicio
seruidor	servidor
seruiendo [4]	sirviendo
seyendo [5]	siendo
simile [6]	semejante
similitud [7]	semejanza
simplices	sencillos
sinderese (el)	sindéresis (la)
sinificar	significar
sintimos [8]	sentimos
soberuia	soberbia
solito-a	acostumbrado-a
solya	solía
sotileza [9]	sutileza
soys	sois
spacio	espacio
spiritu	espíritu
spiritual	espiritual
sposa	esposa
stando [10]	estando
suasiones [11]	persuasiones
suaue	suave
suauemente	suavemente
suauidad	suavidad
subiection [12]	sujeción
subiecto-a	sujeto-a
substentacion	sustentación
subtil	sutil
subyecto [13]	sujeto
sufficiente	suficiente
suffrido	sufrido
summo-a	sumo-a
superbia [14]	soberbia
suppelectile	ajuar
tabla [15]	mesa de comer
tam	tan

[1] In f. 22 «Siendo él en obediencia a sus padres», et alibi saepe. Item apud Lud. et Cisneros.

[2] Saepe ut auxiliare, f. 11 «es ydo al infierno»; identidem ut princeps, f. 36 «Si no fuere justo impedimento».

[3] Est mera translatio ex latino in f. 42 «El qual es nombrado del ángel», pro *fué nombrado*—«vocatum est ab angelo», Luc, II, 21.

[4] V. supra, art. I, et *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

[5] «Seyendo encerrada», Pedro de Vega, *Vida de Cristo*, in Indice, c. XIX. — Lud. saepe.—Cf. et *Gram. Cast.* Bello-Cuervo, *Notas*, p. 89.

[6] «Por ser las dos tan similes», Lope de Vega, *Arcadia*, 1. 2.°, carmen Galicii. *Bibl. Aut. Esp.*, t. 38, *Obras no dramáticas de Lope de Vega*, Madrid, Rivadeneyra, 1856, p. 72.

[7] «La similitud en el nombre», Ambrosio de Morales, *Corónica general*, t. IV, l. VIII, c. 39, Madrid, 1791, p. 181.

[8] «Los que sintistes», Estrada, in *Monum. Ignat.*, ser. 4ª., II, 61. Cf. *Gram. Cast.*, Bello-Cuervo, *Notas*, p. 79.

[9] «E las sotilezas en él se acaben», Francisco Imperial, *Antol.*, t. I, p. 121.—«Absoluia también las sotilezas e demandas», Lud., I, XV, V.

[10] In f. 46 est utraque forma.

[11] In *Dicc. de Aut.*

[12] «Por çierto la subiecçión | Muncho será peligrosa», Gómez Manrique, *Antol.* t. III, p. 38.

[13] «Estaba subjecto a ellos», Lud. I, XV, IX.

[14] «De superbia y elación | Es el primero camino», Juan Manuel, *Antol.*, t. IV, p. 107.

[15] In f. 46.—«Sentarse a la tabla para cenar», Ginés Pérez de Hita, *Guerras civiles de Granada*, 1.ª parte, Madrid, 1913, p. 133.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
tamen	con todo
temays	temáis
temperancia [1]	templanza
templo [2]	sinagoga
tenpestad	tempestad
terciamente	en tercer lugar
terçero, tercio [3]	tercero
terdecima	decimotercia
terná	tendrá
tetrarcha	tetrarca
theologales	teologales
throno	trono
trabaxe	trabaje
traee	trae
traher [4]	traer
traya	traía
traiendo	trayendo
tranquillo	tranquilo
transgressor	transgresor
tristar [5]	entristecerse
tristar [6]	entristecer
truxesen	trajesen
truxo	trajo
tubiere	tuviere
tubimos	tuvimos
turpisima	torpísima
uia	vía
variar [7]	vaguear
vaxeza	bajeza
vbiera	hubiera
vedar [8]	vedar
vee, veen, vees [9]	ve, ven, ves
vendito-a	bendito-a
vendyan	vendían
veniendo [10]	viniendo
venieron [11]	vinieron
venturo-a [12]	venidero-a
vera	verdadera
verme [13]	gusano
vestiendose [14]	vistiéndose
vexacion	vejación
vezes	veces
vigessima	vigésima
vltima	última
vn, vna, vno	un, una, uno
vndecima	undécima
vngüento	ungüento
vnida	unida
vniuersal	universal
vniuerso	universo
vntado	untado
voluer	volver
voluntarie	valuntariamente
vozes	voces
vsar	usar
vtil	útil

---

1 In *Dicc. de Aut.*

2 In f. 10, l. 16; LUD., I, LXXVI, III (ex LUC. XI, 43) et alibi.

3 «La terçia, como nave está surgida», FRANCISCO IMPERIAL, *Antol.*, t. I, p. 131.

4 «Trahen el nombre», LUD., I, XXXII, II.

5 In f. 30v; alibi usurpat etiam Ignatius *entristarse*, *Monum. Ignat.*, ser. 1ª, I, 91.

6 In f. 52v.

7 In f. 39.

8 V. supra, vocem *bedado*.

9 «Vee a muchos caer», LUD., I, XII, VIII. Vide supra, art. I.

10 «Veniendo caso por qué», GÓMEZ MANRIQUE, *Antol.*, t. III, p. 71. Cf. *Gram. Cast.* BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.

11 «Venieron después dél», *Castigos e documentos del rey D. Sancho*, c. 87, *Bibl. Aut. Esp.*, t. 51, *Escritores anteriores al siglo* XV. Madrid, Rivadeneyra, 1860, p. 223.—Cf. BELLO-CUERVO, ibid.

12 *Dicc. de la Acad.*, ed. 14.ª

13 «Vermes, que son lombrices», *Colección de Libros Españoles raros y curiosos*, t. I, p. 73, Madrid, 1871.

14 Cf. *Gram. Cast.*, BELLO-CUERVO, *Notas*, p. 79.—V. supra, art. I.

FORMA IN EXERCITIIS	FORMA CONSUETA
ydo	ido
ydolatria	idolatría
yglesia	iglesia
ygneos	ígneos
ygual	igual
ylluminatiua	iluminativa
ymagen	imagen
ymaginacion	imaginación
ymaginar	imaginar
ymaginatiua	imaginativa
ymagines [1]	imágenes
ymitar	imitar
ynduze	induce
ynduzgan	induzcan
yniquidad	iniquidad
ynorancia	ignorancia
ynpedimento	impedimento
ynstruyr	instruír
yntenciones	intenciones
yntenso	intenso
yr, yvan [2]	ir, iban

NOTITIA CODICUM [3]

CODICES ALIAS A NOBIS DESCRIPTI

EX PRIMA SERIE MONUMENTORUM S. IGNATII

Codex 1.—*Regest I.* . . . . . Descriptus in vol. I, pag. 27
Codex 6.—*Cod. Rom. II.* . . . » » 33
Codex 7.—*Cod. Rom. III.* . . » » 34
Codex 51.—*Cod. Domenici.* . . » » 51

EX QUARTA SERIE MONUMENTORUM S. IGNATII

Codex 6.—*Memorie varie* . . . Descriptus in vol. I, pag. 20
Codex 23—*Cod. Bruxell. II* . . » » 29[4]
Codex 27.—*Barcin. I.* . . . . . » in vol. II, » XIII
Codex 30.—*Process. beatif. I* . . » » XV
Codex 38.—*Process. beatif. IX* . » » XXI

EX EPISTOLIS P. HIERONYMI NADAL

Codex 12.—*Cod. Vatic. II* . . . Descriptus in vol. I, pag. XL
Codex 56.—*Instit. 221* (antea *Collecta per P. Natalem*) . . . . » in vol. IV, » 1

[1] V. supra, verbum *examines*.
[2] Lud., I, XIII, saepe.
[3] Notandum est, codices infra describendos penes Societatem Jesu esse, nisi aliud quid planis verbis significabitur.
[4] Illis, quae eo loco dicuntur, adde: «ff. 29v-31.» «Traslado de un pliego de mano de N. Pe. Sacado del original, para dar exercicios». (Ex Petro Bouvier, S. J., *Directoire composé par Saint Ignace*, Paris, 1917, pp. 19 et 22).

Codex 58. — *Miscell. de Regulis S. J.* . . . . . Descriptus in vol. IV, pag. 11
Codex 59.—*De rebus. cong. gen. I-V.* . . . . . » » 23
Codex 61.—*Miscell. de Instit. I.* . » » 25
Codex 62.—*Miscell. de Instit. II.* . » » 28
Codex 64.—*Cod. Vatic. I.* . . . . » » 34
Codex 66.—*Cod. Vatic. 4.* . . . . » » 39

EX MONUMENTIS PAEDAGOGICIS

Codex 10.—*Instruct. II.* . . . . . Descriptus in pag. 16

CODICES NONDUM DESCRIPTI

Codex 1

Aut. et *Ve.*—*Autographum* et *Versio prima.*

Exercitia S. P. Ignatii.—Volumen religatum, magnitudinis 0,220 × 0,153, corio virescente compositum auratisque laminis ornatum; primum folium est magnitudinis 0,215 × 0,148. Inscriptio a tergo: «Exercitia | S. P. | Ignatii.»

FF. complectitur 110 numeris signata omnia in parte superiore. His recentius f. praepositum est cum hac inscriptione: «Exemplar hispanicum | Exercitiorum Spiritualium | a S. P. N. Ignatio | Probatum variisque in locis manu propria | Emendatum.»—F. 1r continet fragmentum epistolae P. Ribadeneira; 1v purum.—A f. 2r ad 64r est exemplar Exercitiorum hispanum, quod *Autographum* appellari solet propter locos non paucos S. Ignatii manu emendatos. Incipit ita: «IHS | Annotaciones...»; desinit his verbis: «con el amor diuino. Finis.»

Praeter numerationem in parte suprema paginarum, quam diximus numerat etiam ff. in parte infima, non habita ratione epistolae Ribadeneirae. Itaque superiores numeri 2-64 respondent inferioribus 1-63. Ad hanc inferiorem numerationem refertur ipse codex quoties locum aliquem citat. Haec pars ab initio ad finem scripta tota est accuratissime, una eademque manu. Ea, quae correcta sunt, correxit maxima ex parte ipse Ignatius; pauca ipse scriba emendavit.

Sequuntur 4 ff. recens addita, quorum in primo est hic titulus: «Prima versio latina | Exercitiorum Spiritualium | S. P. N. Ignatii de Loyola.»—FF. 2-4 pura.—Deinde f., in quo ignota manu scripta sunt haec: «in maio anno a natiuitate Dnj. millesimo 541 anno.» Alia insu-

per sparsim et sine ordine notata ibidem sunt, v. g.: «Viola amicus, Antonius Viola» et alia nullius momenti. Deinde Ignatii manu scriptum est: «Todos exercicios breuiter en latín», et alia manu: «1541. Exercitia Spiritualia» et signum codicis antiquum «VIII-7».—Sequitur *Versio prima Exercitiorum* usque ad f. 108. FF. 109-110 pura. Etiam haec pars conscripta tota est una eademque manu, ab omnibus praecedentibus diversa, non adeo accurata ut illa, qua scriptum est *Autographum* hispanum, quae praeterea versus finem properabat in scribendo. De hujus exempli emendatis confer *Prolegomena*, supra pp. 164-166.

Signum chartae pellucidum (filigrana), quod identidem vix videri potest, est in aliis foliis figura hominis intra circulum, in aliis figura anatis intra scutum.

Haec *Versio prima* nunc primum in lucem prodit, sumpta tamen ex altero exemplari, quod est in codice sequenti.

Codex 2

Vc. et *Vu.—Versio prima* et *Vulgata versio.*

Volumen magnitudinis 0,300 × 0,220; compactum ac tela opertum, cum dorso pelliceo ornatuque aurato.—In parte dorsi suprema titulus: «Exercitior. | I. et II. | translatio»; in infima: «Cod. cartac.»—Constat foliis 181, at signatis numeris ut infra dicetur.—Continet, ut titulus declarat, *Exercitiorum Versionem primam* et *Vulgatam.*

Totus codex accuratissime scriptus est, in charta etiam optima, eodem semper signo pellucido (filigrana) signata, quod es flos lilii intra circulum; duo sunt folia (64 et 67) chartae non ita optimae, cujus signum est angelus aureola redimitus et veste talari indutus.

Versio prima. Complectitur ff. 97, numeris signata omnia, praeter primum et ultimum; ultimum est purum. In primo f. haec leguntur: «IHS.» Deinde haec deleta: «Annotationes aliquot ad habendam aliquam intelligentiam exercitiorum spiritualium quibus tam is qui tradit exercitia quam ille qui ea recipit.» Deinde «Originale p.ae Translationis | Exercitiorum S. P. N.» Unde probabiliter scriptus hic titulus est post annum 1622, quo in sanctorum numerum relatus est Ignatius a Gregorio XV. Infra, manu P. Laurentii a Paulis, procuratoris generalis Societatis Jesu sub Claudio Aquaviva, praeposito generali: «Cum approbatione Card.lis Vicarii, Magistri Sacri Pal. etc.» Paulo inferius: «VIII. 8.» Sequuntur *Exercitia* S. Ignatii, ff. 95, omnia manu eadem scripta pulcherrime et diligentissime, et uno quidem tenore usque ad finem, cum nonnullis emendationibus, de quibus vide *Prolegomena*, supra pp. 166-171. Ad extremum, in f. 95, sunt testimonia censorum autographa.

Vulgata versio complectitur ff. 85, numeris notata omnia praeter primum et duo ultima, numeratione a praecedenti distincta; omnia scripta sunt eadem manu, diversa tamen a praecedenti, minus eleganter,

ac versus finem celeriore calamo. Sunt etiam in hac parte emendationes nonnullae, de quibus supra, pp. 150-154.—In primo f. antiquus titulus: «✠ | Exercitia Spiritualia», cui subdit Polancus: «Originalia, ex quo exemplari | excusa prodierunt», ac P. Laurentius a Paulis: «Secunda translatio authentica | et haec est impressa». Denique «VIII. 8.»—Sequuntur *Exercitia*, ff. 82.—Ad finem, in ff. 82v-83, testimonia censorum autographa.

Codex 3.

Exercit. S. P. apogr.—Apographum Exercitiorum S. Ignatii. Volumen magnitudinis 0,210 × 0,148, religatum, telaque opertum, cum dorso et angulis ex pergamena. In dorso: «Exercit. | S. P.» Continet in f. 1 «Documento para todas conuersaciones y modos de proceder spirituales» a doctore Ortiz compositum; ff. 2-63 exemplar hispanum Exercitiorum S. Ignatii, idque jam fere emendatum; nisi quod mysteria vitae Christi omissa sunt et examen particulare in finem primae hebdomadis rejectum est; denique ff. 65-116 versionem latinam fere ad verbum factam.

Codex 4

Ex. Po.—Exercitia P. Polanci. Est vol. crassiore charta compositum, magnitudinis 0,231 × 0,157. In dorso «Exercit. | P. Polanci | Cod. cart.»

In f. primo, recto, non signato numero, scriptus est manu P. Boero titulus: «Exercitia Spiritualia | P. Joannis Polanco | A S. P. N. Ignatio revisa» [1].

FF. recentius notata numeris stilo lapideo 1-108; additur unum folium purum.

F. 1r una manu scriptum est: «Qucsto Manoscritto è di molta utilità, ma non è opera compita = Ci sono le 20 annotazioni e la 1 e 2 septimana colle meditazioni distese e il principio solo del fondamento.

Sono opera del P. Polanco e in parte rivisse dal santo Padre [*deinde manu P. Boero*] Ignazio, che scrisse di sua mano l'iscrizione o il titolo poste in fronte ad ogni quinterno.»

F. 2r, in angulo sinistro superiore: «1»; deinde manu S. Ignatii:

---

[1] Spem titulus hic fallit. Primum enim non sunt illa Exercitia spiritualia, sed paraphrasis quaedam (amplificatio verborum subinde potius quam sententiarum) non totius libri, sed eorum tantum, quae usque ad diem quartum hebdomadis secundae reperiuntur. Deinde non ita haec folia revisit Ignatius, ut ea omnino probaret; ter enim indicat, non videri correcta satis. Adolescentis Polanci, humaniores litteras colentis progymnasma diceres. Itaque opus exspectationi non respondet, quam de se Polanci, viri gravissimi, nomen excitat. Quare codicem non in lucem edere, sed accurate describere visum est, tum ut eum aliquo modo lectori notum faceremus, tum quia illum in notationibus interdum adhibemus.

«duo bolumina magistri Joannis, scilicet 1ª edomada. Non ita corepta». Schedula superposita cum antiqua signatura: «VIII. A. 5.» In ima pag.: «A».

F. 3r et v: «Documentum apprime vtile... extra de hereticis.» Est documentum doctoris Ortiz, alias ante librum Exercitiorum positum.

FF. 3v-8v: «Annotationes aliquot... charismata efficitur.»

FF. 8v-16v: «Sequuntur primae hebdomadis... accedentibus impertit.» Est paraphrasis eorum, quae in libello Exercitiorum continentur de fine hominis, de conscientia discutienda, de communione.

FF. 17-19 pura.

FF. 20-21r; iterum «Documentum apprime vtile» ut supra, additis subinde sacris sententiis in doctrinae confirmationem.

FF. 21v-29r, iterum annotationes, ut supra, paulo uberius explanatae.

F. 29v: «Sequuntur primae hebdomadis... virium modulo», re sensuque imperfectis.

FF. 30-42 pura.

F. 43r, in angulo sinistro superiore «2»; deinde manu S. Ignatii: «1ª incipiens a tribus potenciis et ferme finita | magistri Joannis | non credo corepta.» Deinde: «VIII. 4.»

FF. 44-59v: «Exercitamenta prime hebdomadis... porro sonno» Sic, pro *somno*, agit enim de poenitentia in somno capiendo. Sententia imperfecta est, sed pauca desunt, cum haec ad primae hebdomadis finem pertineant.

FF. 60-62 pura.

F. 63r, manu S. Ignatii: «1.ª incipiens a meditatione trium potentiarum-magistri Joannis.» Deinde: «VIII. 5», et in ima pag.: «B.»

FF. 64-81v: «Exercitamenta primae hebdomadis... instituta sunt,» Sic, cum virgula; vix tamen quidquam deest; sunt enim ultima quae de examine particulari liber Exercitiorum in fine primae hebdomadis notat.

F. 82 purum.

F. 83r, in angulo sinistro, «3.ª», deinde manu S. Ignatii: «tria bolumina magistri Joannis scilicet | 1.ª et 2.ª edomada—duo habet Salmeron.» Infra «VIII. 6» In ima pag.: «C.»

F. 84r, manu S. Ignatii, sed deletum: «2.ª Sed in vltimo est transferenda»; deinde ejusdem manu: «2.ª Sed in vltimo sunt transferenda folia magistri Joannis | magistri Joannis—etiam corigenda alia folia magistri Joannis.»

FF. 85-105: «Exercitamenta secundae hebdomadis... nihil amplius desiderans quam ea ad quae» Sic, re sententiaque imperfectis; sermo est de meditatione trium classium.

FF. 106-108 pura.

N. B. A f. 64 ad f. 81, quod est alterum exemplum paraphrasis

Exercitiorum primae hebdomadis, sunt additamenta multa, tum ad marginem tum ad textum, manu P. Salmeronis facta.

Codex 5

Miscellanea de Inst. S. J. vol. III.—Volumen 0,310 × 0,215, probe conglutinatum, cum angulis ac dorso ex pergamena; in dorso titulus atramento scriptus: «Miscellan | De Instit. S. J. | III.» Continet complura documenta, quorum prima haec sunt: 1. Antiquae consuetudines Societatis collectae a P. Jacobo Mirone, Assistente Lusitaniae ab anno 1565.—2. De Exercitiis spiritualibus.—3. De orationis tempore fixo retinendo (controversia).—4. De spiritu S. P. N. in Instituti nostri legibus et forma.—5. Ritus et traditiones Societatis Jesu, numeris 819 distincta, a P. Jacobo Mirone.—6. Pars praecedentis documenti, quae ibi desideratur, ideoque illi adjungenda.

Documentum 1 pars exigua est eorum, quae sub nn. 5 et 6 continentur.

Codex 6

Rom. Ign. et Lai.—Romanus Ignatii et Lainii.—Vol. magnitudinis 0,222 × 0,145, compactum pergamena. In facie prima externa legitur: «Rivisi di Ignatio et Lainii.» Initio habet 10 ff. numeris non signata, quorum 1 purum, 9 scripta. Sequuntur ff. 279 numeris signata et 18 non signata; ex his posteriora tredecim pura.

Continet sequentia: F. 2 non signato Polanci epistolam datam Tridento 21 Octobris ex commissione P. Laynez (apogr.).—FF. numeris notatis, 1-2: «Alcuni puntti sopra l'obidientia ricercati di me Gio. Philippo a N. P. M. Ignatio hoggi a 7 (?) de Decembre de 1554 a 13 (?) hore di notte».—FF. 3-21: Tractatum de simonia a R. P. Jacobo Lainez. FF. 22-29: Quae privatis personis Societatis conveniunt... Concessiones vivae vocis oraculo factas a Paulo III, Julio III et Pio IV.—FF. 30-32: Acta Romae inter Paulum IV et PP. S. J., tempore electionis P. Laynez. FF. 32-34: De modo instituendae confessionis octiduanae.—FF. 35-65: Summam eorum, quae a Lainio proposita sunt genuensibus e suggestu circa mercatoris frequentiora negotia (in suprema pagina, ad marginem, est titulus «De usuris»)...—FF. 71-130: Enchiridion seu Directorium spirituale uitae mixtae (non est Directorium Exercitiorum).—FF. 133-166: Exhortationes P. Laynez circa examen, et constitutiones...—FF. 205-214: De fuco et ornatu mulierum; auctore Laynez.—FF. 214-221: Institutionem scholaris in genere, deinde de scholari christiano, auctore Laynez. FF. 221-222: Documenta ad interpretandas scripturas.—F. 222 Septem puncta, quae unus e primis nostris Patribus, P. Paschasius, dedit uni ex filiis suis spiritualibus.—F. 222v: De modo juvandi fratres per confessiones...—FF. 230v-240v: «Breve sumario del origine, del progresso

de la C. de J. insino 1551».—FF. 240v-242v: «Sumario delle case, collegii dove fa residenza la C. de G».—FF. 243-247v: Responsum datum facultati theologicae parisiensi.—FF. 248-261v: Industrias P. Polanci.—FF. 261v-263: Documentum doctoris Ortiz, quod alias esse solet ante Exercitia Spiritualia S. Ignatii, et Monita quaedam ad Exercitia. Annotationum exercitiorum compendium.—F. 264r et v: Quomodo in dandis exercitiis se quis habere debeat cum exacte dantur.—F. 265r et v: continet paragraphos II et III Directorii Ignatiani autographi in linguam italicam conversas; adjicitur notatio Polanci circa res de quibus deliberari potest in Exercitiis, quando status electio non fit.—FF. 265v-266v: Excerpta quaedam ex libro Exercitiorum. -FF. 277r sqq.: Textum Exercitiorum valde immutatum.

Codex 7

Barcin. III.—Barcinonensis III.—Sunt annales collegii barcinonensis Societatis Jesu, ab anno 1545 ad 1700. Est vol. magnitudinis 0,420 × 0,280. Continet ff. 291. Titulum habet: «Libro univer- | sal De la fundación, ren | tas y rayzes del pre | sente Collegio de la Com | pañía de Jesús, de Nu | estra Señora de Beth | lem de Barcelona.» Semel citamus apographum recentius.

Codex 8

Di. Gra.—Directorium Granatense.—Est libellus 0,217 × 0,160, constans 18 ff., numeris non signatis; recentius numeris notatae sunt stilo lapideo paginae a f. 3r ad 15v. In f. 1r recens titulus: «Del Archivo del colegio | de Málaga | Leg. M. n.° 1» (versus finem) | «Enero 13/15.»—FF. 1v et 2 pura.

F. 3 continet monita nonnulla pro directore exercitiorum; incipit «Del Director de | exercitantes»; desinit his verbis «y otras cautelas». Hoc f. est saeculi duodevicesimi, quod indicat formula quaedam testimonii de peractis exercitiis in principio posita: «Gra^{da}. y N. tantos de 176 etc.», cui subditur «64 | P. Director | Fulano de N.» Idem suadet et figura litterarum, et charta quae superiore antiquior, sequenti recentior est.

F. 4. incipit Directorium ipsum his verbis: «Directorio de los exercitios spuales»... Desinit «Omnia iuditio ecclesiae catholice romane submissa sunto.»

Omnia ab initio ad finem scripta sunt una eademque manu, saeculo decimo sexto vel ineunte decimo septimo. Id ostendunt, praeter causas in *Praefatione Directoriorum* allatas, et figura litterarum et orthographia.

Codex 9

Tolet. Ignat.—Codex Toletanus Ignatianus.—Volumen magnitudinis 0,220 × 0,155, bene consutum, at tegumento carens: complectitur ff. 92 recentissime numeris signata.

Continet sequentia: F. 1r. «Para la vida de N. P. S. Ignacio Varios papeles»; poëmatium octo versuum italicorum.—FF. 1v-34v: Apographum eorum, quae animo sentiebat Ignatius cum scribebat constitutiones.—FF. 35-36 pura.—FF. 37-49: epistolam S. Ignatii ad Mionam de Exercitiis; Directoria ignatiana.—FF. 49r-53r: caput 7.um et initium capitis 8^{i} Directorii a Polanco compositi; titulum capitis 7^{i} habet ita: «Cap. 7.um De quibusdam circa elect.^{es} Aduertendis aunque [*sic*, *pro* antequam] in part.^{re} inchoentur».—FF. 54-55r: «Societatis Exercitia». Hoc scriptum nos ponemus inter «Directoria antiqua» n.° IV.—F. 55r: «Fructus Exercitiorum spiritualium»...—FF. 55v-57v: «Sopra gli Exercitii»... Inter nostra «Directoria antiqua» n. VI.—F. 57v: «Ex scripto P. Polanci».—FF. 57v-72r: «De modo tradendi Exercitia»... Inter nostra «Directoria antiqua» n. III.—FF. 72r-73v: «Annotanda quaedam»... nonnulla brevissime significantur; deinde transcribuntur quae habet *Di. Po.* c. VI, nn. 4.° et 5.°, de applicatione sensuum.—F. 74 purum.—FF. 75r-88r: «Dichos y hechos de N. P. Ignacio de santa memoria»...—F. 88v purum.—F. 89r: «De los papeles del P. Nadal que dice son de Ntro. Padre Inaçio».—FF. 89v-90v: «Del mismo P. Nadal de N. P. Inaçio».—FF. 91-92r: «De Ntro. Pdre. Inaçio».—F. 92v «Varios de N. P. S. Ignacio y Comp^{a}.»

Codex 10

Fa.—Codex coloniensis Exercitiorum B. Fabri.—Descriptionem huius codicis acceptam referimus maxima ex parte diligentissimo P. Ottoni Braunsberger, S. J.; quaedam etiam non parvi momenti mutuamur a P. Paulo Debuchy, S. J., qui exemplar hoc edidit in CBE, n° double, 52-53, mense Augusto, 1914.

Hunc codicem in archivo historico Coloniae Agrippinae (Cöln a. Rh.), signatum numero 154*, invenit anno 1892 R. D. Kleinermans, doctor theologus, qui tunc Coloniae, in ecclesia parochiali S. Andreae capellani officio fungebatur. Eo quidem tempore spoliatus involucro erat; postea vero compactus tela viridi, cum dorso angulisque coriaceis.

Est volumen 0,142 × 0,097. Habet ff. 147 non notata numeris; at notat singulos quaterniones litteris singulis, A, B, C, etc., in infimis paginis.

F. A1 purum; A1v, manu saeculi XVII vel XVIII scriptum habet

titulum: «Exercitia R. P. Petri [a] | Fabri, Soc. Jesv theo | logi, quibus vti solebat | ad alios instruendos | et manuducendos in vita spi | rituali, cum Coloniae ha | bitaret inter carthusianos.» FF. A2-H7, quod est folium 63, Exercitia S. Ignatii. Incipiunt «Sequuntur aliqua exercitia»..., desinunt «praestat et conservat. Finis». Librarii manus est saeculi XVI, itaque diversa a praecedenti. In ejusdem f. A2 parte infima est notatiuncula, scripta manu quidem valde antiqua, diversa tamen ab utraque superiore: «Sum carthusianorum».

Una eademque manus conscripsit Exercitia Ignatiana usque ad undecimam regulam sentiendi cum Ecclesia, quae est in f. H5 et 5v; abhinc usque ad finem horum Exercitiorum nova manus, saeculi tamen XVI [1].

F. 65v titulus «Exercitia R. D. Nicolai Eschii, sed plenius impressa», quae perducuntur ad f. 96.—F. 97 usque ad finem varias precationes continet; harum autem postrema quae incipit, «Anima Christi», ita est manca (solos quatuor versiculos habet), ut pateat, unum vel plura ff. huic codici deesse.

Codex 11

Re.—Codex Vaticanus, *Regina lat. 2.004.*—Hujus codicis descriptionem accuratissime a se perfectam ad nos P. Ferdinandus Tournier, S. J., liberaliter transmisit, quam postea nosmetipsi, perspecto codice, in bibliotheca vaticana complevimus.

Est volumen 0,290 × 0,210, chartaceum, ff. 159 constans, ligatum, elegantique pergamena vestitum; in dorso duo habet stemmata inaurata, quorum unum est Pii VI, alterum, idque inferius, cardinalis praefecti bibliothecae vaticanae; inter utrumque stemma legitur signum: «2.004 | Reg. lat. | 2.004.»

Signum chartae pellucidum (filigrana) est amphora duabus ansis munita, operta comitis corona, super qua est duplex lilii flos, alter alteri impositus.

A) F. 1 variae notationes.—FF. 1v-3v, Annotationes in Genesim, cap. 1.°—FF. 4-12v S. J. Chrysostomi homilia in illud apostoli: «Modico vino utere», I Tim. V,23 etc., versio latina.—FF. 13-21, S. Basilii magni homiliae duae, prima in opificium sex dierum, altera in illud «Terra autem erat invisibilis» utraque est versio latina.—FF. 22-23v, Ejusdem homilia in illud Proverbiorum, V: «Ne des somnum oculis tuis»; textus graecus.

B) FF. 24-34v, «Praecepta utilia iis, qui spiritualium meditationum stadium ingressuri sunt». His verbis significatur exemplar Exercitiorum S. Ignatii, quod infra in appendice exhibemus.

---

[a] Jacobi *ms.*

[1] Cf. DEBUCHY, ubi supra, pp. 10-11 et 94 in notatione (1).

C) FF. 35v-54v, S. Joan. Chrysostomi liber ad eos qui scandalizati sunt, Jo. Heliare Anglo interprete.—FF. 55v-56, «Additiones», quae ad Exercitia S. Ignatii pertinent.—F. 57, Excerpta quaedam ex catena graeca ad supplendam Theophylacti in fine Joannis lacunam.—F. 57v, Isidori Pelusiotae in Lucam XV 21, ex catena graeca.—FF. 58-67v, S. Basilii magni homiliae, de paradiso (imperfecta), decima in Hexaëmeron, undecima de creatione ac structura hominis, Joanne Heliare Anglo interprete.—FF. 68-68v, Homilia in Barlaam martyrem, non prius versa.

D) FF. 69-69v, De oratione.—FF. 70-75, Annotationes in Genesin, textum hebraicum Genesis.

E) F. 76, Notationes in Eccles. a cap. IV ad XII.

F) F. 76v, Distichon graecum Εἰς Ἐρασμον. Epistola ad praeceptorem.

G) FF. 77-143, S. Basilii homiliae in psalmos nonnullos, versio latina.—FF. 143v-145, Homilia Basilii de poenitentia, eoden Joanne Heliare interprete.—FF. 145v-147, Basilii epistola ad Maximum philosophum.—FF. 148-150v, Exempla et formulae quaestionum quarumdam de quibus Lovanii disputatum est in collegio theologorum.—FF. 151-155, S. Basilii homiliae de iis,quae ad vitae usum pertinent, Jo. Heliare interprete.— FF. 155-156v Ejusdem in S. Mamantem.

H) FF. 156v-159, Variae notationes.

Huic descriptioni adjungimus annotationes sequentes, maximam partem a P. Tournier quoque acceptas.

Codex olim involucrum habebat aliud a praesenti, quod certe novum est. Compactus autem prius est quam scriptus, cuius rei indicia sunt quae sequuntur: 1.° (atque haec est Patris Ehrle notatio) quia nulla littera resecta est, cum tamen versus non modo scripti interdum pressique ad extremum usque, sed etiam flexi in fine sint, charta igitur secta prius quam scripta; resectus autem codex totus aequaliter omnino; 2.°, tres ultimae paginae scriptae sunt converso codice, quasi codex inde sumeret initium; 3.°, accedit indigesta varietas rerum, quae in eo, maxime in ejus initio et fine, continentur; 4.° denique ex uno tantum chartae genere totus codex conflatus est.

A et H) Paginae istae sunt plenae notationibus anglice, latine, graece, hebraice scriptis; sunt autem omnis generis notationes, v. c. f. 1, «Ego Joannes Heliares satisfeci hospiti pro victu usque ad Calendas Martii»... Et paulo post: «Layd out for bloodloting 5. It. for sharing 1»... F. 159v: «Penna mea non valet; ergo non commode scribam, nec voluptas est scribendi.» Et converso codice, quasi inde liber inciperet: «John ... ys a good felow.» Supra notationem quamdam anglica lingua hebraicisque litteris, hoc eodem folio scriptus est annus 1536.

B) Nomen S. Ignatii, auctoris Exercitiorum, neque planis verbis neque ulla circuitione indicatur. Neque erui ex hoc loco potest neque locus neque tempus neque alia adjuncta, in quibus haec Exercitia

scripta sunt. Inserta reperiuntur inter scripta SS. PP. Basilii et Chrysostomi, praeter additiones seu monita illa, quae tradit Ignatius in fine primae hebdomadis; haec enim post Chrysostomi librum ad eos qui scandalizati sunt, ideoque a suo loco prorsus avulsa, reperiuntur.

C) Huic S. Chrysostomi libro annotationem apposuit Heliares, in qua aperte loquitur de «horrendis ac immanissimis Regis [anglorum] flagitiis ac sacrilegiis» etc. qui «optimos quosque ac christianissimos episcopos, sacerdotes» etc. trucidare non desinit.

D) Compendium rerum ad precationem quomodocumque pertinentium; textus sacrae scripturae, SS. Patrum etc. Nihil ad Exercitia; nihil de ulla orandi methodo.

E) Epistola sine titulo; qui vero apponitur ex inventario Vaticano desumptus est. En locos majoris momenti: «Hunc annum fere totum hebraicae linguae impendi. Vale... mi Praeceptor, et tibi persuadeas, me non solere tui obliuisci in precibus meis... In Britannia quanta rerum mutatio accidit, ex quo ego illinc discessi! Credo te audisse D. Reginoldum [*sic*] Polum Anglum [a] Romae creatum esse cardinalem. Lovanii, postridie Diuae Gertrudis [*sine anno*]. Tui libri, quos de anima scripsisse te fama est, cum summo desyderio ac favore exspectantur a studiosis. Sumpsisti materiam praestantissimo tuo ingenio ac summa eruditione dignam, quam nemo hactenus satis pro dignitate tractauit.»

F) Hoc distichum graecum:

Εἰς Ἐρασμον

Κἂν
Τὴν μίαν οἱ πολλοὶ κοσμεῖν πόλιν ἀδυνατῦσι [*sic*]
Εἷς δὲ μέγας κόσμου κόσμος Ἐρασμος ὅλου,

initium videtur elogii funebris, quod auctor postea persequitur in una ex paginis converso volumine scriptis in fine, ad f. 157, in media notationum farragine.

G) Supra, ad litteram A.

Codex est autographus, ejus nempe ad quem pertinebat, qui se ipse Joannem Heliarem saepe, bis saltem anglum nominat. Textus et emendationes sunt semper ejusdem manus, quod mirum non est, cum totus codex privati usus fuisse videatur. Semel in fine, dimidiata fere pagina, suspicari poteris alienam comparere manum, nec tamen fortasse aliud est quam alia penna. Scribendi forma est latina illa saeculi XVI.

Codex 12

Di. Mi.—Directorium Mironis. Ms. 76. Archivio di Stato (Romae).—«Directorium | ad Exercitia spiritualia Patris nostri Ignatii tradenda |

[a] *Verbum additum supra versum.*

Patre Mirone auctore». Vol. compactum crassiore charta, magnitudinis 0,274 × 0,210. FF. duo, pura; ff. 1-18 scripta omnia eadem manu, saeculo XIX, tria ultima pura. Continet 150 paragraphos numeris distinctas et in decem capita distributas. Incipit his verbis: «Exercitia spiritualia Patris nostri Ignatii»; desinit: «curandum ut ipsi peractis Exercitiis ea instructori restituant.»

Codex 13

Ms. 79. Archivio di Stato (Romae).—Vol. compactum charta crassiore, magnitudis 0,273 × 0,197. Continet Directorium P. Polanci, cujus originale est in bibliotheca Vittorio Emanuele Urbis. Directorio adduntur puncta meditationis auctore Polanco. Hujus partis originale inveniri adhuc non potuit. In fine «Quomodo in dandis exercitiis se quis habere debeat cum exacte dantur». Est apogr. saeculi XIX.

Codex 14

Di. Var.—Directorium variorum. Ms. 85. Archivio di Stato (Romae). —Vol. 0,278 × 0,212; compactum crassiore charta; 2 ff. pura; 1-39 scripta.—Initio legitur notatio sequens: «Directorium variorum pro Exercitiis spiritualibus. Hoc Directorium est illud quod indicatur littera B in indice. Sed hoc non est sicut videtur, originale exemplar, sed est, ut italice dicitur, *Copia*»... «Sequuntur nomina Patrum ex quorum scriptis confectum est hoc Directorium, ut citantur in margine.

Ever. P. Everardus; Pol. P. Polancus; Mir. P. Mironis; Aeg. P. Aegidius; Hisp. Hispanicum quod est breue quoddam directorium hispanice scriptum sine nomine; Arch. Archivum, quod est item aliud Directorium repertum in archivo sine nomine.—Ubi nihil in margine est appositum, additum est ab auctore hujus Directorii, quando visum est necessarium ad complementum doctrinae».

Hoc *Directorium variorum* continet Prooemium et 21 capita, quinque priora generalia, sextum quomodo nostris danda exercitia; a 7 ad 11 de prima hebdomade; a 12 ad 16 de secunda; 17 de tertia; 18 de quarta; 19 de tribus modis orandi; 20 de regulis tradendis; 21 quae commendanda sunt ei qui absolvit exercitia. Apographum saeculi XIX. Parum omnino directorium hocce differt ab eo quod anno 1591 typis excusum est.

Codex 15

Bu.—Codex Burdigalensis Exercitiorum.

Descriptionem codicis et imagines photographicas Exercitiorum accepimus a P. Juliano Martin, S. J.

Est volumen in 18.°, quod in bibliotheca municipali burdigalensi

(Bordeaux, in Gallia), asservatur notatum signo $\frac{811}{8}$ H; compositum tegumento nigro; constat ff. 306 numeris signatis scriptis omnibus eadem manu, saeculo XVI.

FF. 1-5: Informatio quaedam cardinalis Caraffa, qui «vulgariter nuncupatur cardinalis Neapolitanus»; incipit «Noverint universi»....—Reprobatio eorum, qui Exercitiis adversabantur, postulante P. Polanco, facta.—Litterae «Pastoralis officii» Pauli III, Exercitia probantis.

Eodem f. 5v: «Tenor vero libri originalis Exercitiorum in vulgari hispano scriptorum est qui sequitur».—FF. 6-79, Textus hispanus Exercitiorum; incipit «Jhs | Anotaciones»; desinit, «con el amor diuino».

FF. 79-83, Meditationes duae, de morte ac de judicio diversae omnino ab illis, quas habet Polancus in fine directorii sui.—FF. 84-85 pura.—FF. 86-89, Avisos para [el] modo de hablar cosas de la theología en estos tiempos.—F. 90, purum.—FF. 91-230, Exhortationes quatuordecim, quarum prima «en Alcalá a 26 Octubre 1561».—F. 231, Obediencia de la Compañía.—F. 233, «Puntos para ayudarse»...—FF. 234-237, «Informaciones del instituto y modo de proceder de la Compañía».—FF. 237-274, Industrias.—F. 275 purum.—FF. 276-284, Compendium industriarum.—FF. 285-306, duae S. Ignatii epistolae, quarum prima ad conimbricenses, altera ad lusitanos de obedientia.

Desinit ms. hoc modo: «Todo de todos en Ch. ✠ Inacio ✠».

Signum nullibi apparet loci, auctoris vel temporis, praeter formam scribendi, quae manum prodit saeculi XVI.

Quod ad Exercitia pertinet, satis accurata est transcriptio. Omittit tamen interdum integras sententias, quae nullibi supplentur. Plerumque recedit ab *Autographo* in illis vocabulis, quae vel latinitatem vel archaismum quemdam hispanicum redolent. Itaque dicit «compuesto» pro «compósito», «propuesta» pro «propósita», etc. Aliquibus tamen locis ad antiquum dicendi genus propius accedit quam *Autographum*, v. g. «mansuetamente» pro «mansamente», in mysteriis, ubi vendentes ejiciuntur de templo; item «fee» bis pro «fe» in sedata tempestate, et aliis similibus. Fortasse pendet ab exemplari illo elegantiore, quod, auctore Ribadeneira, Natalis secum circumferebat (supra, p. 149).

Correctiones ignatianas *Autographi* habet omnes praeter paucas omnino, quae suis locis notabuntur.

NOTITIA FASCICULORUM

Fasciculus 1

Fondo Gesuitico, 1353. Romae, in bibliotheca Vittorio Emmanuele. Continet undetriginta brevia monumenta Patrum S. J. antiquorum, ad res diversas pertinentia. Ex hoc fasciculo desumimus annotationes in

Directorium anni 1591, a Fabiano Quadrantino in ff. 10 conscriptas; in marginibus notationes lectu difficillimae exstant.

De hujus monumenti auctore, notationibus, aliisque rebus, pleniorem ejusdem cognitionem afferentibus, consule *Praefationem in Directoria*.

Fasciculus 2

Fondo Gesuitico, 1594. Ibidem. In hujus fasciculi monumentis, quae fere omnia in 4.° sunt, plerumque de rebus ad pietatem spectantibus agitur. Recentius involuta sunt singula chartis albis, in quibus uniuscujusque monumenti summa brevis notata est; in hanc vero notationem errores identidem irrepsisse in *Praefatione Directoriorum* ostendemus. Ad hunc fasciculum pertinent Directoria Polanci, Aegidii González et alia, praesertim quae nuncupavimus *Directoria recentiora*. Numerus 5 est autographum P. Hieronymi Nadal, qui quaedam notat in *Autographo Exercitiorum*. Numerus 7 continet indicem scriptorum, quae ad Directorium conficiendum adhibita sunt. Numerus 13 constat ex paragraphis II et III Directorii ignatiani autographi, italice translatis.

NOTAE COMPENDIARIAE

add.=addit, additum, etc.
alt.=alter.
annot.=annotatio.
anon.=anonymum.
antiq.=antiquum.
Antol.=Antología.
apogr.=apographum.
app.=appendix.
arch.=archaice, archaismus, archivum.
archet.=archetypum.
art.=articulus.
Aut.= Autographum hispanum Exercitiorum.
B.=Beatus.
Barcin.=Barcinonensis.
beatif.=beatificatio.
Bibl. Aut. Esp.=Biblioteca de Autores Españoles.
Bruxell.=Bruxellensis.
Bu.=Burdigalense Exercitiorum exemplar hispanum.
burg.=burgensis.
c.=caput.
can.=canon.
CBE.=Collection de la Bibliothèque des Exercices.
cc.=capita.
cf.=confer, conferatur, etc.
Chron.=Chronicon.
cl.=clarus.
cod.=codex.
col.=columna.
congr.=congregatio.
conimbr.=conimbricensis.
D.=Dominus, Don.
dec.=decas.
del., delet.=deletum.
Di.=Directorium Exercitiorum anni 1599, nisi aliud addatur.
Di. Ae.=Directorium Aegidii González.
Di. anon.=Directorium anonymum.
Di. bre.=Breve Directorium.
Di. Gra.=Directorium Granatense.
Di. Ignat.=Directoria Ignatiana.
Di. Mi.=Directorium Mironis.
Di. Po.=Directorium Polanci.
Di. Var.=Directorium Variorum.
Dicc. Acad.=Diccionario de la Academia.
Dicc. de Aut.=Diccionario de Autoridades.
Do.=Codex Dominici.
Dr.=Doctor.
e. c.=exempli causa.
ed.=editio, editum, etc.
e. g.=exempli gratia.
emend =emendat, emendatum, etc.
epist.=epistola.
Exercit.=Exercitia.
Exerc. Po.=Exercitia Polanci.
F.=Frater, folium.
Fa.=Beati Petri Fabri exemplar latinum Exercitiorum coloniense.
Fr.=Frater, Fray.
FF.=Fratres, Folia.
ff.=folia.
f.=folium.
Gram. cast., Bello-Cuervo.=Grammatica castellana, auctore Andrea Bello, cum notationibus Rufini Josephi Cuervo.
gen.=generalis.

H.=Hermano.
HH.=Hermanos.
hebd.=hebdomas.
hisp.=hispalensis, hispanus.
Hist. de Esp.=Historia de España.
hom.=homilia.
ibid.=ibidem.
id.=idem.
i. e.=id est.
Ignat.=Ignatianum.
Inst., Instit.=Institutum.
Instruct.=Instructiones.
it.=item.
Jhs.=Jesus.
l.=liber, linea.
l. c.=loco citato.
lin.=linea.
lit.=littera.
ll.=libri, lineae.
Lud.=Ludolfus Cartusianus.
M.=Magister.
mag.=magister.
marg.=margo.
Miscell.=Miscellanea.
ms.=manu scriptum.
mss.=manu scripta.
n.=numerus.
Na.=Natalis exemplar hispanum Exercitiorum.
nn.=numeri.
not.=notatio.
nov.=novus.
N. P.=Noster Pater, Nuestro Padre.
oblitt.=oblitteratum.
omiss.=omissum.
omitt.=omittit.
O. P.=Ordo Praedicatorum.
O. Praem.=Ordo Praemonstratensium.
O. S. Ben.=Ordo S. Benedicti.
O. S. Ber.=Ordo S. Bernardi.
O. S. D.=Ordo S. Dominici.
O. S. F.=Ordo S. Francisci.
P., PP.=Pars, Pater, Parte, Padres, Patres, Partes.
p.ª=primera.
pag.=pagina.
pagg.=paginae.
P. G.=Patrologia graeca.
P. L.=Patrologia latina.
Po.=Polancus.
R.=Reverendus, Reverentia.
r.=recto.
Rdus.=Reverendus.
Re.=Exemplar latinum Exercitiorum in cod. Vaticano, Regina 2004.
reg.=regula.
Regest.=Regestum.
Ri.=Ribadeneira in fragmento epistolae praeposito editioni phototypicae Exercitiorum.
Ro.=P. Joannis Roothaan versio latina libri Exercitiorum, in textu editio prima Romae 1835; in notationibus editio quarta romana, 1852.
S.=Sanctus.
s.ª=semana.
seq.=sequitur.
ser.=series.
serm.=sermo.
sess.=sessio.
S. J.=Societatis Jesu.
sq.=sequens.
sqq.=sequentia.
SS.=Sancti.
S. S.=Sua Sanctitas, Su Santidad.
t.=tomus.
tit.=titulus.
tolet.=toletanum.
V., v.=Venerabilis, verbum, verso, versus, vide.
vv.=verba, versiculi.
v. c.=verbi causa.
v. g.=verbi gratia.
Ve.=Versio prima latina Exercitiorum.
vers.=versus.
V. J. D.=Utriusque Juris Doctor.
vol.=volumen.
Vu.=Vulgata versio Exercitiorum.
V. P.=Vestra Paternitas, Vuestra Paternidad.
V. R.=Vestra Reverentia, Vuestra Reverencia.
Xaver.=Xaverianum.

DE BREVI PONTIFICIO «PASTORALIS OFFICII»

Singularis omnino *Exercitiorum* libri commendatio est, quod apostolicis Pauli III litteris approbatus eximiisque laudibus cumulatus sit. Nec tamen existimandum est, ita librum nostrum esse approbatum, ut ab omni historico, geographico, exegetico aliove hujusmodi errore, qui fidem ac mores non attingat, immunis declaretur. Approbata enim sunt *Exercitia*, quia «pietate ac sanctitate plena», «ad aedificationem fidelium valde utilia et salubria» sunt, id quod certe non pendet v. g. ab eo quod Adam in campo Damasceno aut alibi crearetur, sed a doctrina vere catholica, quae ita in *Exercitiis* proponitur, ut ad pie movendos animos aptissima sit.

Quoniam vero tres censores (quorum testimonia in fine versionum Vulgatae et primae invenies) in ipso Brevi apostolico nominantur; ipsumque Breve a Blosio electo fulginate episcopo conscriptum est; juvat aliquam illorum virorum notitiam praemittere.

Joannes Alvarez de Toledo ex nobilissima familia Toletana anno 1488 ortus, adolescens Ordinem Praedicatorum ingressus, episcopus primum cordubensis, deinde burgensis, postea archiepiscopus compostellanus constitutus est. Cardinalis anno 1538 a Paulo III creatus. Ab anno 1553 usque ad 1555 dioecesi albanensi, et a 1555 ad 1557 tusculanae praefuit. In primis autem officium inquisitoris generalis administravit Romae, ubi anno 1557 vita cessit [1].

Philippus Archintus (1500-1558) patritius mediolanensis, juris peritissimus, a civibus suis ad Carolum V imperatorem legatus est. Deinde vero, cum statum ecclesiasticum amplexus esset, a Paulo III protonotarius apostolicus, Romae gubernator, episcopus Burgi S. Sepulchri (Borgo S. Sepolcro), Urbis denique vicarius creatus est. Scripsit adversus protestantes «De fide et sacramentis libros II» qui Romae anno 1545, Ingolstadii anno 1546, Taurini anno 1549 in lucem prodierunt. In concilio tridentino diligentem operam Patribus contulit et auctoritatem pontificiam strenue vindicavit [2].

Aegidius Foscararius (Fuscherarius, Fuschararus), nobilis bononiensis, Bononiae Ordinem Praedicatorum ingressus, cum ibidem inquisitorem et monasterii sui priorem egisset, 3 Aprilis 1547 a Paulo III Ma-

---

[1] Alph. Ciaconius, O. P., et Aug. Oldoinus, S. J., *Vitae et res gestae Pontificum et S. R. E. cardinalium*, t. III, Romae, 1677, coll. 644-645; Henr. Flórez, O. S. A., *España Sagrada*, t. XXVI, Madrid, 1771, pp. 424-427.

[2] Ferd. Ughellus, O. Cist., *Italia Sacra*, ed. Venetiis, 1717, t. I, col. 1229, t. IV, coll. 274-275; Fr. Lauchert, *Die italienischen literarischen Gegner Luthers*, Freiburg in Br. 1912, pp. 466-474; Steph. Ehses, *Concilii tridentini Actorum* pars altera, Friburgi Brisgoviae, 1911, compluribus locis; Seb. Merkle, *Concilii tridentini Diariorum* pars prima, Friburgi Br., 1901, compluribus locis.

gister Sacri Palatii creatus est. Episcopus mutinensis (Modena) concilio tridentino interfuit annis 1551-1552 et 1561-1563. Hieronymus Seripandus, O. S. Aug., insignis ille cardinalis et concilii tridentini praeses, in commentariis de vita sua scriptis «Foscararius episcopus, inquit, vir doctus, pius et integer atque amabilis valde». A cardinali Pallavicino «huomo excellente in dottrina» vocatur. Religiosissimo illi Bartholomaeo a Martyribus, O. P., archiepiscopo bracarensi, propter effusam in pauperes liberalitatem, admirationi fuit [1].

Blosius sive Blasius, electus episcopus Fulginas (Foligno), natione sabinus (qui familiae nomen Palai in Palladium mutavit) secretarius brevium a Clemente III usque ad Julium III fuit. Vir summae doctrinae ab Angelo Massarello, concilii tridentini secretario, dicitur. Obiit Romae anno 1550. Sua bona omnia ad pias causas distribuit [2].

Breve autem pontificium est hujusmodi:

PAULUS PAPA III [3]

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis officii cura in universum Christi gregem Nobis commissa et divinae gloriae ac laudis amor facit, ut ea, quae salutem animarum et spiritualem earum profectum juvant, amplectentes, vota eorum, qui aliquid, quod fovere et nutrire pietatem in Christi fidelibus valeat, a Nobis exposcunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum ergo, sicut dilectus filius, nobilis vir Franciscus de Borgia, dux Gandiae, Nobis nuper exponi fecit, dilectus filius Ignatius de Loyola, Praepositus Generalis Societatis Iesu, per Nos in alma Urbe nostra erectae et per Nos auctoritate apostolica confirmatae, quaedam documenta sive Exercitia Spiritualia, ex Sacris Scripturis et vitae spiritualis experimentis elicita, composuerit, et in ordinem ad pie movendos fidelium animos aptissimum redegerit; illaque Christi fidelibus ad spiritualem consolationem et profectum magnopere utilia et salubria esse, non solum fama ex plurimis locis allata praedictus Franciscus dux didicerit, sed etiam experimento manifesto, cum Barcinone, tum Valentiae, tum Gandiae id

---

[1] J. QUÉTIF ET J. ECHARD, O. P., *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, t. II, Lutetiae Parisiorum, 1721, pp. 184-186; SF. PALLAVICINO, S. J., *Istoria del concilio di Trento*, l. XXIV, c. XIII, n. 4; EHSES, *Concilii tridentini Actorum*, pars altera, ubi supra, p. 728, not. 5; SEB. MERKLE, ubi supra, compluribus locis.

[2] UGHELLUS, ubi supra, t. I, col. 712; SF. PALLAVICINO, ubi supra, l. X., c. XIII, n. 1; PIUS BON. GAMS, O. S. Ben., *Series episcoporum*, Ratisbonae, 1873, p. 696; GIROL. TIRABOSCHI, *Storia della Letteratura Italiana*, t. VII, P. III, Modena, 1779, p. 180; MERKLE, ubi supra, pars secunda, p. 185.

[3] Hoc Breve sumimus ex *Instituto Societatis Jesu*, vol. III, Florentiae, 1893, pp. 443-445.

compertum habuerit. Quare idem Franciscus dux Nobis humiliter supplicari fecit, ut documenta et Spiritualia Exercitia praedicta, quo latius eorum fructus pateat, et plures Christi fideles majori cum devotione ad utendum illis invitentur, examinari facere; et, si approbatione et laude digna inveniremus, approbare et laudare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui documenta et Exercitia hujusmodi examinari fecimus, et quae testimonio ac relatione dilecti filii nostri Ioannis, tituli S. Clementis, Presbyteri Cardinalis, Burgensis Episcopi ac haereticae pravitatis Inquisitoris, et venerabilis fratris nostri Philippi, Saluciarum Episcopi, ac dictae Urbis nostrae in spiritualibus Vicarii generalis, nec non dilecti filii Aegidii Foscararii, nostri sacri Palatii Magistri, Nobis desuper facta, pietate ac sanctitate plena, et ad aedificationem et spiritualem profectum fidelium valde utilia et salubria esse et fore comperimus: debitum etiam respectum ad fructus uberes, quos Ignatius et ab ipso instituta Societas praefata in Ecclesia DEI ubique gentium producere non cessant, et ad maximum adiumentum, quod ad id praedicta Exercitia attulerunt, non immerito habentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, documenta et Exercitia praedicta, ac omnia et singula in eis contenta, auctoritate praedicta, tenore praesentium, ex certa scientia nostra approbamus, collaudamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus; hortantes plurimum in Domino omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles ubilibet constitutos, ut tam piis documentis et Exercitiis uti, et illis instrui devote velint. Nec non concedentes, ut hujusmodi documenta et Spiritualia Exercitia imprimi a quocumque bibliopola, per praedictum Ignatium eligendo, libere et licite valeant.

Ita tamen, ut post primam editionem, sine consensu ejusdem Ignatii vel successorum ejus, nec ab hoc nec ab alio omnino sub excommunicationis et 500 ducatorum, piis operibus applicandorum, poena imprimi possint. Ac mandantes nihilominus universis et singulis locorum Ordinariis, ac personis in ecclesiastica dignitate constitutis, ac cathedralium ac metropolitanarum ecclesiarum canonicis, et earumdem Ordinariorum Vicariis in spiritualibus, generalibus, et officialibus ubilibet constitutis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, cuivis de Societate praedicta, vel aliis, quorum interierit, in praemissis Spiritualibus Exercitiis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos dicta concessione et approbatione pacifice frui et gaudere: non permittentes eos per quoscumque contra praesentium tenorem quomodolibet molestari; contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII, Praedecessoris nostri, de una, et Concilii Generalis de duabus diaetis, dummodo ultra tres aliquis auctoritate praesentium non

trahatur; quibusvis aliis Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod praesentium litterarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus Praelati seu personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, plena fides ubique habeatur, et illis stetur, tam in judicio quam extra, ac si originales litterae exhiberentur et ostenderentur.

Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die ultimo Iulii, millesimo quingentesimo quadragesimo octavo. Pontificatus Nostri anno XIV.

BLO. EL. FULGINEN.

PRAEFATIUNCULA EDITIONIS PRIMAE VULGATAE VERSIONIS EXERCITIORUM [1]

Quidam de Societate Iesu
devoto lectori ejusdem Societatis salutem in Domino.

Haec documenta ac Spiritualia Exercitia, quae non tam a libris, quam ab unctione Sancti Spiritus, et ab interna experientia et usu tractandorum animorum edoctus, noster in Christo Pater M. Ignatius de Loyola, Societatis nostrae institutor et Praepositus Generalis (ut praemissum est) composuit, ab idiomate hispanico in latinum duobus modis sunt versa: altera versio, non solum sensum sensui, sed pene verbum verbo; altera, quae visa est praeferenda, sensum tantum sensui, sed fideliter reddebat. Cum autem Exercitia haec, ut satisfieret quorumdam et praecipue Illustrissimi ducis Gandiae, Francisci de Borgia, devotioni, qui optabat approbari ea Sedis Apostolicae auctoritate, quae jam pridem, et spiritualis plurimorum omnis generis et conditionis hominum profectus (qui per ea Spiritum Domini vel hauserant vel mirum in modum auxerant) ubique approbaverat; cum, inquam, ante approbationem Summi Pontificis destinatis censoribus videnda proponerentur, utraque translatio eis est oblata. Et licet omnino liberae censurae eorum subjicerentur, ut adderent, minuerent, mutarent, prout in Domino videretur; tamen, ne verbo quidem mutato, utramque versionem (quod testimoniis eorumdem in archetypis exemplaribus patet), approbarunt. Quod ad impressionem attinet, hoc te, pie lector, monitum velim, non iis, qui tantum lecturi Exercitia, sed qui facturi, vel potius aliis tradi-

---

[1] Hanc praefatiunculam sumimus ex eodem opere, unde Breve Pauli III sumptum esse diximus. Quisnam ejus auctor fuerit, vide supra, p. 150.

turi sunt, esse hoc laboris et operae impensum. Cum enim ad fructum uberem capiendum parum sit legisse, nisi strenue quis in eis se exercuerit, et magistrum in rebus spiritualibus versatum sit nactus; constat non eo animo impressa esse, ut passim in vulgus emanarent: sed cum laboriosum nimis esset, nec sine magno temporis et impensarum dispendio, tam multa exemplaria manu scribere, quibus ad Societatis ipsius usum opus erat, et ut, varietate et erratis plurimis (quae in manu scriptis deprehendi solent) devitatis, indubitatae fidei exemplaria suppeterent, typis hoc opus excusum est; sed omnia excusa volumina in potestatem Societatis ad ipsius, ut diximus, usum (ita ut nec vendi nec excudi ullibi possint) sunt redacta. De his te monere, pie lector (si forte minus innotuerant), cum perspecta mihi sint praedicta omnia, officii mei esse duxi. Vale in Domino. Romae VI idus Augusti MDXLVIII.

MONITUM EDITIONIS ROMANAE LIBRI EXERCITIORUM ANNI MDXCVI [1]

LOCA QUAE EX DILIGENTI CUM HISPANICO AUTOGRAPHO COLLATIONE ADNOTATA SUNT IN HAC POSTREMA EDITIONE

Ea Patrum Deputatio, quae in quinta generali Congregatione pro recognoscendo Directorio Exercitiorum instituta fuit, illud in primis proposuit, ut, antequam liber Exercitiorum denuo imprimeretur, cum hispanico autographo, qui Romae servatur, diligenter conferretur, non ut nova quaedam versio fieret, sed ut loca quaedam accommodarentur, quae in vulgata latina subobscura videbantur. Quod cum R. Pater noster fieri mandasset, facta diligenti collatione, compertum est latinam editionem in paucis ab autographo discrepare. Iis igitur praetermissis, quae parvi momenti esse videbantur, ea tantum loca adnotari placuit, in quibus sensus subobscurus censebatur, vel certe clarior hac nova versione reddi poterat. Quae omnia cum essent a R. Patre nostro cum Patribus Assistentibus diligenter examinata, ne vulgata editio, ob reverentiam, quae illi merito debetur, mutari videretur, satius visum est, si in fine * Exercitiorum loca omnia, quae sunt adnotata, ponerentur stellulis quibusdam signata, quae locis, in quibus facta est mutatio, responderent, ut facilius, quae in postrema hac editione fuerunt accommodata, reperiri a quolibet possent. Hic autem labor, ut speramus, majorem

[1] Titulus et monumentum ex eodem opere ac duo superiora. Et vide supra, pp. 158-159.

* In hac editione ponuntur praedicta loca, non omnia simul in fine, sed unumquodque eorum in parte inferiori paginae, in qua locus ipse adnotatus invenitur, secundum normam editionis Romanae a R. P. Roothaan notis illustratae. (Annot. ed. florentinae, anni 1893, operis *Institutum Societatis Jesu*, volumine tertio, p. 448.)

quamdam lucem afferet iis, qui Exercitia tractant; omnibusque Societatis nostrae hominibus, qui Exercitiorum usum habere debent frequentissimum, non erit injucundus.

Romae, 25 Iunii MDXCVI.

Mandato R. Patris nostri Generalis,

IACOBUS DOMINICUS, *Secretarius.*

PARS PRIOR

EXERCITIA SPIRITUALIA

SANCTI IGNATII DE LOYOLA

EXERCITIA SPIRITUALIA

AUTOGRAPHUM

JHS.[a]

ANNOTACIONES[b] PARA TOMAR ALGUNA INTELIGENCIA EN LOS EXERCICIOS SPIRITUALES[2] QUE SE SIGUEN, Y PARA AYUDARSE ASÍ EL QUE LOS A DE DAR, COMO EL QUE LOS A DE RESCIBIR

[1.][a] annotación. La primera annotación es, que por este nombre, exercicios spirituales, se entiende todo modo de examinar la

a Jhs ma *Do.*

b *Tituli in summis paginis positi, castellana lingua scripti, desumuntur ex Aut. Sunt autem in omnibus fere paginis ejusdem Aut. usque ad mysteria vitae Christi exclusive. Ab his igitur mysteriis latinos ponimus pro more nostro.*

Titulorum, qui partes Exercitiorum distinguunt, alii litteris gothicis, alii iisdem, quibus textus exaratus est, scripti sunt in Aut. Illos majusculis, hos communibus litteris exhibemus.

VULGATA VERSIO

† I H S

ANNOTATIONES QUAEDAM ALIQUID ADFERENTES INTELLIGENTIAE AD EXERCITIA SPIRITUALIA[2] QUAE SEQUUNTUR, VT IUUARI POSSIT TAM IS, QUI EA TRADITURUS EST, QUAM QUI ACCEPTURUS

Prima est annotatio, quod ipso nomine spiritualium exercitiorum intelligitur modus quilibet examinandi propriam conscientiam, item

1 Preces *Anima Christi*, etc. non reperiuntur in *Aut.*; Ignatius tamen faciendas injungit compluries, id quod signum est, non solum illo antiquiores esse, sed passim etiam in usu fuisse. Nihilominus in cod. *Re.* (infra, in appendice, n. II) ad colloquium secundum in tertio exercitio hebdomadis primae, indicatur, alias posse adhiberi preces ad Filium «pro tua devotione». Desunt preces illae etiam in antiquioribus mss. et editionibus. P. Fabianus Quadrantinus, anno 1592 vel 1593 (vide infra *Di. Recentiora*, n. II) postulavit, ut in libello *Exercitiorum* ponerentur; sed jam anno 1583 factum id erat in editione vilnensi, omnium prima in hac re, quantum quidem novimus. Vide *Bibliographiam Exercitiorum*, infra).

De ipsarum precum auctore et antiquitate diligenter disseruerunt V. Baesten, S. J.,

EXERCITIA SPIRITUALIA

VERSIO PRIMA

I H S

ANNOTATIONES ALIQUOT AD HABENDAM ALIQUAM INTELLIGENTIAM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM [a] [2], QUIBUS TAM IS QUI TRADIT EXERCITIA, QUAM ILLE QUI EA RECIPIT IUUABITUR

Prima adnotatio est, quod nomine Exercitiorum spiritualium intelligitur quiuis modus examinandi conscientiam uel meditandi uel

[a] spiritualium quae sequuntur.

VERSIO P. ROOTHAAN

Anima Christi, sanctifica me [1].
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inebria me.
Aqua lateris Christi, lava me.
Passio Christi, conforta me.
O bone Jesu, exaudi me:
Intra tua vulnera absconde me:
Ne permittas me separari a te:
Ab hoste maligno defende me:
In hora mortis meae voca me,
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te
In saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES AD CAPIENDAM ALIQUAM INTELLIGENTIAM IN EXERCITIIS SPIRITUALIBUS [2], QUAE SEQUUNTUR, ET UT [EARUM SUBSIDIO] ADJUVET SE TAM IS QUI EA TRADITURUS EST, QUAM QUI ACCEPTURUS.

Prima annotatio est, quod hoc nomine Exercitiorum spiritualium intelligitur quilibet modus examinandi conscientiam, meditandi,

in libello *Précis historique*, Bruxelles, 1883. *Une Inscription latine a Seville et la prière «Anima Christi» dans les livres d'heures du Moyen Age;* Guido M. Dreves in *Stimmen aus Maria Laach*, 28 Maji, anno 1898; eodem anno Dr. Kehrein in *Der Katholik*, tertia serie, vol. XVIII, pp. 118-120; et J. K. Zenner, S. J., in *Zeitschrift für Katholische Theologie*, 1899, p. 559-560. Quae omnia collegit H. Watrigant in CBE, n° 43, Janvier, Février 1913, *Quel est l'auteur de la Prière Anima Christi*, Enghien (Belgique). E quibus auctoribus constat in usu fuisse has preces non modo in Hispania, sed in Gallia etiam, in Italia, in Germania, in Anglia; ortas vero esse saltem ante dimidiatum saeculum XIV. De auctore nihil certi affirmare audent: alii Joannem XXII, alii alios conjiciunt.

[2] Verba «Exercitia spiritualia» a multis ante S. Ignatium eodem modo usurpata sunt. Cf. SUÁREZ *De religione S. J.*, l. IX, c. V, n. 2. Ita e. g. GUIGO DE CASTRO (Chatel), Cartusianus (1137) in *Epistola ad Fratres de Monte Dei*, quae olim S. Bernardo attribuebatur, c. VIII, n. 22, et c. X, n. 29 (Migne, P. L., CLXXXIV, 322, 326). Item S. LAURENTIUS JUSTINIANUS († 1455), *De vita solitaria*, c. I, ad finem: «Sunt igitur spiritualia exercitia sedula cordis intentione colenda» (Opera omnia, Lugduni, 1628, p. 476) et alibi. Notum est eamdem locutionem apud Thomam a Kempis in libello *De imitatione Christi* non raro occurrere.

Circa annotationes consuli possunt LA PALMA, *Camino espiritual*, l. IV, c. 31; et CBE, n° 29-30, *Les Annotations des Exercices de Saint Ignace* par le P. PIERRE WAMY, S. J., Enghien (Belgique), Octobre-Novembre 1910.

AUTOGRAPHUM

consciencia, de meditar, de contemplar, de orar [1] vocal y mental, y de otras spirituales opperaciones, según que adelante se dirá. Porque así como el pasear, caminar y correr son exercicios corporales; por la mesma manera todo modo de preparar y disponer el ánima, para quitar de sí todas las affectiones desordenadas, y después de quitadas para buscar y hallar la voluntad diuina en la disposición de su vida para la salud del ánima, se llaman exercicios espirituales [2].

2.[a] La segunda es, que la persona que da a otro modo y orden para meditar o contemplar, deue narrar fielmente la historia de la tal contemplación o meditación, discurriendo solamente por los punctos con breue o sumaria declaración; porque la persona que contempla, tomando el fundamento verdadero de la historia, discurriendo y raciocinando por sí mismo, y hallando alguna cosa que haga vn poco más declarar o sentir la historia, quier por la raciocinación propria, quier sea en quanto el entendimiento es illucidado [a] por la virtud diuina; **1v** es de más gusto y fructo spiritual, que si el que da los exercicios hubiese mucho declarado y ampliado el sentido de la historia [3]; porque no el mucho

VULGATA VERSIO

meditandi, contemplandi, orandi [1] secundum mentem et vocem, ac postremo alias quascunque spirituales operationes tractandi, ut dicetur deinceps. Sicut enim deambulare, iter facere et currere exercitia sunt corporalia; ita quoque praeparare et disponere animam ad tollendas affectiones omnes male ordinatas, et iis sublatis ad quaerendam ac inueniendam voluntatem Dei circa uitae suae institutionem et salutem animae, exercitia uocantur spiritualia [2].

1v Secunda est, quod ille, qui modum et ordinem alteri tradit meditandi siue contemplandi, fideliter narrare debet meditationis seu contemplationis historiam, percursis obiter dumtaxat punctis illius praecipuis, et adiecta solum breui declaratiuncula; vt is, qui meditaturus est, accepto ueritatis historicae primum fundamento, discurrat postea et ratiocinetur per seipsum. Ita enim fiet, vt dum aliquid inuenerit, quod elucidationem uel apprehensionem historiae aliquanto maiorem praebeat (siue ex discursu proprio, siue ex diuina mentis illustratione id contingat); gustum delectabiliorem, et uberiorem fructum percipiat, quam si res ipsa ei ab altero diffusius narrata et declarata esset [3]; non enim abundan-

[a] illustrado *Ri.*

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 118.

[2] V. supra, p. 186.

[3] «El sentido de la historia»—*sensus historiae,* est ipsa historia rei contemplandae et ejus significatio, quae h oc loco refertur ad intelligentiam; *sentido* non est *sentimiento,* ut videtur sumere *Ro.* in annot. 6, p. 4. Abundantiam quidem scientiae, inquit Ignatius,

VERSIO PRIMA

contemplandi vel orandi [1] uocaliter seu mentaliter, vel alterius spiritualis operationis, vt postea dicetur. Sicut enim deambulare, iter agere et currere sunt exercitia quaedam corporalia; ita etiam omnis modus praeparandi et disponendi animum ad expellendos omnes inordinatos affectus, et, eis expulsis, ad quaerendam et inueniendam diuinam voluntatem circa dispositionem proprii status ad saluten **1v** animae, dicitur spirituale exercitium. [2]

Secunda est, quod is, qui alteri tradit modum et ordinem meditandi vel contemplandi, narret fideliter historiam talis meditationis uel contemplationis, discurrendo duntaxat per principalia puncta breui quadam et compendiosa declaratione adiecta; quia eo (qui contemplatur) accipiente uerum fundamentum historiae et propria industria discurrente et raciocinante, si quid inuenitur quod aperiat historiam, uel eam gustari faciat (siue id inueniatur ex proprio discursu et ui propriae naturae, siue ex hoc quod intellectus illustratur virtute diuina) maiorem habet gustum et fructum spiritualem, quam si is, qui tradit exercitia multum declarasset et dilatasset sensum historiae [3]; non enim multum intelligere, animum satiat et ei satisfacit, sed sentire et gustare res ipsas interne.

VERSIO P. ROOTHAAN

contemplandi, orandi [1] vocaliter et mentaliter, et aliarum operationum spiritualium, prout deinceps dicetur: quia sicut ambulare, ire, et currere exercitia sunt corporalia; ita quilibet modus praeparandi et disponendi animam ad tollendas a se omnes affectiones inordinatas [male ordinatas] et, postquam quis eas sustulerit, ad quaerendam, et inveniendam voluntatem divinam, in vitae suae dispositione, ad salutem animae, vocantur exercitia spiritualia. [2]

Secunda est, quod ille, qui tradit alteri modum et ordinem ad meditandum seu contemplandum, debet narrare fideliter historiam talis contemplationis seu meditationis, discurrendo solum per puncta cum brevi seu summaria declaratione: quia is, qui contemplatur, sumens verum fundamentum historiae, discurrendo ac ratiocinando per se ipsum, et aliquid inveniendo, [i. e. cum ita aliquid invenit] quod aliquanto magis declarari vel sentiri [s. gustari] faciat historiam; sive [id accidat] per propriam ratiocinationem, sive in quantum intellectus divina virtute illustratur; [id] majoris est gustus ac fructus spiritualis, quam si ille, qui tradit Exercitia, multum declarasset ac dilatasset sensum historiae [3]: non enim abundantia scientiae satiat animam, eique satisfacit, sed sentire ac gustare res interne.

---

forte dedisset declarans multum et amplians sensum historiae; non vero sensum internum communicasset, quem quisque per se, Deo adjuvante, quaerere debet.

AUTOGRAPHUM

saber harta y satisface al [á]nima, mas el sentir y gustar de las cosas internamente.

3.ª La tercera: como en todos los exercicios siguientes spirituales husamos de los actos del entendimiento discurriendo y de los de la voluntad affectando; aduertamos que en los actos de la voluntad, quando hablamos vocalmente o mentalmente con Dios nuestro Señor o con sus santos, se requiere de nuestra parte mayor reuerencia, que quando vsamos del entendimiento entendiendo [1].

4.ª La quarta: dado que para los exercicios siguientes se toman quatr[o] semanas, por corresponder a quatro partes en que se diuiden los exer[ci]cios; es a saber, a la primera, que es la consideración y contemplación de los pecados; la 2.ª es la vida de Xpo. nuestro Señor hasta el día de ramos inclusiue; la 3.ª la passión de Xpo. nuestro Señor; la 4.ª la resurrectión y ascensión, poniendo tres modos de orar: tamen no se entienda que cada semana tenga de necessidad siete o ocho días en sí. Porque como acaesce que en la pri[me]ra semana vnos son más tardos para hallar lo que buscan, es a saber, contrici[ón], dolor, lágrimas por sus pecados; asímismo como vnos sean más diligentes que otros, y más agitados o probados de diuersos spíritus; requiérese algunas vezes acortar la semana, y otras ve-

VULGATA VERSIO

tia scientie, sed sensus et gustus rerum interior desiderium animae explere solet.

Tertia est quod, cum in sequentibus omnibus exercitiis spiritualibus utamur actibus intellectus quando discurrimus, **2** voluntatis uero quando afficimur; aduertendum est in operatione, *quae precipue est* uoluntatis, dum uoce aut mente cum Domino Deo uel Sanctis eius colloquimur, maiorem exigi a nobis reuerentiam, quam dum per usum intellectus circa intelligentiam *potius* moramur [1].

Quarta est, quod licet exercitiis sequentibus assignentur quatuor hebdomadae, totidem exercitiorum partibus singulae singulis respondentes; videlicet, ut in prima hebdomada fiat consideratio de peccatis; in secunda de Domini nostri Iesu Christi uita usque ad ingressum eius in Hierusalem die dominica Palmarum; in tertia de Passione eiusdem; in quarta de resurrectione et ascensione; adiectis tribus orandi modis: non tamen ita accipiendae sunt dictae hebdomadae, ut necesse sit unamquanque continere septem uel octo dies. Cum enim contingat alios aliis tardiores uel promptiores esse ad consequendum id, quod quaerunt; puta in prima hebdomada contritionem, dolorem et lachrimas **2v** de peccatis suis; aliquos etiam plus aut minus agitari probarique variis spiritibus: expedit nonnumquam

[1] Cf. SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, nn. 5-7.

VERSIO PRIMA

2r Tertia est, quod cum in omnibus exercitiis spiritualibus utamur actibus intellectus dum discurrimus, et uoluntatis dum afficimur; debemus aduertere quod in actibus, *qui praecipue sunt* uoluntatis, quando alloquimur Dominum uel eius sanctos, siue id mentaliter siue uocaliter fiat, requiritur ex parte nostra maior reuerentia, quam in actibus, *qui intellectus sunt potius* [a] [1].

Quarta: licet ita sit, quod ad sequentia exercitia assignentur quatuor hebdomadae, vt correspondeant quatuor partibus in quas diuiduntur Exercitia, quarum prima est consideratio et contemplatio peccatorum; secunda est contemplatio uitae Christi usque ad diem [b] palmarum inclusiue; tertia est contemplatio passionis Domini nostri JESV CHRISTI; quarta est contemplatio resurrectionis et ascensionis, cui adduntur tres orandi modi: licet, inquam, haec ita habeant, non tamen ita accipiantur, quasi quaeuis hebdomada necessa-**2v** rio habeat septem uel octo dies praecise. Quia cum interdum eueniat, quod in prima hebdomada quidam sint tardiores aliis ad inueniendum id quod quaerunt, nempe contritionem, lachrimas, et dolorem de peccatis suis; et cum aliqui e contrario sint diligentiores

VERSIO P. ROOTHAAN

Tertia, cum in sequentibus omnibus Exercitiis spiritualibus utamur actibus intellectus, dum discurrimus, et voluntatis, dum afficimur: advertere debemus, quod in actibus voluntatis, quando vocaliter aut mentaliter cum Deo Domino nostro, vel cum sanctis ejus loquimur, requiritur ex parte nostra major reverentia, quam dum utimur intellectu, intelligendo [percipiendo] [1].

Quarta, licet pro Exercitiis sequentibus sumantur quatuor hebdomadae, ut respondeant quatuor partibus, in quas dividuntur Exercitia: [quarum partium] videlicet prima est consideratio et contemplatio de peccatis; secunda est Vita Christi Domini nostri, usque ad diem palmarum inclusive; tertia Passio Christi Domini nostri: quarta Resurrectio et Ascensio, appositis tribus Modis orandi: tamen non, [ita hoc] debet intelligi, quod quaevis hebdomada necessario contineat in se septem vel octo dies. Cum enim contingat, in prima hebdomada alios [aliis] tardiores esse ad inveniendum id quod quaerunt, scilicet, contritionem, dolorem, lachrymas de peccatis suis; item cum alii aliis sint diligentiores: alii etiam [aliis] magis agitentur seu probentur diversis spiritibus: necesse est ut ali-

[a] in actibus intellectus.
[b] *In marg. B pro* dominicam *oblitt.*

AUTOGRAPHUM

zes alargarla, y así en todas las otras semanas siguientes [1], buscando las cosas según la materia subiecta; pero poco más o menos se acabarán en XXX días.

VULGATA VERSIO

succidi hebdomadam * quamcunque uel extendi [1], iuxta materiae *subiectae* [c] rationem. Solet tamen totum exercitiorum tempus triginta dierum, aut circiter, spatio concludi.

2r 5.[a] La quinta: al que rescibe los exercicios, mucho aprouecha entrar en ellos con grande ánimo y liberalidad con su Criador y Señor, *ofreciéndo*le [a] todo su querer y libertad, para que su diuina maiestad, así de su persona como de todo lo que tienc, *se sirua conforme* [b] a su sanctíssima voluntad [2].

Quinta est, quod mirum in modum iuuatur, qui suscipit exercitia, si magno animo atque liberali accedens, totum studium et arbitrium suum offerat suo Creatori, vt de se suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum seruire possit iuxta eiusdem bencplacitum [2].

6.[a] La sexta: el que da los exercicios, quando siente que al que se exercita no le vienen algunas mociones spirituales en su ánima, assí como consolaciones o dessolaciones, ny es agitado de varios spíritus; mucho le deue interrogar cerca

Sexta est, quod tradens exercitia, si animaduertat ei, qui recipit, nullas incidere spirituales animi commotiones, vt sunt consolationes uel tristitiae; neque diuersorum spirituum agitationes: saedulo debet percontari, an ipsa exercitia

[a] *Hoc v. (sine* le*) a Sto. Ign. in margine add. pro* dexando *oblitt., quod clare, etsi deletum, legitur in Na.;* se... permittat *Po.;* committendo *Fa.*

[b] *Haec 3 vv. add. in marg. a S. Ign. pro* ordene *oblitt. quod legitur, etsi oblitt. in Na.;* disponat *Fa. Ante 3 vv. addita ab Ign. sunt haec 2* en q̃. *ab eodem scripta et oblitt.*

* *Annotatione quarta in fine, ubi dicitur:* Expedit nonnumquam succidi hebdomadam; *sensus erit clarior, si legatur* contrahi hebdomadam. [*Haec aliaeque notationes, quibus praefigitur stellula una vel plures, emendationes illae sunt, quas Patres a quinta congregatione generali designati faciendas censuerunt in Vulgata versione, et Claudius Aquaviva juris publici fecit die 25 Junii 1598. Eas desumimus ex Instituto Societatis Jesu, Florentiae, 1893, vol. III.*]

[c] propriae querendae ac inueniendae.

[1] V. supra *Proleg.*, pp. 104-105.

[2] V. supra *Proleg.*, pp. 105-106.

VERSIO PRIMA

aliis, et magis agitati et probati a spiritibus diuersis: expedit quandoque abbreuiare tempus, quandoque protendere, et ita faciendum est de quatuor hebdomadis sequentibus [1] prolongandis uel decurtandis iuxta personarum [a] et subiectae materiae exigentiam; nihilominus tamen poterunt finiri exercitia in XXX diebus paueis additis vel substractis.

Quinta est, quod ei qui aeeipit exereitia admodum prodest illa aggredi animo quodam magno [b] et liberali erga Creatorem et Dominum suum, committendo illi omne uelle proprium omnemque 3 libertatem, ut diuina maiestas tam de se quam de suis disponat iuxta sanetissimum beneplacitum suum[2].

Sexta: qui tradit exercitia, eum aduertit quod is; qui exercetur, non mouetur motionibus aliquibus spiritualibus, veluti sunt eonsolationes vel desolationes, nee agitatur a uariis spiritibus; debet eum diligenter interrogare de exereitiis,

VERSIO P. ROOTHAAN

quando eontrahatur [prima] hebdomada, et [eontra] aliquando protrahatur; et idem fiat in omnibus reliquis hebdomadis subsequentibus [1]: quaerendo res [seu fruetum proprium] juxta subjectam materiam. Finientur tamen [integra exereitia] plus minusve intra triginta dies.

Quinta, illi qui aeeipit Exereitia, valde prodest, intrare in illa animo magno et eum liberalitate erga Creatorem ae Dominum suum, omne suum velle, et libertatem [suam] illi offerendo, ut divina ejus Majestas, tam de se, quam de omnibus quae habet, disponat juxta sanctissimam suam voluntatem [2].

Sexta, ille, qui tradit Exercitia, eum sentit, ei, qui exereetur, nullas incidere spirituales motiones in anima; ut sunt consolationes vel desolationes, neque eum agitari variis spiritibus: multum debet eum interrogare cirea Exercitia, an

a rerum.
b lato.

AUTOGRAPHUM

los exercicios, si los haze a sus tiempos destinados y cómo; asimismo de las addiciones, si con diligencia las haze, pidiendo particularmente de cada cosa destas. Habla de consolación y desolación fol. *53*, de addiciones fol. *14*.

7.ª La séptima: el que da los exercicios, si vee al que los rescibe, que está desolado y tentado, no se aya con él duro ny desabrido [1], mas blando y suaue, dándole ánimo y fuerzas para adelante; y descubriéndole las astucias del enemigo de natura humana, y haziéndole preparar y disponer para la consolación ventura.

8.ª La octaua: el que da los exercicios, según la necessidad que sintiere en el que los rescibe, cerca de las dessolaciones y astucias del enemigo, y así de las consolaciones; podrá platicarle las reglas de la primera y 2.ª semana, que son para conoscer varios spíritus, fol. *53 y 56*.

9.ª La nona: es de aduertir, quando el que se exercita anda en los exercicios de la primera semana, si es persona que en cosas spirituales no aya sido versado, y si es tentado grosera y abiertamente, **2v** así como mostrando impedimentos para yr adelante en ser-

VULGATA VERSIO

praescriptis agat temporibus, et quibus modis; an etiam obseruet diligenter cunctas additiones, **3** et de singulis ratio postuletur. Porro de consolationibus et desolationibus infra tractabitur folio [70], de additionibus uero fol. [22-25].

Septima est, quod is qui alterum, exercendum curat, si eum uideat desolatione affici seu tentatione, cauere debet, ne se durum uel austerum [1] ipsi exhibeat, sed mitem potius ac suauem praestet, confirmato eius animo ad agendum strenue in posterum; detectisque inimici nostri uersutiis, eum ad consolationem studeat disponere tanquam breui subsecuturam.

Octaua est, quod circa consolationes et desolationes sumentis exercitia et circa humani hostis fallacias, poterunt usui esse regulae, quae in prioribus duabus hebdomadis* habentur de uariis spiritibus internoscendis.

Nona est, quod quando exercendus est quispiam spiritualium rerum inexpertus, vnde contingat eum in prima hebdomada **3v** crassis quibusdam apertisque tentationibus uexari, ostensis iam inde prosequendi obsequii diuini certis impedimentis, cuiusmodi sunt mo-

[1] V. supra *Proleg.*, p. 74.

* *Annotatione octava, ubi dicitur* In prioribus duabus hebdomadis, *lege* Pro prioribus duabus hebdomadis.

VERSIO PRIMA

si ea facit congruis temporibus et quomodo ea facit; item de additionibus [a], si eas facit diligenter, exigatque particulariter rationem omnium harum rerum, s[c]ilicet consolationum et desolationum, de quibus, fol. [79v] et additionibus, fol. [22v].

Septima, quod qui tradit exercitia, cum uidet eum qui exercetur desolatum et tentatum, non agat cum eo dure nec moleste [1], sed dulciter et suauiter **3v** confortetque eum et exhortetur ad ea quae restant, aperiatque astutias inimici naturae humanae, et hortetur ut se praeparet ad futuram consolationem.

Octaua: qui tradit exercitia, iuxta necessitatem illius, qui illa recipit, circa desolationes et astutias inimici, item et circa consolationes, poterit tradere regulas primae et secundae hebdomadae ad discernendos spiritus, fol. [79, 84].

Nona: aduertendum est, quod cum is qui exercetur versatur circa exercitia primae hebdomadae, si non est uersatus in rebus spiritualibus, sed tentatur crasse et aperte, veluti cum ei demon representat impedimenta ad vlterius progrediendum in uia Domini,

[a] addictionibus, *hic et semper A, quod semel notasse sufficiat.*

VERSIO P. ROOTHAAN

ea faciat praestitutis temporibus, et quomodo [ea faciat]: item de Additionibus, an diligenter eas observet: singillatim de unaquaque ex his rebus sciscitando.—Agitur de Consolatione et Desolatione... [infra, ad finem libri]... de Additionibus... [infra, ad finem primae hebdomadae].

Septima, ille, qui tradit Exercitia, si videat eum, qui ea recipit, esse desolatum ac tentatum, non exhibeat se illi durum neque asperum [1], sed blandum ac suavem, addendo ei animum, ac vires in posterum, et detegendo illi astutias inimici naturae humanae, et efficiendo [admonendo, hortando], ut se praeparet ac disponat, ad futuram consolationem.

Octava, ille, qui tradit Exercitia, juxta necessitatem quam senserit [esse] in eo, qui illa accipit, circa desolationes et astutias inimici, uti etiam circa consolationes, poterit ei tradere [explicare] Regulas primae et secundae hebdomadae quae sunt ad varios spiritus internoscendos... [infra, ad finem libri.]

Nona, advertendum est, [quod] cum ille qui exercetur, versatur in Exercitiis primae hebdomadae, si sit persona, quae in rebus spiritualibus non fuerit versata, sique tentetur crasse et aperte, veluti cum ostendat impedimenta progrediendi ulterius in servitio Dei

AUTOGRAPHUM

uicio de Dios nuestro Señor, como son trabajos, vergüenza y temor por la honrra del mundo, etc.; el que da los exercicios, no le platique las reglas de varios spíritus de la 2.ª semana; porque quanto le aprouecharán las de la primera semana, le dañarán las de la 2.ª, por ser materia más subtil y más subida que podrá entender.

10.ª La décima: quando el que da los exercicios siente al que los rescibe, que es batido y tentado debaxo de especie de bien, entonces es proprio de platicarle sobre las reglas de la segunda semana ya dicha. Porque comúnmente el enemigo de natura humana tienta más debaxo de especie de bien, quando la persona se exercita en la vida ylluminatiua, que corresponde a los exercicios de la 2.ª semana, y no tanto en la vida purgatiua, que corresponde a los exercicios de la 1.ª semana.

11.ª La vndécima: al que toma exercicios en la primera semana aprouecha que no sepa cosa alguna de lo que ha de hazer en la segunda semana; mas que ansí trabaje en la primera, para alcançar la cosa que busca, como si en la 2.ª ninguna buena sperase hallar [1].

12.ª La duodécima: el que da

VULGATA VERSIO

lestia, anxietas, pudor, timor, habita honoris mundani ratione: tunc illi, qui eum exerceri docet, supersedendum est usu regularum, quae ad secundam hebdomadam pertinent, de discretione spirituum; et iis vtendum solis, quae in prima dantur. Quia quantum alter ex his accepturus est commodi, tantundem ex illis dispendii referret, ob subtilitatem rei et sublimitatem, quae est supra eius captum.

Decima est, quod qui exercetur, si tentationibus iactetur, boni spetiem [*sic*] prae se ferentibus, tunc muniendus est per dictas regulas hebdomadae secundae. Humani enim generis inimicus per boni spetiem eos ut plurimum oppugnat, qui antea in uia uitae, quam illuminatiuam appellant, respondente exercitiis secundae hebdomadae, fuerint potius uersati, quam in altera, quae purgatiua dici solet atque per exercitia primae **4** hebdomadae comprehenditur *.

Vndecima est, quod exercenti se in prima hebdomada expedit nescire, quid in secunda sit acturus; sed ad consequendum illud, quod tunc quaerit, acriter laborare, perinde ac si nihil boni postea esset reperturus. [1]

Duodecima est, quod admonen-

* *Annotatione decima* ⌜*in fine, ubi habetur* Atque per exercitia primae hebdomadae comprehenditur, *lege* Atque exercitiis primae hebdomadae respondet.

[1] Cf. Notationem primam post quintam contemplationem hebdomadis secundae.

VERSIO PRIMA

scilicet, labores, vcrecundiam et timorem ob mundanum honorem; tunc is qui tradit exercitia, non *debet declarare* [a] ei regulas discretionis spirituum [b] secundae hebdomadae; **4** quia quantum ei proderunt regulae primae hebdomadae, tantum ei oberunt illae secundae, quod materia subtilior sit et altior, quam ut queat facile intelligere.

Decima est, quod quando qui tradit exercitia aduertit eum, qui ea recipit, tentari sub specie boni, tunc declaret ei regulas secundae hebdomadae iam dictae. Quia communiter inimicus humanae naturae tentat sub specie boni eum, qui versatur in uia [c] illuminatiua, quae correspondet exercitiis secundae hebdomadae, et non ita eum, qui uersatur in uia purgatiua, quae respondet exercitiis primae hebdomadae.

Undecima: est utile ei qui uersatur in prima hebdomada, ut nihil eorum sciat, quae facturus est in secunda; sed ita laboret in prima ad obtinendum id quod quaerit, ac si in secunda nihil boni speret **4v** se inuenturum [1].

Duodecima, quod qui tradit

VERSIO P. ROOTHAAN

Domini nostri, v. g. labores, pudorem et timorem ob honorem mundanum, etc... [tunc] qui dat Exercitia, non ei tradat Regulas de diversis spiritibus, [quae sunt] secundae hebdomadae: quia quantum ei proderunt Regulae primae hebdomadae, [tantum] nocebunt eae, quae secundae sunt; eo quod materia subtilior sit ac sublimior, quam ut ille possit intelligere.

Decima, quando qui tradit Exercitia, sentit eum, qui ea accipit, oppugnari ac tentari sub specie boni: tunc proprium est [convenit] ut sermonem ei habeat de Regulis secundae hebdomadae jam dictae; quia communiter inimicus humanae naturae magis tentat sub specie boni, quando homo se exercet in vita illuminativa, quae respondet Exercitiis secundae hebdomadae, et non tantopere [tentat sub specie boni] in vita purgativa, quae primae hebdomadae Exercitiis respondet.

Undecima, ei qui accipit Exercitia, in prima hebdomada prodest, ut nihil sciat eorum, quae facturus est in secunda hebdomada; sed ut ita laboret in prima ad obtinendum id quod quaerit, ac si in secunda nihil boni se reperturum speraret [1].

Duodecima, ille, qui tradit Exer-

---

[a] non declaret.
[b] spiritus *B*.
[c] uita *B*.

AUTOGRAPHUM

los exercicios, al que los rescibe a de aduertir mucho, que como en cada vno de los çinco exercicios o contemplaciones, que se harán cada día, a de estar por vna hora, así procure siempre que el ánimo quede harto **3** en pensar que a estado vna entera hora en el exercicio, y antes más que menos. Porque el enemigo no poco suele procurar de hazer acortar la hora de la tal contemplación, meditación o oración [1].

13.[a] La terdécima: asimismo es de aduertir que, como en el tiempo de la consolación es fácil y leue estar en la contemplación la hora entera; assí en el tiempo de la desolación es muy difícil complirla; por tanto, la persona que se exerçita, por hazer contra la desolación y vencer las tentaciones, deue siempre estar alguna cosa más de la hora complida; porque no sólo se abeze a resistir al aduersario, mas aun a derrocalle.

14.[a] La quatuordécima: el que los da, si vee al que los rescibe que anda consolado y con mucho herbor, deue preuenir que no haga promessa ny voto alguno inconsiderado y precipitado [a]; y quanto más le conosciere de ligera condición, tanto más le deue preuenir y

VULGATA VERSIO

dus est is, qui exercitatur, ut, cum in quotidiano quolibet exercitio ex quinque infra describendis expendi debeat unius horae tempus, curet semper animi quietem in hoc reperire, quod plus temporis potius quam minus insumpsisse, sibi conscius sit. Frequens est enim daemoni hoc agere, ut praefixum meditationi uel orationi temporis spatium decurtetur [1].

Decima tertia est, quod, cum facile sit ac leue, affluente consolatione, integram contemplationis horam traducere; difficillimum e contra, incidente desolatione; idcirco aduersus tentationem ac desolationem semper pugnandum est, producto ultra praefinitam horam **4v** exercitio, uincendi gratia. Ita enim non solum discimus resistere aduersario, sed eum etiam expugnare.

Decima quarta est, quod si uacans exercitiis cernatur consolatione multa et feruore magno ferri, obuiandum est, ne promisso aliquo uel uoto inconsulte ac praecipitanter facto se obstringat. Idque tanto fuerit diligentius praecuertendum, quanto ille ingenii esse instabilio-

[a] praecipitado *Aut.*

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 106.

VERSIO PRIMA

exercitia debet admonere illum, qui recipit ea, quod [a] cum in quouis quinque exercitiorum uel contemplationum, quae fient quotidie, debeat manere per unius horae spacium, ita id faciat, vt eius animus contentus remaneat, dum putat quod per horam integram uel eo amplius et non minus perstiterit in exercitio; quia inimicus non parum solet curare, ut tempus contemplationis minuatur [1].

Tertia decima: aduertendum, quod sicut tempore consolationis est facile manere in contemplatione per horam integram, ita tempore desolationis est difficillimum; ideo is qui exercetur ut desolationi repugnet et tentationes uincat, debet permanere plusquam per horam; ut im-**5** bibat consuetudinem non solum resistendi aduersario, sed etiam eum prosternendi.

Quarta decima: quod qui tradit exercitia, si uidet eum qui exercetur consolatum et ualde feruidum, debet eum praemonere, ne promissionem aliquam uel uotum inconsideratum et praecipitatum emittat; et quo magis eum cognouerit esse facile mobilem et leuem, eo

[a] ad hoc quod.

VERSIO P. ROOTHAAN

citia, debet eum, qui ea accipit, multum [s. impense, instanter] admonere, ut, cum in unoquoque ex quinque Exercitiis vel contemplationibus, quae singulis diebus fient, durare debeat per unius horae spatium: ita procuret semper, ut animus contentus maneat recogitando [in eo quod conscius sibi sit], perdurasse horam integram in [illo] Exercitio, et imo plus [temporis impendisse] potius quam minus. Nam inimicus [daemon] non parum solet procurare, ut hora contemplationis ejusmodi, meditationis, vel orationis decurtari faciat [1].

Decima tertia, item advertendum est, quod sicut tempore consolationis facile est ac leve durare in contemplatione per horam integram, ita desolationis tempore valde est difficile illam explere. Idcirco is, qui exercetur, ad agendum contra desolationem, et ad tentationes vincendas, debet semper durare aliquantum ultra horam completam: ut non solum assuescat resistere adversario, sed etiam illum prosternere.

Decima quarta, ille, qui tradit Exercitia, si videat eum, qui illa accipit, in consolatione et cum multo fervore procedere, debet praemonere, ne promissionem aliquam faciat, nec votum aliquod inconsiderate ac praecipitanter: et quanto magis eum cognoverit levis

AUTOGRAPHUM

admonir [a]. Porque, dado que iustamente puede mouer vno a otro a tomar religión, en la qual se entiende hazer voto de obediencia, pobreza y castidad; y dado que la buena obra que se haze con voto, es más meritoria que la que se haze sin él; mucho deue de mirar la propria condición y subiecto [1], y quánta ayuda o estoruo podrá hallar en cumplir la cosa que quisiese prometer.

15.[a] La décimaquinta: el que da los exercicios, no deue mouer al q[ue] **3v** los rescibe más a pobreza ny a promessa, que a sus contrarios, ny a un estado o modo de viuir, que a otro. Porque, dado que fuera de los exercicios líçita y meritoriamente podamos mouer a todas personas, que probabiliter tengan subiecto [b], para eligir continencia, virginidad, religión y toda manera de perfectión euangélica; tamen en los tales exercicios spirituales más conueniente y mucho mejor es, buscando la diuina voluntad, que el mismo Criador y Señor se communique a la su ánima

VULGATA VERSIO

ris perspicitur. Quamuis enim unus alterum iuste mouere possit ad ingressum religionis, in qua emittenda sint obedientiae, paupertatis atque castitatis uota; quamuis praeterea maioris sit meriti opus ex uoto quam sine uoto factum: plurima nihilominus ratio habenda est conditionis propriae [1] personarum. Item attente est considerandum, quid commodi uel incommodi possit ocurrere ad illud praestandum, quod aliquis promissurus sit.

Decima quinta est, quod tradens exercitia non debet alterum impellere ad paupertatem et promissionem eius magis quam ad oppositum, **5** neque ad hoc potius quam ad illud institutum uitae. Quia licet extra exercitia licitum sit et pro merito ducendum, si quis caelibatum, religionem et aliam quamcunque euangelicam perfectionem amplecti suadeat iis omnibus, quos ex personarum et conditionum ratione probabile sit fore idoneos; longe tamen conuenientius meliusque est inter exercitia ipsa id non attentare, sed Dei potius uoluntatem quaerere atque

a *Sic Aut.*; amonestar *Po. et Bu.*
b tengan buen subiecto *Do.*

1 «Refertur ad universam hominis naturam et ad ejus dispositionem tum physicam tum moralem». *Ro.*, annot. 20, p. 13. Et v. supra, *Proleg*, p. 73.

VERSIO PRIMA

magis debet eum praeuenire. Quia quanuis alium posset quis juste exhortari ad religionem (in qua intelligitur uotum obedientiae, castitatis et paupertatis), et quanuis bonum ex uoto factum sit magis meritorium quam sine eo factum; ualde tamen aduertenda sunt conditio et subiectum [1] uouentis, et commoda uel impedimenta, ad praestandam rem, quam uult promittere.

Decimaquinta: tradens exercitia non debet ea recipientem plus incitare ad paupertatem vel eius **5v** promissionem, quam ad eius contrarium, uel ad vnum statum seu modum uiuendi, plus quam ad alium; quia licet extra exercitia licite et meritorie possimus incitare omnes, qui ad id idonei probabiliter uideantur, ad eligendum continentiam, virginitatem, religionem et omne aliud commodum medium ad obtinendam perfectionem euangelicam; tamen in exercitiis spiritualibus conuenientius et multo melius est quod, quaesita diuina uoluntate [a], ipsemet Dominus et

[a] quod quaerendo diuinam uoluntatem *B*.

VERSIO P. ROOTHAAN

indolis esse [s. instabilem] tanto magis debet illum praemonere, et [porro] admonere. Quamvis enim recte possit quis movere alium ad Religionem amplectendam, in qua intelligitur [quis] facere votum obedientiae, paupertatis et castitatis; et quamvis bonum opus, quod fit cum voto, sit magis meritorium, quam quod fit sine illo: multum [tamen] attendenda est propria conditio et subjectum [1] [ejus, qui facit Exercitia] et quantum possit invenire auxilii vel impedimenti, in explenda [deinceps] ea re, quam vellet promittere.

Decimaquinta, ille, qui tradit Exercitia, non debet ea accipientem movere magis ad paupertatem ejusve promissionem[a], quam ad opposita, neque ad unum statum vel modum vivendi [magis] quam ad alium: quia licet, extra Exercitia, possimus licite ac meritorie movere omnes, qui probabiliter idoneitatem habeant, ad eligendam continentiam, virginitatem, religionem et omnem modum perfectionis evangelicae: tamen, in talibus Exercitiis spiritualibus, convenientius est, et multo melius, quaerendo divinam voluntatem, ut ipse Creator ac Dominus animae suae [sibi]

[a] paupertatem neque ad promissionem ⌈aliquam⌉ *4.ª ed.*

AUTOGRAPHUM

deuota abraçándola [a] en su amor y alabanza [1], y disponiéndola por la vía que mejor podrá seruirle [2] adelante. De manera que el que los da no se decante ny se incline a la vna parte ny a la otra; mas estando en medio como vn peso [3], dexe inmediate obrar al Criador con la criatura, y a la criatura con su Criador y Señor [4].

16.[a] La décimasexta: para lo qual, es a saber, para que el Criador y Señor obre más çiertamente en la su criatura, si por ventura la tal ánima está affectada y inclinada a vna cosa desordenadamente, muy conueniente es mouerse, poniendo todas sus fuerzas, para venir al contrario de lo que está mal affectada; así como si está affectada para buscar y auer vn officio o be-

[a] *Ita Aut., unde recte Vu. et Ro.* amplexans, *et Fa.* acceptando; *nam v.* abraçar *seu* abrazar *significat* amplecti, *vel* libenter assumere. *Non ita recte Do.* abrasar *quod est* comburere, accendere; *nam littera* ç *nunquam in Aut. pro* s, *saepissime pro* z *adhibetur. Mirum igitur Po. hunc locum ita vertisse*: Dei amore flagrans.

VULGATA VERSIO

praestolari, donec ipse Creator ac Dominus noster animae sibi deuotae sese communicet; eamque amplexans [1], ad sui amorem, laudem et seruitium [2] disponat, prout maxime scit esse commodum. Quapropter dictanti exercitia standum est in quodam aequilibrio [a] sinendumque, ut citra medium Creator ipse cum creatura sua, et haec vicissim cum illo rem transigat [4].

Decima sexta est, quod, ut Creator ipse Dominusque noster in creatura sua certius operetur, si accidat animam ad aliquid minus rectum affici atque inclinare, summopere ac totis uiribus niten-**5v** dum est in contrarium; ut puta si ad officium uel beneficium adipiscendum adspiret, non diuinae gloriae aut communis animarum salutis causa, sed commoditatis suae

[a] *Seq.* ad instar ponderis in statera *oblitt.*

[1] Sensus hujus loci ex supra annotatis, est hujusmodi: eam libenter ac sponte assumens in amorem et laudem sui. *Di. Gra.*, in fine c. 10, ait: «Por ella [la caridad] lo abraçamos [a Dios] en el coraçón». Cf. *Di. Antiqua*, VIII.

[2] E duabus interpretationibus, quas hoc loco praebet *Ro.*, prima certe est praeferenda. Saltem sexies et vicies, extra hunc locum, usurpat Ignatius in *Exercitiis* vocabula *servir, seruicio;* eaque semper significant officium hominis erga Deum, nunquam aliquid homini convenire, quam rem exprimit Ignatius per vocabula *ayudar, provecho*, etc. Caeterum illud *que*, quod est in locutione hispana «por la vía que mejor podrá servirle», pendet a praepositione *por* praecedenti, quasi diceretur *per viam, per quam;* illa omissio praepositionis ante pronomen *que* frequens est in lingua hispana, v. g. in f. 12v, l. 18: «en los puntos que he sentido» pro *en los puntos en que he sentido.*

VERSIO PRIMA

Creator seipsum communicet sibi deuotae animae, eam acceptando ad suum amorem et laudem [1], et disponendo eam uia et modo conuenientiori ad hoc quod in futurum possit ei melius inseruire [2]. Itaque tradens exercitia non se inclinet ad unam partem plusquam ad aliam; sed in aequilibrio consistens sinat Dominum [a] immediate operari cum sua creatura, et creaturam cum suo Creatore [4].

6r Decima sexta: ad id quod supradictum est, scilicet ad hoc quod Creator et Dominus certius operetur in sua creatura, si forsan animus inordinate afficitur et inclinatur ad aliquam rem, est conuenientissimum niti totis uiribus, ut perueniat ad contrarium *affectum ei quo male* [b] afficitur; ueluti, si affectus est ad quaerendum officium aliquod uel beneficium, non

VERSIO P. ROOTHAAN

devotae se communicet eam amplexans in suum amorem ac laudem [1], eamque disponens ea via, qua melius poterit ei deinceps servire [2] [vel, quae melius poterit ipsi convenire in posterum]; ita ut, qui tradit Exercitia, non divertat, nec se inclinet ad unam, neque ad alteram partem; sed consistens in medio, ad instar bilancis, sinat Creatorem cum creatura, et creaturam cum suo Creatore ac Domino immediate operari [4].

Decimasexta, ad id [quod supra dictum est], scilicet, ut Creator ac Dominus certius operetur in sua creatura; si forte talis anima inordinate affecta est et inclinata ad rem aliquam; valde conveniens est [eam] movere se, adnitendo totis viribus, ut veniat [perveniat] ad contrarium ei rei cui male affecta est; veluti si [anima] affecta est ad quaerendum et possidendum offi-

a in tali deliberatione *add. A.*

b ad contrarium rei, cui afficitur.

[3] Magis proprie dixisset: «como el fiel de un peso»; nam *fiel* est staterae stilus sive pars media, quae per se in neutram partem inclinat. In. f. 28v: «me halle como en medio de un peso», ubi *peso* ponitur pro *balanza* seu *statera*.

[4] De dando vel non dando consilio ei qui se exercet, consule SUÁREZ, l. c., cap. VII, nn. 4-5.

AUTOGRAPHUM

neficio, no por el honor y gloria de Dios nuestro Señor ny por la salud espiritual de las ánimas, mas por sus proprios prouechos y intereses temporales, deue affectarse al contrario, instando en oraciones y otros exercicios espirituales, y pidiendo a Dios nuestro 4 Señor el contrario, es a saber, que ny quiere el tal officio o beneficio ny otra cosa alguna, si su diuina maiestad, ordenando sus deseos, no le mudare su affectión primera [1]. De manera que la causa de desear o tener vna cosa o otra, sea sólo seruicio, honrra y gloria de la su diuina maiestad.

17.[a] La décimaséptima: mucho aprouecha, el que da los exercicios, no queriendo pedir [2] ny saber los proprios pensamientos ny peccados del que los recibe, ser informado fielmente de las varias agitaciones y pensamientos, que los varios spíritus le traen [3]; porque según [a] el mayor o menor prouecho le puede dar algunos spirituales exercicios conuenientes y conformes a la necessidad de la tal ánima así agitada.

[a] segum *Aut.*

VULGATA VERSIO

negotiorumque temporalium duntaxat; tunc affectus ad oppositum impelli debet per assiduas orationes et alia exercitia pia, in quibus a clementia Dei oppositum petatur: videlicet hunc ut ille animum offerat ipsi Deo, se tale officium uel beneficium aut aliud quiduis iam non appetere, nisi priorem affectum adeo mutauerit [1], ut nihil iam omnino desideret uel possideat alia ex causa, quam diuini cultus et honoris.

Decima septima * perutilis est, quod, scilicet tradens exercitia inquirere ac scire nolens proprias alterius cogitationes et peccata, superest, ut certior factus fideliter de cogitationibus a uario spiritu immissis [3], et ad maius aut minus bonum trahentibus; spiritualia nonnulla exercitia illi praescribat praesenti animae necessitati opportuna.

* *Annotatio decima septima ita poni debet:* Decima septima. Perutile est ut qui tradit exercitia, quamvis inquirere ac scire non intendat proprias alterius cogitationes et peccata; certior tamen fideliter fiat de variis agitationibus et cogitationibus, quas varii spiritus immittunt. Perspecto enim majori aut minori ejus profectu, nonnulla spiritualia exercitia praescribere illi potest, praesenti animae necessitati opportuna.

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 107.

VERSIO PRIMA

ob honorem uel gloriam Domini, uel salutem animarum, sed ob propria commoda temporalia, debet instare et urgere, ut in contrarium afficiatur, orationibus et aliis spiritualibus exercitiis petens a Domino contrarium, proponensque se nolle tale officium uel beneficium uel quiduis aliud, nisi prius diuina maiestas ordinauerit *sua desideria* [a] et mutauerit primum affectum et finem mouentem ad optandum rem talem [1]; ita quod causa desiderandi uel habendi rem aliquam, sit solum obsequium et honor diuinae maiestatis.

6v Decima septima: multum conducit, quod tradens exercitia, nolens scire nec petere peccata, informetur fideliter de agitationibus et cogitationibus immissis ab utroque spiritu [3]; quia, prout [b] magis uidebit expedire, poterit ei tradere aliqua exercitia conuenientia necessitati talis animi.

[a] suos affectus.
[b] secundum quod.

VERSIO P. ROOTHAAN

cium aliquod vel beneficium, non ob honorem et gloriam Dei Domini nostri, neque ob salutem spiritualem animarum, sed ob propria commoda et utilitates temporales, debet affici [affectum suum impellere] ad contrarium, instando in orationibus aliisque Exercitiis spiritualibus, et petendo contrarium a Deo Domino nostro; [protestando] scilicet, nolle se tale officium vel beneficium, aut aliud quidquam, nisi divina sua Majestas, in ordinem redigens ejus desideria, primum suum affectum ipsi mutaverit [1], ita ut causa desiderandi vel tenendi unum vel alterum, sit solum obsequium, honor et gloria suae divinae Majestatis.

Decimaseptima, multum conducit, ut qui tradit Exercitia, [quamvis] non intendens percunctari neque scire proprias ejus, qui illa accipit, cogitationes et peccata, [tamen] fideliter certior fiat de variis agitationibus et cogitationibus, quas diversi spiritus ei inmittunt [3]; quia secundum majorem aut minorem [ejus] profectum, potest ei tradere quaedam Exercitia spiritualia convenientia, et conformia necessitati animae hujusmodi sic agitatae.

[2] Ordo verborum clarior: «no queriendo el que da los exercicios»... quasi esset ablativus absolutus. *Do.* verba *no queriendo* usque *recibe* uncis includit.

[3] Distinguit proprias sese exercentis cogitationes et peccata ab agitationibus et cogitationibus illi immissis ab spiritibus externis; has, inquit, exercitiorum moderator sciat oportet; illa priora si ignoret, nihil refert. Imo expedire, ut peccata ignoret, colligitur ex omnibus, etiam antiquissimis, *Directoriis*, quae vide suo loco.

AUTOGRAPHUM

18.ª La décima octaua: según la disposición de las personas que quieren tomar exercicios spirituales, es a saber, según que tienen hedad, letras o ingenio, se han de aplicar los tales exercicios; porque no se den a quien es rudo o de poca complisión [1], cosas que no pueda descansadamente lleuar, y aprouecharse con ellas. Assímismo según que se quisieren disponer, se deue de dar a cada vno, porque más se pueda ayudar y aprouechar. Por tanto, al que se quiere ayudar para se ynstruyr y para llegar hasta çierto grado de contentar a su ánima, se puede dar el examen particular, fol. *6.º*, y después el examen general, fol. *7.º*: iuntamente por media hora a la mañana el modo de orar sobre los mandamientos, peccados mortales, etc., fol. *38*, comendándole también la confessión de sus peccados de 8 en 8 días [2], y si puede tomar el sacramento de XV en XV y si se afecta mejor **4v** de 8 en 8. Esta manera es más propria para personas más rudas o sin letras, declarándoles cada mandamiento, y así de los peccados mortales, preceptos de la Iglesia, V sentidos y obras de miscricordia. Ansímesmo, si el que da los exercicios vie-

VULGATA VERSIO

Decima octaua est, quod iuxta eius, qui **6** exercetur, habitudinem, puta pro aetate, doctrina uel ingenio, accommodari debent exercitia; ne cui rudi aut imbecilli seu debili ea imponantur, quae ferre non possit citra incommodum, nedum ad profectum suum assumere. Similiter prout cuique in animo est sese disponere, impartiendum id demum est, quod eum potissimum iuuare possit. Propterea ei, qui se instrui duntaxat postulat, et ad gradum aliquem perduci, in quo animus suus conquiescat, tradi potest particulare primum examen infra positum, fol. [9v], deinde generale, fol. [11v]; simulque modus orandi mane per horae dimidium ex praeceptorum Dei et peccatorum mortalium consideratione, de qua fol. [54v]. Suadendum etiam fuerit, ut octauo quoque die peccata sua confiteatur [2], et quindecim dierum interuallo uel octo potius, si affectus impellat, sumat eucharistiae sacramentum. Ista exercitationis ratio proprie competit rudioribus seu illiteratis, quibus insuper exponenda erunt singula praeccpta Dei atque Ecclesiae, mortalia peccata, cum quinquc scn-**6v** sibus et operibus misericordiae. Itidem, si is, qui tradit

---

[1] Verbum obsoletum pro *complexión*. Idem est quod supra appellavit *condición y subiecto*. Cf. supra, p. 236, annot. 1.

[2] Vide supra, *Proleg.*, p. 27.

VERSIO PRIMA

Decima octaua: secundum dispositionem eorum, qui uolunt recipere exercitia spiritualia, hoc est, secundum eorum aetatem, literas, ingenium, debent eis aptari exercitia; ne crasso ingenio uel delicatae complexioni tradantur res, quas suauiter ferre non possit, uel quibus non possit proficere. Prout etiam [a] quis uoluerit se disponere, debent ei tradi plura uel pauciora exercitia, ut magis iuuari possit [b]. Ideo ei qui tantum uult se disponere ad hoc quod instruatur et [c] usque ad certum gradum satisfaciendi animo suo perueniat, potest tradi examen particulare, 7 fol. [10v], et postea examen generale, fol. [11v] et etiam modus orandi circa praecepta et peccata mortalia, fol. etc. [d] [58v], quod fiet mane per dimidium horae; poteritque exhortari ad confessionem peccatorum octauo quoque die faciendam [2]; et si potest, ad communionem quinto decimo quoque die sumendam, uel si magis afficitur, octauo quoque die. Hic modus est magis conueniens rudibus seu illitteratis, quibus declarabuntur praecepta Dei, peccata mortalia, praecepta Ecclesiae, quinque sensus et opera misericordiae. Similiter si tradens exercitia uideat, recipientem illa

VERSIO P. ROOTHAAN

Decima octava, juxta dispositionem eorum, qui volunt Exercitia spiritualia suscipere, id est, secundum eorum aetatem, doctrinam, vel ingenium, applicari debent talia [hujusmodi] Exercitia; ne homini rudi vel exiguae [delicatae] complexionis tradantur ea, quae commode [s. suaviter] ferre non possit, et quibus non possit proficere. Similiter, prout quisque voluerit se disponere, id ei dandum est, quo magis possit se juvare et proficere. Itaque ei qui [tantum] se juvare vult ut instruatur, et ut perveniat usque ad certum gradum contentam reddendi animam suam, dari potest Examen particulare, infra [post Fundamentum], ac postea Examen generale [ibidem], simul et Modus orandi, mane per medium horam, circa praecepta, peccata mortalia etc., infra [in fine quartae hebdomadae] commendando ei etiam Confessionem suorum peccatorum [faciendam] octavo quoque die [2], et, si potest, Communionem decimoquinto [quoque die], et si [ita] afficitur, melius octavo quoque die. Hic modus magis est conveniens rudioribus seu illiteratis, declarando illis [singillatim] unumquodque praeceptum, et sic de peccatis mortalibus, prae-

---

a secundum etiam quod.
b ut magis expedierit.
c et quod *B*.
d *B habet* 25 *pro* etc. *errore librarii, qui non intellexit signum quod est in A. Vide infra, annot. huic similem in meditatione de duobus vexillis, fol. 35v.*

AUTOGRAPHUM

re al que los recibe ser de poco subiecto o de poca capacydad natural, de quien no se espera mucho fructo; más conueniente es darle algunos destos exercicios leues [1] hasta que se confiese de sus peccados; y después dándole algunos exámines de consientia, y orden de confesar más a menudo que solýa, para se conseruar en lo que ha ganado, no proceder adelante en materias de elección, ny en otros algunos exercicios, que están fuera de la primera semana; mayormente quando en otros se puede hazer mayor prouecho, faltando tiempo para todo.

VULGATA VERSIO

exercitia, alterum uiderit debilis esse naturae ac parum capacis, vnde modicus prouentus et fructus sperari queat; satius fuerit aliqua ex dictis leuioribus [1] exercitiis ipsi praescribere, usque ad confessionem peccatorum; postea nonnulla conscientiae examina et methodum confessionis frequentioris dare, quibus iam paratum sibi animae profectum seu lucrum tueri possit. Non erit autem progrediendum ad electionum dictamina, aliorumue, quam primae hebdomadae, exercitiorum; quoties praesertim alii adsunt maiore cum fructu exercitandi, nec omnia omnibus praestare temporis permittit angustia.

19.[a] La XVIIII: al que estubiere embaraçado en cosas públicas o negocios conuenientes, quier letrado, o ingenioso, tomando vna hora y media para se exercitar, platicándole para qué es el hombre criado, se le puede dar asímismo por spacio de media hora el examen particular, y después el mismo general, y modo de confesar y tomar el sacramento, haziendo tres días cada mañana por spacio de vna hora [2], la meditación del 1.º, 2 y 3 peccado, fol. *10º*; después

Decima nona est, quod homini negotiis publicis uel aliis conuenientibus districto, siue ingenio siue literis praeditus sit, suppetente ipsi [a] hora una et dimidia diebus singulis ad sumenda nonnulla exercitia, exponendum primo erit quem in finem homo creatus sit; deinde per horam dimidiam examen **7** particulare; deinceps generale cum modo rite confitendi sumendique sancti sacramenti tradi ei possunt, praescribendo etiam, ut mane per triduum[2]

[a] *Hoc v. add. supra versum.*

[1] Cf. *Di. Anon.* B, f. 15v et sqq.; item *Chron. Po.*, VI, 16; *Monum. Ignat.*, ser. 1ª, X, 690 et XI, 540; *Fabri Monum.*, 84, annot. 8, 107, etc.

[2] Animadverte diligenter, tribui hoc loco singulis meditationibus ternas horas.

VERSIO PRIMA

esse ucl debilis complexionis [a] ucl paruae capacitatis naturalis, a quo non speratur adco copiosus fructus; expedientius est tradere illi aliqua exercitia leuiora [1], quousque faciat confessionem suorum peccatorum; tradere etiam aliquam formulam examinandi conscientiam et modum aliquem frequentius, quam solitus esset, confitendi, ad hoc ut conseruet se in his quae semel adeptus est, expedientius, **7v** inquam, quam prosequi reliqua exercitia et materiam electionum, uel aliquod aliud exercitium, quod sit extra primam hebdomadam, maxime quando in aliis potest fieri maior fructus nec tempus pro utraque re sufficit.

Decimanona: occupato in rebus publicis, seu in aliis negotiis necessariis, siue literatus siue ingeniosus sit, accipienti horam cum dimidia ad exercitia facienda, praemissa meditatione finis [b] ad quem homo conditus est, potest etiam tradi per dimidium horae examen particulare, et postea ipsum examen generale et modus etiam confitendi et accipiendi sacramentum, et faciat per tres dies quouis mane meditationem primi, 2.[i] et 3.[i] peccati, folio [16] per spacium unius [2]

[a] *Emendatum videtur ex* naturae *in B;* complexionis *A.*

[b] praemiso prius fine.

VERSIO P. ROOTHAAN

ceptis Ecclesiae, quinque sensibus, et operibus misericordiae. Similiter, si ille, qui tradit Exercitia, videat eum, qui ea accipit esse exiguum subjectum [a] vel parvae capacitatis naturalis, a quo non speratur multum fructus, convenientius est, ei tradere aliqua ex his Exercitiis levibus [1], [levia, s. leviora ex libro Exercitiorum] donec faciat confessionem suorum peccatorum; ac dein dando illi aliqua Examina conscientiae, et praescribendo, ut confiteatur frequentius, quam solebat, ut se conservet in eo quod adeptus est, non progredi ulterius in materias Electionis, neque in alia ulla Exercitia, quae sunt extra primam hebdomadam; maxime quando in aliis major profectus fieri potest, dum tempus deest [non sufficit] ad omnia.

Decima nona, ei qui implicatus [s. occupatus] esset in rebus publicis vel negotiis convenientibus [utilibus, necessariis], sive literatus sit, sive ingenio polleat, si sumat unam horam cum dimidia [quotidie] ad Exercitia facienda, proponendo ei [primum] ad quid creatus est homo, tradi item potest per horae dimidium Examen particulare, ac postea ipsum generale, et modus confitendi ac sumendi [sanctissimum] Sacramentum: faciat [que] per tres dies [2]

[a] exigui subjecti *4.ª ed.*

AUTOGRAPHUM

otros tres días a la misma hora la meditación del processo de los peccados, fol. *12°;* después por otros tres días a la misma hora haga de las penas que corresponden a los peccados, fol. *13°*, dándole en todas tres meditaciones las X addiciones, fol. *14°*, lleuando el mismo discurso por los misterios de Xpo. nuestro Señor, que adelante y a la larga en los mismos Exercicios se declara.

20.[a] La vigéssima: al que es más desembaraçado y que en todo lo possible desea aprouechar, dénsele todos los exercicios **5** spirituales por la misma orden que proçeden, en los quales por vía ordenada [a] tanto más se aprouechará, quanto más se apartare de todos amigos y conoscidos, y de toda solicitud terrena [1]; assí como mudándose de la casa donde morava, y tomando otra casa o cámera para habitar en ella, quanto más secretamente pudiere; de manera que en su mano sea yr cada día a missa y a bísperas, sin temor que sus conoscidos le hagan impedimiento.

[a] *Sic Aut. et Do.;* ordinaria *Bu., Ve. et Fa.;* plerumque *Po. Unde probabiliter colligas v.* ordenada *lapsu calami pro* ordinaria *scriptum esse.*

VULGATA VERSIO

spatio unius horae meditationem agat de primo, secundo ac tertio peccato, ut docetur fol. [15v]; postea per alios tres dies eadem hora de processu peccatorum, ut fol. [18v]; per alios totidem de poenis, quae peccatis respondent, fol. [20].

Dictandae quoque illi erunt intra totum dictarum trium meditationum tempus decem additiones illae, quae habentur fol. [22]. Obseruabitur eadem meditandi ratio circa mysteria Domini nostri Iesu Christi, quae infra in ipsismet Exercitiis late explicatur.

Vigesima est, quod ei, qui a negotiis liberior est, et fructum consequi spiritualem optat, quam possit maximum, tradenda sunt omnia exercitia eodem quo procedunt ordine *(et quidem scribi rerum capita ne excidant e memoria expedit).* In quibus (secundum successum communiorem) tanto maiorem faciet progressum spiritualis uitae, quanto magis ab amicis notisque omnibus et ab omni rerum **7v** humanarum solicitudine [1] sese abduxerit: vt si ab aedibus pristinis migret in domum cellamue aliquam secretiorem, unde ipsi liberum securumque sit egre-

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 73-74, 118.

VERSIO PRIMA

horae; faciat etiam per alios tres dies eadem hora meditationem processus peccatorum, fol. [19]; tandem per alios tres dies eadem **8** hora meditetur poenas correspondentes peccatis, fol. [21], denturque illi in omnibus tribus meditationibus decem additiones fol. [22v]; et seruetur idem discursus circa mysteria Domini nostri Jesu Christi, qui postea in exercitiis diffuse [a] declarabitur.

Vigesima: quod ei qui omnino est expeditus et pro uiribus optat proficere, tradantur omnia spiritualia exercitia ordine suo *(et quidem scripta rerum capita tradi, ne elabantur e memoria, expedit)*, in quibus, uia ordinaria, eo plus quis proficiet, quo plus se segregauerit ab omnibus amicis et notis et ab omni solicitudine terrena [f]; quod fiet relinquendo pristinam domum et accipiendo aliam seu aliud cubiculum, in quo possit secretius habitare; ita ut [b] sit ei liberum ire quotidie ad missam et ad uesperas, nec [c] timeat quod [d] noti sint ei impedimento; et ex hac segrega-

a diffuse in exercitiis *A*.
b ita quod.
c sine hoc quod.
d quod sibi,

VERSIO P. ROOTHAAN

quolibet mane spatio unius horae meditationem de primo, secundo et tertio Peccato, infra, [in prima hebdomada]; deinde per alios tres dies eadem hora meditationem de Processu peccatorum, infra [ibidem]; postea per alios tres dies eadem hora, faciat de Poenis quae peccatis respondent, infra [ibidem]; tradendo illi in omnibus tribus meditationibus decem Additiones, infra [ibidem]; servando eum discursum [s. ordinem] circa mysteria Christi Domini nostri, qui infra ac fuse in ipsis Exercitiis declaratur.

Vigesima, ei qui magis expeditus est [liber a negotiis], et qui desiderat in omnibus, quantum potest, proficere, tradantur omnia Exercitia spiritualia eodem ordine, quo procedunt, in quibus, via ordinaria, eo plus proficiet, quo magis segregaverit se ab omnibus amicis ac notis, et ab omni sollicitudine terrena [f], verbi gratia, migrando e domo in qua habitabat, et eligendo aliam domum, vel [aliud] cubiculum, ut ibi degat quam secretissime possit; ita ut in ejus potestate sit ire quotidie ad Missam et ad Vesperas, absque timore ne noti sui eum impediant.

AUTOGRAPHUM

Del qual apartamiento se siguen tres prouechos principales, entre otros muchos: el primero es, que en apartarse hombre de muchos amigos y conoscidos, y asímismo de muchos negocios no bien ordenados, por seruir y alabar a Dios nuestro Señor [1], no poco meresçe delante su diuina maiestad; el segundo, estando ansí apartado no teniendo el entendimiento partido en muchas cosas, mas poniendo todo el cuydado en sola vna, es a saber, en seruir a su Criador, y aprouechar a su propria ánima; vsa de sus potencias naturales más libremente [b], para buscar con diligencia lo que tanto desea; el 3.° quanto más nuestra ánima se halla sola y apartada, se haze más apta para se açercar y llegar a su Criador y Señor; y quanto más así se allega, más se dispone para rescibir gracias y dones de la su diuina y summa bondad.

b *Prius* liberamente.

VULGATA VERSIO

di ad matutinum [a] sacrum missae, uel ad uesperarum officium, cum libuerit, audiendum, absque familiaris cuiusquam interpellatione. Ex qua quidem loci secessione, inter alias multas commodidates hae tres praecipue consurgunt: prima, quod, seclusis amicis et familiaribus, negotiisque minus recte ordinatis ad Dei cultum [1], gratiam apud Deum non mediocrem meretur; secunda, quod per huiusmodi secessum, intellectu minus quam antea distracto in diuersas partes, sed collecta redactaque omni cogitatione ad rem unam, scilicet ad obsequendum Deo Creatori suo, et saluti animae suae consulendum; multo liberius ac expeditius utitur naturae uiribus in quaerendo eo, quod desiderat tantopere; tertia quod quanto se magis reperit anima segregatam ac solitariam, tanto aptiorem seipsam reddit ad quaerendum **8** attingendumque Creatorem et Dominum suum; ad quem insuper quo propius accedit, eo melius ad suscipienda bonitatis diuinae dona disponitur.

a *Post* matutinum *virgula est in edd. prima romana 1548; secunda, conimbricensi, 1553; vindobonensi, 1563; burgensi, 1574; hispalensi, 1587; virgulam omisit secunda romana, 1574, quam sequitur Inst. S. J., idque consonum magis est hispanico textui, in quo nihil est nisi quod nos exhibemus, manuscripto Vulgatae, ubi virgula est post* missae, *non post* matutinum, *et locis parallelis Vu., Ve. et Aut. Cf. in Vu., f. 37, in Ve. f. 36, in Aut. f. 24v. Unde Ro. dicit, illud* Matutinum *mendose in Vulgatam irrepsisse. Not. 32, ad hunc locum.*

1 «Intelligenda haec verba ita, ut finem exprimant, ob quem quis ab amicis et a negotiis secedat, non vero referenda ad negotia non bene ordinata». *Ro.*, annot. 33, p. 19.

VERSIO PRIMA

tione sequuntur tria potissimum commoda inter alia: primum est, quod ita se separando a multis amicis et negotiis non bene ordinatis, vt melius quis Deo seruiat [1], non pa-**Sv** rum meretur coram diuina maiestate; secundum est, quod ita separatus et non habens intellectum circa multa diuisum, sed apponens omnem curam circa Dei seruitium et animae utilitatem, melius utitur suis naturalibus potentiis ad liberius et diligentius quaerendum quod optat; tertium est, quia, quo animus est magis separatus et solus, eo est aptior, ut Deo et Creatori suo, quaerendo ipsum, appropinquet; et quo magis ei appropinquat, eo magis disponitur ad recipiendum gratias et dona a diuina et summa bonitate. **9r purum.**

VERSIO P. ROOTHAAN

Ex qua secessione sequuntur tres praecipuae utilitates, inter alias multas: Prima est, quod segregando se quis a multis amicis ac notis, itemque a multis negotiis non bene ordinatis, ut serviat Deo Domino nostro eumque laudet [1], non parum meretur coram sua divina Majestate. Secunda, [quod] ita segregatus, non habens intellectum divisum circa multa, sed ponens omnem curam in una re sola, scilicet, in serviendo Creatori suo, et in profectu animae propriae, liberius utitur naturalibus suis potentiis, ad quaerendum diligenter id quod tantopere desiderat. Tertia [quod] quanto magis anima nostra reperit se solam et segregatam, [tanto] se reddit aptiorem ad appropinquandum Creatori ac Domino suo, eumque attingendum: et quanto magis ita eum attingit, [eo] magis se disponit ad suscipiendas gratias ac dona a sua divina ac summa bonitate.

AUTOGRAPHUM

5v EXERCICIOS ESPIRITUALES PARA VENCER A SÍ MISMO Y ORDENAR SU VIDA, *SIN DETERMINARSE POR* [a] AFFECCIÓN ALGUNA QUE DESORDENADA SEA

Para que así el que da los exercicios espirituales como el que los rescibe, más se ayuden y se aprouechen; se a de presuponer, que todo buen xpiano. ha de ser más prompto a salbar la proposición del próximo, que a condenarla; y si no la puede saluar, inquira como la entiende, y si mal la entiende, corríjale con amor; y si no basta, busque todos los medios conuenientes para que, bien entendiéndola, se salue [1].

PRINCIPIO Y FUNDAMENTO [2]

El hombre es criado para alabar, hazer reuerencia y seruir a Dios nuestro Señor [3], y mediante esto salbar su ánima; y las otras cosas sobre la haz de la tierra son criadas para el hombre, y para que le ayuden en la prosecución del fin para que es criado. De donde se sigue, que el hombre tanto a de

VULGATA VERSIO

8v EXERCITIA QUAEDAM SPIRITUALIA, PER QUAE HOMO DIRIGITUR, UT UINCERE SEIPSUM POSSIT, ET UITAE SUAE RATIONEM, DETERMINATIONE A NOXIIS AFFECTIBUS LIBERA, INSTITUERE

Imprimis, ut per huiusmodi exercitia, tam qui ea tradit, quam qui accipit, iuuari queat; supponendum est, christianum unumquenque pium debere promptiore animo sententiam seu propositionem obscuram alterius in bonam trahere partem, quam damnare. Si uero nulla eam ratione tutari possit, exquirat dicentis mentem; et, si minus recte sentiat uel intelligat, corripiat benigne; hoc nisi sufficit, uias omnes opportunas tentet, quibus illum sanum intellectu, ac securum reddat ab errore [1].

9 PRINCIPIUM SIUE FUNDAMENTUM [2]

Creatus est homo ad hunc finem, ut Dominum Deum suum laudet ac reuereatur, eique seruiens [3] tandem saluus fiat; reliqua uero supra terram sita, creata sunt hominis ipsius causa, ut eum ad finem creationis suae prosequendum iuuent. Vnde sequitur utendum illis uel abstinendum eatenus

[a] *Addita in marg. pro* sin *oblitt. in textu.*

[1] Vide supra, *Proleg.*, p. 169, et varias lectiones in *Ve.*

[2] Cf. CBE n° 9, 20 Junii 1907, Enghien (Belgique), *La Méditation fondamentale avant saint Ignace*, auctore P. H. Watrigant, S. J. Cf. quoque *Proleg.*, supra, p. 74.

[3] Nota hoc esse idem re vera ac Deum diligere.

VERSIO PRIMA

9v PRIMA HEBDOMADA

SEQUUNTUR ALIQUA EXERCITIA SPIRITUALIA AD HOC UT [a] QUIS SEIPSUM UINCAT ET ORDINET UITAM SUAM ABSQUE AFFECTIONE ALIQUA INORDINATA

Ad hoc quod tam is, qui tradit exercitia spiritualia, quam is qui accipit, sese [b] iuuent et proficiant; est supponendum, quod quiuis bonus christianus, debet esse promptior ad saluandam propositionem a proximo prolatam, quam ad eam damnandam; quod si non possit eam saluare, inquirat a proximo, quomodo eam intelligat; et si male [c], eum cum charitate corrigat; quod si non suffecerit [d], quaerat tunc omnia media conuenientia ad hoc quod proximus, sane illam propositionem intelligens, saluetur [1 e].

10r PRINCIPIUM ET FUNDAMENTUM [2]

Homo est creatus ad laudandum Deum et ei exhibendum obsequium et reuerentiam[3] et ad saluandum his mediis animam suam; reliqua autem omnia super terram existentia creata sunt ad hoc ut [f] hominem iuuent ad prosecutionem finis ad quem conditus est. Ex quo fit [g] quod homo eatenus eis uti de-

a quod.
b mutuo sese.
c quo illa male intelligente.
d cum charitate reprehendat id *B;* eum charitate corrigat, ad quod si solus non suffecerit *A prius; nunc vero* eum cum charitate corrigat, iam quod si non suffecerit.
e saluet eam *B;* saluetur *A prius; nunc autem* saluet eam.
f quod.
g conficitur.

VERSIO P. ROOTHAAN

EXERCITIA SPIRITUALIA, UT [HOMO] VINCAT SE IPSUM, ET ORDINET VITAM SUAM, QUIN SE DETERMINET [NON DETERMINANDO SE] OB ULLAM AFFECTIONEM, QUAE INORDINATA SIT

Ut tam is, qui tradit Exercitia spiritualia, quam qui accipit, magis sese juvent ac proficiant, praesupponendum est, quemvis bonum Christianum promptiorem esse debere ad salvandam propositionem proximi, quam condemnandam: et si non potest eam salvare, inquirat [ex ipso] quomodo eam intelligat, et si quidem male illam intelligit, corrigat illum cum amore; et si [id] non sufficit, quaerat omnia media convenientia, ut [ille] bene eam intelligens se salvet [1].

PRINCIPIUM ET FUNDAMENTUM [2]

Homo creatus est, ut laudet Deum Dominum nostrum, ei reverentiam exhibeat, eique serviat [3], et per haec [haec agendo] salvet animam suam: et reliqua super faciem terrae [sita], creata sunt propter hominem, et ut eum juvent in prosecutione finis, ob quem creatus est. Unde sequitur, homini

AUTOGRAPHUM

vsar dellas, quanto le ayudan para su fin, y tanto deue quitarse dellas, quanto para ello le impiden. Por lo qual es menester hazernos indiferentes a todas las cosas criadas, en todo lo que es concedido a la libertad de nuestro libre albedrío, y no le está prohibido [1]; en tal manera que no queramos de nuestra parte más salud què enfermedad, riqueza que pobreza, honor que dessonor, vida larga que corta [2], **6** y por consiguiente en todo lo demás; solamente deseando y eligiendo lo que más nos conduçe para el fin que somos criados.

EXAMEN [3] PARTICULAR Y COTIDIANO CONTIENE EN SÍ TRES TIEMPOS Y DOS VEZES EXAMINARSE

El primer tiempo es, que a la mañana luego en leuantándose,

VULGATA VERSIO

esse, quatenus ad prosecutionem finis uel conferunt uel obsunt. Quapropter debemus absque differentia nos habere circa res creatas omnes (prout libertati arbitrii nostri *subiectae* [a] * sunt, et non prohibitae) [1]; ita ut (quod in nobis est) non quaeramus sanitatem magis, quam aegritudinem; neque diuitias paupertati, honorem contemptui, uitam longam breui praeferamus [2]; sed consentaneum est ex omnibus ea demum, quae ad finem ducunt, eligere ac desiderare **.

9v EXAMEN [3] PARTICULARE ET QUOTIDIANUM TRIA TEMPORA COMPLECTENS, AD DISPOSITIONEM SUI AC DUPLICEM DISCUSSIONEM ACCOMMODA

Primum tempus est matutinum, quo debet homo statim dum a

[a] eoncessae. — * *In fundamento, ubi dicitur:* Prout libertati arbitrii nostri subjectae sunt, et non prohibitae; *clarius ex autographo dicatur:* Prout libertati arbitrii nostri permissum est, et non prohibitum.

** *Circa finem fundamenti, ubi habetur* Sed consentaneum est, ex omnibus ea demum, quae ad finem ducunt, êligere ac desiderare; *dicatur:* Sed consentaneum est, ex omnibus ea demum, quae ad finem, cujus gratia conditi sumus, nos ducunt, eligere ac desiderare. [*Vides omitti hispanum* más.]

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 74, 131-132.

[2] V. apud SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 12, eur etiam vitam et bonam valetudinem, quae per se naturae conveniunt, perfectius sit diligere tantum ut virtutis instrumenta.

VERSIO PRIMA

bet, quatenus eum ad finem suum iuuant; atque [a] ab eis abstinere, quatenus ad eum finem impediunt. Quocirca opus est, ut simus indifferentes ad omnia creata, quoad [b] concessum est libertati nostrae et non prohibitum [1]. Itaque ex parte nostra nolimus plus sanitatem quam egritudinem, diuitias quam paupertatem, honorem quam opprobria, uitam prolixam quam breuem [2], et ita de aliis consequenter; solum optemus et eligamus ea, quae magis conducunt nos ad finem propter quem creati sumus.

10v EXAMEN [3] PARTICULARE ET QUOTIDIANUM, CONTINENS IN SE TRIA TEMPORA ET DUPLICEM EXAMINATIONEM, BIS QUOTIDIE FACIENDUM

Primum tempus est matutinum, in quo cum primum quis surrexe-

VERSIO P. ROOTHAAN

eatenus utendum illis esse, quatenus ipsum juvent ad finem suum, et eatenus debere eum expedire [retrahere] se ab illis, quatenus ipsum ad eum [finem] impediant; quapropter necesse est facere [reddere] nos indifferentes erga res creatas omnes, quoad concessum est libertati nostri liberi arbitrii, et non prohibitum [1], adeo ut non velimus ex parte nostra magis sanitatem quam infirmitatem, divitias quam paupertatem, honorem quam ignominiam, vitam longam quam brevem [2], et consequenter in ceteris omnibus, unice desiderantes et eligentes ea, quae magis nobis conducant ad finem, ob quem creati sumus.

EXAMEN [3] PARTICULARE ET QUOTIDIANUM; CONTINET IN SE TRIA TEMPORA, ET EXAMINATIONEM SUI BIS, [QUOTIDIE] FACIENDAM.

Primum tempus est, quod mane statim ac [e strato] surgit homo,

[a] eatenusque.
[b] inquantum.

[3] De examine cf. commentarium historicum *De examine conscientiae*, in CBE n° 23, Septembri 1909, Enghien (Belgique), auctore P. H. WATRIGANT, S. J., et opus asceticum LUDOVICI DE LA PALMA, *Tratado del Examen de la conciencia*, Barcelona, 1903, latine prius editum, ibidem anno 1887.

AUTOGRAPHUM

deue el hombre proponer de guardarse con diligencia de aquel pecado particular o defecto, que se quiere corregir y enmendar. El segundo, después de comer [1], pedir a Dios nuestro Señor lo que hombre quiere, es a saber, gracia para acordarse quántas vezes ha caýdo en aquel pecado particular o defecto, y para se emendar [a] adelante, y consequenter haga el primer examen demandando cuenta a su ánima de aquella cosa propósita y particular de la qual se quiere corregir y emendar, discurriendo de hora en hora o de tiempo en tiempo, començando desde la hora que se leuantó hasta la hora y puncto del examen presente; y haga en la primera línea de la g=tantos punctos[2] quantos a incurrido en aquel pecado particular o defecto; y después proponga de nuevo de emendarse hasta el segundo examen que hará. El terçero tiempo, después de çenar se hará el 2.° examen asímismo de hora en hora, **6v** començando desde el primer examen hasta el 2.°

VULGATA VERSIO

somno surgit, proponere diligentem sui custodiam circa peccatum aut uitium aliquod particulare, a quo emendari cupit. Secundum est pomeridianum [1], in quo petenda est a Deo gratia, ut reminisci possit ille, quoties in peccatum seu delictum istud particulare inciderit, et in posterum cauere. Deinde priorem faciat discussionem, exigens ab anima sua rationem de peccato seu uitio iam dicto, et singulas diei partes praeteritas percurrens ab ea hora, qua surrexit, usque ad praesentem, quoties illud commiserit; et puncta [2] **10** totidem signet in priore linea figurae subscriptae; quibus peractis, denuo proponat per spatium diei reliquum diligentius sese cohibere. Tertium erit uespertinum tempus, in quo post coenae horam facienda est discussio secunda, percursis itidem horis singulis ab examine priore usque ad praesens lapsis, et eodem modo rememoratis enumeratisque uicibus, quibus deliquerit, parem eis punctorum numerum signabit in posteriore

a *Prius* enmendar; *item paulo post bis.*

1 Nunc quidem fieri solet examen hoc ante prandium; sed eo tempore, quia plerique jentaculum mane non sumebant, prandebant ante meridiem. Cum Hieronymus Natalis, Societatis visitator, anno 1563 constituisset, ut Germaniae Superioris socii per totum annum hora 10 ½ pranderent, Petrus Canisius, praepositus provincialis. Lainium generalem monuit, horam adeo seram, esse et sociis incommodam et in Germania inusitatam. (*Epist. P. Nadal*, II, 276). In congregatione helvetica monasteriorum benedictinorum

VERSIO PRIMA

rit, debet proponere se diligenter uitaturum [a] peccatum particulare seu defectum, quem corrigere et emendare cupit. Secundum tempus est pomeridianum [1], in quo petet a Domino nostro id quod cupit, nempe gratiam ad hoc ut recordetur quoties illud particulare peccatum uel defectum incurrerit, et ad id deinceps corrigendum; et consequenter, faciat primum examen, exhigens [*sic*] ab animo suo rationem de re proposita et particulari, quam corrigere et emendare uult, discurrens per horas singulas vel tempora[b], incipi-**11** ens ab hora qua surrexit usque ad horam examinis presentis, et notet in prima linea subsequentis figurae tot puncta [2], quoties in illud pecatum particulare seu defectum incurrerit, et postea proponat de integro correctionem usque ad secundum examen faciendum. Tertium tempus est post coenam, in quo fiet secundum examen, discurrendo etiam per horas [c], incipiens a primo examine usque ad secundum presens, et notet [d] in secunda li-

a cauturum.

b de hora in horam seu de tempore in tempus.

c de hora in horam.

d pungat.

VERSIO P. ROOTHAAN

proponere debet cavere diligenter ab illo peccato particulari, vel defectu, a quo se vult corrigere, et emendare.

Secundum [est], post prandium [1], [quo debet] petere homo a Deo Domino nostro id quod vult [cupit], scilicet, gratiam, ut recordetur quoties lapsus sit in illud peccatum particulare vel defectum, et ut se emendet in posterum: et consequenter faciat primum examen, exigens rationem ab anima sua de illa re proposita et particulari, a qua se vult corrigere et emendare, discurrendo per horas singulas, vel per tempora singula, incipiendo ab hora qua surrexit, usque ad horam et momentum examinis praesentis, et faciat [notet] in prima linea [subsequentis] figurae totidem puncta [2], quoties in illud peccatum particulare seu defectum incurrerit, ac postea proponat denuo emendare se usque ad alterum examen, quod faciat [a].

a faciet *4.ª ed.*

sub medium saeculum XVII hora 10 prandium sumebant. Ot. Braunsberger, *B. Petri Canisii Epistulae*, IV, 165, annot. 1. Itaque nihil mirum quod post prandium examen fieret. In domo tamen Societatis Jesu toletana, anno 1556, etsi prandium erat hora 10 matutina, examen nihilominus ante prandium fiebat, ab hora 9 ¾ ad 10. Cf. Astrain, *Historia de la Compañía de Jesús*, t. II, Madrid, 1905, p. 234, annot. (1).

2 V. supra, *Proleg.*, p. 30.

AUTOGRAPHUM

presente, y haga en la 2.ª línea de la misma g= tantos punctos quantas vezes a incurrido en aquel particular pecado o defecto.

Síguense 4.° addiciones para más presto quitar aquel pecado o defecto particular.

1.ª addición. La primera adición es que cada vez que el hombre cae en aquel pecado o defecto particular, ponga la mano en el pecho, doliéndose de auer caýdo; lo que se puede hazer aun delante muchos, sin que sientan lo que haze.

2.ª La 2.ª: como la primera línea de la g= significa el primer examen, y la 2.ª línea el 2.° examen, mire a la noche si ay enmienda de la primera línea a la 2.ª, es a saber, del primer examen al 2.°

3.ª La 3.ª: conferir el segundo día con el primero, es a saber, los dos exámines del día presente, con los otros dos exámines del día passado y mirar si de vn día para otro se a enmendado.

4. La 4.ª addición: conferir vna semana con otra, y mirar si se a enmendado en la semana presente de la primera passada [1].

VULGATA VERSIO

linea figurae sequenti similis ad hoc praeparatae.

10v Additiones quatuor utiles ad faciliorem et celeriorem peccati seu uitii cuiusuis extirpationem.

Prima est, ut, quoties id peccati seu delicti genus homo commiserit, manu pectori admota, doleat de lapsu; quod fieri potest etiam adsistentibus aliis nec aduertentibus.

Secunda est, ut sub noctem, numeratis comparatisque inuicem punctis linearum, quarum prior priori examini, posterior posteriori assignatur, attendat an a priore examine usque ad secundum aliqua successerit emendatio.

Tertia est, ut conferat diei secundae atque praecedentis examina inuicem, considerans ecquid sibi emendationis interuenerit.

Quarta, ut collatis hebdomadarum duarum inter se examinibus, pari modo factae uel omissae emendationis rationem habeat [1]

[1] In opusculo *De Examine conscientiae*, supra allato, CBE n° 23, p. 31, legimus locum ex opere R. P. Thomae a Vallgornera O. P., (1595-1665) *Mystica Theologia Divi*

VERSIO PRIMA

nea praedictae figurae tot puncta, quoties inciderit in id peccatum seu particularem defectum.

Sequuntur quatuor additiones ad citius tollendum illud peccatum seu defectum illum, quem expellere uolumus.

Prima additio: quotics homo incidit in illud peccatum seu defectum, admoueat pectori manum **11v** et doleat quod ceciderit, quod quidem etiam potest fieri coram multis nec animaduerti [a] quid fecerit.

Secunda additio: cum prima linea significet primum examen, et secunda secundum, respiciat noctu [b] si est aliqua correctio in secunda linea plusquam in prima, hoc est in 2.° examine plusquam in primo.

Tertia est conferre secundum diem cum primo, hoc est duo examina presentis diei cum duobus praecedentibus, et respiciat si in dies se corrigat.

Quarta est conferre unam hebdomadam cum alia, et respicere si se in presenti hebdomada correxerit ex comparatione [c] primae praeteritae [1].

VERSIO P. ROOTHAAN

dem modo per horas singulas, incipiendo a primo examine, usque ad secundum praescns, et faciat [notct] in secunda linea ejusdem figurae totidem puncta quoties incurrerit in illud particulare peccatum seu defectum.

Sequuntur quatuor Additiones, ad citius tollendum illud peccatum seu defectum [illum] particularem.

Prima additio est, ut, quotiescumque homo cadat in illud peccatum seu [in] defectum [illum] particularem, pectori manum admoveat dolens quod ceciderit; id quod fieri potest, etiam coram multis, quin advertant quid faciat.

Secunda, cum prima linea figurae significet primum examen et secunda linea secundum examen, videat [observet] sub noctem an sit emendatio a prima linea ad secundam, idest, a primo examine ad secundum.

Tertia, conferre secundum diem cum primo, id est, duo examina diei praesentis cum duobus examinibus diei praecedentis, et videre [observare] an ab uno die ad alterum se emendaverit.

Quarta additio, conferre unam hebdomadam cum altera, et videre [observare] an se emendaverit in praesenti hebdomada plus quam in prima praeterita [1].

---

a sine hoc quod sentiant.

b ad noctem *B; A vero prius* noctu; *nunc* ad noctem; *Re.* noctu.

c respectu.

Thomae, huic loco Sti. Ignatii simillimum. Dicit enim: «Ex collatione [constat etiam examen]. Quae consistit, ut quis defectus unius diei defectibus diei praecedentis comparet,

AUTOGRAPHUM

Nota. Es de notar que la primera g=[1] grande que se sigue, significa el domingo; la segunda más pequeña el lunes; la tercera el martes, **7** y ansí consequenter.

VULGATA VERSIO

11r Item notandum est ex sequentibus figuris primam caeteris longiorem deputari diei primae, puta dominicae; secundam uero diei lunae paulo breuiorem, et ita deinceps; cum par sit diminui in dies erratorum numerum [a].



[a] *Seq.* Poterit quoque peccatum seu uitium tollendum in capite figurae per literam nominis sui priman praenotari *oblitt.*

et unam hebdomadam respectu alterius, quae praecessit, inspiciat», etc. Hic locus in opusculo citato tribui videtur a Vallgornera Sto. Thomae Aquinati, opusculo LXIV (edit. rom., LVII ed. parmensis 1864, ed. Vivès vol. XXVIII, p. 404, *De modo confitendi*, quod incipit: «Quoniam fundamentum et janua virtutum»); nam ex hoc opusculo LXIV sumi dicuntur quatuor illa, propositum, cura, discussio, collatio (l. c., p. 29). Ast opusculum *De modo confitendi* ponitur a P. Mandonnet inter apocrypha Sti. Thomae *(Revue thomiste*, Toulouse, 1909, p. 687), et locus ille, ignatiano simillimus, non est in opusculo Pseudo-Aquinatis. Fatemur, suspicari nos, locum illum in librum Vallgornerae e nostris *Exercitiis* directe aut indirecte manasse, praesertim cum sententia illa «quod examen conflatur ex quatuor: ex proposito, cura, discussione et collatione» neque legatur in opusculo *De modo confitendi*, neque Sti. Thomae esse videatur.

[1] Quid haec littera *g* significet, praeter hebdomadis dies, conjicere licet e schemate

VERSIO PRIMA

Adnotandum est, quod prima figura maiuscula, quae sequitur, significat diem dominicum; secunda minor diem lunae; tertia diem martis, et sic consequenter.

VERSIO P. ROOTHAAN

Notandum est, primam [lineam figurae] D = majusculam, quae sequitur, significare Dominicam, secundam minorem diem lunae, tertiam diem martis, et ita consequenter.

12r



[a] *Hae lineae gradatim decrescunt, neque ullam litteram praefixam gerunt in B; in A sunt omnes ejusdem longitudinis ut in Aut., ac duae priores habent litteram D, reliquae duodecim, nihil.*

et verbis, quae sunt in *Exerc. Po.* (v. supra, *Notitiam cod.),* qui schemati quidem imposuit nomina *ambitio, gula, avaritia;* dein vero auctor est, ut «singulorum peccatorum, quae emendare velis, nomina aut certe symbola quaedam et notas» supra lineas appingas. Vide etiam quod obliteratum legitur in *Vu.,* annot. *a.*

Litteram illam, quae est in *Aut.*, interpretatus est P. Debuchy *(Exercices spirituels de Saint Ignace de Loyola*, traduits sur l'autographe espagnol, Paris, 1910, pp. 32-34) per litteram *J* (J majusculum). Non est dubitandum quin sit littera *g* minuscula, cui multae similes in *Aut.* sunt. *J* vero majusculum invenimus in voce *Juicio*, f. 15, l. 15, et f. 16v, l. 5; *Josep*, f. 19, 11, 8 et 20; *Jesu*, ibid. et in mysteriis; ubi etiam reperitur in nominibus, *Joan, Josep, Jacobo, Judas,* etc. quibus locis omnibus littera illa est ejusdem semper formae, prorsus dissimilis ab ea, quae in principio linearum illarum examinis particularis picta est.

Nota, P. Roothaan sumpsisse litteram D ex primo exemplo *Versionis primae.*

AUTOGRAPHUM

EXAMEN GENERAL DE CONSCIENCIA PARA LIMPIARSE Y PARA MEJOR SE CONFESSAR

Prcsupongo ser tres pensamientos en mí [1], es a saber, vno proprio mío, el qual sale de my mera libertad y querer; y otros dos que vienen de fuera, el vno que viene del buen espíritu y el otro del malo.

Del pensamiento [2]

1.ª Ay dos maneras de merescer en el mal pensamiento que **7v** viene de fuera, verbi gracia, viene vn pensamiento de cometer vn pecado mortal, al qual pensamiento resisto impromptu [a] y queda vençido.

2.° La 2.ª manera de merescer es, quando me viene aquel mismo mal pensamiento, y yo le resisto, y tórname a venir otra y otra vez, y yo siempre resisto, hasta que el pensamiento va vencido; y esta 2.ª manera es de más merescer que la primera.

Venialmente se pcca, quando el mismo pensamiento de pecar mor-

a *Vox latina in usu apud hispanos.*

VULGATA VERSIO

11v EXAMEN CONSCIENTIAE GENERALE AD PURGATIONEM ANIMAE, ET AD PECCATORUM CONFESSIONEM UTILISSIMUM

Pro comperto ponitur triplex incidere [1] homini cogitationum genus: unum ex proprio surgens motu ipsius hominis; reliqua uero duo extrinsecus aduenientia, ex boni scilicet uel mali spiritus suggestione.

DE COGITATIONE [2]

Duobus modis elicitur meritum ex mala cogitatione *in materia peccati mortalis, de qua hic sermo est* [a]. Primo, quando suggeritur de patrando mortali crimine cogitatio, sed ea confestim repugnando uincitur.

Secundo, quando prauae istiusmodi suggestioni scmel ac iterum rcpulsae, et subinde nihilominus reuertenti continue resistit homo, donec penitus expugnetur; quod quidem uictoriae genus merito alterum antecellit.

12r Peccat autem lcuiter aliquis seu uenialiter, quando in suborta

a extrinsecus immissa.

1 «*Incidere*, quod habet vulgata versio posset intelligi de quavis cogitatione seu evagatione mentis momentanea, in qua nulla fiat mora, nulla advertentia, in qua voluntas nullam habeat partem. At de istiusmodi cogitationibus hic non agitur.» *Ro.*, annot. 6,

VERSIO PRIMA

EXAMEN GENERALE CONSCIENTIAE AD ANIMUM PURGANDUM ET RECTIUS PECCATA CONFITENDUM

Supponendum tres in me esse cogitationes [1], quarum una est propria et intrinscca, quae scilicet ex mea mera libertate et voluntate prodit [a], reliquae autem duae prodeunt ab extrinseco, altera scilicet a bono spiritu, altera uero a malo.

12v DE COGITATIONE [2]

Duo sunt modi merendi circa cogitationem *malam in materia peccati mortalis, de qua hic est sermo: primus* [b], cum illi tali cogitationi prompte resistit et ita uincit eam.

Secundus modus merendi est, quando mihi subrepit eadem mala cogitatio et ego ei resisto, et ea iterum atque iterum ueniente, ego semper resisto, quousque cogitatio uicta recedit; et hic secundus modus est maioris meriti quam primus.

Venialiter peccatur, quando eadem cogitatio peccandi morta-

VERSIO P. ROOTHAAN

EXAMEN CONSCIENTIAE GENERALE. AD PURGANDUM SE, ET AD MELIUS CONFITENDUM.

Praesuppono esse tres cogitationes in me [1], scilicet, unam meam propriam, quae exsurgit ex mea mera libertate et voluntate; ac duas alias, quae adveniunt extrinsecus, alteram quae venit a bono spiritu, alteram [quae] a malo.

DE COGITATIONE [2].

Duo sunt modi merendi in mala cogitatione, quae advenit extrinsecus.

[Primo], verbi gratia, advenit cogitatio de committendo peccato mortali, cui cogitationi resisto in promptu, et [illa] victa manet.

Secundus modus merendi est, quando mihi venit illa eadem mala cogitatio, et ego illi resisto, et [ea] iterum atque iterum redit, et ego semper resisto, donec illa cogitatio victa recedat; et hic secundus modus majoris est meriti, quam primus.

Venialiter peccatur, quando eadem cogitatio peccandi mortaliter

[a] *9 vv. praecedentia, linea subducta, notata sunt in B, probabiliter ut delerentur; sunt in A, et hispano textui respondent.*

[b] ab extrinseco uenientem, ueluti, exempli gratia, adueniente et oborta aliqua cogitatione committendi aliquod peccatum mortale, primum meretur quis.

p. 39. Adde quod minus proprie dicitur, incidere homini cogitationem ex proprio surgentem motu ipsius hominis.

[2] V. supra, *Proleg.*, pp. 27-29. Cf. etiam SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 13.

AUTOGRAPHUM

talmente viene, y el hombre le da oýdo haziendo alguna mórula o rescibiendo alguna delectación sensual, o donde aya alguna negligentia en lançar al tal pensamiento.

1.ª Ay dos maneras de pecar mortalmente: la primera es, quando el hombre da consentimiento al mal pensamiento, para obrar luego, así como a consentido, o para poner en obra si pudiese.

2.ª La 2.ª manera de pecar mortalmente es quando se pone en acto aquel pecado, y es mayor por tres razones: la primera por mayor tiempo, la 2.ª por mayor intensión, la 3.ª por mayor daño de las dos personas [1].

De la palabra

No jurar ny por Criador ni por criatura [2], si no fuere con **8** verdad, necessidad y reuerencia; necessidad entiendo, no quando se affirma con iuramento qualquiera verdad, mas quando es de algún momento cerca el prouecho del ánima o del cuerpo o de bienes temporales. Entiendo reuerencia, quando en el nombrar de su Cria-

VULGATA VERSIO

peccati mortalis cogitatione aliquantulum moratur, quasi auscultando; uel quando aliqua obiter sensus delectatione afficitur, uel in ea retundenda sese exhibet negligentem.

Mortale uero peccatum per cogitationem duobus modis admittitur. Primo quando cogitationi *peccati praebetur quacumque ratione assensus* [a].

Secundo, quando peccatum illud opere completur; idque grauius est priore, ex tribus causis, videlicet, ob maiorem temporis decursum, ob actum intensiorem, et ob plurium denique offendiculum siue detrimentum [1].

DE LOQUELA

Verbo etiam multifariam offenditur Deus, vt in blasphemia et iuramento; nam iurandum non est neque per Creatorem, neque per creaturas [2] ullas, nisi concurrentibus his tribus [b]: veritate, necessitate ac reuerentia. Porro intelligenda est necessitas, non in veri-**12v** tatis cuiuslibet affirmatione, sed cius tantum, quae circa spirituale, cor-

a Primo. Quando cogitationi malae praebetur assensus ad criminis perpetrationem statim subsequentem, vel subsequuturam, si facultas esset perpetrandi.

b *Seq.* causis *oblitt.*

1 «Et ab aliis dudum observatum fuit, et cuivis examen hoc inspicienti patet, nequaquam eam fuisse S. Patris mentem, ut omnem examinis generalis materiam perseque-

VERSIO PRIMA

liter aduenit, cui praebet homo aures et in ea aliquantulum remoratur, uel recipit aliquam sensualem delectationem, uel quando interuenit aliqua negligentia in expellendo talem cogitationem.

Duo sunt modi peccandi mortaliter: primus **13** est quando homo praebet consensum cogitationi *criminis quacumque ratione* [a].

Secundus modus peccandi mortaliter est, quando opere completur illud peccatum. Et est grauior ob tres rationes: prima ob maius tempus, secunda ob maiorem intensionem, tertia ob maius damnum plurium quandoque sequens [1].

DE UERBO

Verbo etiam multifariam offenditur Deus, vt in blasphemia et iuramento; nam non est iurandum per Creatorem vel per creaturam [2], nisi ad id accesserint ueritas, necessitas et reuerentia. Necessitas autem interuenit, non quando quaeuis ueritas iuramento firmatur, sed quando illa est alicuius momenti circa utilitatem animae uel corporis vel

[a] tali cogitationi, ut eam opere exsequatur statim ut consensit, uel ad eam exsequendum, si posset.

VERSIO P. ROOTHAAN

venit, et homo ei praebet aures, aliquantulum ei immorando, vel recipiendo aliquam delectationem sensus, vel ubi sit [interveniat] aliqua negligentia in rejicienda tali cogitatione.

Duo sunt modi peccandi mortaliter.

Primus est quando homo praebet consensum malae cogitationi ad operandum statim [postea] sicut consensit [juxta consensum], vel ad eam opere exequendam si posset.

Secundus modus peccandi mortaliter est, quando opere completur illud peccatum, et est gravius [priore] ob tres rationes: primo, ob longius tempus; secundo, ob majorem intensionem; tertio ob majus damnum utriusque personae [1].

DE VERBO.

Ne jures neque per Creatorem, neque per creaturam [2], nisi fuerit cum veritate, necessitate et reverentia. Necessitatem intelligo, non quando affirmatur cum juramento quaecumque veritas, sed quando [veritas illa] est alicujus momenti circa utilitatem animae, vel corporis, vel bonorum temporalium. Intelligo reverentiam, quando in no-

retur.» *Ro.*, annot. 8, p. 40. Sed, ut ait *Directorium* (c. XIII, n. 7), volebat ille tantum «pios animos admonere de iis, quae frequentiora sunt».

[2] V. supra, *Proleg.*, pp. 27, 29, 74-75.

AUTOGRAPHUM

dor y Señor, considerando acata [1] aquel honor y reuerencia deuida.

Es de aduertir que, dado que en el vano juramento peccamos más iurando por el Criador que por la criatura, es más difícil iurar deuidamente [a] con verdad, necessidad y reuerencia por la criatura que por el Criador, por las rrazones siguientes.

1.ª ratio. La 1.ª: quando nosotros queremos iurar por alguna criatura, en aquel querer nombrar la criatura no nos haze ser tan atentos ny aduertidos para dezir la verdad, o para afirmarla con necesidad, como en el querer nombrar al Señor y Criador de todas las cosas.

2.ª La 2.ª es, que en el iurar por la criatura no tan fáçil es de hazer reuerençia y acatamiento al Criador, como iurando y nombrando el mismo Criador y Señor; porque el querer nombrar a Dios nuestro Señor trae consigo más acatamiento y reuerencia que el querer nombrar la cosa criada; por tanto, es más concedido a los

VULGATA VERSIO

porale uel etiam temporale bonum aliquod, momenti est non leuis. Reuerentiam dicimus, quando assumens diuinum nomen, adhibet considerationem, ut Deo Creatori ac Domino debitus honor tribuatur.

Sciendum est autem, licet iuramentum temere seu uane factum per Creatorem, sit grauius peccatum quam per creaturam, difficilius tamen esse per hanc, quam per illum licite iurare, seruatis debitis circumstantiis, quas diximus.

Primo quia in mentione creaturae facienda per iuramentum, non ita excitamur aut reddimur attenti, ut ex ueritate ac necessitate iuremus, sicut nominato rerum omnium Creatore.

Secundo, eo quod ad honorem Deo exhibendum cum reuerentia longe debilius mouemur ex commemoratione creaturae, quam ipsius Dei Creatoris; quamobrem iurare per creaturas, perfectis magis conceditur quam crassioribus siue idiotis; **13** quandoquidem perfecti ex contemplationis usu assiduo, et illustratione intellectus, conside-

[a] *Correctum ex* deuitamente, *quod est in Do. et Bu.*

[1] Sic interpretare hunc locum: «considerando aquel honor y reuerencia deuida [a su Criador y Señor, lo] acata.»

VERSIO PRIMA

bonorum temporalium. Reuerentiam intelligo, quando assumendo nomen Creatoris et Domini sui considerate et prudenter **13v** reueretur illud ut par est.

Est aduertendum quod, licet uane iurando magis offendamus iurando per Creatorem quam per creaturam, est tamen difficilius debite iurare cum ueritate, necessitate et reuerentia per creaturam quam per Creatorem, idque ob rationes sequentes.

Prima quando uolumus iurare per creaturam aliquam, uelle nominare creaturam non reddit nos ita attentos ad ueritatem dicendam, uel eam cum necessitate affirmandam, sicut uelle nominare Dominum et Creatorem omnium.

Secunda est, quia iurando per creaturam non est tam facile exhibere reuerentiam et honorem Creatori, sicut iurando per ipsummet Dominum; quia uelle nominare Dominum Deum fert secum maiorem reuerentiam, quam uelle nominare rem creatam; ob idque magis conceditur perfectis iurare per creaturas quam imperfectis; quia

VERSIO P. ROOTHAAN

minando Creatore ac Domino suo [homo] considerando [reflectendo] spectat intense [intendit] illum honorem ac reverentiam debitam.

Advertendum est, quod licet in vano [s. temerario] juramento peccemus gravius, jurando per Creatorem, quam per creaturam, est [tamen] difficilius jurare debito modo, [id est] cum veritate, necessitate, et reverentia, per creaturam quam per Creatorem, ob rationes sequentes.

Prima, quando volumus jurare per aliquam creaturam, in illo [actu] dum nominare volumus creaturam, [haec creatura, vel, istud velle jurare per creaturam] non adeo reddit nos attentos et cautos ad dicendam veritatem vel ad illam cum necessitate affirmandam, sicuti dum nominare volumus Dominum et Creatorem rerum omnium.

Secunda est, quia jurando per creaturam, non est tam facile exhibere reverentiam et honorem Creatori, sicut jurando [per Deum] et nominando ipsum Creatorem ac Dominum: nam velle nominare Deum Dominum nostrum, affert secum majorem reverentiam, quam velle nominare rem creatam. Propterea magis conceditur perfectis

AUTOGRAPHUM

perfectos jurar por la criatura, que a los imperfectos; porque los perfectos, por la assidua contemplación y ylluminación del entendimiento consideran, **8v** meditan y contemplan más ser Dios nuestro Señor en cada criatura según su propria essencia, presencia y potencia; y así en iurar por la criatura son más aptos y dispuestos para hazer acatamiento y reuerencia a su Criador y Señor, que los imperfectos.

3.ª La 3.ª es, que en el assiduo iurar por la criatura, se a de temer más la ydolatría en los imperfectos que en los perfectos.

No decir palabra ociosa [1], la qual entiendo, quando ny a mý ny a otro aprouecha, ny a tal intención se ordena [2]. De suerte que en hablar para todo lo que es prouecho, o es intención de aprouechar al ánima propria o agena, al cuerpo o a bienes temporales, nunca es ocioso; ny por hablar alguno en cosas que son fuera de su estado, así como si vn religioso habla de guerras o mercançías. Mas en todo lo que está dicho ay mérito en bien ordenar, y peccado en el mal endereçar o en vanamente hablar.

VULGATA VERSIO

rant propius, atque deprehendunt Deum secundum essentiam, praesentiam et potentiam suam creaturae cuilibet inesse; vnde ad praestandam illi debitam in iuramento reuerentiam paratiores sunt aliis, qui eo perfectionis nondum prouecti sunt.

Tertio, quia creaturis ad confirmationem iuramenti craebrius adscitis, periculum esset idololatriae, id quod imperfectis magis quam perfectis fuerit timendum.

Vitandum est insuper uerbum otiosum [1] *(inter alia locutionis peccata)*, quale esse intelligitur quodcunque nec loquenti, nec alteri prodest, nec eo etiam animo profertur [2], ut adferat utilitatem. E conuerso uero minime otiosum censendum est uerbum illud, quodcunque ad anime uel propriae uel alienae, aut ad corporis aut rei etiam temporalis commodum pertinet, **13v** aut certe ad tale quippiam ex dicentis mente dirigitur; etiam si quis de negotiis loquatur ab instituto suo alienis, vt religiosus de bellis uel mercimoniis. Caeterum ex sermone quidem, ad finem bonum ordinato, meritum contingit; ad malum uero finem, aut futiliter prolatus sermo generat peccatum.

[1] MATTH., XII, 36.

VERSIO PRIMA

perfecti, ob assiduam contemplationem et illuminationem intellectus, considerant et meditantur **14** melius Dominum Deum in quauis creatura esse per essentiam, praesentiam et potentiam, et ita in iurando per creaturam, sunt magis apti ac dispositi ad exhibendam reuerentiam Creatori et Domino, quam imperfecti.

Tertia est, quia in assiduo iuramento per creaturam timenda est idololatria, idque magis in imperfectis quam in perfectis.

Inter alia locutionis peccata est et [a] uerbum ociosum [1]; ociosum autem intelligo quando nec mihi nec alteri prodest, nec ad talem intentionem ordinatur [2]; itaque [b] loquendo de omni re utili uel ordinata, ut [c] sit utilis animae propriae uel alienae, uel corpori, uel bonis temporalibus, nunquam est ociosum, etiamsi quis loquatur de rebus non pertinentibus ad statum suum, veluti si religiosus quispiam loquatur de bello uel mercimoniis; in omnibus ergo dictis est meritum si bene ordinentur; et peccatum si male, uel uane quis loquatur.

VERSIO P. ROOTHAAN

jurare per creaturam, quam imperfectis: quia perfecti, per assiduam contemplationem et illustrationem intellectus, considerant, meditantur et contemplantur magis, esse Deum Dominum nostrum in unaquaque creatura, secundum suam propriam essentiam, praesentiam et potentiam; atque ita in jurando per creaturam, sunt magis apti et dispositi ad exhibendum honorem ac reverentiam Creatori ac Domino suo, quam imperfecti.

Tertia est, quod in jurando assidue per creaturam, timenda est idololatria magis in imperfectis, quam in perfectis.

Ne dicas verbum otiosum [1], quale intelligo, quando [quod dico] nec mihi, nec alteri prodest, neque ad talem intentionem ordinatur [2]; ita ut, in loquendo propter omne id quod prodest, vel [cum] intentio est ut prosit [sermo] animae propriae, vel alienae, [vel] corpori, vel bonis temporalibus, numquam sit otiosum [verbum], neque propterea quod quis loquatur in [de] rebus quae sunt extra statum suum, ut si religiosus quispiam loquatur de bellis, vel mercimoniis; sed in omnibus, quae dicta sunt, meritum est, si bene ordinetur [sermo], et peccatum, si male dirigatur, vel vane proferatur.

---

a Non est dicendum aliquod.
b ita quod.
c ad hoc quod.

2 V. supra, *Proleg.*, p. 75.

AUTOGRAPHUM

No dezir cosa de infamar o murmurar; porque si descubro pecado mortal, que no sea público, peco mortalmente; si venial, venialmente; y si defecto, muestro defecto proprio; y siendo la intención sana, de dos maneras se puede hablar del pecado o falta de otro. **1.ª manera.** La 1.ª: quando el pecado es público, así como de vna meretriz [a] pública, y de vna sentencia dada en juizio o de vn público error **9** que inficiona las ánimas que conversa. **2.º** Segundo, quando el pecado cubierto se descubre a alguna persona para que ayude al que está en pecado a lebantarle, teniendo tamen algunas coniecturas o rrazones probables que le podrá ayudar.

De la obra

Tomando por obiecto los dicz mandamientos y los preceptos de la Yglesia y comendaciones de los superiores; todo lo que se pone en obra contra alguna destas tres partes, según mayor o menor calidad, es mayor o menor pecado.

VULGATA VERSIO

Sunt etiam oris peccata mendatium, falsa testimonia, detractio: nam detrahendum non est alteri nec obmurmurandum; reuelato enim mortali alicuius peccato, quod publicum non sit, *cum mala intentione, vel graui damno famae alterius* mortale itidem peccatum committitur, ueniali autem, ueniale solum. Ad haec quotiescunque alienum patefacimus uitium uel defectum, nostrum ipsorum uitium ac defectum simul commonstramus. Veruntamen ubi recta mens est, de proximi delicto licebit loqui bifariam. Primo, quando publicum est, ut meretricium, uel damnatum in iudicio, uel perniciosum, puta ob errorem publicum, animos conuersantium corrumpentem. Secundo, quoties occultum alicuius crimen indicatur alteri, per cuius **14** subuentionem ille releuari a peccato possit, dummodo rei huius probabilis aliqua ratio uel coniectura offeratur.

Possent inter oris peccata irrisiones, contumelie et alia id genus adscribi, quae persequi licebit tradenti exercitia, prout opus esse iudicauerit.

DE OPERE

Propositis ante oculos decem mandatis Dei cum Ecclesiae praeceptis et iussis maiorum seu superiorum; aestimandum est quicquid fit operis aduersus quodlibet eorum, id peccatum esse; leuius aut grauius tamen pro inaequali pec-

a *Prius* meretriçe.

VERSIO PRIMA

Est inter oris peccata detractio: nam non est dicendum aliquid in diffamationem alterius uel murmurationem; quia si ego reuelo peccatum mortale non publicum *cum mala intentione vel graui damno famae alterius*, pecco mortaliter; si ueniale, **14v** uenialiter; si defectum, defectum nostrum propalamus. Cum intentione tamen sana duobus modis potest quis loqui de peccato uel defectu alterius. Primus modus est, quando peccatum est publicum, sicuti est de peccato meretricis publicae, uel de sententia in judicio lata, uel de publica haeresi inficiente animas. Secundus est quando peccatum occultum reuelatur alicui, ut [a] juuet alium ad resurgendum a peccato, modo tamen habeat coniecturas aliquas seu probabiles rationes quod poterit eum juuare.

Sunt etiam oris peccata, mendatia, falsa testimonia, irrisiones, contumeliae et alia id genus, quae persequi licebit tradenti exercitia prout esse opus iudicauerit.

VERSIO P. ROOTHAAN

Ne dicas quidquam in diffamationem [alterius] vel murmurationem: quia si [ego] revelo peccatum mortale, quod publicum non sit, pecco mortaliter; si veniale, venialiter; et si defectum, patefacio [meum] proprium defectum: et si intentio sit sana, duobus modis potest quis loqui de peccato, vel defectu alterius.

Primo, quando peccatum publicum est, sicut meretricis publicae, vel de sententia in judicio lata, vel de errore publico, qui inficit animas [eorum] quibuscum est conversatio.

Secundo, quando peccatum occultum revelatur alicui, ut is juvet eum, qui in peccato est, ad erigendum eum [a lapsu]; si tamen habeat [quis] aliquas conjecturas vel rationes probabiles [ob quas speretur] fore ut [alter] possit eum juvare.

DE OPERE

Proponendo sibi [b] decem praecepta Dei et praecepta Ecclesiae et superiorum mandata; omne opus, quod quis exequitur contra aliqua istorum trium, juxta maiorem vel minorem qualitatem, est maius uel minus peccatum. *Ad*

DE OPERE

Assumendo sibi pro objecto decem mandata [Dei], et praecepta Ecclesiae, et Superiorum commendationes, quidquid opere quis facit contra aliquod ex his tribus, juxta majorem aut minorem qualitatem, est majus vel minus peccа-

a ad hoc quod.
b Accipiendo pro obiecto.

AUTOGRAPHUM

Entiendo comendaciones de superiores, así como bullas de cruzadas [1] y otras indulgencias, como por pazes, confessando y tomando el sanctíssimo sacramento; porque no poco se peca entonces, en ser causa o en hazer contra tan pías exortaciones y comendaciones de nuestros mayores [2].

Modo de hazer el exámen general y contiene en sí cinco punctos

1.° puncto. El primer puncto es dar gracias a Dios nuestro Señor por los beneficios resçibidos.

2.° El 2.°: pedir gracia para conoscer los pecados y lançallos.

3.° El 3.°: demandar cuenta al ánima desde la hora que se levantó hasta el examen presente de hora en hora **9v** o de tiempo en tiempo; y primero del pensamiento, y después de la palabra, y después de la obra, por la misma horden que se dixo en el examen particular.

4.° El 4.°: pedir perdón a Dios nuestro Señor de las faltas.

5.° El quinto: proponer en-

VULGATA VERSIO

candi modo, et pro diuersa peccantium habitudine. Porro *reduci ad* iussa ducimus superiorum diplomata [a], seu indulta pontificum, pro infidelium expugnatione uel christianorum pace, concedi atque promulgari solita; per quae ad confessionem peccatorum, et eucharistiae sanctae sumptionem, christifideles inuitantur. Peccat siquidem non leuiter, quicunque tam pias rectorum Ecclesiae cohortationes sanctionesque aspernari audet ac transgredi [2].

14v EXAMINIS GENERALIS MODUS, PARTICULAS SEU PUNCTA QUINQUE COMPLECTENTIS

Primum punctum est, Domino nostro Deo pro beneficiis acceptis gratias agendas esse.

Secundum, quod debemus pro cognitione et expulsione peccatorum gratiam flagitare.

Tertium, de admissis praesenti die peccatis rationem ab anima nostra exigere, per horas singulas ex quo surreximus uestigando; et primo quidem circa cogitationem, deinde circa loquelam atque operationem, eodem ordine, quo in particulari examine traditum est.

Quartum, poscere ueniam de delictis.

Quintum, proponere cum Dei

[a] Porro jussa ducimus superiorum, cujusmodi sunt diplomata.

[1] «Bullae cruciatae» vocabantur litterae apostolicae, per quas Pontifices summi, propositis indulgentiis, quas vocant, iisque plerumque plenariis, christifideles ad bellum contra hostes christianae reipublicae, aut armis aut pecunia aliave opera collata, geren-

VERSIO PRIMA

mandata autem **15** superiorum *reduci possunt* [a] diplomata pontificum, indulgentiae pro pace concilianda, que conceduntur confessis et communicatis; quia non parum peccat quis faciendo contra tam pias commendationes et exhortationes, *seu eas aspernando* [2].

VERSIO P. ROOTHAAN

tum. Intelligo [autem] per commendationes Superiorum, v. g. Bullas Cruciatae [1], et alia Indulta, ut pro pace [Christianorum] confessis et communicatis [concedi solita]; quia non parum peccatur tunc, causam praebendo [ut contra ea agatur], aut faciendo contra tam pias exhortationes et commendationes Superiorum nostrorum [2].

MODUS FACIENDI EXAMEN GENERALE, QUOD CONTINET IN SE QUINQUE PUNCTA

Primum punctum est agere gratias clementissimo Deo pro omnibus beneficiis receptis.

Secundum est petere gratiam ad cognoscendum peccata et ad expellendum ea.

Tertium petere ab anima rationem, ab hora qua surrexit usque ad presens examen ab hora in horam, seu ab alio spatio temporis in aliud, et primo de cogitatione, secundo de locutione, ultimo de opere, eodem ordine quo dictum est in examine particulari.

Quartum est petere ueniam a Domino Deo de defec-**15v** tibus commissis.

Quintum est proponere cum

MODUS FACIENDI EXAMEN GENERALE, ET CONTINET IN SE QUINQUE PUNCTA.

Primum punctum est, gratias agere Deo Domino nostro pro acceptis beneficiis.

Secundum, petere gratiam ad cognoscenda peccata, eaque expellenda.

Tertium, exigere rationem ab anima, [incipiendo] ab hora qua surrexit [quis], usque ad examen praesens, per horas singulas, vel per singula tempora, ac primum de cogitatione, deinde de verbo, ac postea de opere, eodem ordine quo dictum est in Examine particulari.

Quartum, petere veniam a Deo Domino nostro de defectibus [seu culpis].

Quintum, proponere emendatio-

[a] Mandata autem superiorum intelligo, ut sunt.

dum, invitabant. Cum indulgentiis (ad quas consequendas saepe sacramenti poenitentiae susceptio planis verbis exigebatur) aliae nonnunquam gratiae conjungebantur.

[2] Cf. SUÁREZ, ubi supra, c. V, n. 14.

AUTOGRAPHUM

mienda con su gracia. Pater noster.

Confessión general con la comunión [1]

En la general confessión, para quien voluntarie la quisiere hazer, entre otros muchos, se hallarán tres prouechos para aquí.

1.° El primero: dado que quien cada vn año se confiesa, no sea obligado de hazer confessión general, haziéndola ay mayor prouecho y mérito, por el mayor dolor actual de todos pecados y malicias de toda su vida.

2.° El segundo: como en los tales exercicios spirituales se conoscen más interiormente los pecados y la malicia dellos, que en el tiempo que el hombre no se daua ansí a las cosas internas, alcançando agora más conoscimiento y dolor dellos, abrá mayor prouecho y mérito que antes vbiera.

3.° El 3.° es consequenter que estando más bien confessado y dispuesto, se halla más apto y más aparejado para rescibir el sanctíssimo sacramento, cuya reçeptión no solamente ayuda para que no caya en peccado, mas aun para conseruar en augmento de gratia; la qual confessión general se hará mejor inmediate después de los exercicios de la primera semana.

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 75.

VULGATA VERSIO

gratia emendationem, et orationem dominicam post dicta omnia recitare. Pater noster.

15r CONFESSIONIS GENERALIS ET COMMUNIONIS USUS [1]

Ex confessione generali ultro facta, inter alia plaeraque, percipiuntur tria haec emolumenta.

Primum, quod tametsi qui annis singulis saltem confitetur semel, ad generalem huiuscemodi confessionem minime obligetur, eam tamen facienti ipsi multo plus commodi et meriti accedit, ob dolorem scilicet de peccatis et malitia uitae praeteritae, quem ita sentit uehementiorem.

Secundum, quoniam inspecta per spiritualem exercitationem, longe quam antea manifestius natura et malitia peccatorum, tanto amplius commodum ac meritum percepturus est.

Tertium, quia consentaneum est hominem sic rite confessum atque dispositum multo melius se habere ad eucharistiae sumptionem; quae maxime confert et ad fugam peccati, et ad gratiae receptae conservationem *et augmentum*. Porro generalis ista confessio post hebdomadae primae exercitia potissimum erit opportuna.

VERSIO PRIMA

eius gratia emendationem, cum Pater noster.

CONFESSIO GENERALIS CUM COMMUNIONE [1]

In confessione generali, si quis eam libere facere uoluerit, inter alia multa, inueniuntur tria commoda.

Primum est, quod, licet qui singulis annis confitetur non teneatur generalem confessionem facere, faciens tamen illam consequitur maius meritum et commodum ob maiorem dolorem actualem omnium peccatorum et iniquitatum totius praeteritae uitae.

Secundum est quia, cum in talibus exercitiis spiritualibus cognoscantur magis interne peccata et illorum malitia, quam tempore, quo homo non ita uacabat rebus internis, obtinens modo maiorem notitiam et dolorem illorum, habebit maius meritum et commodum, quam ante habuisset.

16r Tertium est consequenter, quia melius confessus et dispositus, erit magis aptus et promptus ad recipiendum sacramentum eucharistiae, cuius receptio non solum iuuat ut non labatur in peccatum, sed etiam ut conseruetur [a] et augeatur in gratia; et haec confessio generalis fiet melius immediate post exercitia sequentia primae hebdomadae.

[a] ad hoc ut non labatur in peccatum, sed etiam ad hoc quod conseruetur.

VERSIO P. ROOTHAAN

nem cum ejus gratia. Pater noster.

CONFESSIO GENERALIS CUM COMMUNIONE. [1]

In Confessione generali, pro eo qui eam sponte [non ex necessitate] facere velit, inter alias multas invenientur tres utilitates hoc loco, [s. hoc Exercitiorum tempore].

Prima, licet ille, qui singulis annis confitetur, non obligetur ad faciendam Confessionem generalem, [tamen] faciendo illam habetur major profectus, et [majus] meritum, ob majorem dolorem actualem de omnibus peccatis et pravitatibus totius vitae suae.

Secunda, cum in talibus Exercitiis spiritualibus cognoscantur magis intime peccata et eorum malitia, quam tempore quo homo non ita vacabat rebus internis, obtinendo nunc majorem notitiam, et dolorem de illis, habebitur major utilitas, et [majus] meritum, quam ante habitum esset.

Tertia, consequenter, quod cum melius confessus sit, et [melius] dispositus, invenitur magis aptus et magis praeparatus ad recipiendum sanctissimum Sacramentum, cujus receptio non solum juvat, ne labatur in peccatum, sed etiam ut conservet [se] in augmento gratiae. Quae Confessio generalis fiet melius immediate post Exercitia primae hebdomadae.

AUTOGRAPHUM

10 PRIMER EXERCICIO [1] ES MEDITACIÓN *CON LAS* [a] TRES POTENCIAS [2], SOBRE EL 1.°, 2.° Y 3.° PECADO; CONTIENE EN SÍ, DESPUÉS DE VNA ORACIÓN PREPARATORIA Y DOS PREÁMBULOS, TRES PUNTOS PRINCIPALES [3] Y VN COLLOQUIO

Oración. La oración preparatoria [4] es pedir gracia a Dios nuestro Señor, para que todas mis intenciones, actiones y operaciones [5] sean puramente ordenadas en seruicio y alabança de su diuina maiestad.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es composición viendo el lugar. Aquí es de notar que en la contemplación o meditación visible, así como contemplar a Xpo. nuestro Señor, el qual es visible, la composición será ver con la vista de la ymaginación el lugar corpóreo, donde se halla la cosa que quiero contemplar. Digo el lugar corpóreo, así como vn templo o monte, donde se halla Jesu Xpo. o Nuestra Señora, según lo que quiero contemplar. En la in-

VULGATA VERSIO

15v PRIMUM EXERCITIUM [1] MEDITANDI SECUNDUM TRES ANIMAE POTENTIAS [2] CIRCA PECCATUM TRIPLEX; ET CONTINET ORATIONEM PRAEPARATORIAM, DUO PRAELUDIA ET PUNCTA TRIA PRAECIPUA [3], CUM UNO COLLOQUIO

Oratio praeparatoria [4] est, qua petimus a Domino gratiam, ut uires atque operationes [5] nostrae omnes sincere ad ejus gloriam et cultum tendant.

Primum praeludium est ratio quaedam componendi loci; pro qua notandum est, quod in quauis meditatione siue contemplatione de re corporea, ut puta de Christo, effingendus erit nobis secundum uisionem quandam imaginariam locus corporeus, id quod contemplamur repraesentans, ueluti templum aut mons, in quo reperiamus Christum Iesum uel Mariam Uirginem, et caetera quae spectant ad contemplationis nostrae argumentum. Sin autem speculationi **16**

[a] *Duo vv. S. Ign. pro* de.

[1] Non additur hic esse hoc exercitium primi diei, ut clare fit in 2.ª hebdomade, et tacite indicatur in tertia et quarta, assignatis in dies sequentes aliis contemplationibus; in prima vero hebdomade quinque eadem exercitia pluribus diebus olim repetebantur. Cf. *Di. ignat. tradita* [2], et *Di. Gra.*, c. 3.°

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 129.

VERSIO PRIMA

16v PRIMUM EXERCITIUM [1] EST MEDITATIO TRIUM ANIMAE UIRIUM [2] CIRCA 1.m, 2.m, 3.m PECCATUM; ET CONTINET, VLTRA ORATIONEM PRAEPARATORIAM, DUO PRAELUDIA, TRIA PRAECIPUA [3] PUNCTA CUM UNO COLLOQUIO

Oratione [a] praeparatoria [4] petenda est gratia a Domino, ut [b] omnes meae intentiones et actiones [5] pure ordinentur in obsequium et laudem diuinae majestatis [c].

Primum praeludium est compositio loci [d], ubi est adnotandum quod in contemplatione uel meditatione uisibili, sicut est contemplatio Christi Domini nostri, qui uisibilis est, compositio erit, uidere oculo imaginationis locum corporeum, in quo est res contemplanda, sicut templum vel mons ubi Christus Dominus manebat; in inuisibili autem, sicut est contemplatio peccatorum, compositio erit uidere oculo ima-**17** ginationis animam in corpore corruptibili tan-

VERSIO P. ROOTHAAN

PRIMUM EXERCITIUM [1] EST MEDITATIO [FACIENDA] PER TRES POTENTIAS [2] [ANIMAE] CIRCA PRIMUM, SECUNDUM, ET TERTIUM PECCATUM. CONTINET IN SE POST ORATIONEM PRAEPARATORIAM, ET DUO PRAEAMBULA, TRIA PUNCTA CAPITALIA [3] ET UNUM COLLOQUIUM.

Oratio praeparatoria [4] est, petere gratiam a Deo Domino nostro, ut omnes meae intentiones, actiones, et operationes [5] pure ordinentur in servitium ac laudem suae divinae Majestatis.

Primum praeambulum est, compositio, videndo locum. Hic notandum est, quod in contemplatione, vel meditatione [de re] visibili, ut est contemplari Christum Dominum nostrum, qui visibilis est, compositio erit videre visu imaginationis locum corporeum, ubi reperitur ea res, quam volo contemplari. Dico locum corporeum, ut v. g. templum, vel montem, in quo reperitur Jesus Christus, vel Domina nostra, juxta id quod contemplari volo.

a Oratio *in marg. A; Re. titulus* Oratio praeparatoria; *textus* In oratione praeparatoria.
b ad hoc ut.
c majestatis ejus.
d uidendo locum.

3 Loquendi modus forte ex Ludolfo Cartusiano natus, cujus interpres hispanus Montesino, summarium singulis capitibus praeponens, dicere solet: «E contiene en sí nueve [vel septem vel decem etc., semper exactum numerum] párrafos principales.»
4 V. supra, *Proleg.*, pp. 107-108.
5 V. supra, *Proleg.*, p. 48.

AUTOGRAPHUM

uisible, como es aquí de los pecados, la composición será ver con la vista ymaginatiua y considerar mi ánima ser encarcerada en este cuerpo corruptible y todo el compósito en este valle, como desterrado [1] entre brutos animales; digo todo el compósito de ánima y cuerpo.

2.° preámbulo. El segundo es demandar a Dios nuestro Señor lo que quiero y deseo. **10v** La demanda a de ser según subiecta materia, es a saber, si la contemplación es de resurrectión, demandar gozo con Xpo. goçoso; si es de passión, demandar pena, lágrimas y tormento con Xpo. atormentado. Aquí será demandar vergüenza y confussión de mý mismo, viendo quántos an sido dañados por vn solo pecado mortal, y quántas vezes yo merescía ser condenado para siempre por mis tantos peccados.

Nota. Ante todas contemplaciones o meditaciones, se deuen hazer siempre la oración preparatoria sin mudarse y los dos preámbulos ya dichos, algunas vezes mudándose según subiecta materia [2].

1.° punto. El primer puncto será traer [3] la memoria sobre el primer

VULGATA VERSIO

subest res incorporea, ut est consideratio peccatorum nunc oblata, poterit loci constructio talis esse, ut si per imaginationem cernamus animam nostram in corpore isto corruptibili, uelut in carcere, constrictam; hominem quoque ipsum in hac miseriae ualle inter animalia bruta exulantem [1].

Secundum erit praeludium, ut a Domino id postulem quod exopto, iuxta propositae contemplationis argumentum: nimirum si de Christi resurrectione fuerit meditandum, petenda erit laetitia, qua gaudenti Christo congaudeam; sin de passione, lachrimas, poenas et angores petam, ad compatiendum Christo patienti. In praesenti ergo meditatione pudorem confusionemque meiipsius debeo exposcere, attendens quam multi homines ob peccatum mortale uel unicum damnati fuerint; et quod ego toties peccando sim damnationem commeritus.

16v Notandum ad haec, quod omni meditationi seu contemplationi praemitti debent tam oratio praeparatoria; quam praeludia duo; sed oratio quidem semper fit eodem modo; praeludia uero pro diuersitate rerum sunt diuersa.

Primum punctum erit, ut exerceatur memoria mea [a] circa pri-

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 77.
[2] V. supra, *Proleg.*, p. 48.

[a] *Seq.* siue alterius meditantis *oblitt.*

VERSIO PRIMA

quam carcere inclusam, et totum compositum ex anima et corpore in hac ualle miseriae inter bruta animalia exul [1] [a].

Secundum praeludium est petere a Domino Deo nostro id quod quero et desidero; et petitio debet congruere subiectae materiae, hoc est, si contemplatio est de resurrectione, oportet petere gaudium cum Christo gaudio pleno; si est dc passione, oportet petere lachrymas, poenam et afflictiones cum Christo afflicto; hic autem petenda est uerecundia et confusio mei ipsius, considerando quod multi *forte* damnati sint ob unicum peccatum mortale, et quoties ego merui damnari in eternum ob tot mea peccata.

Ante omnes contemplationes seu meditationes debet fieri supradicta oratio praeparatoria absque mutatione aliqua, et duo dicta praeludia, ea quandoque mutando juxta materiam subiectam [2].

Primum punctum erit exercere memoriam supra primum pec-

VERSIO P. ROOTHAAN

In [meditatione de re] invisibili, ut est hic de peccatis, compositio erit videre, visu imaginationis, et considerare, animam meam esse in hoc corpore corruptibili [tamquam] carcere inclusam, et totum compositum in hac valle tamquam exsulans [1] inter bruta animalia. Dico totum compositum animae et corporis [scilicet, hominem totum].

Secundum [praeambulum] est, petere a Deo Domino nostro id quod volo et desidero; petitio debet esse juxta subjectam materiam, scilicet, si contemplatio est de Resurrectione, petere [oportet] gaudium cum Christo gaudente; si est de Passione, petere [oportet] dolorem lachrymas et tormentum cum Christo tormentis affecto. Hic [in hac meditatione de peccatis] erit, petere pudorem et confusionem mei ipsius, cum videam quam multi damnati fuerint ob unicum peccatum mortale, et quam saepe ego meruerim damnari in aeternum ob tam multa mea peccata

Ante omnes contemplationes vel meditationes debent semper fieri [supradicta, scilicet] oratio praeparatoria, quae non mutatur [sed eadem fit semper], et duo dicta praeambula, quae identidem mutantur, juxta subjectam materiam [2].

Primum punctum erit trahere [3] [applicare] memoriam super pri-

[a] exulans *B, syllaba* ans *addita et deleta;* exul *A et Re.*

[3] Hispanum *traer*, etsi ex latino *trahere* derivatum, non significat vi ducere, sed ducere tantum.

AUTOGRAPHUM

pecado, que fué de los ángeles [1], y luego sobre el mismo el entendimiento discurriendo, luego la voluntad, queriendo todo esto memorar y entender por más me enuergonçar y confundir, trayendo en comparación de vn pecado de los ángeles tantos pecados míos; y dondc ellos por vn pecado fueron al infierno, quántas vezes yo le he merescido por tantos [2]. Digo traer en memoria el pecado de los ángeles, cómo siendo ellos criados en gracia, no se queriendo ayudar con su libertad para hazer reuerencia y obediencia a su Criador y Señor, veniendo en superbia [3], fueron conuertidos de gracia en malicia, y lançados del çielo **11** al infierno [4]; y así consequenter discurrir más en particular con el entendimiento, y consequenter mouiendo más los afectos con la voluntad.

2.° punto. El segundo: hazer otro tanto, es a saber, traer las tres potencias sobre el pecado de Adán y Eua [5] trayendo a la memoria,

VULGATA VERSIO

mum peccatorum omnium, quod fuit ab angelis commissum [1]; adhibito statim discursu intellectus atque uoluntatis motu instigante me ad uoluenda et intelligenda ea, per quae erubescam et confundar totus, facta unius tantum peccati angelorum cum tot meis comparatione; vnde colligere liceat, cum illi ob unicum crimen addicti sint inferno, quam saepe ipse supplicium idem meruerim [2] [a]. In memoriam itaque dicimus trahendum esse, quo pacto angeli creati primum in statu gratiae, sed (quod necesse erat ad beatitudinis consummationem) non uolentes per arbitrii liber- **17** tatem Creatori suo reuerentiam et obsequium praestare, at contra eum ipsum insolescentes [3], conuersi fuerint ex gratia in malitiam, et de caelo ad infernum praecipitati [4]. Consequenter discurrendum erit per officium intellectus circa haec pensiculatius, necnon concitandis simul uoluntatis affectionibus acrius insistendum.

Secundum est punctum, easdem potentias tres circa peccatum primorum parentum [5] (quod secundum appellabimus) exercere; tra-

[a] *Prius* demeruerim.

[1] Jo., VIII, 44; II PETR., II, 4; I Jo., III, 8.

[2] V. supra, *Proleg.*, pp. 118-119.

[3] Sequitur S. Ignatius doctrinam S. Augustini *(De Genesi ad litteram*, l. XI, c. XIV, n. 18, Migne P. L., XXXIV, 436, ed. 1865), S. Thomae Aquinatis *(Summa Theol.*, I.

VERSIO PRIMA

catum, scilicet angelorum [1], et circa idem ex-**17v** ercere intellectum, discurrendo et consequenter uoluntatem; volendo supradicta recordari [a] et intelligere ad maiorem meam verecundiam et confusionem, comparando unico peccato angelorum mea tam multa et magna scelera; considerando quoties ego ob illa infernum merui [2], si angeli ob unicum peccatum in infernum ceciderunt. Circa memoriam autem peccati angelorum recordari debemus quod, cum ipsi creati essent in gratia et nollent sua libertate gratiam juuare, ad exhibendam reuerentiam et obedientiam suo Creatori et Domino, leuati in superbiam [3] [b], ceciderunt a gratia in malitiam, et depulsi *sunt* de caelo in infernum [4]; et ita consequenter discurrendum est particularius cum intellectu, et mouendi sunt magis affectus uoluntatis.

Secundum est, idem quod supra facere, hoc est, exercere tres potentias circa peccatum Adae et Euae [5], reducendo ad memoriam

VERSIO P. ROOTHAAN

mum peccatum, quod fuit Angelorum [1], et deinde super idem intellectum, discurrendo; deinde voluntatem, volendo totum illud memorari et intelligere, ut magis erubescam et confundar, trahendo [ducendo] in comparationem unius peccati Angelorum tam multa peccata mea: et [considerando] cum illi ob unum peccatum iverint in Infernum, quam saepe ego hoc idem meruerim ob tam multa [2]. Dico, trahere in memoriam peccatum Angelorum, [scilicet], quomodo, cum essent ipsi creati in gratia, nolentes se adjuvare ope suae libertatis ad exhibendam reverentiam et obedientiam suo Creatori ac Domino, devenientes in superbiam [3], conversi fuerint ex gratia in malitiam, et de Coelo ad Infernum praecipitati [4]; et ita consequenter discurrere magis in particulari per intellectum, et consequenter movendo magis affectus per voluntatem.

Secundum [punctum erit], idem facere, id est trahere [applicare] tres potentias super peccatum Adae et Evae [5], trahendo [ducen-

---

[a] memorari; memorari *Fa.*; memorare *Re.*

[b] leuati sunt superbia et *B;* leuati sunt in superbiam *A et Re.*

LXIII, art. 2 et 3) et probatissimorum theologorum (Cf. SUÁREZ, *De Angelis*, l. VII, cc. VIII et IX).

[4] MATTH., XXV, 41; LUC., X, 18; APOC., XII, 7-9; JUD., 6.

[5] V. supra, *Proleg.*, p. 107.

AUTOGRAPHUM

cómo por el tal pecado hizieron tanto tiempo penitencia, y quánta corruptión vino en el género humano, andando tantas gentes para el infierno. Digo traer a la memoria el 2.° pecado de nuestros padres ; cómo después que Adán fué criado [1] en el campo damaçeno [2] y puesto en el paraýso terrenal [3] y Eua ser criada de su costilla [4] siendo bedados que no comiesen del árbol de la sciencia [5] y ellos comiendo [6] y asímismo pecando [7] y después vestidos de túnicas pellíceas [a] y lançados del paraýso [8] bibieron sin la iusticia original, que habían perdido, toda su vida en muchos trabajos y mucha penitencia [9] y consequenter discurrir con el entendimiento [b] más particularmente, vsando de la voluntad como está dicho.

3.° punto. El tercero: asímismo hazer otro tanto sobre el tercero

VULGATA VERSIO

ctando [a] memoria, quam diuturnam ob illud poenitentiam egerunt, quanta humanum genus corruptio inuasit, quot hominum milia ad inferos deturbati sunt. Memorandum est uidelicet, quo modo Adam in damasceno campo [2] de limo terrae factus [1] positusque in terrestri paradiso [3] et Eua formata ex una costarum eius [4] cum de fructu arboris scientiae boni et mali prohibiti [5] essent comedere, et nihilominus comedissent [6] post peccatum [7] subito ex paradiso eiecti sint [8] uestibus pelliceis induti, et ori-**17v** ginali iustitia priuati, reliquum uitae suae tempus in laboribus ac aerumnis maximis poenitendo [9] traxerint. Super his etiam ratiocinio intellectus et affectibus uoluntatis utendum erit, sicut prius.

Tertium est, ut exerceamur pari modo circa peccatum [b] mortale et

a *Vox latina; Bu. habet substantivum* pellicas.

b *Post hoc v. est virgula oblitt. in Aut.; itaque* más particularmente *eumdem sensum habet atque* más en particular *in fine primi puncti.*

a *Seq.* in *oblitt.*

b *Seq.* aliquod *oblitt.*

1 GEN., I, 26-27, II, 7; TOB., VIII, 8; ECCLI., XVII, 1, XXXIII, 10.
2 V. supra, *Proleg.*, p. 76.
3 GEN., II, 8 et 15.
4 GEN., II, 20-23; I COR., XI, 8.
5 GEN., II, 17, III, 2-3. Vide supra, p. 188.

VERSIO PRIMA

quomodo [a] ob tale peccatum per tantum tempus poenitentiam egerint [b], et quanta **18** corruptio secuta est in genus humanum, tot hominum milibus [c] descendentibus in infernum. Voco autem reducere ad memoriam secundum peccatum, scilicet nostrorum primorum parentum, memorari qualiter postquam Adam fuit creatus [1] in campo damasceno [2] et positus in paradiso terrestri [3] et Eua de eius costa formata [4], post prohibitionem ne comederent de fructu arboris [d] scientiae [5], ipsi comedentes [6] et ex consequenti peccantes [7] [e], tandem *expulsi de paradiso* [8] *et vestiti tunicis pelliceis* [f], uixerunt sine iustitia originali per totam uitam suam in multis laboribus, in multa poenitentia [9]. Et consequenter discurrendum est intellectu particularius, vtendo etiam uoluntate sicut dictum est.

Tertium punctum est idem facere circa tertium peccatum cu-

a qualiter; *ita Re. et Fa.*

b poenituerint; poenituerunt *Re. et Fa.*

c tot gentibus; *ita Re. et Fa.*

d de arbore; *ita Re. et Fa.*

e ipsis comedentibus et ex consequenti peccantibus; *sic Re. et Fa.*

f tandem vestiti tunicis pelliceis et expulsi de paradiso; *ita A. et Re.*

6 GEN., II, 6.

7 GEN., I. 16-17.

8 GEN., III, 21-24.

9 GEN., III, 16-19.

VERSIO P. ROOTHAAN

do] in memoriam, quomodo ob illud peccatum tam diuturnam fecerint poenitentiam et quanta corruptio genus humanum invaserit, tam multis hominibus ad [versus] infernum euntibus. Dico trahere [ducere] in memoriam secundum peccatum [scilicet] nostrorum parentum, quomodo, postquam Adam creatus esset [1] in campo Damasceno [2] et positus in paradiso terrestri [3] et Eva formata esset de ejus costa [4] cum prohibiti essent ne de fructu arboris scientiae comederent [5] et ipsi comedentes [6] et ita peccantes [7] dein vestiti tunicis pelliceis, et e paradiso expulsi [8] vixerint sine justitia originali, quam perdiderant, totam vitam suam in multis laboribus [aerumnis], et multa poenitentia [9] et consequenter discurrere per intellectum, [a] magis particulariter utendo voluntate, ut dictum est.

Tertium [punctum erit] eodem modo idem facere circa tertium

a *Hanc virgulam habet Ro., qui ait in notatione, illam in Aut. inveniri. Sed v. not. b sub Aut. et Proleg., p. 175.*

AUTOGRAPHUM

pecado particular [1] de cada vno que por vn pecado mortal es ydo al infierno, y otros muchos sin cuento por menos pecados que yo he hecho [2]. Digo hazer otro tanto sobre el 3.º pecado particular, trayendo a la memoria la grauedad y **11v** malicia del pecado contra su Criador y Señor, discurrir con el entendimiento, cómo en [3] el pecar y hazer contra la bondad infinita iustamente a sido condenado para siempre, y acabar con la voluntad como está dicho.

Colloquio. Ymaginando a Xpo. nuestro Señor delante y puesto en cruz, hazer vn colloquio [4], cómo de Criador es venido a hazerse hombre, y de vida eterna a muerte temporal, y así a morir por mis pecados. Otro tanto mirando a mí mismo lo que he hecho por Xpo., lo que hago por Xpo., lo que deuo hazer por Xpo., y así viéndole tal, y así colgado en la cruz, discurrir por lo que se offresciere. El colloquio se haze propriamente hablando así como vn amigo habla a

VULGATA VERSIO

particulare [1] quodlibet (ipsum nos tertium peccatum dicemus, ut a duobus supra positis distinguatur) considerando quod peccato tali, uel semel duntaxat commisso, *forte* detrusi sint multi ad infernum, quodque praeterea prope innumeri, ob delicta meis pauciora atque leuiora, *forte* crucientur aeternis poenis [2]. Unde memoria uersandum erit, quanta sit peccati grauitas et malitia, Deum omnium Conditorem atque Dominum offendentis. Ratiocinandum quoque est supplicium aeternum peccato iuste irrogari, utpote aduersus infinitam bonitatem Dei perpetrato. Postremo suscitandi sunt affectus sicut iam dictum est.

18 Colloquium [4] fiet, imaginando Jesum Christum coram me adesse in cruce fixum. Itaque exquiram mecum rationem, qua Creator ipse infinitus fieri creatura et ab aeterna uita ad temporariam mortem uenire pro peccatis meis dignatus sit. Arguam insuper meipsum percontans, quid hactenus dignum memoratu egerim [a] pro Christo, quid agam tandem aut agere debeam; et in eum intuens sic cruci affixum, ea proloquar, quae suggeret mens et affectus.

[a] aegerim.

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 107-108.

[2] Discrimen inter *Aut.* et *Vu.* notavit *Ro.*, annot. 10.

[3] Causam potius quam tempus significat; *Fa.* et *Ve.* omitt. *in.* «En el pecar y hacer

VERSIO PRIMA

jusuis [1], qui ob unicum *forte* mortale est damnatus, et aliorum sine numero damnatorum ob pauciora quam mea peccata [2]; dico autem facere idem circa tertium peccatum priuatum cuiusuis, redu- **18v** cendo ad memoriam grauitatem et malitiam peccati contra Creatorem et Dominum, discurrendo [a] intellectu qualiter peccando et agendo contra bonitatem infinitam, juste damnatus est in eternum, et finiat tandem cum uoluntatis actibus.

Colloquium [4] demum fiat imaginando Christum Dominum coram me cruci affixum, considerando [b] quemadmodum [c] Creator exinaniuit *adeo* se, ut homo fieret, et aeternus [d] uoluit temporaliter mori pro peccatis meis. Rursum [e], considerando meipsum, quid fecerim pro Christo, quid faciam et quid debeam facere; et ita uidens illum pendentem in cruce, discurram per ea quae sese obtulerint.

Colloquium proprie fit sicuti si amicus amicum alloquatur, vel ser-

VERSIO P. ROOTHAAN

peccatum [id est] particulare [1] cujusvis, qui ob unum peccatum mortale ivit ad infernum, et multi alii sine numero [damnati sunt] ob pauciora peccata quam [quae] ego feci [2]. Dico idem facere circa tertium peccatum particulare, trahendo [ducendo] in memoriam gravitatem et malitiam peccati contra suum Creatorem ac Dominum [ab homine commissi]; discurrere intellectu, quomodo in [3] peccando, et agendo contra bonitatem infinitam, [homo talis] juste fuerit condemnatus in aeternum; et concludere actibus voluntatis, ut dictum est.

Colloquium. Imaginando Christum Dominum nostrum praesentem, et in cruce positum, colloquium [4] [cum ipso] instituere, [quaerendo] quomodo, Creator cum esset, eo devenerit, ut hominem se fecerit, et ab aeterna vita [venerit] ad mortem temporalem, et ita ad moriendum pro meis peccatis. Itidem [colloquium mecum ipso instituere] inspiciendo me ipsum, [percontari ex me] quid egerim ego pro Christo, quid agam pro Christo, quid agere debeam

[a] discurrere; *sic Re.;* discurrendo *Fa.*
[b] fiat considerando *B; sic A., Re. et Fa.*
[c] qualiter; *sic Re. et Fa.*
[d] vita aeterna; *sic Fa.*
[e] Idem faciam; *sic Re.*

contra la bondad infinita» non est in actu peccati, sed cum peccaverit et egerit, etc. V. supra, p. 185.

[4] V. supra, *Proleg.*, pp. 110-111.

AUTOGRAPHUM

otro, o vn sieruo a su señor, quándo pidiendo alguna gracia, quándo culpándose por algún mal hecho, quándo comunicando sus cosas y queriendo consejo en ellas; y dezir vn Pater noster.

VULGATA VERSIO

Porro colloquii proprium illud est, ut fiat sicut amici sermo ad amicum, uel serui ad dominum; nunc gratiae aliquid petendo, nunc culpam aliquam meam incusando; interdum propria quaelibet negotia [a] communicando, ac petendo consilium super illis siue auxilium. Ultimo dicatur Pater noster.

SEGUNDO EXERCICIO ES MEDITACIÓN DE LOS PECADOS [1] Y CONTIENE EN SÍ, DESPUÉS DE LA ORACIÓN PREPARATORIA Y DOS PREÁMBULOS, CINCO PUNCTOS Y VN COLLOQUIO

Oración. Oración preparatoria sea la misma.

1.° preámbulo. El primer preámbulo será la misma composición.

2.° preámbulo. El 2.° es demandar lo que quiero: será aquí pedir crescido y yntenso dolor y lágrimas de mis pecados.

12r 1.° puncto. El primer puncto es el processo de los pecados, es a saber, traer a la memoria todos los pecados de la vida, mirando de año en año o de tiempo en tiempo; para lo qual aprouechan tres co-

18v SECUNDUM EXERCITIUM EST MEDITATIO DE PECCATIS [1], COMPLECTENS ULTRA ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET DUO PRAELUDIA, QUINQUE ARTICULOS SEU PUNCTA, CUM COLLOQUIO AD FINEM

Praeparatoria oratio, eadem quae supra.

Prius praeludium eandem exigit constructionem loci, ut in praecedenti meditatione.

Posterius uero fiet poscendo id, quod hic quaerimus, dolorem scilicet intensum de peccatis atque abundantem fletum.

Punctum primum sit processus quidam, per quem peccata totius uitae in memoriam reuocantur, percursis gradatim discussisque annis et spatiis temporum singulis. Qua in re triplici iuuamur com-

[a] *Hoc v. oblitt. prius, post restitutum punctis infra additis.*

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 107-108.

VERSIO PRIMA

uus dominum suum, nunc aliquam gratiam petendo, nunc seipsum incusando ob aliquod malum commissum, nunc demum sua domino communicando et circa ea consilium quaerendo. In fine dicatur Pater noster.

19 SECUNDUM EXERCITIUM EST DE MEDITATIONE PECCATORUM [1], ET CONTINET, POST ORATIONEM PREPARATORIAM ET DUO PRAEAMBULA, QUINQUE PUNCTA ET VNUM COLLOQUIUM

Oratio preparatoria sit eadem, quae supra dicta est.

Primum praeambulum erit eadem, quae supra dicta est, compositio loci.

Secundum praeambulum est petere gratiam quam desidero: nunc [a] erit petere magnum et intensum dolorem et lachrymas ob peccata mea.

Primum punctum est circa processum peccatorum, reducendo ad memoriam omnia peccata uitae, mente discurrendo per singulos annos uel tempora [b]; ad quod tria potissimum juuant: primum respi-

VERSIO P. ROOTHAAN

pro Christo. Atque ita videndo illum talem, et ita fixum in cruce, discurrere per ea [sensa] quae se obtulerint.

Colloquium fit proprie loquendo, sicut amicus loquitur ad alterum, vel servus ad dominum suum, modo petendo aliquam gratiam, modo incusando se ipsum mali alicujus commissi, modo communicando res suas [circumstantias suas] et petendo consilium in illis. Et dicatur [in fine] Pater noster.

SECUNDUM EXERCITIUM EST MEDITATIO DE PECCATIS [1], ET CONTINET IN SE, POST ORATIONEM PRAEPARATORIAM, ET DUO PRAEAMBULA, QUINQUE PUNCTA, ET UNUM COLLOQUIUM.

Oratio praeparatoria sit eadem.

Praeambulum primum erit eadem compositio [ut in primo exercitio].

Secundum [praeambulum] est, petere id quod volo [cupio]; erit hoc loco, petere magnum et intensum dolorem et lachrymas de meis peccatis.

Primum punctum est, processus [quidam] peccatorum, scilicet, trahere [revocare] in memoriam omnia peccata vitae [meae], inspiciendo [vitam] per annos singulos vel per singula tempora. Ad quod

[a] quod nunc *B;* quod ad propositum *A prius, deinde* nunc, *deleto* ad propositum.

[b] discurrendo de anno in annum, uel quouis tempore in aliud.

AUTOGRAPHUM

sas: la 1.ª mirar el lugar y la casa adonde he habitado; la 2.ª la conuersación que he tenido con otros; la 3ª el officio en que he viuido.

2.° puncto. El 2.°: ponderar los pecados mirando la fealdad y la malicia que cada pecado mortal cometido tiene en sí, dado que no fuese vedado.

3.° puncto. El tercero: mirar quién soy yo diminuyéndome por exemplos: primero quánto soy yo en comparación de todos los hombres; 2.° qué cosa son los hombres en comparación de todos los ángeles y sanctos del paraýso; 3.° mirar qué cosa es todo lo criado en comparación de Dios: pues yo solo ¿qué puedo ser?; 4.° mirar toda my corruptión y fealdad corpórea; 5.° mirarme como vna llaga y postema de donde an salido tantos pecados y tantas maldades y ponzoña tan turpíssima.

VULGATA VERSIO

pendio, consideratis uidelicet locis habitationis nostrae, conuersationum modis, et officiorum seu negotiorum, quibus functi sumus, generibus diuersis.

19 Secundum est peccata ipsa perpendere, quanta sit foeditas et nequitia singulorum ex natura sua, si uel prohibita non essent.

Tertium est considerare meipsum, quisnam aut qualis sim, additis exemplis, quae me in maiorem mei contemptum trahant: ut si mecum reputem quantulus sim ad hominum omnium coetum comparatus; quid deinde sit multitudo uniuersa mortalium, si cum angelis beatisque omnibus conferatur; *post haec* [a] attendendum est, quid rei sit tandem quicquid est creatum, prae ipso Deo Creatore: jam quid homuncio ego unus esse possum? *Demum* [b] inspiciam corruptionem mei totius, prauitatem animae atque corporis foeditatem, ac [c] me tanquam ulcus siue apostema esse ducam, ex quo tanta

a 3.°
b 4.°
c 5.°

VERSIO PRIMA

cere domum vel locum in quo habitauit; secundo, respicere conuersationem quam cum aliis **19v** habuit; tertio statum uiuendi [a].

Secundum punctum est ponderare peccata, respiciendo deformitatem et malitiam, quam quoduis peccatum mortale continet in se, etiam si non fuisset [b] prohibitum [c].

Tertium punctum est, cogitare quisnam ego sim, meipsum minuendo [d], adductis exemplis: primo, quid [e] sim in comparatione omnium hominum; deinde [f] quid sint homines huius mundi collatione omnium angelorum et sanctorum caeli; deinde [g] cogitando quid sit omnis creatura Deo collata: quid ergo ego solus ero; demum [h] cogitare omnem corruptionem, et deformitatem corpoream meam; ac [i] respicere meipsum quasi uulnus et postema [j], unde tot pullularunt peccata et tot iniquitates, et tantum et tam turpe uenenum.

VERSIO P. ROOTHAAN

juvant tria: primum, inspicere locum, et domum, ubi habitavi; secundum, conversationem, quam habui cum aliis; tertium, officium, in quo vixi.

Secundum, ponderare peccata, inspiciendo [considerando] foeditatem et malitiam, quam quodvis peccatum mortale commissum habet in se, etiamsi non esset prohibitum.

Tertium, inspicere [considerare] quis sim ego, minuendo me ipsum per exempla: primo, quantus sim ego in comparatione omnium hominum: secundo quid sint homines in comparatione omnium Angelorum et Sanctorum Paradisi: tertio, inspicere [considerare] quid sint omnia creata, in comparatione Dei: jam ego solus quid esse possim? Quarto inspicere [considerare] omnem meam corruptionem et foeditatem corpoream: quinto, inspicere [considerare] me quasi ulcus quoddam et apostema, unde pullularunt tot peccata et tot nequitiae, ac venenum tam turpissimum.

---

a tertio artem uiuendi quam habet; tertio artem uiuendi quam habuit *Re.*

b esto quod non fuisset.

c prohibitum specialiter a lege diuina; *sic in Fa. et Re.*

d diminuendo; *sic Re.;* diminutionem inquirendo *Fa.*

e quam parum *hic et infra bis pro* quid; *sic Re. et Fa.*

f secundo *B; sic Re.*

g tertio *B; sic Re.*

h *Pro 8 vv. praeced.* respectu Dei; quid ergo erit de me solo; quarto.

i quinto *B; sic Re.*

j apostema *A et Re.*

AUTOGRAPHUM

4.° puncto. El quarto: considerar quién es Dios, contra quien he pecado, según sus atributos, comparándolos a sus contrarios en mý: su sapiencia a my ynorancia, su omnipotencia a my flaqueza, su justicia a my yniquidad, su bondad a my malicia.

5.° puncto. El quinto: esclamación admiratiue con crescido afecto, discurriendo **12v** por todas las criaturas, cómo me an dexado en vida y conseruado en ella; los ángeles como sean cuchillo de la iusticia diuina [1], cómo me han suffrido y guardado y rogado por mý; los santos cómo an sido en interceder y rogar por mý; y los çielos, sol, luna, estrellas y elementos, fructos, aues, peçes y animales; y la tierra [2] cómo no se a abierto para sorberme, criando nuevos infiernos para siempre penar en ellos.

Colloquio. Acabar con vn colloquio de misericordia, rrazonando

VULGATA VERSIO

sanies peccatorum tantaque uitiorum lues defluxerit.

Quartum est cogitare quid sit Deus, quem ita offendi, collectis comparatisque perfectionibus attributis Deo ut [a] propriis, cum **19v** oppositis meis uitiis atque defectibus: summam scilicet eius potentiam, sapientiam, bonitatem et iustitiam, cum extrema mea infirmitate, ignorantia, malitia et iniquitate conferendo.

Quintum: in exclamationem prorumpere ex commotione affectus uehementi, admirando ualde, quomodo creaturae omnes (discursu facto per singulas) me sustinuerint tamdiu, et hucusque uiuum seruauerint. Quomodo angeli, diuinae iustitiae gladium [1] ferentes, aequo me animo tulerint, custodierint, suisque etiam iuuerint suffragiis. Quomodo pro me intercesserint sancti. Quomodo caelum, sol, luna, et alia sidera, elementa cunctaque animantium genera et terrae germina debitae uindictae loco mihi seruierint. Quo denique modo non absorbuerit me dehiscens tellus [2], et mille infernos reserans, in quibus perpetuas poenas daturus essem [b].

Terminanda demum erit haec meditatio **20** per colloquium, ex-

a *Emend. ex* ac.
b *Emend. ex* sim.

1 Cf. II MACH., III, 25-27, XV, 22; LUC., I, 20; APOC., XIV, 18-19, XVI, 1-21. «Sancti vero angeli sine ira puniant quos accipiunt aeterna Dei lege puniendos.» (S. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, l. IX, c. V, Migne, P. L., XLI, 261, ed. 1864.)

VERSIO PRIMA

Quartum punctum est, considerare quis sit Deus, contra quem peccaui, secundum sua attributa, comparando illa suis oppositis in me: sapientiam suam meae ignorantiae; omnipotentiam meae infirmitati [a]; **20** suam justitiam meae iniquitati; suam bonitatem meae malitiae.

Quintum punctum est exclamatio quaedam admiratiua, ex magno affectu procedens, discurrendo per omnes creaturas, admirans quonam modo me passe [b] sunt uiuere et me in uita conseruauerunt; quomodo angeli, qui sunt gladius diuinae justitiae [1], me sustinuerint et conseruauerint et pro me orauerint; sancti etiam quomodo mei fuerint [c] intercessores apud Deum; caeli, sol, luna, stellae, elementa, fructus, aues, pisces, animalia, quomodo me hactenus conseruauerunt; terra [2] quomodo non aperta est et me absorpsit; quomodo non sunt creati noui inferni, ut me in aeternum punirent.

Conclude tanden vno colloquio, colloquendo et agendo gratias Do-

VERSIO P. ROOTHAAN

Quartum, considerare quis sit Deus, contra quem peccavi, secundum ejus attributa, comparando ea cum eorum contrariis [quae sunt] in me: ejus sapientiam cum mea ignorantia, ejus omnipotentiam cum mea debilitate, ejus justitiam cum mea iniquitate, et ejus bonitatem cum mea malitia.

Quintum, exclamatio admirative, cum ingenti affectu, discurrendo per omnes creaturas, quomodo me passae sint vivere et in vita conservaverint: Angeli, cum sint gladius divinae justitiae [1], quomodo me supportaverint, et custodierint, et oraverint pro me: Sancti, quomodo in eo fuerint, ut intercederent et orarent pro me; et coeli, sol, luna, stellae, et elementa, fructus, aves, pisces, et animalia, et terra [2] quomodo non se aperuerit ut me absorberet, creando novos Infernos, ut in aeternum in illis cruciarer.

Concludere colloquio misericordiae, ratiocinando, et gratias agen-

a impotentiae; *sic Re. et Fa.*

b passi sunt *B; Re. et Fa.* dereliquerunt *quod in A est oblitt.*

c *Sic Fa.;* fuerunt *A et Re.*

2 Omnis enim res creata naturaliter prona est ad ulciscendas injurias Creatori illa tas, perinde ac filius injurias patri factas ulcisci cupit. Cf. SAP., V, 18-24.

AUTOGRAPHUM

y dando gracias a Dios nuestro Señor, porque me a dado vida hasta agora, proponiendo enmienda con su gracia para adelante. Pater noster.

TERCERO EXERCICIO ES REPETICIÓN DEL 1.° Y 2.° EXERCICIO HAÇIENDO TRES COLLOQUIOS

Después de la oración preparatoria y dos preámbulos, será repetir el primero y 2.° exercicio, notando y haziendo pausa en los punctos que he sentido [1] mayor consolación o desolación o mayor sentimiento espiritual, después de lo qual [2] haré tres colloquios de la manera que se sigue.

1.° colloquio. El primer colloquio a Nuestra Señora, para que me alcance **13** gracia de su Hijo y Señor para tres cosas [3]: la primera para que sienta interno conoscimiento de mis peccados y aborrescimiento dellos; la 2.ª para que sienta el dessorden de mis

VULGATA VERSIO

tollendo infinitam Dei misericordiam, et gratias pro uiribus agendo, quod uitam ad hunc usque diem prorogauerit; vnde proposita in futurum mei emendatione, recitabo semel Pater noster.

TERTIUM EXERCITIUM NON ERIT ALIUD, QUAM REPETITIO PRIMI ET SECUNDI, UNA CUM TRIBUS COLLOQUIIS

Post praeparatoriam orationem et duplex praeludium, repetenda erunt praecedentia duo exercitia, notatis punctis seu locis, in quibus maiorem senserimus [1] consolationem, desolationem aut aliam quancunque spiritualem affectionem; ac in illis diutius diligentiusque immorandum erit; deinde occurrente nobis spirituali motu [2], ad colloquia, quae sequuntur, tria ueniemus.

Colloquium primum fit ad Dominam nostram, Christi Matrem, flagitando intercessionem eius apud Filium et gratiae impetrationem, nobis **20v** tripliciter necessariae [3]: primo ut internam criminum nostrorum cognitionem ac detestationem sentiamus; 2.° ut

---

[1] Pro «he sentido» posuit manu sua S. Ignatius in *Ve.* «habuerim», nulla re deleta.

[2] «Sensus est: tria ista colloquia non ubicumque et quandocumque *motus spiritualis occurrerit* (quamquam etiam tunc ea usurpare non prohibemur); sed omnino *in fine* hujus exercitii esse adhibenda; idque sive motus spiritualis occurrat, sive non occurrat;

VERSIO PRIMA

mino, quod concesserit, hactenus uitam, ut eam possit [a] deinceps corrigere mediante sua gratia, et ita proponendo dicat Pater noster.

VERSIO P. ROOTHAAN

do Deo Domino nostro, quod mihi dederit vitam usque adhuc, proponendo in posterum emendationem cum ejus gratia. Pater noster.

20v TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET 2.[i] CUM TRIBUS COLLOQUIIS [b]

Post orationem praeparatoriam et duo praeambula, faciam repetitionem primi et 2.[i] exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis, in quibus maiorem consolationem uel desolationem, uel maiorem gustum spiritualem habuerim [1] [c], post quae [2] faciam tria colloquia modo sequenti.

TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET SECUNDI EXERCITII, FACIENDO TRIA COLLOQUIA.

Post orationem praeparatoriam, et duo praeambula erit, repetere primum et secundum Exercitium, notando, et moram faciendo in iis punctis, in quibus senserim [1] majorem consolationem, vel desolationem, vel majorem sensum spiritualem.

Post quae faciam tria colloquia eo modo [2], qui sequitur.

Primum colloquium fiet ad Dominam nostram, vt obtineat mihi gratiam a Filio et Domino suo ad tria [3]: primum ut habeam sensum internum peccatorum meorum, et integrum eorum odium; secundo, ut sentiam inordinationem [d] mearum operationum, quatenus, me-

Primum colloquium ad Dominam nostram, ut mihi obtineat gratiam a Filio ac Domino suo ad tria [3]: primo, ut internam cognitionem peccatorum meorum, ac detestationem illorum sentiam: secundo, ut sentiam deordinationem operationum mearum, ut [eam]

[a] concesserit mihi... possim, *quod est in Re.;* concesserit tibi... possis *Fa.*

[b] faciendo tria colloquia; *sic Re. et Fa.*

[c] *Hoc v. additum in marg. in A manu S. Ignatii, nulla re deleta;* sensi *Re.;* habuero *Fa.*

[d] deordinationem; *ita Fa. et Re.*

neque enim colloquia omittenda sunt ob desolationem, immo vero in ariditate magis etiam illis insistendum est.» *Ro.*, annot. 22, p. 54.

[3] V. supra, *Proleg.*, p. 77.

AUTOGRAPHUM

operaciones, para que, aboresciendo [a], me enmiende y me ordene; la 3.ª pedir conoscimiento del mundo, para que aboresciendo [b], aparte de mý las cosas mundanas y vanas [1], y con esto vn Aue María.

2.° colloquio. El segundo, otro tanto al Hijo, para que me alcance del Padre, y con esto el Ánima Xpi.

3.° colloquio. El tercero, otro tanto al Padre, para que el mismo Señor eterno me lo conçeda, y con esto vn Pater noster.

QUARTO EXERCICIO ES RESUMIENDO ESTE MISMO TERCERO [2]

Dixe resumiendo, porque el entendimiento sin diuagar discurra assiduamente por la reminiscencia de las cosas contempladas en los

a aborresciéndome *Do. et Bu.*
b aborresciéndole *Do. et Bu.*

VULGATA VERSIO

operum nostrorum agnoscentes abhorrentesque ordinem peruersum, correcto eo, nosmetipsos secundum Deum recte ordinemus; 3.° ut perspecta et damnata mundi prauitate, a rebus mundanis ac uanis nos recipiamus [1]. His expletis, semel recitetur Aue María.

Secundum colloquium fiat similiter ad Christum Dominum et mediatorem nostrum, ut illa eadem nobis impetret ab aeterno Patre. Subdetur in fine oratio, quae incipit Anima Christi.

Tertium eodem processu faciendum est ad Deum Patrem, ut triplicem illam gratiam nobis largiatur, et in fine semel recitandum Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM CONFICITUR EX TERTII REPETITIONE [2]

Ponitur repetitio eiusmodi, ueluti quaedan eorum ruminatio, quae meditatus sum in **21** exercitiis prioribus, ut ea continue remini-

[1] «Pro unoquoque ergo ex his tribus, circa quae versatur colloquium, *duplex* gratia petenda: scilicet *illustrationis* pro intellectu, ut *cognoscamus*; piae *motionis* pro voluntate ut *abhorreamus*, etc. S. Pater istam *duplicem* gratiam petendam semper commemorat.» *Ro.*, annot. 23, p. 54.

[2] Quartum exercitium est trium praecedentium compendium; est enim compendium tertii; tertium autem est repetitio primi et secundi. Fit per intellectum reminiscentem seu cogitatione repetentem eas res omnes, quae jam in tribus praecedentibus exercitiis visae seu cognitae sunt, potius quam aut ratiocinatione res nondum intelle-

VERSIO PRIMA

ipsum odio habens, corrigar et me ordinem; tertio petam cognitionem mundi, vt [a] illum horrens, vana et mundana repellam; et postea [b] Aue Maria [1].

Secundum eodem modo fiat ad Filium, ut eadem **21** obtineat mihi a Patre, et postea [c] Anima Christi.

Tertium eodem modo fiat ad Patrem, ad hoc quod ipsemet aeternus Dominus illa eadem concedat, et deinde [d] Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM EST REPETITIO EIUSDEM [e] TERTII [2]

Fiat repetitio tertii exercitii ita ut [f] intellectus discurrat assidue absque diuagatione, reminiscendo contemplata in aliis exercitiis prae-

a ad hoc quod; ad hoc ut *Re.*
b post.
c post.
d post.
e istiusmet.
f *Pro* ita ut *erat prius* ad hoc quod *in A; sic Fa.;* ad hoc ut *Re.*

VERSIO P. ROOTHAAN

abhorrens, me emendem, meque [recte] ordinem: tertio, petere cognitionem mundi [1], ut [illum] abhorrens, mundana ac vana a me removeam. Ac dein semel Ave Maria.

Secundum itidem [colloquium fiat] ad Filium, ut [eadem] obtineat mihi a Patre. Ac dein Anima Christi.

Tertium itidem [colloquium fiat] ad Patrem, ut ipse Dominus aeternus mihi illa concedat. Ac dein Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM EST RESUMENDO IPSUM HOC TERTIUM [2].

Dixi resumendo, ut intellectus absque divagatione discurrat assidue per reminiscentiam rerum, quas contemplatus est in Exerci-

ctas investigantem, id quod proprium est duorum priorum exercitiorum, aut singularia quaedam puncta notantem, id quod est proprium tertii exercitii, quamquam nihil horum excluditur. Ideo MESCHLER *(Die Exercitien des H. Ignatius von Loyola*, Roermond, 1907, *Erster Theil.*, p. 44) hoc quartum exercitium comparat cum applicatione sensuum, quae in reliquis hebdomadis fit. Exercenda vero est semper praecipue voluntas, quod nisi ex natura rei constaret, ex tribus colloquiis faciendis intelligeres. Notandum etiam, hispanum verbum «resumiendo», non esse id quod latine dicimus resumendo seu iterum sumendo, sed compendium faciendo.

AUTOGRAPHUM

exercicios passados, y haziendo los mismos tres colloquios.

QUINTO EXERCICIO ES MEDITACIÓN DEL INFIERNO [1]; CONTIENE EN SÍ, DESPUÉS DE LA ORACIÓN PREPARATORIA Y DOS PREÁMBULOS, CINCO PUNTOS Y VN COLLOQUIO

Oración. La oración preparatoria sea la sólita.

13v **1.° preambulo.** El primer preámbulo composición, que es aquí ver con la vista de la ymaginación la longura, anchura y profundidad del infierno.

2.° preámbulo. El segundo, demandar lo que quiero: será aquí pedir interno sentimiento de la pena que padescen los dañados, para que si del amor del Señor eterno me oluidare por mis faltas [2], a lo menos el temor de las penas me ayude para no venir en pecado.

1.° puncto. El primer puncto será ber con la vista de la ymaginación los grandes fuegos [3], y las ánimas como en cuerpos ýgneos [4].

2.° El 2.°: oyr con las orejas

VULGATA VERSIO

scendo, discurrat facilius intellectus sine diuagatione. Adiicienda quoque erunt tria eadem colloquia.

QUINTUM EXERCITIUM EST CONTEMPLATIO DE INFERNO [1], CONTINETQUE ULTRA ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET DUO PRAELUDIA, PUNCTA QUINQUE ET UNUM COLLOQUIUM

Oratio praeparatoria non differt a superiore.

Prius praeludium hic habet compositionem loci, subiecta oculis imaginationis inferni longitudine, latitudine ac profunditate.

Posterius uero consistit in poscenda intima poenarum, quas damnati luunt, apprehensione, vt si quando me ceperit [a] diuini amoris obliuio [2], saltem a peccatis suplicii timor coerceat.

Punctum primum est spectare per imaginationem uasta inferorum incendia [3], et animas igneis quibusdam corporibus [4], uelut ergastulis, inclusas *.

21v Secundum. Audire imagi-

[a] coeperit *ms.*

* *In primo puncto.* Et animas igneis quibusdam corporibus, velut ergastulis inclusas; *dicatur* Et animas velut igneis quibusdam corporibus tamquam ergastulis inclusas.

1 V. supra, *Proleg.*, pp. 77-78, 108-110.

2 «Ex autographo culpas veniales ac defectus intelligo, qui divini amoris oblivionem inducere solent, et ad peccatum mortale viam parare, a quo summo malo petimus, ut timor nos poenarum coerceat.» *Ro.*, annot. 25, p. 56.

VERSIO PRIMA

teritis, addendo [a] eadem tria colloquia.

QUINTUM EXERCITIUM EST MEDITATIO INFERNI [1]; ET CONTINET IN SE POST ORATIONEM PRAEPARATORIAM QUINQUE PUNCTA ET VNUM COLLOQUIUM

Oratio praeparatoria sit eadem quae solita est.

21v Primum preambulum est compositio loci, quae hic erit imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni.

Secundum praeambulum est petere id quod uolo, quod erit ad presens petere internam cognitionem poenae, quam patiuntur damnati, quatenus si, ob scelera mea [2] oblitus fuero amoris aeterni Domini, saltem timor poenarum me adiuuet ne in peccatum incurram.

Primum punctum est, oculo imaginationis uidere ingenteis ignes [3] [b], et animas, quae ibi patiuntur [c] in corporibus igneis [4] detentae [d].

Secundum est, auribus imagina-

VERSIO P. ROOTHAAN

tiis praeteritis, et faciendo eadem tria colloquia.

QUINTUM EXERCITIUM EST MEDITATIO DE INFERNO [1]. CONTINET IN SE POST ORATIONEM PRAEPARATORIAM, ET DUO PRAEAMBULA, QUINQUE PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM.

Oratio praeparatoria sit solita.

Primum praeambulum, compositio, quae hic est, videre visu imaginationis longitudinem, latitudinem et profunditatem Inferni.

Secundum, petere id quod volo [cupio]; erit hic, poscere intimum sensum poenae, quam patiuntur damnati, ut si [umquam] amoris Domini aeterni oblitus fuero ob meas culpas [2], saltem timor poenarum me juvet, ne in peccatum deveniam.

Primum punctum erit, videre visu imaginationis ingentes illos ignes [3], et animas, velut in corporibus igneis [4].

Secundum, audire auribus [ima-

a faciendo; *sic Fa. et Re.*

b ignes *scriptum super* focos, *hac voce non deleta in A;* focos *Re. et Fa.*

c *Sequitur* quasi *oblitt. in B; exstat in A et Re.*

d *Syllaba* de *hujus v. oblitt. prius, post restituta in B; deest hoc v. in A;* alligatas *Re.;* alligatae *Fa.; in A* alligatis *oblitt.*

3 MATTH., XXV, 41; III, 12; XIII, 42; MARC., IX, 42-47; JO., XV, 6; JUDITH, XVI, 21; ECCLI., XXI, 10; Is., LXVI, 24.

4 Animas ignibus corporeis quodammodo alligatas esse, docet S. THOMAS, *De veritate,* XXVI, art. 1; *Summa contra gent.*, l. IV, c. 90. Cf. II PETR., II, 4; JUD., 6.

AUTOGRAPHUM

llantos [1], alaridos, vozes, blasfemias [2] contra Xpo. nuestro Señor y contra todos sus santos.

3.° El 3.°: oler con el olfato humo [3], piedra azufre [4], sentina y cosas pútridas.

4.° El 4.°: gustar con el gusto cosas amargas, así como lágrimas, tristeza [5] y el verme de la consciencia [6].

5.° El 5.°: tocar con el tacto, es a saber, cómo los fuegos tocan y abrasan las ánimas [7].

Colloquio. Haziendo vn colloquio a Xpo. nuestro Señor, traer a la memoria las ánimas que están en el infierno, vnas porque no creyeron el aduenimiento; otras creyendo no obraron según sus mandamientos, haziendo tres partes:

1.ª parte. La 1.ª antes del aduenimiento;

2.ª La 2.ª en su vida;

3.ª La 3.ª después de su vida en este **14** mundo; y con esto darle gracias, porque no me ha dexado caer en ninguna destas acabando my vida. Asímismo, cómo hasta agora siempre a tenido de mý tan-

VULGATA VERSIO

narie planctus [1], eiulatus, uociferationes atque blasphemias [2], in Christum et sanctos eius illinc erumpentes.

Tertium. Imaginario etiam olfactu fumum [3], sulfur [4] et sentinae cuiusdam seu foecis atque putredinis graueolentiam persentire.

Quartum. Gustare similiter res amarissimas, ut lachrimas, rancorem, conscientiaeque uermem [6].

Quintum. Tangere quodam modo ignes illos, quorum tactu animae ipsae amburuntur [7].

Colloquendo interim cum Christo, in memoriam adducendae erunt illorum animae, qui ad inferni poenas damnati sunt, uel quia credere noluerunt aduentum Christi, uel, licet crederent, non tamen conformem praeceptis eius uitam exegerunt; idque uel ante aduentum Christi, uel eodem tempore quo uixit Christus in hoc mundo, uel post illud deinceps. Gratiae postremo agendae sunt **22** eidem Christo quam maximae, quod in tale quodpiam [a] exitium non permiserit me corruere; sed potius ad hunc usque diem summa pietate et misericordia me prosecutus

[a] quoppian *ms.*

1 MATTH, VIII, 12; XIII, 42; XXII, 13; XXV, 30; MARC., IX, 43.
2 APOC., XIII, 6.
3 APOC., XIV, 11; Is., XXXIV, 10.
4 APOC., XIX, 20; Is., XXXIV, 9; Ps. X, 7.
5 LUC., VI, 25; XVI, 23-24; JOB, X, 21-22, et cf. supra, annot. 1.
6 «Vermem conscientiae, qui non moritur» in inferno (MARC., IX, 43-45; Is., LXVI

VERSIO PRIMA

tionis audire planctus [1], eiulatus, uoces, blasphemias [2] contra Christum Dominum et sanctos eius.

Tertium est olfacere fumum [3], sulphur [4], sentinam et alia fetida et putrida.

Quartum punctum est gustare amara, veluti lachrymas, tristitiam [5], vermem conscientiae [6].

22 Quintum est, tactu imaginationis percipere quomodo [a] ignis tangit et comburit animas [7].

Colloquium [b] fiat ad Christum Dominum, reducendo ad memoriam animas quae in inferno sunt, quarum aliquae ibi detinentur, quae non crediderunt aduentum Domini nostri; aliquae uero quia credendo non operate sunt juxta eius praecepta; et omnium harum triplex est status: primus est earum [c], quae fuerunt ante aduentum Christi; secundus existentium tempore eius uitae mortalis; tertius, earum que sunt post eius discessum a nobis; tandem agam ei gratias quod non me permiserit finire vitam in aliquo statu horum, et quod erga me hactenus tam

VERSIO P. ROOTHAAN

ginationis] planctus [1], ululatus, clamores et blasphemias [2] contra Christum Dominum nostrum, et contra omnes Sanctos ejus.

Tertium, olfacere odoratu [imaginationis] fumum [3], sulphur [4], sentinam, et res putridas.

Quartum, gustare gustu [imaginationis] res amaras, ut lachrymas, tristitiam [5], et vermem conscientiae [6].

Quintum, tangere tactu [imaginationis], scilicet, quomodo ignes illi tangunt et urunt animas [7].

Faciendo unum colloquium ad Christum Dominum nostrum, trahere [ducere] in memoriam animas quae sunt in Inferno: aliae eo quod adventum [ejus] non crediderunt, aliae [quod] credentes non operatae sunt juxta ejus mandata; faciendo tres partes [id est, omnes illas animas distribuendo in tres ordines sive series, quarum] prima ante adventum [Domini perierit]; secunda, vivente eo; tertia, post ejus vitam in hoc mundo: et simul gratias ei agere, quod non siverit me incidere in ullam ex istis [tribus] finiendo meam vitam. Item, quomodo usque adhuc

a qualiter; *sic Re. et Fa.*
b Colloquium finale; *sic Re. et Fa.*
c Primus earum *A, Re. et Fa.*

24), esse «conscientiae remorsum» docet S. THOMAS, *Summa theol.*, part. III (Supplementum), XCVII, art. 2.

7 « Quae [verba Sacrae Scripturae] animabus damnatorum praenuntiant poenas corporeas, utpote quod ab igne inferni cruciabuntur, sunt secundum litteram intelligenda», S. THOMAS, *Compendium theologiae*, c. 179.—«Cur enim non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi...?» S. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, l. XXI, c. 10; Migne, P. L, XLI, 724, ed. 1864.

AUTOGRAPHUM

ta piedad y misericordia, acabando con vn Pater noster.

Nota. El primer exercicio se hará a la media noche; el 2.° luego en lebantándose a la mañana; el 3.° antes o después de la misa, finalmente que sea antes de comer; el 4.° a la hora de bísperas [a]; el quinto vna hora antes de çenar. Esta repetición de horas, más o menos, siempre entiendo en todas las 4.° semanas; según la hedad, dispusición y temperatura ayuda a la persona que se exercita, para hazer los çinco exercicios o menos [1].

ADDICIONES PARA MEJOR HAZER LOS EXERCICIOS Y PARA MEJOR HALLAR LO QUE DESEA

1.ª addición. La primera addición es, después de acostado, ya que me quiera dormir, por espacio de vn Aue María pensar a la hora

VULGATA VERSIO

sit. Finis imponetur dicto Pater noster.

Si uisum erit ei, qui tradit exercitia, expedire ad profectum eorum, qui exercentur, alias meditationes his adiicere, vt de morte ac aliis peccati poenis, de iudicio, etc.; non se putet prohiberi, licet hic non ascribantur [1].

Exercitiorum uero tempus ita distribuendum est, ut primum eorum fiat in media nocte; 2.m mane simul ac surrexerimus; 3.m ante uel post missae sacrum, nondum sumpto cibo; 4.m circiter horam uesperarum; 5.m hora ante coenam. Quae temporis distributio singulis quatuor hebdomadis communis est; variari tamen potest atque augeri uel minui, prout unicuique ad peragenda dicta quinque exercitia aetas, animi corporisque dispositio siue naturae ipsius complexio subseruit.

22v ADDITIONES AD EXERCITIA MELIUS AGENDA, ET AD EA, QUAE OPTANTUR INUENIENDA PERUTILES

Prima est, vt ego post cubitum ante somnum, modico temporis spatio, quo recitaretur semel angelica salutatio, cogitem de hora,

[a] bisparas *Aut.*

[1] «Constat et ipsum S. Patrem et ab eo edoctos Patres in prima hebdomada meditationes etiam de morte, de judicio, etc., addere consuevisse. *Addere*, inquam, sive, ut Vulgata loquitur, *adjicere*; intelligitur scilicet, proponi debere haec argumenta de morte etc., *post*, non *ante* quintum exercitium supra positum... Spectandus vero in his semper triplex ille fructus, qui in colloquio tertii exercitii... postulandus describitur.»

VERSIO PRIMA

pius et misericors extiterit; et finiam cum Pater noster.

Si visum erit expedire ad profectum eorum, qui exercentur, aliquas meditationes his adiicere, vt de morte ac aliis peccati poenis, de judicio etc., non se putet prohiberi, licet hic non ascribantur [1]

Primum exercitium fiet mcdia nocte; secundum statim cum surrexerit a lecto; tertium ante prandium, siue sit ante missam siue post; quartum in vesperarum hora; quintum una hora ante tempus coenae. **22v** Et haec diuisio temporis semper intelligitur etiam in sequentibus hebdomadis; quod potest augeri uel minui vel mutari secundum quod aetas et dispositio et temperatura eius, qui exercetur, exigit et iuuat.

SEQUUNTUR ADDITIONES, QUIBUS COMMODIUS FIANT EXERCITIA, ET MELIUS OBTINEATUR ID, QUOD QUIS DESIDERAT

Prima additio est, post cubitum, antequam dormire incipiam, per spacium quo diceretur [a] Aue Maria, cogitare qua hora debeo sur-

VERSIO P. ROOTHAAN

semper me tanta pietate et misericordia prosecutus sit. Finem imponam recitando semel Pater noster.

Primum Exercitium fiet media nocte: secundum statim ac [quis] mane surrexerit: tertium ante vel post Missam, in summa ante prandium: quartum hora Vesperarum: quintum una hora ante coenam. Hanc horarum repetitionem [iterationem, alternationem] plus minusve, semper intelligo [servandam] in omnibus quatuor hebdomadis, in quantum aetas, dispositio et complexio juvat eum, qui exercetur, ad facienda quinque Exercitia vel pauciora [1].

ADDITIONES AD MELIUS FACIENDA EXERCITIA, ET AD MELIUS INVENIENDUM ID QUOD DESIDERAT [QUI EXERCETUR].

Prima additio est, post cubitum, quando jam jam dormire volo, per spatium unius Ave Maria, cogitare de hora qua surgere debeo et ad

[a] spacium vnius; *sic Fa.*

Ro., annot. 28, p. 58. Expositionem P. Roothaan confirmant *Di. ignat. tradita*, [2], *Anon. B1*, *Granatense*, quae dicunt alia non esse addenda, si quinque priora sufficiant ad id consequendum, quod in prima hebdomade quaeritur, cum unum tantum, *Di. antiqua*, II, n. 34, dicat meditationes de morte ac de judicio meditationi de poenis inferorum anteponendas. Cf. *Proleg.*, supra, p. 152.

AUTOGRAPHUM

que me tengo de leuantar, y a qué, resumiendo el exercicio que tengo de hazer.

2.ª addición. La 2.ª: quando me despertare, no dando lugar a vnos pensamientos ni a otros, aduertir luego a lo que voy a contemplar en el primer exercitio de la media noche, trayéndome en **14v** confusión de mis tantos pecados, poniendo exemplos, así como si vn caballero se hallase delante de su rey y de toda su corte, auergonzado y confundido en hauerle mucho ofendido, de quien primero rescibió muchos dones y muchas mercedes; asímismo en el 2.° exercicio haciéndome peccador grande y encadenado [1], es a saber, que voy atado como en cadenas a parescer delante del sumo juez eterno [2], trayendo en exemplo cómo los encarçerados y encadenados ya dignos de muerte parescen delante su juez temporal; y con estos pensamientos vestirme o con otros según subiecta materia [3].

VULGATA VERSIO

qua surgendum mihi erit, et de exercitio faciendo *.

Secunda. Ut expergefactus, statim, exclusis omnibus aliis cogitationibus, animum ad illud applicem, quod in primo mediae noctis exercitio contemplaturus sum; utque maioris uerecundiae et confusionis gratia, exemplum mihi huiusmodi proponam: quomodo miles aliquis staret coram rege suo et coetu aulico, erubescens, anxius et confusus, qui in regem ipsum, acceptis ab eo prius beneficiis donisque plurimis ac magnis, grauiter deliquisse conuictus esset. In 2.° itidem exercitio, reputans quantum peccauerim, fingam me catenis **23** uinctum esse [1], ac protinus sistendum coram summo iudice [2], sicut mortis reus quispiam ferreis ligatus compedibus duci ad tribunal solet. His igitur, uel aliis pro meditandarum rerum genere, cogitationibus imbutus, uestitu meo me induam [3].

* *In prima additione ubi dicitur:* Cogitem de hora, qua surgendum mihi erit et de exercitio faciendo, *ex autographo dicatur:* Cogitem de hora, qua surgendum mihi erit, exercitii faciendi puncta breviter animo retractans.

[1] «Ad hunc affectum, qui in secundo exercitio quaeritur, concipiendum, valde necessarium est, ut quisque de totius vitae suae peccatis ita cogitet, ac si nihil adhuc fecisset ad ea expianda. Quia licet ea fortasse per poenitentiam deleta jam sint, fortasse, inquam, id enim certo scire non possumus: hic tamen nos ipsos considerare debemus, quales ipsi per culpas nostras nos fecimus, non quales fortasse nunc sumus per gratiam Dei.» *Ro.*, annot. 34, p. 60.

VERSIO PRIMA

gere et ad quid, reuocando ad [a] memoriam exercitium, quod sum facturus.

Secunda additio est, cum experrectus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim aduertere ad id, quod contemplaturus sum in primo exercitio mediae noctis, prouocando me **23** ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et ad id adducendo exempla, ueluti si quispiam nobilis esset coram rege suo et uniuersa eius curia erubescens et confusus, quod nimium offenderit eum, a quo prius multa dona et gratias acceperat. Similiter in 2.° exercitio, agnoscendo me [b] grauem peccatorem, et considerando me quasi reum catenis ligatum [1], et euntem ut compaream in conspectu summi et aeterni judicis [2], meditando quando [c] rei, carceribus et catenis detenti et morte digni, apparent coram temporali judice, et has cogitationes uel similes, secundum materiam subiectam, uersabo interim dum induor [3].

VERSIO P. ROOTHAAN

quid, resumendo Exercitium quod mihi faciendum est.

Secunda, cum expergiscar, non dando locum his vel illis cogitationibus, statim advertere [animum] ad id quod sum contemplaturus in primo Exercitio mediae noctis, trahendo [excitando] me ad confusionem de tam multis meis peccatis, proponendo [mihi] exempla; veluti si eques aliquis consisteret coram Rege suo, et universa ejus curia, pudore affectus et confusus, quod graviter offenderit eum, a quo primum multa dona et multos favores acceperat. Item in secundo Exercitio, reputando me magnum peccatorem [1] et catenis vinctum, scilicet, quod eam veluti ligatus catenis, compariturus coram summo Judice aeterno [2], proponendo [mihi] in exemplum, quomodo [rei] carceribus detenti et catenis vincti, jam morte digni compareant coram suo judice temporali: et inter has cogitationes vel alias, juxta subjectam materiam, vestibus me induere [3].

---

a in *B;* ad *A.*

b uidendo me, *et supra vers.* reputando, *utroque oblitt. A;* videndo me *Re.*

c quomodo *A et Re.;* considerando quomodo rei *Re.;* considerando *oblitt. in A.*

---

2 V. supra, *Proleg.*, p. 111.

3 S. AMBROSIUS, *De Virginibus ad Marcellinam sororem suam*, l. III, c. 4, n. 19, ait: «Sed etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice, vel cum evigilaveris, vel ante quam corpus sopor irriget; ut te in ipso quietis exordio, rerum saecularium cura liberam, divina meditantem somnus inveniat», Migne, P. L, XVI, 237.

AUTOGRAPHUM

3.ª addición. La 3.ª: vn paso o dos antes del lugar donde tengo de contemplar o meditar, me pondré en pie por espacio de vn Pater noster, alçado el entendimiento arriba, considerando cómo Dios nuestro Señor me mira, etc., y hazer vna reuerencia o humiliación.

4.ª addición [1]. La 4.ª: entrar en la contemplación quándo de rodillas, quándo prostrado en tierra, quándo supino rostro arriba, quándo asentado, quándo en pie, andando siempre a buscar lo que quiero. En dos cosas aduirtiremos: la primera es que si hallo lo que quiero de rrodillas, no pasaré adelante, y si prostrado, asimismo, etc.; la 2.ª, en el punto en el qual **15** hallare lo que quiero, aý me reposaré, sin tener ansia de pasar adelante hasta que me satisfaga.

5.ª addición. La quinta: después de acabado el exercicio, por espacio de vn quarto de hora, quier asentado, quier paseándo-

VULGATA VERSIO

3.ª Vt a loco futurae meditationis, uno uel gemino adhuc passu distans, per tantillum tempus, quo percurri oratio dominica posset, animo sursum eleuato, considerem Dominum meum Iesum, ut praesentem, et spectantem quidnam acturus sum, cui reuerentiam cum humili gestu exhibere debeam.

4.ª Est [1], vt ipsam aggrediar contemplationem, nunc prostratus humi et pronus aut supinus iacens, nunc sedens aut stans, et eo me componens modo, quo sperem facilius id consequi quod opto. Ubi aduerti haec duo debent: primum quod si flexis genibus uel in alio quouis situ, uoti compos fiam, nil **23v** requiram ultra; 2.ª quod in puncto, in quo assecutus fuero quaesitam deuotionem, conquiescere debeo sine transcurrendi anxietate, donec mihi satisfecero.

5.ª Ut completo exercitio, sedens uel deambulans, per quartam circiter horae partem mecum dispiciam, quonam modo meditatio

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 111-112.

VERSIO PRIMA

Tertia est, uno uel duobus passibus ante locum, in quo contemplaturus sum, stabo [a] unius Pater noster et Aue Maria spacio, et elcuata sursum mente considerabo quemadmodum Deus [b] me respicit, etc., et coram eo humiliter genua flectam [c].

Quarta est [1], initium contemplationis debeo facere, nunc prostratus, nunc supinus, nunc sedens [d], nunc stans, modo semper quaeratur deuotio in his mutationibus. Vbi duo aduertenda sunt: primo, quod si deuotionem inuenio **23v** genibus flexis, non alio modo quaeram [e]; idem si prostratus etc. secundo, quod in eo puncto contemplationis, in quo deuotionem inuenero, quiescam sine anxietate et cura vltra procedendi, quousque animac meae satisfiat [f].

Quinta est, post finitum exercitium, per quartam partem horae [g], vel sedens vel deambulans, disquiram quomodo [h] me habuerim in

VERSIO P. ROOTHAAN

Tertia, uno vel duobus passibus ante locum, in quo contemplaturus sum vel meditaturus, stabo spatio unius Pater noster, elevata sursum mente, considerans quomodo Deus Dominus noster me respiciat, [debeo] et facere actum reverentiae seu humiliationis.

Quarta [1], intrare in contemplationem [debeo], modo genuflexus, modo prostratus in terram, modo supinus, modo sedens, modo stans, intendendo semper ad quaerendum in quod volo. [Qua in re] duo advertemus: primum est, quod, si invenio id quod volo genuflexus, non pergam ultra [alium situm tentando]: et si prostratus, similiter etc... secundum, [quod] in puncto in quo invenero id quod volo, ibi quiescam, sine anxietate progrediendi ulterius [ad aliud punctum], donec mihi satisfaciam.

Quinta, post finitum Exercitium, per quartam horae partem, sive sedens, sive deambulans, dispiciam quomodo mihi successerit in

---

a stabo spacio; *sic Re.*

b considerando quod Dominus noster; *sic Re.*

c faciam coram eo genuflexionem quamdam seu humiliationem; *sic Re.; A habet nunc* genua *pro* genu.

d debet fieri nunc prostrando se, nunc supinus manendo.

e non alium modum quaeram *A; prius* non alio modo quam illo manebo.

f *A prius* in illo satier; *deleto* in illo *scriptum est* animae meae satisfiat, *non deleto* satier.

g quartum horae; quartam horae *Re. et Fa.*

h respiciam qualiter; *sic Re.*

AUTOGRAPHUM

me, miraré cómo me a ydo en la contemplación o meditación; y si mal, miraré la causa donde procede, y así mirada arrepentirme, para me enmendar adelante; y si bien, dando gracias a Dios nuestro Señor; y haré otra vez de la misma manera.

6.ª addición [1]. La sexta: no querer pensar en cosas de plazer ny alegría, como de gloria, resurrectión, etc.; porque para sentir pena, dolor y lágrimas por nuestros peccados, impide qualquier consideración de gozo y alegría; mas tener delante de mý quererme doler y sentir pena, trayendo más en memoria la muerte, el juizio.

7.ª addición. La 7.ª: priuarme de toda claridad para el mismo effecto çerrando ventanas y puertas, el tiempo que estuuiere en la cámera, si no fuere para rezar, leer y comer.

8.ª addición [3]. La 8.ª: no reyr ny dezir cosa motiua a risa.

VULGATA VERSIO

seu contemplatio mihi successerit; et si quidem male, inquiram causas, cum poenitudine ac emendationis proposito; sin uero bene, gratias Deo agam, eundem postea modum obseruaturus.

6.ª Ut cogitationes, quae gaudium adferunt, qualis est de gloriosa Christi resurrectione, subterfugiam [1]; quoniam talis quaelibet cogitatio impedit fletum et dolorem de peccatis meis, qui tunc quaerendus est, adscita potius mortis uel iudicii recordatione.

7.ª Ut eandem ob causam, omni me priuem **24** lucis claritate, ianuis ac fenestris clausis tantisper, dum illic moror, nisi quandiu legendum aut uescendum erit.

8.ª Ut a risu uerbisque risum [3] prouocantibus, maxime abstineam.

---

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 113.

[2] Omitte *et*, quod non est in *Aut.*, faciliusque mente addes *et similia*, id quod ipse *Ro.*, in ed. 4.ª romana adjunxit declarationis causa.

[3] V. supra, *Proleg.*, p. 119.

VERSIO PRIMA

contemplatione; et si male, respiciam causam [a] et dolebo, et proponam emendationem deinceps; si bene, agam Deo gratias; et deinceps, eodem modo seruato, contemplationem faciam.

Sexta est [1], non eogitare de rebus laetis, vt de gloria resurreetionis [b], etc.; quia ad sentiendam poenam, dolorem uel lachrymas de peeeatis nostris, impedit quaeuis consideratio gaudii [c] uel laetitiae; sed plus prodest proponere coram me velle dolorem [d] et poenam sentire, ad memoriam mortem vel judicium redueendo [e].

Septima est, priuare me claritate [f], claudendo fenestras et januas, interim dum fuero in cubiculo, nisi [g] tempore recitandi offieium, legendi et sumendi cibum.

24 Oetaua est, eohibere risum [3] et non proferre uerba risum prouoeantia.

VERSIO P. ROOTHAAN

contemplatione seu meditatione; et si male, dispieiam eausam unde [hoc] proeedat, et ita inspecta [eausa] dolebo, ut me emendem in posterum; et si bene, gratias agam Deo Domino nostro, et altera viee eodem modo faeiam.

Sexta [1], nolle eogitare de rebus jucundis ae laetis, ut de Gloria [Paradisi], Resurreetione ete., quia ad sentiendam poenam, dolorem, et [ad fundendas] laehrymas de peeeatis nostris impedit quaevis consideratio gaudii et laetitiae; sed tenere ante me [in hoc insistere] velle me dolere et sentire poenam, trahendo [revoeando] potius in memoriam Mortem et [2] Judieium.

Septima, privare me omni [lucis] elaritate ad eumdem effectum, elaudendo fenestras et januas tempore quo fuero in eubiculo, nisi foret ad reeitandum [officium divinum, vel preces], ad legendum, et cibum sumendum.

Octava, non ridere [3], nee dieere quidquam quod risum provoeet.

---

a causam unde procedit; *sic Re.*

b ut gloria, resurrectione; ut de gloria et resurrectione *Re.*

c *A prius* consolatio; *hoc oblitterato, scriptum est* consideratio solatii; *et deleto* solatii, *scriptum est ejus loco* gaudii; consideratio solatii et laetitiae *Re.*

d dolere *A et Re.*

e reducendo ad memoriam mortem uel iudicium; *sic Re., qui addit* damnatorum poenas.

f fugere claritatem ad eumdem finem; *sic Re.*

g nisi excepto; *sic in Re.; Fa.* excepto *tantum.*

AUTOGRAPHUM

9.ª addición. La nona: refrenar la vista, excepto al rescibir o al despedir de la persona con quien hablare.

10.ª addición. La décima addición es penitencia, la qual se diuide en **15v** interna y externa. Interna es dolerse de sus pecados con firme propósito de no cometer aquellos ny otros algunos; la externa o fructo de la primera es castigo de los pecados cometidos, y principalmente se toma en tres maneras.

1.ª manera. La 1.ª es cerca del comer, es a saber, quando quitamos lo superfluo no es penitencia, mas temperancia; penitencia es quando quitamos de lo conueniente, y quanto más y más mayor y mejor, sólo que no se corrompa el subiecto, ny se siga enfermedad notable.

2.ª manera. La 2.ª: çerca del modo del dormir; *y* [a] asímismo no es penitencia quitar lo superfluo de cosas delicadas o moles, mas es penitencia quando en el modo se quita de lo conueniente, y quanto más y más mejor, sólo que no se corrompa el subiecto, ny se siga enfermedad notable, ny tampoco se quite del sueño conue-

[a] *Haec particula ad initium versus addita, ut videtur, manu Ig., non est in Do.*

VULGATA VERSIO

9.ª Ut in neminem oculos intendam, nisi salutandi aut ualedicendi poscat occasio.

10.ª Ut aliquam addam satisfactionem seu poenitentiam, quae quidem in interiorem et exteriorem diuiditur. Interior est dolor de propriis peccatis cum firmo proposito cauendi tum ab illis, tum ab aliis quibusuis in posterum. Exterior autem est fructus interioris, uidelicet castigatio aliqua de commissis; quae tribus potissimum modis assumi potest.

Primo circa uictum, substractis quibusdam non superfluis solum (quod temperantiae est, non poenitentiae), sed etiam conuenientibus alimentis; et eo fit melius, quo plus substrahitur, uitata interim naturae **24v** corruptione aut debilitate graui seu infirmitate.

2.º circa somni et strati modum[1], sublatis non mollibus tantum aut delitiosis rebus, sed aliis etiam opportunis, quantum licet citra uitae aut ualetudinis graue periculum. Quapropter de somno necessario nihil demendum est, nisi aliquantisper, ad consuetudinem (si cui [a] est nimii somni) moderandam.

[a] *Seq.* ea *oblitt.*

[1] Melius *modum dormiendi.*

VERSIO PRIMA

Nona est, cohibere uisum ne respiciat faciem alterius, nisi cum primum eum salutat, vel cum ultimo dicit ei vale.

Decima est circa poenitentiam, quae diuiditur in externam et internam. Interna est dolor de peccatis cum firma deliberatione animi non iterum eadem vel alia committendi; externa (quae fructus est internae) est punitio peccatorum commissorum [a], quae praecipue circa tria attenditur et consideratur.

Primum est circa cibum et potum, in qua re, si auferamus tantum superflua, non est poenitentia sed temperantia; poenitentia autem est quando de conuenienti et necessario cibo aliquid nobis subtrahimus; et quo plus subtrahimus, eo melius, dummodo non corrumpatur subiectum vel in notabilem infirmitatem incidat.

Secundum est circa somnum [1]; in quo etiam non est poenitentia subtrahere superflua lecti delicati et mollis; sed poenitentia est, quando etiam subtrahitur **24v** de conuenienti [b] modo, et quo plus subtrahimus, eo melius, modo non corrumpatur subiectum, uel incidat in notabilem infirmitatem, vel subtrahatur somnus conueniens [c], nisi

VERSIO P. ROOTHAAN

Nona, refrenare oculos, [ne quem respiciam] nisi in excipiendo, vel dimittendo eo cum quo locutus fuero [vel loquendum mihi fuerit].

Decima additio est poenitentia, quae dividitur in internam et externam: interna est, dolere de peccatis suis cum firmo proposito non committendi eadem, nec alia quaecumque: externa, seu fructus prioris, est castigatio de peccatis commissis, et [haec] praecipue assumitur tribus modis.

Primus est circa victum; scilicet, quando tollimus [subtrahimus] superflua, non est poenitentia, sed temperantia; poenitentia est, quando de convenienti subtrahimus, et quo plus atque plus [subtrahimus], eo major et melior [poenitentia]; dummodo non corrumpatur [vitietur] subjectum [s. natura], nec sequatur infirmitas notabilis.

Secundus, circa modum somni [1], et [hic] similiter non est poenitentia tollere superflua rerum delicatarum seu mollium; sed est poenitentia, quando in modo [somni capiendi] subtrahitur de convenienti, et quo plus atque plus [subtrahitur], eo melius, dummodo non corrumpatur subjectum, nec sequatur infirmitas no-

[a] *Perperam hic clauditur parenthesis in B; recte A post v.* internae.
[b] *Sequitur* in *oblitt. in B; non est in A.*
[c] *Sequitur* necessarius *oblitt. in A.*

AUTOGRAPHUM

niente, si forsan no tiene hábito viçioso de dormir demasiado, para venir al medio.

3.ª manera. La 3.ª castigar la carne, es a saber, dándole dolor sensible, el qual se da trayendo çilicios o sogas o barras de hierro sobre las carnes, flagelándose o llagándose y otras maneras de asperezas.

Nota. Lo que paresce más cómodo y más seguro de la penitencia, es que el dolor sea sensible en las carnes y que no entre dentro en los huesos, de manera que dé dolor y no enfermedad; por lo **16** qual paresce que es más conueniente lastimarse con cuerdas delgadas, que dan dolor de fuera, que no de otra manera que cause dentro enfermedad que sea notable [a].

Nota. La primera nota es que las penitencias externas principalmente se hazen por tres effectos: el primero por satisfación de los peccados passados; 2.º por vencer

[a] *Littera b, omissa a librario, addita videtur manu S. Ignatii.*

VULGATA VERSIO

3.º circa ipsam carnem, ut inflictum sentiat dolorem, admotis gestatisque ciliciis, funibus aut uectibus ferreis; uel incussis uerberibus ac plagis, vel aliis austeritatis generibus adsumptis.

In quibus tamen omnibus magis expedire uidetur, ut doloris sensus in carne tantum sit, nec penetret ossa cum infirmitatis periculo. Quare flagellis potissimum utemur ex funiculis minutis, quae exteriores affligunt partes, non autem adeo interiores, ut ualetudinem aduersam causari [a] possint.

Notanda sunt insuper quatuor haec circa poenitentiam [b]. Primum quod poenitentiae exterioris tri-**25** plex est usus seu effectus: nimirum ut pro delictis praeteritis

[a] *Sic ms., 1.ª ed. romana, vindobonensis, conimbricensis;* causare *rom. 2.ª, burgen., hispalen. et Inst.*

[b] *Ita interpungit ms., 1.ª ed. rom., conimbricen., vindobonen., burgen., hispalen. et etiam Inst. Ex Aut. vero haec interpunctio seu divisio sententiae esse debet post vv.* quatuor haec, *quam rationem sequitur ed. rom. anni 1574. Duo vv.* circa poenitentiam *oblitterata prius, deinde restituta sunt. Nota bene secundum et quartum notandum nihil ad poenitentiam pertinere.*

VERSIO PRIMA

forte aliquis habitu uitioso somnolentiae nimiae premeretur, vt perueniat ad medium.

Tertium est, circa [a] castigationem carnis affligendo illam dolore sensibili, qui carni infertur quando portamus cilicia uel funes uel uectes ferreos, vel quando carnem flagellamus et percutimus, uel aliis similibus asperitatis modis illam affligimus.

Inter haec commodius et securius uidetur [b] ita affligere carnes dolore sensibili, ut non tamen penetret et subintret ossa, sed inferat [c] dolorem et non infirmitatem. Cui rei nihil uidetur conuenientius, quam funiculis minutis affligere et flagellare carnem, quia inferunt tantum dolorem exterius, nec efficiunt [d] infirmitatem interius notabilem.

Prima adnotatio [e] *est* [f] circa poenitentiam externam; solet enim haec [g] exterior poenitentia **25** ob aliquod horum trium praecipue assumi [h]: primum est ad satisfa-

VERSIO P. ROOTHAAN

tabilis. Neque etiam subtrahatur de somno convenienti, nisi forte [quis] habeat consuetudinem vitiosam dormiendi nimium, ut perveniat ad medium [s. ad moderatam somni mensuram].

Tertius, castigare carnem, scilicet, inferendo illi dolorem sensibilem, qui infligitur portando cilicia, vel funes, vel vectes ferreos super carnes, flagellando seipsum, vel vulnerando, et aliis asperitatum modis.

Quod videtur commodius ac securius poenitentiae [genus, illud] est, ut dolor sit sensibilis in carnibus, et non penetret in ossa, ita ut inferat dolorem, et non infirmitatem. Quapropter videtur esse convenientius flagellare se funibus minutis, qui inferunt dolorem exterius, quam alio modo, qui producat interius infirmitatem notabilem.

Primum notandum est, quod poenitentiae externae praecipue fiunt ad tres effectus [obtinendos]: primo, ad satisfactionem de peccatis praeteritis: secundo, ad

---

a *In A sequitur* mortificationem et *oblitt.*

b *In A sequitur* rationi poenitentiae *oblitt.*

c causet.

d et non causant.

e nota.

f attenditur.

g hae *B;* haec *A.*

h assummi *B.*

AUTOGRAPHUM

a sí mesmo, es a saber, para que la sensualidad obedezca a la razón, y todas partes inferiores estén más subiectas a las superiores; 3.° para buscar y hallar alguna gracia o don que la persona quiere y desea, ansí como si desea haber interna contrición de sus pecados o llorar mucho sobre ellos o sobre las penas y dolores que Xpo. nuestro Señor passaua en su passión, o por solución de alguna dubitación en que la persona se halla.

2.ª nota. La 2.ª: es de aduertir que la 1.ª y 2.ª addición se an de hazer para los exercitios de la media noche y en amanesciendo, y no para los que se harán en otros tiempos; y la 4.ª adición nunca se hará en la iglesia delante de otros, sino en escondido, como en casa, etc.

3.ª nota. La 3.ª: quando la persona que se exercita aun no halla lo que desea, ansí como lágrimas, consolationes, etc., muchas vezes aprouecha hazer mudanza en el comer, en el dormir y en o-**16v** tros modos de hazer penitencia; de manera que nos mudemos haziendo dos o tres días penitencia, y otros

VULGATA VERSIO

nonnihil satisfiat; vt uincat seipsum homo, inferiorem sui partem, quae sensualitas appellatur, superiori, hoc est, rationi magis subiiciens; vt postremo quaeramus atque impetremus aliquod gratiae diuinae donum, quod optamus, puta intimam cordis contritionem de peccatis, et abundantiam lachrimarum uel propter illa uel propter poenas et dolores passionis Christi; aut dubii alicuius, quod nos angit, resolutionem.

2.ª Quod additiones primae duae solis conueniunt exercitiis, quae media nocte et sub auroram fiunt; quarta uero in templo uel coram aliis nunquam, sed domi tantum et clanculum exequenda est.

3.ª Quod quando is, qui exercitatur, affectum quaesitum non [a] consequitur, ut dolorem uel consolationem, mutare subinde expedit rationem uictus somnique et **25v** alia genera poenitentiae; ita ut poenitentiam unam per triduum sectemur, et proximo eam biduo relinquamus, uel etiam triduo,

[a] *Emendatum prius ex* nunquam, *dein ex* nondum.

VERSIO PRIMA

cicndum pro peccatis a nobis perpetratis; secundum, vt uictoriam de nobis [a] obtincamus, quod fit quando sensualitas obedit rationi, et inferiores animae partes subiiciuntur superioribus; tertium, ut quaeramus et tandem inueniamus aliquam gratiam seu donum, quod expetimus et desideramus, vt ucrbi gratia [b], internam peccatorum compunctionem, seu dolorem et planctum super eisdem, vel super doloribus et poenis, quas Christus in sua acerbissima passionc pro nobis pertulit, vel super solutione alicuius dubitationis, quam habemus.

Secunda est aduertere, quod prima et 2.ª additio inseruiunt pro exercitiis, quae fiunt media nocte et in aurora, et non pro aliis, quae alio tempore fient, et quarta additio numquam fiet in ecclesia coram aliis, sed secreto, vt domi [c].

Tertia, quod quando is, qui exercetur, nondum [d] inuenit quod quaerit ac dcsiderat, vt lachrymas, **25v** consolationes, multoties cxpedit facere mutationem, tam in cibo et potu et somno, quam in aliis modis poenitentiae [e]; oportet autem sic mutari, vt cum biduum uel triduum fecerimus aliquam

VERSIO P. ROOTHAAN

vincendum scipsum, scilicet, ut sensualitas obediat rationi, et omnes partes inferiores sint magis subjectae superioribus: tertio, ad quaerendum et inveniendum aliquam gratiam, seu donum, quod homo vult ac desiderat [obtinere a Domino]; ut, si desiderat habere internam contritionem de suis peccatis, vel flere multum de illis, vel de poenis ac doloribus, quos Christus Dominus noster sustinebat in Passione sua, vel ad [obtinendam] solutionem alicujus dubitationis, in qua homo [ipse] versetur.

Secundum notandum est, quod prima et secunda Additio fieri debeant pro Exercitiis mediae noctis et sub auroram, et non pro iis quae fient aliis temporibus; et quarta Additio nunquam fiet in Ecclesia coram aliis, sed tantum in occulto, ut domi, etc.

Tertium [notandum est], quando ille qui se exercet nondum invenit id quod desiderat, ut lachrymas, consolationes etc. saepe prodest mutationem facere in victu, in somno, et in aliis modis agendi poenitentiam, ita ut nos mutemus, faciendo per duos vel tres dies poenitentiam, et per alios duos vel

---

a nostrimet *pro* de nobis.

b *A add.* si expectamus habere *oblitt.*

c *Pro* vt domi *erat prius in A* et in abscondito, ac si domi esset; *nunc* ut domi.

d nunquam.

e faciendi poenitentiam.

AUTOGRAPHUM

dos o tres no; porque a algunos conuiene hazer más penitencia y a otros menos; y también porque muchas vezes dexamos de hazer penitencia por el amor sensual y y por juizio erróneo, que el subiecto humano no podrá tolerar sin notable enfermedad; y algunas vezes, por el contrario, hazemos demasiado, pensando que el cuerpo pueda tolerar; y como Dios nuestro Señor en infinito [1] conosce mejor nuestra natura, muchas vezes en las tales mudanzas da a sentir a cada vno lo que le conuiene.

· **4.ª nota**. La 4.ª: el examen particular se haga para quitar defectos y negligencias sobre exercitios y additiones; y ansí en la 2.ª, 3.ª y 4.ª semana.

VULGATA VERSIO

prout diuersis plus aut minus poenitentiae est sumendum. Praeterea, cum penitentias huiusmodi saepe omittamus ob affectum carnis aut erroneum iudicium, quasi naturalis nostra complexio ferre illas non possit citra ingens ualetudinis detrimentum; et e contrario iustum nonnumquam poenitentiae modum excedamus, de corporis robore nimis confidentes: mutatis, ut dictum est, poenitentiae generibus, ac per uices sumptis et relictis, euenit plerunque ut clementissimus Dominus, qui naturam nostram perfectissime cognoscit, unicuique id compertum reddat, quod ipsi expedit.

Quartum, quod particulare examen fiat ad tollendas culpas et negligentias, quae circa exercitia et additiones solent obrepere. Id quod etiam per tres alias sequentes hebdomadas obseruandum uenit.

[1] Modus adverbialis, pro «infinitamente», a bonis auctoribus usurpatus, v. g. RODRÍGUEZ, *Ejercicio de perfección*, part. II, tratado VII, c. I. Perperam mutarunt illud *en* in *es* editiones quaedam.

VERSIO PRIMA

pocnitentiam, per aliud biduum vel per aliud triduum non faciamus; quia aliquibus magis conuenit facere pocnitentiam, aliquibus minus; praeterea quia saepe abstinemus a poenitentia [a] ob amorem *sensualem nostri* [b] et ob judicium erroneum quod subiectum humanum non poterit tolerare sine notabili infirmitate; et aliquando contra facimus; facimus enim nimiam poenitentiam, quam corpus nequit tolerare; et cum Deus noster in infinitum cognoscat [c] melius naturam nostram, saepe in huiusmodi mutationibus dat sentire unicuique illud, quod illi expediat.

Quarta nota est, quod examen particulare fiat ad extirpandum a nobis defectus, et negligentias commissas in [d] exercitiis et additionibus; **26** et ita in 2.ª, 3.ª et quarta hebdomada.

VERSIO P. ROOTHAAN

tres non, quia aliquibus convenit facere plus poenitentiae, et aliis minus; et etiam quia saepe omittimus facere poenitentiam ob amorem sensualem, et ob judicium erroneum, [erronee judicando] subjectum humanum non posse sustinere [eam] absque notabili infirmitate; et aliquando e contrario, facimus nimium [poenitentiae], putando quod corpus possit sustinere: et cum Deus Dominus noster infinities melius cognoscat nostram naturam, saepe in hujusmodi mutationibus dat unicuique sentire quid ipsi conveniat.

Quartum, Examen particulare fiat ad tollendos defectus et negligentias circa Exercitia et Additiones; et ita in secunda, tertia, et quarta hebdomada.

---

a a facienda poenitentia.

b amorem sensuum; sensus *A*.

c sicut Deus noster in infinitum cognoscit.

d super.

AUTOGRAPHUM

EL LLAMAMIENTO DEL REY TEMPORAL AYUDA A CONTEMPLAR LA VIDA DEL REY ETERNAL [a] [1]

Oratión. La oración preparatoria sea la sólita.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es composición viendo el lugar, será aquí ver con la vista ymaginatiua *sinagogas* [b], villas y castillos por donde Xpo. nuestro Señor predicaua.

2.° preámbulo. El 2.°: demandar la gracia que quiero; será aquí pedir gracia a Nuestro Señor, para que no sea sordo a su llamamiento, mas presto y diligente **17** para cumplir su sanctíssima voluntad.

1.° puncto. El primer puncto es poner delante de mý vn rey humano, eligido de mano de Dios nuestro Señor, a quien hazen reberencia [c] y obedescen todos los príncipes y todos hombres xpianos.

VULGATA VERSIO

26 purum.—26v.

✠

HEBDOMADA 2.ª

CONTEMPLATIO REGNI IESU CHRISTI EX SIMILITUDINE REGIS TERRENI SUBDITOS SUOS EUOCANTIS AD BELLUM [1]

Oratio praeparatoria fiet more supradicto.

Praeludium primum ad constructionem loci nunc erit, ut spectare nos imaginemur synagogas, uillas et oppida, quae praedicans Christus pertransibat, *et sic de locis aliis.*

2.m ad gratiam poscendam pertinens, in hac parte erit petere a Deo ne obsurdescamus, uocante nos Christo, sed ad sequendum ac obtemperandum prompti simus.

Punctum primum esto proponere mihi ob oculos humanum regem diuinitus electum, cui principes et populi omnes christiani reuerentiam et obsequium praestare debeant.

---

[a] *Fol., in quo est haec meditatio in Aut., scriptum habet in summa pag. titulum* Segunda semana.

[b] *In marg., pro* templos *oblitt.:* templos, uillas, synagogas *Do.;* templa *Fa. et Re.;* templum, synagogas *Po.*

[c] *Emend. a librario ex* obediencia; *Bu. tamen exscribit* hazen obediencia y obedecen. *Loquutio* hacer reuerencia y obediencia *est etiam in primo puncto primi exercitii primae hebdomadis.*

---

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 78-79, 126.

VERSIO PRIMA

26v SECUNDA HEBDOMADA

VOCATIO REGIS TEMPORALIS, QUAE [a] IUUAT AD CONTEMPLANDAM VITAM REGIS AETERNI [1]

Oratio praeparatoria eadem quae solita est.

Primum pracambulum est compositio loci, quae hic erit oculo imaginationis considerare synagogas, oppida [b], castella *ac alia loca* in quibus Christus Dominus praedicabat.

Secundum, petere gratiam, quam desidero et uolo, quod nunc erit, petere gratiam a Domino nostro ne obsurdescam suae uocationi, sed euadam promptus ac diligens ad implendam suam sanctissimam voluntatem.

Primum punctum est, considerare coram me [c] regem quemdam humanum electum a Domino Deo, cui subduntur et obediunt universi principes et homines christiani.

---

a *Hoc v. add. supra vers. in B.*

b *Pro* synagogas, oppida *erat prius* templa, villas *in A. In Autogr. scripsit S. Ignat.* sinagogas, *delens* templos.

c ante me ipsum; *sic Fa.;* ante me *Re.*

VERSIO P. ROOTHAAN

[SECUNDA HEBDOMADA]

VOCATIO REGIS TEMPORALIS, [QUAE] JUVAT AD CONTEMPLANDAM VITAM REGIS AETERNALIS [1].

Oratio praeparatoria sit consueta.

Primum praeambulum est compositio, videndo locum. Erit hic, videre visu imaginationis synagogas, oppida, et castella, per quae Christus Dominus noster praedicabat.

Secundum, poscere gratiam quam volo [cupio]. Erit hic, petere gratiam a Domino nostro, ut ne sim surdus ad ejus vocationem, sed promptus ac diligens ad explendam ejus sanctissimam voluntatem.

Primum punctum est, proponere mihi ob oculos Regem quemdam humanum ab ipso Deo Domino nostro electum, cui reverentiam exhibent et obediunt omnes Principes, et omnes homines Christiani.

AUTOGRAPHUM

2.° puncto. El 2.°: mirar cómo este rey habla a todos los suyos, deziendo: My voluntad es de conquistar toda la tierra de infieles; por tanto, quien quisiere venir comigo ha de ser contento de comer como yo, y así de beber y vestir, etc.; asimismo ha de trabajar comigo [a] en el día y vigilar en la noche, etc.; porque así después tenga parte comigo en la victoria como la ha tenido en los trabajos.

3.° puncto. El 3.°: considerar qué deuen responder los buenos súbditos a rey tan liberal y tan humano; y, por consiguiente, si alguno no acceptase la petición de tal rey, quánto sería digno de ser vituperado por todo el mundo y tenido por peruerso caballero [1].

En la 2.ª parte. La segunda parte deste exercitio consiste en

VULGATA VERSIO

27 2.m est imaginari, quod audiam illum regem sic loquentem ad omnes subditos: In animo est mihi regiones infidelium uniuersas ditioni meae subiicere. Quicunque igitur comitari me uelit, paratus sit oportet non alio uti uictu, uestitu rebusque aliis, quam me utentem conspexerit. In iisdem quoque laboribus, uigiliis et casibus caeteris, mecum persistendum erit, ut particeps fiat uictoriae et foelicitatis unusquisque, prout laborum ac molestiarum socius extiterit.

3.m est considerare quidnam respondere debeant regi amantissimo et liberalissimo fideles subditi, et quam prompte ad omnem eius uoluntatem offerre se accinctos. Contra uero, si quis [non] obaudiret, quanto apud homines uniuersos uituperio dignus esset, atque quam ignauus miles [1] aestimandus.

Pars 2.ª huius exercitii consistit in collatione similitudinis inter di-

[a] *Prius* como yo; *correctum remanere videtur* comigo *vel* cõmyo; como yo *Do. et Bu.;* sicut ego *Ve. et Re. Cf. Prolegomena, p.* 145.

[1] *Caballeros* appellantur semper a Montesino, interprete hispano *Vitae Christi*, milites omnes, etiam illi v. g. qui Christum cruci affixerunt. Nec male huic loco sensum hunc illi vocabulo tribueris, cum rex subditos omnes alloquatur.

VERSIO PRIMA

Secundum punctum est, considerare hunc regem alloquentem omnes suos subditos ad hunc modum: **27** voluntatis meae est expugnare omnes terras infidelium; propterea si quis uult me comitari, debet eodem cibo et potu et uestimento, quo ego utor [a], contentus esse; item debet laborare interdiu et vigilare noctu sicut ego, ut ita particeps fiat uictoriae mecum, sicut fuit laborum.

Tertium est considerare responsum, quod debet reddi a bonis subditis regi tam [b] liberali et tam humano; et [c] si aliquis non acceptaret petitionem ipsius [d] regis, quanto uituperio dignus esset apud omnes [e], et quam peruersus subditus haberetur et miles [f] [1].

Secunda pars huius exercitii consistit in applicando praedictum

VERSIO P. ROOTHAAN

Secundum, attendere quomodo iste Rex loquatur ad omnes suos, dicens: Mea voluntas est subjicere universam terram infidelium: proinde, qui voluerit mecum venire, debet contentus esse cibo quo ego [utar], itemque potu, et vestitu etc. Similiter debet laborare, ut ego, interdiu, et vigilare noctu, etc. ut ita dein particeps mecum fiat victoriae, sicut fuerit laborum.

Tertium, considerare quid debeant respondere boni subditi Regi tam liberali ac tam humano: et per consequens, si quis non acceptaret petitionem talis Regis, quantopere dignus esset qui vituperaretur ab universo mundo, et perversus [ignavus] haberetur eques [s. miles] [1].

Secunda pars hujus Exercitii consistit in applicando supradicto

---

a utar *A et Fa.*

b tantum *hic et paulo inferius.*

c et consequenti; *sic Re. et Fa.*

d talis.

e totum vniuersum *prius; his oblitteratis, scriptum est* mundum, *quo deleto, manet* omnes *in A;* apud totum vniuersum *Re. et Fa.; sed Fa. haec 3 vv. habet in fine hujus paragraphi.*

f *Pro 7 vv. praeced. erat prius in A* is etiam quam degeneris a uero et fideli subdito. *Re. habet* qui tantum degeneraret a vero et fideli subdito.

AUTOGRAPHUM

aplicar el sobredicho exemplo del rey temporal a Xpo. nuestro Señor, conforme a los tres punctos dichos.

1.° puncto. Y quanto al primer puncto, si tal bocación consideramos del rey temporal a sus súbditos, quánto es cosa más digna de consideración ver a Xpo. nuestro Señor, rey eterno [1], y delante dél todo el vniuerso mundo, al qual y a cada vno en particular llama y dize: My voluntad es de conquistar todo el mundo [2] y todos los enemigos [3], y así entrar en la gloria de mi Padre [4]; por tanto, quien quisiere venir comigo ha de trabajar comigo [5], porque siguiéndome en la pena tanbién me siga en la gloria [6].

17v 2.° punto. El 2.°: considerar que todos los que tuuieren juizio y razón, offrescerán todas sus personas al trabajo [a].

3.° puncto. El 3.°: los que más se querrán affectar y señalar en todo seruitio de su rey eterno y

[a] a trabajos *Do*.

VULGATA VERSIO

ctum regem et Dominum Iesum Christum circa triplex illud punctum.

27v Primo sic applicabimus exemplum. Si terrenus ille rex cum bellica sua euocatione dignus est, cui attentio et obsequium praestetur, quanto magis Christus rex aeternus [1] mundoque toti conspicuus, qui singulos ad se his inuitat uerbis: Mea haec est iustissima uoluntas, totius mundi [2] dominium mihi uendicare, inimicos [3] meos debellare omnes, ac ita demum in Patris mei gloriam intrare [4]. Proinde quisquis eo mecum uenire cupit, laboret mecum [5] necesse est; labori enim praemium respondebit [6].

2.° Ratiocinabimur neminem fore sanae mentis, qui non cupidissime Christi seruitio se totum offerat et addicat.

3.° Judicandum erit, quod ii, qui se obsequiis illius prorsus duxerint mancipandos, non seipsos

[1] II REG., VII, 12-13, 16; PS. II, 6-12; LXXXVIII, 28-38; IS., IX, 6-7; ZACH., IX, 10; MARC., XVI, 19; LUC., I, 32-33; JO., XVIII, 36-37.
[2] PS. XXI, 28-29; DAN., VII, 13-14; MATTH., XXVIII, 18-20; MARC., XVI, 15-16.
[3] PS. CIX, 1-2, 5-6.
[4] LUC., XXIV, 26.

VERSIO PRIMA

exemplum regis temporalis ad Christum Dominum nostrum, regem aeternum, in tribus illis punctis praedictis.

Et quoad [a] primum punctum, si huiusmodi uocationem suorum subditorum, quam facit rex temporalis, consideremus, quanto dignius consideratione est contemplari Christum [b] regem aeternum [1], ante quem est totus hic mundus, **27v** quem totum et ipsius unumquemque singulatim [c] vocat ac dicit: Voluntatis meae est expugnare orbem universum [d] [2] et omnes hostes [3], et ita intrare in gloriam Patris mei [4]; propterea quicumque uult me comitari [e], debet et mecum laborare [5], vt qui sequitur me in labore, etiam [f] me in gloria sequatur [6].

Secundum est considerare quod omnes subditi, rationis ac judicii capaces offerrent [*sic*] se totos huic labori.

Tertium est, quod hi, qui magis desiderabunt insignes fieri [g] in omni seruitio sui regis aeterni et

VERSIO P. ROOTHAAN

exemplo Regis temporalis ad Christum Dominum nostrum, secundum dicta illa tria puncta.

Et quantum ad primum punctum, si talem vocationem Regis temporalis ad suos subditos consideramus [s. consideratione, attentione dignam existimamus], quanto magis res est digna consideratione, videre Christum Dominum nostrum, Regem aeternum [1], et coram illo universum mundum, quem ille [totum], et unumquemque [hominum] in particulari vocat, et dicit: Mea voluntas est subjicere totum mundum [2], et omnes inimicos [3], et sic intrare in gloriam Patris mei [4]: proinde qui voluerit venire mecum, debet mecum laborare [5], ut sequens me in poena [in laboribus], etiam sequatur me in gloria [6].

Secundum, considerare quod omnes qui habuerint judicium et rationem [sanam], offerent se totos ad laborem.

Tertium, ii qui magis affici [majori affectu esse] volent [erga Christum Regem] et insignes se

a quantum ad; *sic Re. et Fa.*
b Christum dominum nostrum; *sic Re.*
c sigillatim *emendatum ex* singillatim *A*; sigillatim *Re. et Fa.*
d totum universum; *sic Fa.*
e comitari me; *sic Re. et Fa.*
f ita etiam *A et Re.*
g insigniri et illustrari; *sic Re. et Fa.*

[5] MATTH., X, 24-25, 38; XVI, 24; MARC., VIII, 34; LUC., VI, 40; IX, 23; XIV, 27. IO., XIII, 15; XV, 20; I PETR., II, 21; I JO., II, 6.
[6] MATTH., XVI, 27; LUC., XXII, 28-30; ROM., II, 6; VIII, 17; APOC., II, 7,17; III, 12, 21; XXII, 12.

AUTOGRAPHUM

señor vniuersal, no solamente offrescerán sus personas al trabajo, mas aun haziendo contra su propria sensualidad [a] [1] y contra su amor carnal y mundano, harán oblaciones de mayor stima y mayor momento [2], deziendo:

Eterno Señor de todas las cosas, yo hago my oblación con vuestro fauor y ayuda, delante vuestra infinita bondad, y delante vuestra Madre gloriosa y de todos los sanctos y sanctas de la corte celestial, que yo quiero y deseo y es my determinación deliberada, sólo que sea vuestro mayor seruitio y alabanza, de ymitaros en pasar todas iniurias y todo vituperio y toda pobreza así actual como spiritual, queriéndome vuestra sanctíssima maiestad elegir y rescibir en tal vida y estado.

1.ª nota. Este exercitio se hará dos vezes al día, es a saber, a la mañana en leuantándose, y a vna hora antes de comer o de cenar.

VULGATA VERSIO

tantum ad laborum tolerantiam, uerum etiam maiora et praeclariora quaedam munera oblaturi sunt [2], expugnata carnis, sensuum amorisque proprii [1] et mundani rebellione; vnde **28** respondebit quisque in hunc fere modum:

En, o rex supreme ac Domine uniuersorum, tua ego, licet indignissimus, fretus tamen gratia et ope, me tibi penitus offero, meaque omnia tuae subiicio uoluntati; attestans coram infinita bonitate tua, necnon in conspectu gloriosae Uirginis Matris tuae totiusque curiae caelestis, hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum: vt (dummodo in maiorem laudis tuae, et obsequii mei prouentum cedat) quam possim proxime te sequar, et imiter in ferendis iniuriis et aduersis omnibus, cum uera tum spiritus tum etiam rerum paupertate, si (inquam) sanctissimae tuae maiestati placeat ad tale me uitae institutum eligere atque recipere.

Fiet bis interdiu hoc exercitium: mane cum primum surreximus, et in hora prandium uel coenam praecedente.

---

a *Post v.* sensualidad *deleta sunt in Aut. verba* si la tubieren, *quae retinentur in Do. et oblitterata leguntur in Na.;* si quam habuerint *Fa. et Ve., sed in Ve. oblitt.*

---

1 «Contra hosce *hostes internos* agere, etiam in iis, in quibus peccatum non cernatur, proprium est eorum, qui erga Christum regem magis affecti, insignes esse volunt in

VERSIO PRIMA

domini vniuersorum, non solum offerent seipsos labori, verum ctiam, certando contra propriam sensualitatem [a] [1] et contra omnem amorem carnis et mundi, facient oblationem praeciosiorem et pluris momenti [2], et dicent [b]:

Aeterne Domine, [*sic*] omnium rerum mearum facio oblationem cum vestro fauore et auxilio in conspectu uestrae infinitae bonitatis et in conspectu uestrae Matris gloriosae, et omnium 28 sanctorum et sanctarum curiae caelestis, quia opto, volo ac firma determinatione delibero, modo sit in hoc maior tua [c] laus et seruitium, imitari te in tolerantia iniuriarum et uituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima majestas uelit me eligere ac recipere in talem uitae statum [d].

Hoc exercitium fiet bis in die, scilicet in aurora cum primum surrexero et per horam ante prandium uel ante coenam.

VERSIO P. ROOTHAAN

exhibere in omni servitio sui Regis aeterni ac Domini universalis, non solum offerent se totos ad laborem, sed etiam agendo contra suam propriam sensualitatem [1], et contra suum amorem carnalem et mundanum, oblationes facient majoris aestimationis, et majoris momenti [2], dicentes:

O aeterne Domine rerum omnium, ego facio meam oblationem cum tuo favore et auxilio, coram infinita Bonitate tua, et in conspectu gloriosae Matris tuae, et omnium Sanctorum et Sanctarum curiae coelestis, [attestans] quod ego volo et desidero, et mea [haec] est determinatio deliberata, dummodo sit majus servitium tuum, et [major] laus tua, imitari te in ferendis omnibus injuriis, et omni vituperio, et omni paupertate, tam actuali, quam spirituali, si Majestas tua sanctissima voluerit me eligere ac recipere ad talem vitam et statum.

Hoc Exercitium fiet bis in die, scilicet, mane cum [quis] surrexerit, et hora una ante prandium vel coenam.

a sensualitatem, si quam habuerint.
b dicentes; *sic Re. et Fa.*
c tui *B prius, ut est in A, Re. et Fa.*
d in talem uitam et in talem statum; *ita Re. et Fa.*

ejus sequela.» *Ro.* annot. 6, p. 69. Atque id velle amplecti valde difficile non erit ei, qui puncto quinto secundi exercitii hebdomadis primae animum penitus imbuerit.

2 Luc., XVIII, 28-30; Act., IV, 34-37; I Cor., VII, 32-38; Phil., III, 7-8.

AUTOGRAPHUM

2.ª nota. Para la segunda semana y así para adelante, mucho aprouecha el leer algunos ratos en los libros de ymitacione Xpi. o de los euangelios y de vidas de sanctos.

EL PRIMERO DÍA Y PRIMERA CONTEMPLACIÓN [1] ES DE LA ENCARNACIÓN; Y CONTIENE EN SÍ LA ORACIÓN PREPARATORIA, 3 PREÁMBULOS Y 3 PUNCTOS Y VN COLLOQUIO

18r Oratión. Las ólita oración preparatoria.

1.º preámbulo. El primer preámbulo es traer la historia de la cosa que tengo de contemplar; que es aquí, cómo las tres Personas diuinas miravan toda la planicia o redondez de todo el mundo llena de hombres, y cómo viendo que todos descendían al infierno [2], se determina [a] *en la su eternidad*, que la segunda Persona se haga hombre, para saluar el género humano, *y así venida la plenitud de los tiempos* [b] [3], embiando

VULGATA VERSIO

In hac hebdomada 2.ª et subsequentibus, vtile fuerit aliquid subinde legere, ex euangelico uel pio alio codice, ut de Imitatione Xpi., sanctorum uita, etc.

28v PRIMAE DIEI MEDITATIO PRIMA ERIT DE INCARNATIONE IESU CHRISTI, COMPLECTENS ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PRAELUDIA ET PUNCTA TRIA CUM UNO COLLOQUIO

Oratio praeparatoria nihil a superioribus uariatur.

Praeludium primum est proferre in medium contemplandae rei historiam, quae hoc in loco erit, quomodo Personae tres diuinae, uniuersam terrae superficiem speculantes hominibus refertam, qui ad infernum omnes [a] descendebant [2], in deitatis suae aeternitate decernunt, ut secunda Persona pro salute humani generis naturam hominis assumat; vnde adueniente tempore praestituto [3], archangelus Gabriel ad beatam Uirginem

a *Oblitt.* entre ellas, *pro quibus vv. scripsit Ign. in marg.* en la su eternidad; inter se *Fa., Re. et Ve.;* inter sese *Po. Nota verbum praecedens* miraban *in numero plurali; verbum* se determina *erat impersonale, cum legebatur* se determina entre ellas; *ast deletis vocibus* entre ellas, *verbum aut remanet impersonale aut intelligit subjectum singulare* la Trinidad *pro* las tres divinas Personas.

b *Add. in marg. pro deleto* y; *Fa. illa non habet.*

a *Hoc v. oblitt. in ms., postea restitutum punctis infra positis; deest in 1.ª ed. Cf. annot. 2.*

1 V. supra, *Proleg.*, p. 113.

2 Recte monet *Ro.*, annot. 12, p. 73, considerari hoc loco humanum genus, abstra-

VERSIO PRIMA

Pro secunda hebdomada et deinceps multum expediet interdum legere libellos aliquot deuotos, ut librum de Imitatione Christi vel euangelia vel uitas sanctorum.

PRIMA DIE FIET PRIMA CONTEMPLATIO [1] INCARNATIONIS, ET CONTINET IN SE ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PREAMBULA ET TRIA PUNCTA CUM VNO COLLOQUIO

Oratio praeparatoria sit eadem quae solita est.

28v Primum praeambulum est proponere [a] historiam eorum, quae debeo contemplari; quod ad presens erit considerare quomodo tres Personae diuinae contemplantur totum orbem [b] plenum hominibus, et considerantes quod omnes descendant in infernum [2], deliberant inter se in aeternitate [c], quod secunda Persona fiat homo [d] in salutem humani generis; quapropter, ubi uenit plenitudo [3] temporis [e], mittitur archangelus Gabriel ad

VERSIO P. ROOTHAAN

Pro secunda hebdomada, et ita deinceps, valde prodest legere aliquibus temporum spatiis [aliquid] ex libris de Imitatione Christi, vel Evangeliorum et Vitarum Sanctorum.

PRIMA DIES ET PRIMA CONTEMPLATIO [1] EST DE INCARNATIONE, ET CONTINET IN SE ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PRAEAMBULA, ET TRIA PUNCTA, ET UNUM COLLOQUIUM.

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est, adducere [in mentem] historiam ejus rei quam contemplari debeo, quae hic est: quomodo tres divinae Personae speculabantur totam planitiem vel ambitum totius mundi plenum hominibus; et quomodo videndo quod omnes descendebant ad Infernum [2], decernitur [a sanctissima Trinitate] in sua aeternitate, ut secunda Persona homo fiat, ad salvandum genus humanum; atque ita, ubi venit plenitudo

a adducere in medium.

b totum orbem ac planiciem vniuersi.

c *A habet 2 vv. praeced. addita in marg., quae respondent correctioni S. Ignatii in Aut., sed non deletis* inter se (entre ellas) *quae delevit Ign.*

d *Pro* fiat homo, assumat hominem; assumat naturam hominis *Fa.*

e *4 vv. praeced. sunt addita in marg. in A; et respondent emendationi S. Ign. in Aut.*

ctione facta a redemptione, sive quale foret sine redemptionis beneficio. Cf. supra, p. 300, annot. 1.

3 GAL., IV, 4.

AUTOGRAPHUM

al ángel san Grabiel a Nuestra Señora [1], folio *41*, lit. *e*.

2.° preámbulo. El 2.°, composición viendo el lugar: aquí será ver la grande [a] capacidad y redondez del mundo, en la qual están tantas y tan diuersas gentes; asimismo después particularmente la casa y aposentos de Nuestra Señora, en la çiudad de Naçaret, en la prouincia de Galilea.

3.° preámbulo. El 3.°, demandar lo que quiero: será aquí demandar conoscimiento interno del Señor, que por mý se ha hecho hombre, para que más le ame y le siga.

Nota. Conuiene aquí notar que esta misma oración preparatoria sin mudarla, como está dicha en el principio, y los mismos tres preámbulos se an de hazer en esta semana y en las otras siguientes, mudando la forma, según la subiecta materia.

1.° puncto. El primer puncto es ver las personas, las vnas y las otras: y primero las de la haz de la tierra, en tanta diuersidad, así

VULGATA VERSIO

Mariam nuntius destinatur [1], ut dicetur infra, fol. [57v].

2.m pertinet ad loci compositionem, quae erit uisio imaginaria, perinde ac si oculis pateret terrae uniuersae ambitus, quam habitant **29** tot diuersae gentes. Deinde ad certam mundi partem domuncula spectetur beatae Uirginis apud Nazareth in prouincia Galilaeae sita.

3.m continet gratiae postulationem, ut intime cognoscam, quo pacto Dei Filius mei causa sit homo factus, ut ardentius ipsum amem, et abhinc sequar studiosius.

Notandum hic est tam orationem praeparatoriam, quam tria praeludia, per totam hanc hebdomadam et reliquas sequentes itidem fieri, praeludiis duntaxat pro diuersitate rerum uariatis.

Punctum primum est, ut speculer personas omnes de quibus agitur. Et primo quidem homines super faciem terrae degentes, adeo

[a] grandeza *Bu*.

[1] Luc., I, 26-38.

VERSIO PRIMA

Mariam Virginem [1], fol. [63v].

Secundum, compositio loci, quae hic erit attendere magnam capacitatem, *superficiem* [a] mundi, habitatam a tot ac tam diuersis gentibus; similiter [b] domum ac cubiculum Dominae nostrae Mariae Virginis, ciuitatis Nazareth, in prouincia Galileae.

Tertium est petere quod uolo; quod nunc [c] erit petere a Domino interiorem cognitionem huius rei, quod pro me Dominus humanitatem [d] assumpserit, vt ego ardentius illum diligam ac sequar.

Expedit hic annotare, quod haec eadem oratio praeparatoria **29** sine aliqua mutatione, sed sicut in principio proposita est, et prima tria praeambula, debent fieri in hac hebdomada et in aliis sequentibus, mutatione solum facta [e] juxta subiectam materiam.

Primum punctum, uidere personas [f] et primo inhabitantes faciem terrae, in tanta varietate ac diuersitate, tam in moribus quam dispo-

VERSIO P. ROOTHAAN

temporum [3], mittendo Angelum S. Gabrielem ad Dominam nostram [1]. Infra [inter Mysteria Vitae Christi Jesu Domini nostri].

Secundum, compositio videndo locum. Hic erit, videre magnam capacitatem et ambitum mundi, ubi habitant tam multae ac tam diversae gentes. Similiter deinceps [videre] in particulari domum et cubicula Dominae nostrae, in civitate Nazareth in provincia Galilaeae.

Tertium, petere id quod volo. Erit hic, petere cognitionem intimam Domini, qui pro me factus est homo; ut magis ipsum amem, eumque [magis] sequar.

Convenit hic notare, quod eadem haec oratio praeparatoria, sine mutatione, ut dicta est in principio, et eadem tria praeambula facienda sint in hac hebdomada, et in ceteris subsequentibus, mutando formam [praeambulorum] juxta subjectam materiam.

Primum punctum est, videre personas, unas et alteras [successive], et primo eas, [quae sunt] super faciem terrae, in tanta diver-

---

a ac planiciem *B*, *quod est in A et Fa.*

b similiter erit attendere.

c ad praesens erit; in praesenti erit, *Fa.*

d hominem; *sic Fa.*

e *Pro 3 vv. praeced.* mutando formam.

f *Sequitur* omnes *oblitt. in B; exstat in A, ubi sequitur* tam has quam illas *oblitt.;* omnes personas, tam has quam illas *Fa.*

AUTOGRAPHUM

en trajes como en gestos, vnos blancos y otros negros, vnos en paz y otros en guerra, vnos llorando y otros riendo, **18v** vnos sanos, otros enfermos, vnos naciendo y otros muriendo, etc. [1].

2.°: ver y considerar las tres Personas diuinas, como en el su solio real o throno de la su diuina maiestad, cómo miran toda la haz y redondez de la tierra y todas las gentes en tanta çeguedad, y cómo mueren y descienden al infierno.

3.°: ver a Nuestra Señora y al ángel que la saluda, y refletir para sacar prouecho de la tal vista.

2.° puncto. El 2.°: oyr lo que hablan las personas sobre la haz de la tierra, es a saber, cómo hablan vnos con otros, cómo iuran y blasfemian, etc.; asimismo lo que dizen las Personas diuinas, es a saber: «Hagamos redempción del género humano» [2], etc.; y después lo que hablan el ángel y Nuestra Señora; y refletir después para sacar prouecho de sus palabras.

VULGATA VERSIO

moribus, gestibus et actionibus diuersos; quosdam albos, et nigros alios; nonnullos fruentes pace, et reliquos bellis agitatos; hunc plorantem, et ridentem illum; sanum unum, et alterum aegrotum; nascentes multos, et multos uicissim morientes [1]; caeterasque uarietates prope innumeras.

29v Deinde contemplandae erunt Personae tres diuinae, ex solio regali suo intuentes omnia hominum genera, in superficie terrae coecorum more uiuentium, passimque morientium et descendentium ad infernum.

Postea Virginem Mariam cum angelo eam salutante considerabimus, aliquid inde semper ad nos reflectendo, ut ex consideratione tali [a] fructum aliquem referamus.

2.m punctum est, auditu interno excipere quid loquantur personae omnes, ut homines in terris confabulantes, blasphemantes, sibique inuicem conuitiantes; diuinae uero Personae in caelo de redimendo humano genere colloquentes; Virgo et angelus in cellula de incarnationis mysterio tractantes: quorum omnium reflexione seu applicatione quadam ad meipsum facta,

[a] *Seq.* qualibet *oblitt.*

[1] «Nemo hanc tantae varietatis enumerationem otiose positam a S. P. N. existimet, aut imaginationi solum juvandae inservire; sed, ut in tam diversis hominum generibus, *alborum, nigrorum etc.*, unam eamdemque humanam naturam contemplantes, et omnes ad eumdem finem creatos, et Filium Dei pro omnibus hominen factum etc. zelo etiam

VERSIO PRIMA

sitione et habitu [a], considerando hos albos, illos nigros, hos in pace, illos in bello, hos plorantes, illos ridentes, hos sanos, illos infirmos, hos nascentes, illos morientes [1].

Secundo, uidere et considerare tres Personas diuinas in solio regali, seu in throno suae diuine maiestatis [b]; et inde circu[m]spicientes [c] totum orbem ac totam faciem terrae et omnes gentes in tanta caecitate morientes ac descendentes in infernum.

Tertio, considerare Mariam dominam, et angelum illam salutantem, et reflectere haec in me, ut percipere possim [d] aliquem fructum ex tali consideratione.

Secundum est, auditu percipere illa, quae loquuntur **29v** homines inhabitantes faciem terre, scilicet, quaenam loquantur ad inuicem, modo jurando, modo blasphemando, etc. Item: quidnam loquantur diuinae Personae, scilicet: operemur salutem ac redemptionem humani generis [2]. Item: quidnam loquantur inter se angelus et Maria Uirgo; inde reflectam haec ad me,

VERSIO P. ROOTHAAN

sitate, ita in vestibus [habitibus], ut in gestibus; [homines] alios albos, et alios nigros; alios in pace, et alios in bello; alios plorantes, et alios ridentes; alios sanos, et alios infirmos: alios nascentes, et alios morientes [1], etc.

Secundo videre et considerare tres Personas divinas, ut in suo solio regali, sive throno suae divinae Majestatis, quomodo intuentur universam faciem et ambitum terrae, et omnes gentes in tanta coecitate, et [vident] quomodo moriantur et descendant ad Infernum.

Tertio, videre Dominam nostram, et Angelum, qui illam salutat; et reflectere ut fructum capiam ex tali aspectu.

Secundum punctum, audire quae loquuntur personae super faciem terrae, scilicet, quomodo loquuntur inter se, quomodo jurant et blasphemant etc. Similiter [audire] quae dicunt Personae divinae, scilicet: Faciamus redemptionem generis humani [2] etc. et postea, quae loquuntur Angelus et Domina nostra; ac dein reflectere ut fructum capiam ex earum [per-

[a] tam in moribus quam in gestibus.
[b] maiestatis sedentes; *est hoc v. in Fa., sed ad homines ibi refertur.*
[c] circumspectantes.
[d] haurire possim.

nos *universali* accendamur, ad juvandos sine discrimine omnes.» *Ro.*, annot. 12, p. 73.

[2] His verbis similia sunt illa in GEN., I, 26: «Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.» Cf. etiam supra, *Proleg.*, p. 71.

AUTOGRAPHUM

3.° puncto. El 3.°: después mirar lo que hazen las personas sobre la haz de la tierra, así como herir, matar, ir al infierno, etc.; asimismo lo que hazen las Personas diuinas, es a saber, obrando la sanctíssima incarnación, etc.; y asimismo lo que hazen el ángel y Nuestra Señora, es a saber, el ángel haziendo su officio de legado, y Nuestra Señora humiliándose y haziendo gracias a la diuina maiestad, y después reflectir para sacar algún prouecho de cada cosa destas.

Colloquio. En fin, ase de hazer vn colloquio, pensando lo que deuo hablar [1] a las tres Personas diuinas o al Verbo eterno encarnado o a la Madre y Señora nuestra pidiendo según **19** que en sí sintiere, para más seguir e [a] ymitar al Señor nuestro, ansí nuevamente encarnado, deziendo vn Pater noster.

LA SEGUNDA CONTEMPLACIÓN ES DEL NASCIMIENTO

Oración. La sólita oración preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preám-

[a] *Prius*, y.

VULGATA VERSIO

studebo ex singulis nonnihil fructus decerpere.

3.[m] Consequenter erit actiones quoque personarum simul attendere, ut puta quomodo sese **30** inuicem mortales infestent, concutiant, trucident, et omnes ruant ad inferos; quomodo sanctissima Trinitas incarnationis opus exequatur; quomodo item sua angelus fungatur legatione, et Beata Uirgo, humillime se gerens, diuinae gratias agat maiestati. Ex quibus ad nos ipsos, ut dictum est, reflexis fructus obiter est legendus.

Colloquium postremo subiiciam, disquisitis studiose uerbis [1], quibus diuinam quamlibet Personam, Uerbum incarnatum et ipsius Matrem digne ualeam compellare; petendo etiam pro affectu, quem in me sensero, quicquid ad maiorem iuuet imitationem Domini mei Iesu Christi, uelut nunc recens incarnati.

Recitabitur in fine Pater noster.

CONTEMPLATIO 2.[a] DE NATIVITATE

Oratio praeparatoria sicut supra.

Praeludium primum ex histo-

[1] Notat *Ro.*, annot. 20, p. 76, majorem in *Aut.* quam in *Vu.* simplicitatem; imprimis vero abesse illa «disquisitis studiose verbis, quibus digne... valeam compellare».

VERSIO PRIMA

ut recipiam [a] aliquem fructum ex eorum [b] verbis.

Tertium est, considerare illa, quae faciunt homines inhabitantes faciem terre, verbigratia, percutiunt, occidunt, descendunt [c] ad infernum, etc. Item, quidnam faciant Persone diuinae, scilicet incarnationem sanctissimam, etc. Item, quid faciunt angelus et Beata Virgo, scilicet angelus officium legationis, Beata Virgo humiliatur et agit [d] gratias diuinae maiestati: postea haec ad me reflectam, ut ex his rebus aliquem fructum hauriam.

Colloquium in fine debet fieri [e] cogitando mecum id quod dicere uolo [i] tribus Personis diuinis, **30** uel Verbo aeterno incarnato, vel Matri et Dominae nostrae, petendo (iux[t]a id quod sentit) illa quae iuuant ad maiorem imitationem et sequelam Domini nostri, ita recenter [f] incarnati, dicendo Pater noster.

SECUNDA CONTEMPLATIO EST NATIUITATIS

Oratio praeparatoria eadem que solita est.

Primum praeambulum est addu-

a ut inde accipiam *B; A* accipiam *pro* hauriam *oblitt.*
b suis.
c percutere, occidere, descendere.
d humiliatur agendo gratias.
e In fine debet fieri colloquium *A.*
f denouo.

VERSIO P. ROOTHAAN

sonarum omnium] verbis.

Tertium, postea considerare quae faciunt personae super faciem terrae, scilicet, [quomodo se invicem] feriunt, occidunt, eunt ad Infernum, etc.: item, quae faciunt Personae divinae, scilicet, operantes sanctissimam Incarnationem, etc.: et similiter, quae faciunt Angelus et Domina nostra, scilicet, Angelus agens suum officium Legati, et Domina nostra humilians se, et agens gratias divinae Majestati: et postea reflectere, ut fructum capiam ex unaquaque ex his rebus.

In fine faciendum est colloquium, cogitando quid loqui debeam [i] ad tres Personas divinas, vel ad Verbum aeternum incarnatum, vel ad Matrem [ejus] et Dominam nostram; petendo, secundum id quod [quis] in se senserit, [quae juvent] ad magis sequendum et imitandum Dominum nostrum, ita recens [nuper, modo] incarnatum: dicendo [in fine] Pater noster.

SECUNDA CONTEMPLATIO EST DE NATIVITATE.

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est histo-

AUTOGRAPHUM

bulo es la historia [1]: y será aquí, cómo desde Nazaret salieron Nuestra Señora gráuida quasi de nueve meses [a], *como se puede meditar piamente*, asentada en vna asna, y Josep y vna ancila, leuando vn buey [2] para yr a Bethelem, a pagar el tributo que César hechó en todas aquellas tierras, fol. *41*, litt. *a*, *b*.

2.° preámbulo. El segundo: composición, viendo el lugar; será aquí con la vista ymaginatiua ver el camino desde Naçaret a Bethlem, considerando la longura, la anchura, y si llano o si por valles o cuestas sea el tal camino; asimismo mirando *el lugar o espelunca* [3] *del nacimiento* [b], quán grande, quán pequeño, quán baxo, quán [c] alto, y cómo estaba aparejado.

VULGATA VERSIO

ria [1] dependet, quae recensenda est ab egressu B. Uirginis **30v** ex oppido Nazareth: quo scilicet modo ipsa iam *nono mense* grauida et insidens asinae (ut pie meditari licet) ac Ioseph comes cum ancillula et boue [2] profecti sunt Bethlehem, tributum a Caesare exactum pro se soluturi.

2[m] uero deducendum erit ex consideratione itineris, aestimata eius longitudine, obliquitate, lenitate uel asperitate passim occurrente. Deinceps, etiam Natiuitatis locum rimabimur, speluncae [3] similem, latum uel angustum, planum uel erectum, commode uel incommode paratum.

[a] *5 vv. seq. in marg. scripta, ut post* meses *legerentur. Quae si solius interpunctionis ratio habetur, referri possunt tum ad praecedentia tum ad sequentia; res tamen ipsa exigit ut ad sequentia referantur; nam pia meditatio non ad Virginem gravidam spectat, quae res certa est, sed ad* sedentem super asinam, *quod ex historia non constat. Ita rem exposuerunt deputati pro Exercitiis in congregatione V, praeside Aegidio González. Vide Directoria recentiora, VIII, Judicium Deputatorum,* [17].

[b] *Prius* mirando el diuersorio; diuersorium *Re.*; hospitium *Fa.*

[c] quam *Aut.*

[1] LUC., II, 1-14; MATTH., I, 24-25.

[2] De ancilla, bove et asino diximus in *Prolegomenis* illa quae S. Ignatius in *Flore Sanctorum* et in *Vita Christi* legere Loyolae potuit, quibus nonnulla in notationibus adjunximus (supra, p. 65). Inveniuntur etiam tam ancilla, quam bos et asinus in cruce illa ex auro et smalto, quae antiquior esse videtur Sergio I Pontifice maximo (687-701), et fortasse ad saeculum sextum aut quintum pertinet. (HARTM. GRISAR, S. J., *Die Römische Kapelle Sancta Sanctorum*, Freiburg im Br., 1908, pp. 62-80, praesertim pp. 76-77). In evangelio Jacobi Minoris, quod etsi apocryphum est, non caret tamen omni auctoritate, priore enim saeculi secundi parte scriptum censetur a plerisque, asinae quoque

VERSIO PRIMA

cere historiam [1] in medium, quae hic erit considerare exitum a Nazareth Beatae Virginis, grauidae iam quasi per nouem menses, insidentis asinae, et Joseph et ancillae cum boue [2], vt pie meditari licet [a], vt pergerent Bethleem pro soluendo tributo, quod Caesar exigebat [b], fol. [64v].

Secundum, compositio loci, quae hic erit oculo imaginationis considerare iter illud a Nazareth usque Bethleem, attendendo longitudinem et latitudinem itineris, an sit planum, aut decliue, aut montuosum; item attendendo [c] locum natiuitatis [3], an magnus aut paruus, an altus, an hu-**30v** milis, et quomodo paratus [d].

[a] *4 vv. praeced. sunt in marg. in A, et respondent additis a S. Ign. in Aut.*

[b] exigebat in omnibus illis terris.

[c] *Sequitur* seu *oblitt., et ante* seu *locus vacuus in B. Vide annot. seq.*

[d] *Hic locus a vv.* an sit planum *sic erat in A:* si planum aut decliue aut montuosum, item attendendo hospicium seu diuersorium, si magnum aut paruum, si altum an humile, et quomodo paratum. *Verba* speluncam seu locum natiuitatis *(quae respondent emendationi ignatianae in Aut.) sunt in marg. pro* hospicium seu diuersorium *oblitt. Caetera emendata ut in B.*

VERSIO P. ROOTHAAN

ria [1]; et erit hic, quomodo a Nazareth egressi sunt Domina nostra, novem fere mensibus gravida, ut pie meditari licet, insidens asinae, et Joseph, et ancilla, ducentes bovem [2], ut irent in Bethlehem ad solvendum tributum, quod Caesar omnibus illis regionibus imposuerat. Infra [vide in Mysteriis Vitae Jesu Christi Domini nostri].

Secundum, compositio, videndo locum. Erit hic, visu imaginationis videre viam a Nazareth ad Bethlehem, considerando [ejus] longitudinem, latitudinem, et an plana sit talis via, vel an per valles, aut clivos: item considerando locum, sive speluncam [3] nativitatis, quam amplus [sit locus] quam exiguus: quam humilis, quam altus, et quomodo erat paratus.

fit mentio: «Ἰωσὴφ... ἐπέστρωσεν τὴν ὄνον, καὶ ἐπεκάθισεν αυτήν», et «Εἶπεν αὐτῷ Μαριάμ· Κατάγαγέ με ἀπὸ τῆς ὄνου». Cap. XVII. *(Evangelia apocrypha,* ed. CONSTANT. TISCHENDORF, Lipsiae, 1853, pp. 31-32).

[3] Christum in spelunca natum esse, traditio est antiquissima et certa, cujus testes sunt S. JUSTINUS MARTYR *(Dialogus cum Triphone*, n. 78; Migne, P. G., VI, 657), ORIGENES *(Contra Celsum*, l. I, n. 51; Migne, P. G., XI, 756), EUSEBIUS CAESARIENSIS *(De vita Constantini*, l. III, c. 41; Migne, P. G., XX, 1.101), S. HIERONYMUS *(Epistola* 108 [*alias* 27], n. 10; Migne, P. L., XXII, 884-885); *Evangelium infantiae Salvatoris arabicum*, c. 2, 3 (TISCHENDORF, l. c., 171-172); *Evangelium Pseudo-Matthaei*, c. XIII (l. c. 74-76).

AUTOGRAPHUM

3.° preámbu'o. El 3.° será el mismo y por la misma forma que fué en la precedente contemplación.

1.° puncto. El primer puncto es ver las personas, es a saber, ver a Nuestra Señora y a Joseph y a la ancilla y al niño Jesú, después de ser nascido, haziéndome yo vn pobrezito y esclauito indigno, mirándolos, contemplándolos y seruiéndolos en **19v** sus neccesidades, como si presente me hallase [1], con todo acatamiento y reuerencia possible; y después reflectir en mý mismo para sacar algún prouecho.

2.° puncto. El 2.°: mirar, aduertir y contemplar lo que hablan; y reflitiendo en mý mismo, sacar algún prouecho.

3.° puncto. El 3.°: mirar y considerar lo que hazen, así como es el caminar y trabajar, para que el Señor sea nascido en summa pobreza, y a cabo de tantos trabajos, de hambre, de sed, de calor y de frío, de iniurias y afrentas, para morir en cruz; y todo esto por mý; después reflitiendo, sacar algún prouecho spiritual.

VULGATA VERSIO

3.m a superiore nihil mutabitur.

Punctum primum est aspectus personarum, ut Uirginis Deiparae, et Ioseph coniugis, cum famula, et Christi Domini, ut infantis nunc primum nati. Inter quos me adesse fingam [1], tanquam pauperculum, eorum utcunque necessitatibus * cum reuerentia maxima famulantem. Ac inde quid ad me redire emolumenti ex tali spectaculo possit, dispiciam.

31r 2.m conficitur ex uerborum, quae ibidem fiunt, apprehensione fructuosa.

3.m ex negotiorum, quae illic geruntur, inspectione, puta itineris, laborum et causarum, ob quas summus omnium Dominus in summa natus sit egestate, laturus quoque in hac uita cum perpetua paupertate labores, famem, sitim, aestum, frigus, opprobria, uerbera et crucem tandem subiturus, idque mei causa: vnde per singula stude-

* *In primo puncto:* Inter quos me adesse fingam, tamquam pauperculum, eorum utcumque necessitatibus, etc.; *addatur ex autographo:* Inter quos me adesse fingam, tamquam pauperculum et servulum indignum, eos spectantem, contemplantem et eorum necessitatibus cum reverentia maxima famulantem.

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 56, 114-115.

VERSIO PRIMA

Tertium erit idem et eiusdem formae ut fuit in praecedenti contemplatione.

Primum punctum est consideratio personarum, scilicet considerare Dominam, Joseph, ancillam et paruulum JESVM iam natum, estimando me pauperculum et seruulum indignum, attendentem illos, contemplantem illos, inseruientem illorum necessitatibus, ac si presens adessem [1], cum omni honore et reuerentia [a]; postea haec ad meipsum reflectam, ut inueniam [b] aliquem fructum.

Secundum, videre, aduertere et contemplari illa quae loquuntur, et reflectam ad me, ut percipiam [c] aliquem fructum.

Tertium, videre et considerare illorum facta, verbi gratia, uiam quam faciunt cum tanto labore vt Dominus nascatur in summa paupertate, vt post finem tantorum laborum et famis et sitis et caloris et frigoris et iniuriarum et improperiorum, moriatur **31** in cruce et pro me haec omnia perferat; post haec ad me reflectam, ut inde

a reuerentia mihi possibili.

b *In A* hauriam, *et supra hoc v. non deletum, scriptum est* inueniam; hauriam *Fa.*

c eruam.

VERSIO P. ROOTHAAN

Tertium erit idem, et eadem forma, quae fuit in praecedenti contemplatione.

Primum punctum est, videre personas, scilicet videre Dominam nostram, et Joseph, et ancillam, et Jesum infantem, postquam natus fuerit, faciendo [habendo] me pauperculum, et servulum indignum, spectando illos, contemplando illos, et serviendo illis in suis necessitatibus, ac si praesens adessem [1], cum omni possibili obsequio [s. humilitate, devotione] ac reverentia; ac dein reflectere in meipsum, ad capiendum aliquem fructum.

Secundum, attendere, advertere, et contemplari ea, quae [personae] dicunt, et reflectendo in me ipsum fructum aliquem capere.

Tertium, spectare et considerare ea quae faciunt, ut est, iter facere, et laborare [ferre labores, acrumnas], ut Dominus nascatur in summa paupertate, et post tot labores, post famem, post sitim, post aestum et frigus, post injurias et contumelias, ut [tandem] moriatur in cruce, et omnia haec propter me. Deinde reflectendo capere aliquem fructum spiritualem.

AUTOGRAPHUM

Colloquio. Acabar con vn colloquio, así como en la precedente contemplación, y con vn Pater noster.

LA TERCERA CONTEMPLACIÓN SERÁ REPETICIÓN DEL PRIMERO Y 2.º EXERCICIO

Después de la oración preparatoria y de los tres preámbulos se hará la repetición del primero ý segundo exercitio, notando siempre algunas partes más principales, donde aya sentido la persona algún conoscimiento, consolación o desolación, haziendo asímismo vn colloquio al fin y un Pater noster.

En esta repetición y en todas las siguientes se lleuará la misma **20** orden de proceder, que se lleuaua en las repeticiones de la primera semana, mudando la materia y guardando la forma [1].

LA QUARTA CONTEMPLACIÓN SERÁ REPETICIÓN DE LA 1.ª Y 2.ª, DE LA MISMA MANERA QUE SE HIZO EN LA SOBREDICHA REPETICIÓN

LA QUINTA SERÁ TRAER LOS CINCO SENTIDOS [2] SOBRE LA PRIMERA Y SEGUNDA CONTEMPLACIÓN

Oración. Después de la oración preparatoria y de los tres preám-

VULGATA VERSIO

bo prouentum aliquem spiritualem colligere.

Haec demum concludenda erunt inito colloquio, et finito cum Pater noster.

TERTIA CONTEMPLATIO EST REPETITIO PRAECEDENTIUM DUARUM

Pro tertio exercitio seu contemplatione repetuntur duae praecedentes cum oratione praeparatoria et iisdem tribus praeludiis; notando ubique et fixius tractando illas partes, **31v** in quarum priore transcursu aliquid illustrationis, consolationis uel desolationis acceperim. Subdetur etiam colloquium cum oratione dominica ut prius.

Notandum eundem esse repetendi exercitii modum et ordinem in hac hebdomada et in sequentibus, qui fuit in prima; nisi quod mutatur materia, eadem forma permanente·[1].

QUARTA CONTEMPLATIO EST PRIMAE AC 2.ae ITERATA REPETITIO, PROXIMAE PRAECEDENTI PENITUS CONFORMIS [a]

QUINTA CONTEMPLATIO EST APPLICATIO SENSUUM [2] AD PRAEDICTAS

Post orationem praeparatoriam cum tribus iam dictis praeludiis

[a] *Seq.* Quarta contemplatio nihil differet a 3.ª *oblitt.*

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 48.

[2] «Applicatio sensuum praecipue suaviter et absque contentione instituenda est.»

VERSIO PRIMA

fructum aliquem spiritualem accipiam [a].

Finiam cum uno colloquio sicut in praecedenti contemplatione, et addam Pater noster.

TERTIA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO PRIMI ET SECUNDI EXERCITII

Post solitam praeparatoriam orationem et post tria praeambula, fiet repetitio primi et secundi exercitii, adnotando semper aliquas partes magis principales, in quibus inuenerit aliquis [b] cognitionem vel consolationem uel desolationem, addendo colloquium, et ad [c] finem Pater noster.

In hac repetitione et in similibus omnibus sequentibus seruabitur ordo idem procedendi, qui seruatus est in repetitionibus primae hebdomadae, mutata tantum materia et seruata forma [1].

31v QUARTA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO 1.ae ET 2.ae EODEM MODO, QUO DICTUM EST IN PRECEDENTI REPETITIONE

QUINTA ERIT APPLICARE QUINQUE SENSUS [2] AD [d] PRIMAM ET SECUNDAM CONTEMPLATIONEM

Post solitam orationem praeparatoriam et post tria praeambula

VERSIO P. ROOTHAAN

Finem imponere per colloquium, ut in praecedenti contemplatione et Pater noster.

TERTIA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO PRIMI ET SECUNDI EXERCITII.

Post orationem praeparatoriam et tria praeambula, fiet repetitio primi et secundi Exercitii, notando semper aliquas partes magis praecipuas, in quibus senserit quis aliquam cognitionem, consolationem, vel desolationem, faciendo similiter colloquium in fine, et [recitando] Pater noster.

In hac repetitione et in omnibus sequentibus, idem servabitur ordo procedendi, qui servabatur in repetitionibus primae hebdomadae, mutando materiam, et retinendo formam [1].

QUARTA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO PRIMAE ET SECUNDAE EODEM MODO QUO FACTA EST IN SUPRA DICTA [PRAECEDENTI] REPETITIONE.

QUINTA CONTEMPLATIO ERIT TRAHERE [APPLICARE] QUINQUE SENSUS [2] AD PRIMAM ET SECUNDAM CONTEMPLATIONEM.

Post orationem praeparatoriam, et tria praeambula, prodest dis-

a hauriam.
b aliquis aliquam.
c in.—d trahere quinque sensus super.

Ro., annot. 29, p. 80. Hinc etiam intelliges verbum *traer* nullam vim significare. V. supra, annot. 3, p. 277. Cf. etiam *Di. Po.*, c. VI, et *Di.*, c. XX.

AUTOGRAPHUM

bulos, aprouecha el pasar de los çinco sentidos de la ymaginación por la 1.ª y 2.ª contemplación de la manera siguiente:

1.° puncto. El primer puncto es ver las personas con la vista ymaginatiua, meditando y contemplando en particular sus circunstancias, y sacando algún prouecho de la vista.

2.° puncto. El 2.°: oyr con el oýdo lo que hablan o pueden hablar, y refletiendo en sí mismo, sacar dello algún prouecho.

3.° puncto. El 3.°: oler y gustar [1] con el olfato y con el gusto la infinita suauidad y dulçura de la diuinidad, del ánima y de sus virtudes y de todo, según fuere la persona que se **20v** contempla, refletiendo en sí mismo y sacando prouecho dello.

4.° puncto. El quarto: tocar con el tacto, así como abrazar y besar los lugares, donde las tales personas pisan y se asientan, siempre procurando de sacar prouecho dello.

Coloquio. Acabarse ha con vn colloquio como en la primera y

VULGATA VERSIO

apprime conducit, quinque imaginarios sensus circa primam et 2.am **32** contemplationem eo, qui sequitur, modo exercere, *prout res subiecta feret.*

Punctum primum erit, secundum imaginationem respicere personas omnes, et notatis, quae circa eas occurrent, circumstantiis, utilitatem nostram elicere.

2m. Velut audiendo quid loquantur, aut loqui eas deceat, omnia in usum nostrum attrahere.

3.m Interiore quodam gustu et olfactu [1] sentire, quanta sit suauitas et dulcedo animae, diuinis donis * ac uirtutibus imbutae, iuxta rationem personae, quam consideramus; adaptando [a] nobis ea, quae fructum aliquem adferre possint.

4.m Per internum tactum attrectare ac deosculari uestimenta, loca, uestigia caeteraque personis talibus coniuncta, vnde fiat nobis deuotionis uel boni cuiuslibet spiritualis maior accessio.

Huic erit contemplationi per colloquium imponendus finis, sicut

* *In quinta contemplatione. In tertio puncto:* Dulcedo animae divinis donis etc.; *legatur:* Dulcedo divinitatis, animae ejusque virtutum ac caeterorum omnium, juxta rationem, etc.

a *Seq.* siue affingendo *oblitt.*

1 «Conjunguntur hi duo sensus, quorum alter altero propius quidem et immediatius afficit, uterque tamen unice ad *affectum* pertinet, delectationis scilicet et amoris spiri-

VERSIO PRIMA

prodest ducere [a] quinque sensus imaginationis super prima et 2.ª contemplatione modo sequenti [b], *vt res, qua de agitur, ferat.*

Primum punctum est uidere personas oculo imaginationis, meditando et contemplando in particulari circunstantias eorum et accipiendo [c] aliquem fructum ex tali uisione.

Secundum: auribus percipere quae loquuntur seu loqui possunt, et reflectam ad me, ut inde fructum aliquem habeam.

Tertium: odorari ac etiam gustare [d] infinitam **32** suauitatem et dulcedinem diuinitatis anime et suarum uirtutum et omnium, iuxta rationem [e] personae quam contemplamur; reflectam ad me tandem ut inde aliquem fructum excipiam [f].

Quartum: amplexari et osculari et tangere [g] loca, quae tales personae contemplatae contingunt, et super quibus sedent, reflectendo semper ut fructum habeam [h].

Finietur hoc exercitium cum uno colloquio, sicut in prima et 2.ª

VERSIO P. ROOTHAAN

cursus [applicatio] quinque sensuum imaginationis per [s. ad] primam et secundam contemplationem modo sequenti.

Primum punctum est, videre personas visu imaginationis, meditando et contemplando in particulari circumstantias earum, et capiendo aliquem fructum ex [hujusmodi] visione [aspectu].

Secundum, audire auditu ea quae loquuntur, vel loqui possunt, et reflectendo in se ipsum, capere inde aliquem fructum.

Tertium odorari et gustare [1] olfactu et gustu infinitam suavitatem ac dulcedinem divinitatis, animae, ejusque virtutum, et ceterarum rerum, juxta rationem personae quam contemplamur, reflectendo in se ipsum et capiendo inde fructum.

Quartum, tangere tactu, ut, v. g. amplexari et osculari loca ubi tales personae vestigia ponunt, et sedent; semper procurando fructum inde capere.

Terminandum est [Exercitium] colloquio, ut in prima et secunda

a expedit trahere.
b *Sequitur* vel *scriptum a Polanco et oblitt.*
c eruendo.
d odorari ac gustare et naso et lingua.
e iuxta quod fuerit.
f hauriam.
g amplexu et osculo tangere.
h hauriam.

tualis, vel contra, horroris, aversionis, nauseae et odii.» *Ro.*, annot. 30, p. 81. Cf. etiam *Di. Po.*, ubi supra, nn. 65-66.

AUTOGRAPHUM

segunda contemplación y con vn Pater noster.

1.ª nota. Primera nota: es de aduertir para toda esta semana y las otras siguientes, que solamente tengo de leer el misterio de la contemplación que inmediate tengo de hazer, de manera que por entonces no lea ningún misterio que aquel día o en aquella hora [a] no haya de hazer, porque la consideración de vn misterio no estorue a la consideración del otro.

2.ª nota. La 2.ª: el primer exercitio de la encarnación se hará a la media noche; el 2.º en amaneciendo; el 3.º a la hora de missa; el 4.º a la hora de vísperas, y el 5.º antes de la hora de çenar, estando por espacio de vna hora en cada vno de los cinco exercicios; y la misma horden se lleuará en todo lo siguiente.

3.ª nota. La 3.ª: es de aduertir que si la persona que haze los exercicios es biejo o débil o aunque fuerte, si de la 1.ª semana ha quedado en alguna manera débil, es mejor que en esta 2.ª semana a lo menos algunas vezes no se leuantando a media noche, hazer a la mañana vna contemplación, y otra a la hora de missa, y otra antes de comer, y sobre ellas vna repetición a la hora de vísperas [b],

a noche *Do.*
b vispaeras *Aut.*

VULGATA VERSIO

prioribus, adiecto itidem Pater noster.

32v [a] Notanda insuper sunt haec quinque.

Primum quod tam in hac, quam in qualibet sequente hebdomada, nullum debeo legere uel cogitare aliud mysterium, nisi quod eadem hora aut die considerandum sit, cum alioquin unum alteri obturbet.

2.[m] Quod primum de incarnatione Christi exercitium fit media nocte; proximum diluculo; 3.[m] circa horam missae; 4.[m] sub uesperas; 5.[m] paulo ante coenam. Et eorum cuilibet spatium impendetur unius horae. Id quod abhinc deinceps ubique uenit obseruandum.

3.[m] Quod si is, qui exercitatur, sit senex uel ualetudinarius uel per hebdomadam primam uiribus attritus; praestat eum aliquoties non surgere de nocte, sed tres tantum contemplationes peragere, in aurora, circa missae tempus, et ante prandium; superaddita circa uesperas una repetitione, et sensuum applicatione ante coenam *.

a *In marg. parva charta agglutinata est, cum hac nota Polanci pro typographis:* Qui cominciate vn capito ben distinto, a questa nota *, *quae nota exstat ante v.* Notanda.— * *In quinque notandis. In tertio:* Superaddita circa Vesperas una repetitione et sensuum applicatione ante coenam; *ex autographo:* Superaddita circa Vesperas una repetitione, et postea sensuum applicatione ante coenam.

VERSIO PRIMA

contemplatione, et cum uno Pater noster.

Prima adnotatio [a] est aduertere pro tota hac hebdomada et pro aliis sequentibus, quod solum debeo legere mysterium illius contemplationis, quam immediate facturus sum, ita ut tunc non legam [b] aliud mysterium, quam illud quod illa die uel alia [*sic*] hora debeo meditari [c], ne consideratio unius mysterii alterius considerationem impediat [d].

Secunda: primum exercitium incarnationis fiet media nocte; secundum, in aurora; tertium, tempore missae; quartum, hora uesperarum; quintum ante coenam, et **32v** oportet immorari in singulis [e] horum exercitiorum quinque per horam; et hic ordo seruabitur in sequentibus.

Tertia est aduertere, quod si is qui exercitatur est senex, uel debilis, uel licet fortis, ex prima tamen hebdomada remansit aliquo modo debilis, consultius erit in hac 2.ª hebdomada saltem aliquando ut [f] non surgat media nocte, sed ut [g] mane in aurora faciat unam contemplationem, aliam tempore missae, aliam ante prandium, et super his faciet unam repetitionem in hora uesperarum; postea

VERSIO P. ROOTHAAN

contemplatione, et recitando semel Pater noster.

Prima nota. Advertendum est pro tota hac hebdomada, et ceteris sequentibus, quod solum debeo legere Mysterium contemplationis, quam immediate facturus sum: ita ut pro tunc nullum legam Mysterium, quod illa die, vel illa hora non facturus [contemplaturus] sim: ne consideratio unius Mysterii impediat considerationem alterius.

Secunda. Primum Exercitium de Incarnatione fiet media nocte; secundum in Aurora; tertium ad horam Missae; quartum ad horam Vesperarum; et quintum ante horam coenandi: perdurando spatium unius horae in quovis ex his quinque Exercitiis; atque idem ordo servabitur in omnibus sequentibus.

Tertia. Advertendum est, quod, si qui facit Exercitia sit senex, vel debilis; vel, etiamsi robustus, si ex prima hebdomada remanserit aliquo modo debilis, melius est, ut in hac secunda hebdomada, saltem aliquoties, non surgendo media nocte, faciat primo mane unam contemplationem, et alteram ad horam Missae, et alteram ante prandium, et super illas unam repetitionem ad horam Vesperarum,

a ¹ Prima nota.
b immediate debeo facere, ita quod pro tunc non legat, *et deleto* t, legam.
c debeo facere.
d impediat alterius considerationem.
e singulo.
f quod.
g quod.

AUTOGRAPHUM

y después el traer de los sentidos antes de cena.

21r 4.ª nota. La quarta: en esta segunda semana, en todas las X addiciones, que se dixeron en la primera semana, se han de mudar la 2.ª, la 6.ª, la 7.ª, y en parte la 10.ª.

En la segunda será luego en despertándome poner enfrente de mý la contemplación que tengo de hazer, deseando más conoscer el Verbo eterno encarnado, para más le seruir y seguir.

Y la 6.ª será traer en memoria freqüentemente la vida y misterios de Xpo. nuestro Señor, começando de su encarnación hasta el lugar o misterio que voy contemplando.

Y la 7.ª será que tanto se deue guardar en tener obscuridad o claridad, vsar de buenos [a] temporales o diuersos, quanto sintiere que le puede aprouechar y ayudar para hallar lo que desea la persona que se exercita.

Y en la 10.ª addición el que se exercita se deue aver según los misterios que contempla; porque algunos piden penitencia, y otros

[a] *Emend. ex* bienes; bienes *Do et Bu. V. supra, Proleg., p. 145.*

VULGATA VERSIO

33r 4.[m] Quod in hac hebdomada 2.ª, ex decem additionibus in prima traditis, uariari debent 2.ª, 6.ª et 7.ª cum decima ex parte.

In 2.ª quidem hoc mutatur, quod simul atque excitor a somno, meditationem proxime instantem debeo menti obiicere, ac desiderium prouocare cognoscendi clarius incarnati aeterni Uerbi, ut ipsi seruiam et adhaerescam tanto propensius, quanto incredibiliorem erga me bonitatem eius perspexero.

In 6.ª uero, ut frequenti [a] uersem memoria uitam Christi a tempore incarnationis ad locum usque siue mysterium, de quo in praesenti die uel hora sum meditaturus.

In 7.ª ut luce uel obscuritate, sereno caelo uel turbido delecter, quatenus ad scopum refert desideratae rei pertingendum.

In 10.ª ut ita me geram, sicut exigere uidetur mysterii contemplandi genus; cum nonnulla ex mysteriis poenitentiam requirant,

[a] *Seq.* meditatione *oblitt.*

VERSIO PRIMA

exercitium ducendi [a] quinque sensus ante coenam.

Quarta: in hac 2.ª hebdomada, ex decem additionibus praedictis in prima hebdomada debent mutari secunda, sexta, septima, et ex parte etiam decima.

In 2.ª statim ut excitatus fuero, ponam ante oculos contemplationem, quam facturus sum [b], ardentius desiderando cognitionem Verbi incarnati, ut plus illi inseruiam et illud sequar.

In sexta, frequenter in memoriam reducam uitam **33** ac mysteria Christi Jesv Domini nostri incipiendo ab incarnatione usque ad locum seu mysterium, quod uolo contemplari.

In septima tantum appetet [c] is qui exercitatur claritatem solis seu obscuritatem, usum ameni temporis seu inameni [d], quantum senserit *sibi* [e] posse expedire et prodesse ad inueniendum id quod desiderat [f].

In decima, is qui exercetur ita se habebit secundum mysteria quae contemplantur, quoniam aliqua exigunt poenitentiam, alia

VERSIO P. ROOTHAAN

et postea applicationem sensuum ante coenam.

Quarta. In hac secunda hebdomada in omnibus decem Additionibus, quae dictae sunt in prima hebdomada, mutari debent secunda, sexta, septima, et ex parte decima.

In secunda erit [mutatio], statim ut excitatus fuero ponere mihi ob oculos contemplationem quam facturus sum, desiderando magis cognoscere Verbum aeternum incarnatum, ut magis illi serviam et [magis illud] sequar.

Et sexta [Additio] erit, frequenter in memoriam reducere Vitam, et Mysteria Christi Domini nostri, incipiendo ab ejus Incarnatione, usque ad locum seu Mysterium, in cujus contemplatione versor.

Et septima erit, ut qui exercetur, eatenus curet tenere obscuritatem vel claritatem, [et] uti amoeno tempore vel diverso, quatenus senserit sibi posse prodesse et juvare, ad inveniendum id quod desiderat.

Et in decima Additione, ille qui exercetur debet se habere juxta Mysteria quae contemplatur; quia quaedam postulant poenitentiam,

---

a trahendi.

b acturus sum *A. oblitteratis* debeo facere.

c tantum amabit.

d laeti temporis seu non laeti.

e illi, *quod est in A.*

f posse iuuare ad quaerendum id quod qui exercitatur desiderat.

AUTOGRAPHUM

no; de manera que se hagan todas las X addiciones con mucho cuydado.

5.ª nota. La quinta nota: en todos los exercitios, dempto en el de la media noche y en el de la mañana, se tomará el equiualente de la 2.ª [1] addición, de la manera que se sigue: luego en acordándome que es hora del exercicio que tengo de hazer, antes que me baya poniendo delante **21v** de mí adónde voy y delante de quién, resumiendo vn poco el exercicio que tengo de hazer, y después haziendo la 3.ª addición entraré en el exercitio.

2.° día. EL SEGUNDO DÍA tomar por primera y segunda contemplación la presentación en el templo [2], fol. *42*, lit. *d*, *c;* y la huyda como en destierro a Egipto [3], fol. *42*, lit. *c;* y sobre estas dos contemplaciones se harán dos repeticiones y el traher de los cinco

VULGATA VERSIO

alia non item. Decem igitur additionibus utendum erit circunspecte.

33v 5.m est ultimo notandum, quod in omnibus aliarum horarum (praeterquam noctis mediae et aurorae) exercitiis assumendum erit aliquid quod secundae [1] *et tertiae* additioni aequiualeat, hunc in modum: vbi primum in mentem ueniet, adesse meditandi horam, priusquam accedam, prospiciam eminus, quo ferar et coram quo sim appariturus, ac transcursa obiter exercitii oblati parte [a], contemplationem statim auspicabor.

In 2.ª die argumentum primae et 2.ae contemplationis erit Christi praesentatio in templo [2], de qua infra, fol. [59], et fuga in Egyptum [3] *, de qua fol. [59v].

Super duabus his contemplationibus fiet repetitio duplex et sensuum applicatio ut supra.

---

a *Seq.* impletaque additione 3.ª *oblitt.*

* *In secunda die:* Et fuga in Aegyptum; *additur ex autographo:* Et fuga ejusdem veluti exulantis in Aegyptum.

---

1 Recte *2.ª*, non *secundae et tertiae*, quod habet *Vu.*; multo minus recte *tertiae*, id quod facile patet integram notationem quintam consideranti. V. supra, *Proleg.*, pp. 152-153.

VERSIO PRIMA

non. Itaque [a] diligenter et accurate fiant decem additiones.

Quinta: in omnibus exercitiis (practer id [b] quod fit media noctc et illud quod in aurora) acccipiatur aequiualens secundae [1] *et tertiae* additionis modo sequenti: statim ut [c] cognouero esse iam horam alicuius exercitii [d], ante quam accedam, considerabo mecum [e] quo tendo et coram quo, breuiter cogitando ex parte [f] exercitium quod uolo facere, postea [g] accedam ad exercitium.

Secundo die accipiam pro prima et 2.ª contempla-**33v** tione presentationem in templo [2], fol. [65v], et fugam in Aegiptum [3], fol. [65v]; et super his duabus contemplationibus fient duae repetitiones, et exercitium ducendi [h] quinque sensus super eisdem eodem modo

a is qui exercitatur, ita se habebit sicut sunt mysteria quae contemplantur, quia aliqua petunt poenitentiam aliqua non. Itaque.

b illud *A.*

c statim ac.

d horam faciendi exercitium aliquod.

e mecum prius.

f coram quo, resumendo ex parte; *sic Fa.*

g *In B sequuntur vv.* cum fecero tertiam additionem *oblitt.; exstant in A. Cf. annot. 1 sub Aut. hoc loco; et Prolegomena, pagg. 152-153.*

h trahendi.

2 LUC., II. 22-38.

3 MATTH., II, 13-23.

VERSIO P. ROOTHAAN

et alia non. Ita ut fiant [serventur] omnes decem Additiones cum multa cura [diligentia et circumspectione].

Quinta nota. In omnibus Exercitiis, praeterquam in illis, quae media nocte et in aurora [fient], assumetur [aliquid] quod aequivaleat secundae [1] Additioni modo qui sequitur: Statim ut recordabor adesse horam Exercitii, quod facere debeo, antequam vadam [ad illud], ob oculos mihi ponens [ponam] quo vadam, et coram quo, resumens [resumam] paululum Exercitium quod facturus sum, et postea faciens tertiam Additionem intrabo in Exercitium.

SECUNDA DIE sumere pro prima et secunda contemplatione Praesentationem in Templo [2], infra [inter Mysteria Vitae J. C. D. N.] et Fugam, ut in exilium, in Aegyptum [3], infra [ibidem]; et super his duabus contemplationibus fient duae repetitiones, et applicatio

AUTOGRAPHUM

sentidos sobre ellas, de la misma manera que se hizo el día precedente.

Nota. Algunas vezes aprouecha, aunque el que se exercita sea rezio y dispuesto, el mudarse desde este 2.° día hasta el 4.° inclusiue [1] para mejor hallar lo que desea, tomando sola vna contemplación en amaneçiendo, y otra a la hora de missa, y repetir sobre ellas a la hora de vísperas [a], y traher los sentidos antes de cena.

3.° día. EL TERCERO DÍA cómo el niño Jesú hera obediente a sus padres en Naçareth [2], fol. *43* lit. *g;* y cómo después le hallaron en el templo [3], fol. *43* lit. *f;* y así consequenter hazer las dos repeticiones y traher los cinco sentidos.

VULGATA VERSIO

Notandum quod expedit nonnumquam, eum, qui **34** exercitatur, quamuis et uigore animi et corporis robore sit praeditus, nonnihil tamen remittere de praescriptis exercitiis 2.ae huius hebdomadae et subsequentium duarum, ut assequi quod cupit, commodius ualeat; accepta solummodo contemplatione una in crepusculo matutino, et altera circa missae tempus, quarum repetitionem faciat hora uesperarum, et sub coenam quinque imaginationis sensus super iisdem exerceat.

Die uero 3.ª meditandum occurret, quo pacto puer Jesus apud Nazareth subditus erat parentibus [2], ut habetur fol. [59v-60]. Deinde quo modo ab eis repertus fuerit in templo [3], fol. [60].

Fient item duae repetitiones cum sensuum applicatione.

---

a visparas *Aut.*

---

1 Infra quartus dicitur ille dies, quo fit quater meditatio de vexillis, et quidem semel media nocte. Forte hoc loco primum diem intelligit cum, quo factum est exercitium de regno Christi; aut illud *inclusiue* jungendum cum *2°*, ut est in *Fa.*

2 Luc., II, 39-40, 51-52.

3 Luc., II, 41-50. «Consulte S. P. in contemplationibus diei tertiae ordinem verbo-

VERSIO PRIMA

quo factum est die praecedenti.

Interdum utile est [a], quamuis is qui exercitatur sit fortis ac robustus, facere mutationem ab hoc 2.º die usque ad quartum inclusiue [1], ad melius inueniendum quod quis desiderat, accepta solum una contemplatione in aurora, altera in hora missae, et repetitione una super eisdem hora uesperarum, et cum exercitio quinque sensuum [b] ante coenam.

Tertio die, contemplabitur qui exercitatur quomodo puer JESVS erat parentibus obediens in Nazareth [2] fol. [66]. Deinde quomodo inuentus fuit in templo [3] fol. [66v]; ita consequenter faciam duas repetitiones et exercebo [c] quinque sensus.

VERSIO P. ROOTHAAN

quinque sensuum super illas, eodem modo quo factum est die praecedenti.

Interdum utile est, etiamsi is qui exercetur robustus sit ac dispositus, variari [aliquid] ab hac secunda die usque ad quartam, inclusive [1], ut melius inveniat id quod desiderat, sumendo solum unam contemplationem summo mane, et alteram ad horam Missae, et repetitionem super illis facere ad horam Vesperarum, et applicare sensus ante coenam.

TERTIA DIE [sumere pro prima et secunda contemplatione] quomodo puer Jesus erat obediens suis Parentibus in Nazareth [2]: infra [inter mysteria Vitae Domini Nostri]: et quomodo postea invenerunt illum in Templo [3], infra [ibidem] et ita consequenter facere duas repetitiones, et applicare quinque sensus.

a est ac expediens.

b accipiendo unam contemplationem... alteram... repetitionem unam... et exercitium trahendi quinque sensus.

c traham.

rum Evangelii ipsiusque etiam historiae tantisper invertit... Primo enim contemplandam proposuit pueri Jesu obedientiam, ut formam vitae communis... dein ejusdem mansionem in templo, relictis parentibus, ut formam vitae perfectioris... et hujus utriusque mysterii contemplatio, hoc ordine facta, viam sternit ad incipiendam considerationem statuum.» *Ro.*, annot. 40, p. 85-86.

AUTOGRAPHUM

—

PREÁMBULO PARA CONSIDERAR ESTADOS

Preámbulo. Ya considerado el exemplo que Xpo. nuestro Señor nos ha dado para el primer estado, que es en custodia de los mandamientos, siendo él **22** en obediencia a sus padres; y asímismo para el 2.° que es de perfectión euangélica, quando quedó en el templo dexando a su padre adoptiuo y a su madre natural, por vacar en puro seruicio de su Padre eternal; començaremos iuntamente contemplando su vida, a investigar y a demandar en qué vida o estado de nosotros se quiere seruir su diuina maiestad; y assí para alguna introductión dello [1], en el primer exercicio siguiente veremos la intención de Xpo. nuestro Señor, y por el contrario la del enemigo de natura humana, y cómo nos deuemos disponer para

VULGATA VERSIO

—

34v PRAELUDIUM QUODDAM CIRCA CONSIDERATIONEM STATUUM SEU GENERUM UITAE DIUERSORUM *

Cum supra propositum fuerit exemplum Christi de uitae genere, quod in mandatorum Dei obseruatione consistit, et primus seu communis status appellatur: nunc [a] idem ipse Dominus dum parentibus suis fuisse subditus memoratur, formam uidetur exhibere alterius seu secundi status pendentis ab obedientia, et perfectionem euangelicam afferentis, quando uidelicet in templum se contulit, patre adscititio et naturali matre derelictis, ut aeterni Patris obsequio uacaret. Quare opportunum hic erit nos quoque illius uitam contemplantes uestigare et efflagitare proprium uitae genus, in quo maiestati suae nos seruire malit.

Ad hoc igitur inquirendum possumus introduci [1] per sequens proxime exercitium, ad Christi

* *In praeludio post contemplationem tertiae diei. Quod ibi dicitur de distinctione duplicis status, clarius ita ponetur ex autographo:* Cum supra propositum fuerit exemplum Christi de vitae genere, quod in mandatorum Dei observatione consistit, dum parentibus suis fuisse subditus memoratur, et primus seu communis status appellatur; nunc idem ipse Dominus formam videtur exhibere alterius seu secundi status perfectionem evangelicam afferentis, quando videlicet in templum se contulit etc.

[a] *Seq.* uero *oblitt.*

[1] «Scilicet ut *aliquo modo* introducamur, tum ad *inquirendum* seu investigandum, in quonam vitae genere Deus uti nobis velit, tum ad id *efflagitandum* seu ad petendum hanc in rem lumen et gratiam.» *Ro.*, annot. 43, p. 86.

VERSIO PRIMA

34r PRAEAMBULUM AD CONSIDERATIONEM STATUUM

Postquam considerauimus exemplum, quod Christus Dominus noster nobis tradidit pro primo statu custodiae mandatorum Dei, cum ipse obediret parentibus; item similiter pro 2.° statu perfectionis euangelicae, cum relicto patre putatiuo ac matre naturali, ut purius Dei Patris aeterni seruitio uacaret, remansit in templo: incipiemus (simul contemplando eius uitam) inuestigare ac petere a Domino ad quam uitam ac ad quem statum [a] placeat suae diuinae maiestati nos uocare, et ita pro aliqua istius rei introductione [1] in primo exercitio sequenti uidebimus intentionem Ch[r]isti Domini nostri, et ex opposito inimici [b] nature humanae, et quomodo nos disponere debemus, ut perueniamus ad perfectionem in ea uita, et in eo statu, ad

VERSIO P. ROOTHAAN

PRAEAMBULUM AD CONSIDERANDOS STATUS.

Considerato jam exemplo, quod Christus Dominus noster nobis dedit pro primo statu, qui consistit in observantia mandatorum, dum Parentibus suis obediens erat, itemque [considerato jam exemplo, quod idem Dominus nobis dedit] pro secundo [statu] qui est perfectionis Evangelicae, quando remansit in Templo, relinquens Patrem suum adoptivum et Matrem suam naturalem, ut aeterni Patris sui servitio pure [unice] vacaret; incipiemus [hoc loco], simul contemplando ejus Vitam, investigare et petere, in quanam vita seu [in quo] statu divina sua Majestas nobis uti ad suum servitium velit.

Et ideo pro aliqua introductione [1] hujus rei, in primo Exercitio sequenti videbimus intentionem

---

[a] in quamuis uitam ac in quem statum.
[b] illam inimici; illam quae est inimici, *Fa*.

AUTOGRAPHUM

venir en perfectión en qualquier estado o vida que Dios nuestro Señor nos diere [1] para eligir [2].

El QUARTO DÍA meditación de dos banderas [3], la vna de Xpo., summo capitán y señor nuestro, la otra de Luzifer, mortal enemigo de nuestra humana natura.

Oración. La sólita oración preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es la historia: será aquí cómo Xpo. llama y quiere a todos debaxo de su bandera, y Lucifer al contrario debaxo de la suya.

2.° preámbulo. El 2.°, composición viendo el lugar: será aquí ver vn gran campo de toda aquella región de Hierusalén [4], adonde el sumo capitán general de los buenos es Xpo. nuestro Señor; otro campo en región de Babilonia [5], donde el caudillo de los enemigos es Lucifer.

VULGATA VERSIO

mentem attendentes, collatam cum opposita inimici. Discemus etiam exinde, **35** qua sit nobis opus dispositione, ut perfecti in eo euadamus statu, quemcunque bonitas diuina eligendum nobis suggesserit [1].

QUARTA DIE fiet meditatio de duobus uexillis [3]: uno quidem Iesu X.[i] optimi nostri imperatoris [a], altero uero Luciferi hostis hominum capitalissimi.

Oratio praeparatoria fit secundum morem.

Praeludium primum erit historica quaedam consideratio Christi ex una parte, et ex altera Luciferi, quorum uterque omnes homines ad se uocat, sub uexillo suo congregandos.

2.[m] est ad constructionem loci, ut repraesentetur nobis campus amplissimus circa Hierosolymam [4], in quo Dominus Iesus Christus, tanquam bonorum hominum omnium summus dux, adsistat; rursum alter campus in Babylonia [5], ubi se Lucifer malorum et aduersariorum ducem exhibeat.

[a] *Emend. ex* redemptoris.

[1] «*Suggesserit*, quod habet vulgata versio, respondet solummodo investigationi status; *dederit* respondet tum *investigationi* tum vel maxime *petitioni*.» *Ro.*, annot. 45, p. 87. Quid S. Ignatius in proximo exercitio sibi proposuerit consequendum, vide apud *Ro.*, hoc loco, in ed. 4.ª romana, 1852, l. c.

[2] V. supra, p. 186.

[3] V. supra, *Proleg.*, pp. 79-84, 124-126.

[4] Nomen *Jerusalem* veteres plerumque interpretabantur *Visionem pacis*; recentio-

VERSIO PRIMA

quem Deus noster nos elegerit [1].

QUARTO DIE fiet meditatio duorum uexillorum [3], vnius [a] **34v** Christi summi ducis ac Domini nostri, alterius Luciferi, capitalis inimici nostrae humanae naturae.

Oratio praeparatoria eadem quae solita est.

Primum praeambulum continet historiam, quae hic erit considerare Christum uocantem [b] omnes suos sub uexillum suum [c]; et contra, Luciferum uocantem omnes sub suum [d].

Secundum, compositio loci, quae ad praesens erit considerare magnum campum totius illius regionis Hierusalem [4], ubi summus dux bonorum est Christus Dominus noster; alium campum in regione Babiloniae [5], ubi dux omnium malorum [e] est Lucifer.

VERSIO P. ROOTHAAN

Christi Domini nostri, et ex adverso [oppositam intentionem] inimici naturae humanae, et quomodo nos debeamus disponere, ut veniamus ad perfectionem in quocumque statu seu vita, quam Deus Dominus noster eligendam nobis dederit [1].

QUARTA DIE meditatio de duobus Vexillis [2], altero Christi summi Ducis ac Domini nostri, altero Luciferi, capitalis inimici nostrae humanae naturae.

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est historia. Erit hic, quomodo Christus vocat et vult omnes [congregare] sub suum vexillum, et Lucifer contra sub suum.

Secundum, compositio videndo locum. Erit hic, videre campum magnum totius illius regionis Hierusalem [4], ubi summus Dux generalis bonorum est Christus Dominus noster: alterum campum in regione Babyloniae [5], ubi Caput inimicorum [daemonum] est Lucifer.

a alterius *pro* vnius.
b volentem ac uocantem.
c suo vexillo.
d suo.
e omnium prauorum; *sic Re. et Fa.*

ribus autem magis placuit *Possessio hereditaria pacis, Fundatio pacis, Fundatio Dei pacis, Civitas pacis* (MART. HAGEN, S. J., *Lexicon biblicum*, II, Parisiis, 1907, 664-665).

[5] *Babylonia* idem est atque *Babel*. «Vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universae terrae; et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum», GEN., XI, 9. «Babylon magna, mater fornicationum et abominationum terrae», APOC., XVII, 5. Cf. S. AUGUSTINI *Enarrationem in Ps. XXVI*, n. 18, et *De Civitate Dei*, l. XVII, c. 16, n. 2 (Migne, P. L., XXXVI, 208; XLI, 540-550).

AUTOGRAPHUM

22v 3.° preámbulo. El 3.°, demandar lo que quiero: y será aquí pedir conoscimiento de los engaños del mal caudillo y ayuda para dellos me guardar, y conoscimiento de la vida [1] verdadera que muestra el summo y verdadero capitán [2], y gratia para le imitar.

1.° puncto. El primer puncto es ymaginar así como si se asentase [3] el caudillo de todos los enemigos en aquel gran campo de Babilonia, como en vna *grande* [a] cáthedra de fuego y humo, en figura horrible y espantosa [4].

2.° puncto. El 2.°: considerar cómo haze llamamiento de inumerables demonios y cómo los esparze a los vnos en tal ciudad y a los otros en otra, y así por todo el mundo, no dexando prouincias, lugares, estados ny personas algunas en particular.

3.° puncto. El 3.°: considerar el sermón que les haze, y cómo los amonesta para hechar redes y cadenas [5]; que primero ayan de tentar de cobdicia de rriquezas, *como suele vt in pluribus* [b], para que más fácilmente vengan a vano

a *Hoc v. supra vers. add., dubium an Ignatii manu; est in Do. et Bu.; Re., Fa. et Ve. omitt.;* gran *Na. in textu.*

b *Add. in marg.; ea Do. habet in textu, sed perperam ponit virgulam post* cobdicia *et omitt. post* riquezas, *quae interpunctio recedit ab Aut.*

VULGATA VERSIO

35v 3.m ad gratiam petendam illud erit, ut poscamus exploratas habere fraudes mali ducis, inuocata simul diuina ope ad eas uitandas; veri autem optimique imperatoris [1] Christi agnoscere mores ingenuos ac per gratiam imitari posse.

Punctum primum est imaginari coram oculis meis apud campum babylonicum ducem impiorum in cathedra ignea et fumosa sedere [2] [a], horribilem figura uultuque terribilem [3].

2.m est aduertere, quomodo conuocatos daemones innumeros per totum orbem spargit ad nocendum; nullis ciuitatibus et locis, nullis personarum generibus immunibus relictis.

3.m attendere cuiusmodi [b] concionem habeat ad ministros suos, quos instigat, ut correptis iniectisque laqueis et catenis [5], homines primum trahant (quod fere contingit) ad cupiditatem diuitiarum, undc postea facilius in mun-

a *Emend. ex* sedentem.

b ad omnes *delet.*

1 Jo., XIV, 6.

2 MATTH., II, 6; MARC., VIII, 34; LUC., IX, 23; I PETR., II, 21.

3 Cf. Is., XIV, 13.

VERSIO PRIMA

Tertium petere quod uolo, quod nunc erit petere cognitionem deceptionum illius praui maligniquc ducis, et auxilium ut illum uitem, et cognitionem uerae uitae [1], quam docet summus ac uerus dux [2], et gratiam imitandi illum.

Primum punctum est imaginari caput et ducem illum hostium, ueluti sedentem [3] in illo magno campo **35** Babiloniae in cathedra [a] ignis ac fumi, in figura horrenda ac terribili [4].

Secundum considerare illum uocantem innumerabiles daemones, et spargentem eos, hos in hanc ciuitatem, alios in aliam, et ita per totum uniuersum, nulla prouincia, loco, statu, persona, relictis [b].

Tertium est considerare sermonem, quem ad illos facit exhortatorium, quo retibus et catenis [5] uinciant homines; et ut [c] primo tentent de cupiditate diuitiarum, vt solet in pluribus [d], quo facilius impingant in uanum mundi hono-

VERSIO P. ROOTHAAN

Tertium, rogare id quod volo, et erit hic, petere cognitionem fraudum mali Capitis, et auxilium, ut ab illis mihi caveam; et cognitionem vitae [1] verae, quam ostendit summus et verus Dux [2], et gratiam ad illum imitandum.

Punctum primum est, imaginari ac si sederet [3] Caput omnium inimicorum [daemonum] in magno illo campo Babyloniae, velut in magna quadam cathedra ignis et fumi, in figura horrenda atque terribili [4].

Secundum, considerare quomodo convocationem facit innumerabilium daemonum, et quomodo illos spargit, hos in talem civitatem [mittens], et illos in aliam, atque ita per universum mundum, nullas omittendo provincias, [nulla] loca, [nullos] status, [seu conditiones hominum], nec personas ullas in particulari.

Tertium, considerare concionem quam ad illos habet, et quomodo eos admonet [suadet] ad injicienda [hominibus] retia et catenas [5], ut primo tentare [eos] debeant cupiditate divitiarum, prout solet [ipse facere] ut in pluribus, quo

---

[a] non aliter quam in cathedra *(hisp.* como en una); *ita Re. et Fa.*

[b] persona etiam in particulari relicta intacta; *sic Re. et Fa.*

[c] quod; *sic Re. et Fa.*

[d] *4 vv. praeced. sunt in marg. in A. In Aut. addita a S. Ign.*

---

[4] V. supra, *Proleg.*, pp. 82-84.

[5] I Tim., III, 7; VI, 9.

AUTOGRAPHUM

honor del mundo, y después a crescida soberuia; de manera que el primer escalón sea de rriquezas, el 2.° de honor, el 3.° de soberuia, y destos tres escalones ynduze a todo[s] los otros vicios.

Assí por el contrario se ha de ymaginar del summo y verdadero capitán, que es Xpo. nuestro Señor.

1.° puncto. El primer punto es considerar cómo Xpo. nuestro Señor se pone en vn gran campo de aquella región de Hierusalén en lugar **23** humilde hermoso y gracioso [a] [1].

2.° puncto. El 2.°: considerar cómo el Señor de todo el mundo escoje tantas personas, apóstoles, discípulos, [2] etc., y los embía por todo el mundo [3], esparziendo su sagrada doctrina por todos estados y condiciones de personas.

3.° puncto. El 3.°: considerar el sermón que Xpo. nuestro Señor haze a todos sus sieruos y amigos, que a tal jornada embía, encomendándoles que a todos quieran ayudar en traerlos, primero a summa

VULGATA VERSIO

dani honoris ambitionem, ac demum in superbiae barathrum deturbari queant.

36r Atque ita tres sunt praecipui tentationum gradus, in diuitiis, honoribus et superbia fundati, ex quibus in alia uitiorum genera omnia praeceps fit decursus.

Similiter ex opposito, considerandus est summus optimusque noster dux et imperator Christus.

Punctum primum erit conspicari Christum in amoeno campo iuxta Hierosolymam, humili quidem constitutum loco, sed ualde spetiosum forma et aspectu summe amabilem [1].

2.m autem est, speculari, quo pacto ipse mundi Dominus uniuersi electos apostolos, discipulos [2] et ministros alios per orbem mittat [3], qui omni hominum generi, statui et conditioni doctrinam sacram ac salutiferam impartiant.

3.m auscultare concionem Christi exhortatoriam ad seruos et amicos suos omnes in opus tale destinatos, qua eis praecipit, ut iuuare studeant quemlibet: ac primo inducendum curent ad spiritualem

a *In tota paragrapho nullum interpunctionis signum habet Aut.;* in loco humili, specioso et amoeno *Fa.*; en lugar hermoso y gracioso *Do.*

1 «Speciosus forma prae filiis hominum», Ps. XLIV, 3.

2 Homines Christus consortes laboris adversus daemones adsciscit, ut nostra fiducia in Christo nitatur, qui «cum saevissimo hoste non in sua majestate sed in nostra

VERSIO PRIMA

rem, post haec *in* [a] arrogantem superbiam; ita ut [b] primus gradus sit diuitiarum, secundus honorum, tertius superbiae, et ex his tribus gradibus impellit [c] ad omnia alia uicia.

Ita ex opposito oportet nos contemplari ac considerare summum ac uerum ducem Christum Dominum nostrum.

Primum punctum est considerare Christum Dominum nostrum sedentem in magno campo Hierusalem in loco humili, specioso et amoeno [1].

35v Secundum: considerare Dominum universi eligentem tot personas in apostolos et discipulos [2] etc. [d] et mittentem illos per [e] uniuersum mundum [3], ut seminent suam sacram doctrinam omni statui et conditioni hominum.

Tertium est considerare sermonem quem Christus Dominus noster habet ad suos seruos et amicos, quos in talem legationem mittit, commitens illis omnium curam atque ut eos attrahant [f] ad sum-

VERSIO P. ROOTHAAN

facilius perveniant ad vanum honorem mundi, et inde ad magnam superbiam.

Ita, ut primus gradus sit divitiarum: secundus honoris: tertius superbiae: et ex istis tribus gradibus inducit [Lucifer] ad omnia reliqua vitia.

Similiter ex opposito imaginandum est de summo et vero Duce, qui est Christus Dominus noster.

Primum punctum est, considerare quo modo Christus Dominus noster se sistit in magno campo illius regionis Hierusalem in loco humili speciosus et amabilis [1].

Secundum, considerare quomodo universi mundi Dominus eligit tam multas personas, Apostolos, Discipulos [2], etc. et eos mittit per universum mundum [3], spargendo sacram suam doctrinam per omnes status, et conditiones personarum.

Tertium, considerare concionem, quam Christus Dominus noster habet ad omnes suos servos et amicos, quos ad talem expeditionem mittit, commendando illis, ut omnes velint [studeant] adju-

a *Prius* ad *in B;* ad *A et Re.*

b quod; *sic Re et Fa.*

c *Ita A emendatum ex* inducit, *quod emendatum erat ex* progreditur.

d *Hic est in A pro* etc. *signum simile illi, quod B supra (pag. 243, annot. d) transcripsit per* 25, *hic vero recte per* etc.

e per totum.

f trahant; *sic Re. et Fa.*

congreditur humilitate». S. LEO, sermo XXI *(alias* XX) sive I de nativitate Domini, c. I. (Migne, P. L., LIV, 191).

3 MARC., XVI, 15; MATTH., XXVIII, 19; ACT., I, 8.

AUTOGRAPHUM

pobreza spiritual [1], y si su diuina maiestad fuere seruida y los quisiere eligir, no menos a la pobreza actual [2]; 2.° a deseo de opprobrios y menosprecios [3], porque destas dos cosas se sigue la humildad [4]; de manera que sean tres escalones: el primero pobreza contra rriqueza; el 2.° opprobrio o menosprecio contra el honor mundano [a]; el 3.° humildad contra la soberuia; y destos tres escalones ynduzgan a todas las otras virtudes.

Colloquio. Vn colloquio a Nuestra Señora, porque me alcançe gracia de su Hijo y Señor, para que yo sea recibido debaxo de su bandera, y primero en summa po-

a honor del mundo *Do.*

VULGATA VERSIO

affectum paupertatis [1], et insuper (si diuini obsequii ratio et electio **36v** caelestis eo ferat) ad sectandam actu ipso ueram paupertatem [2]; deinde ut ad opprobrii contemptusque [3] desiderium alliciant, unde humilitatis uirtus enascitur [4]. Et ita tres consurgunt perfectionis gradus, uidelicet paupertas, abiectio sui atque humilitas, quae ex diametro diuitiis, honori et superbiae opponuntur, ac uirtutes omnes statim introducunt.

Colloquium postea formandum erit ad Uirginem beatam, implorandaque est per eam a Filio gratia, ut [a] recipi possim et manere sub uexillo eius: idque primum

a *Prius* qua.

1 MATTH., V, 3; LUC., VI, 20.
2 MATTH., XIX, 21-29; MARC., X, 21-30; LUC., XVIII, 22-30.
3 MATTH., V, 10-12; X, 24-25; XI, 29; LUC., VI, 22-29, 40; IX, 23; JO., XII, 25; XV, 18-20; GAL., VI, 14; JAC., I, 9.

VERSIO PRIMA

mam spiritus [1] paupertatem, si [a] etiam diuinae maiestati ad hoc [b] placuerit eligere, trahant eos ad paupertatem actualem [2]. Secundo exhortentur ad desiderium opprobiorum et uituperiorum [c] [3] contra honorem mundi; tertio ad humilitatem [d] [4] contra superbiam; et ab his tribus gradibus inducant ad omnes alias uirtutes.

Fiet [e] colloquium ad Dominam nostram, ut impetret mihi gratiam a Filio suo [f], ut [g] ego recipiar sub eius uexillo, et primo in summa paupertate spirituali, et, si diuinae

a et si *A*, *emendatum ex* vel si, *quod habent Re. et Fa.*

b ad aliud magis; *sic Re.*; magis ad aliud *Fa.*

c *Sequuntur in A nonnulla omissa a librario in B, quae hic transcribimus:* ex quo *(et supra versum* quibus duobus) nascitur humilitas, ita ut *(prius* quod) sint tres gradus: primus gradus paupertatis contra diuitias, secundus opprobriorum et vituperiorum; *sic fere in Re. et Fa. Cf. Prolegomena, supra, pag. 170.*

d *Prius* tertius humilitatis *B, quod est in A et Re.*

e Colloquium *in marg. A.*

f suo ac Domino *A et Fa.;* suo ac Domino meo *Re.*

g quod; *sic Fa.;* ut *Re.*

VERSIO P. ROOTHAAN

vare, adducendo illos primum ad summam paupertatem spiritualem [1], et, si suae divinae Majestati placuerit, et [ad hoc] eos eligere voluerit, non minus [s. etiam] ad paupertatem actualem [2]; secundo, ad desiderium opprobriorum et contemptuum [3], quia ex his duabus rebus [s. paupertate et contemptu] sequitur humilitas [4].

Ita ut sint tres gradus: primus, paupertas contra divitias; secundus, opprobrium vel contemptus contra honorem mundanum; tertius, humilitas contra superbiam: et ex his tribus gradibus inducant [homines] ad omnes reliquas virtutes.

Colloquium [faciam] ad Dominam nostram, ut mihi obtineat gratiam a Filio et Domino suo; ut ego recipiar sub ejus Vexillum: et primum, in summa paupertate spi-

[4] Quare hic Sanctus Ignatius nihil de castitate et obedientia dixerit, ac proinde de earum contrariis supra tacuerit, exponit SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 27.

AUTOGRAPHUM

breza espiritual, y si su diuina maiestad fuere servido y me quisiere eligir y rescibir, no menos en la pobreza actual; 2.° en pasar opprobrios y iniurias [1] por más en ellas le ymitar, sólo que las pueda pasar sin peccado de ninguna persona ny displazer de su diuina maiestad, y con esto vna Aue María.

23v 2.° coloquio. Pedir otro tanto al Hijo, para que me alcançe del Padre, y con esto dezir Anima Xpi.

3.° colloquio. Pedir otro tanto al Padre, para que El me lo conceda, y dezir vn Pater noster.

Nota. Este exercicio se hará a media noche y después otra vez a la mañana, y se harán dos repeticiones deste mismo a la hora de missa, y a la hora de vísperas [a], siempre acabando con los tres colloquios de Nuestra Señora, del Hijo y del Padre. Y el de los binarios que se sigue a la hora antes de çenar.

4.° día. El mismo quarto día se haga meditación de tres binarios [2] de hombres, para abraçar el mejor.

[a] vispaeras *Aut.*

VULGATA VERSIO

per spiritualem tantum paupertatem, aut etiam in rerum expoliatione sitam (siquidem ad eam me uocare atque admittere dignabitur); deinde per abiectionem quoque seu ignominiam [1], ut ipsum imiter uicinius, deprecando tamen culpam aliorum, ne contemptus mei tam in alicuius detrimentum quam in offensam Dei cedat.

Terminabitur primum hoc colloquium per Aue Maria [a].

37 2.[m] colloquium ad Christum hominem [b] dirigitur, ut mihi a Patre impetret illud idem, subdeturque in fine oratio Anima Christi.

3.[m] ad Patrem, ut annuat petitioni, cum Pater noster.

Transigetur hoc exercitium semel in media nocte et altera uice sub auroram. Repetitiones uero duae circa matutini sacri atque uesperarum tempus erunt faciendae, additis in fine tribus colloquiis. Sequens uero exercitium fiet ante coenam.

Meditatio eodem 4.° die facienda de tribus hominum classibus seu differentiis, ut potissimam partem amplectamur.

[a] *Emend. haec 2 vv. ex* Pr. Nr.
[b] *Add. hoc. v. supra vers.*

[1] Nota non postulari hic humilitatem, sed asperiora et ex parte nostra efficaciora media ad illam assequendam. Cf. *Ro.* annot. 63, p. 94.

[2] Bini, ne vaga sit meditatio; non singuli, ne qua persona singularis attingi videretur, praesertim cum singuli facerent exercitia. Exemplum ponitur in divitiarum amore;

VERSIO PRIMA

maiestati magis placuerit, et eligere me **36** uoluerit, etiam [a] in paupertate actuali; secundo, in tolerandis opprobriis et iniuriis [1], in quibus est maior illius imitatio, modo possim illa tolerare absque peccato alterius et cum beneplacito diuinae maiestatis; addam Aue Maria.

Item petam a Filio, ut illud idem mihi obtineat a Patre; addam Anima Christi.

Illud idem petam a Patre ut concedat mihi; addam Pater noster.

Hoc exercitium fiet media nocte, et iterum postea in aurora; et fient duae repetitiones eiusdem in hora missae et in hora uesperarum, et semper finietur cum tribus colloquiis, Dominae nostrae, Filii et Patris; et quod sequitur exercitium binariorum fiet per horam ante coenam.

Eodem [b] quarto die fiet meditatio trium *dispositionum* [c] hominum, ut quod melius est, quis [d] amplectatur.

[a] si diuinae majestati ad aliud magis placuerit eligere, etiam; *sic Re. et Fa.*

[b] 4. die *A in marg. Vide annot. 1 sub Aut. supra, pag. 344.* — [c] binariorum; *sic in A.* — [d] ut meliorem quis.

VERSIO P. ROOTHAAN

rituali, et si divinae suae Majestati placuerit, et me [ad hoc] eligere ac recipere voluerit, non minus [etiam] in paupertate actuali: secundo, in tolerandis opprobriis et injuriis [1], ad magis in illis eum imitandum, dummodo possim eas tolerare absque ullius peccato, et [absque] disgustu suae divinae Majestatis. Et simul [recitabo] Ave Maria.

Petere eadem a Filio, ut [ea] mihi obtineat a Patre: et simul dicere: Anima Christi.

Petere eadem a Patre, ut ipse ea mihi concedat, dicere: Pater noster.

Hoc Exercitium fiet media nocte, et dein iterum summo mane.

Et fient duae repetitiones ejusdem ad horam Missae, et ad horam Vesperarum, semper finiendo cum tribus colloquiis supradictis ad Dominam nostram, ad Filium et ad Patrem: et [Exercitium] de Binariis [Classibus hominum], quod sequitur, [fiet] hora ante coenam.

MEDITATIO fiet eadem quarta die de tribus Binariis [2] [Classibus] hominum, ut amplectamur optimum.

potest autem ac debet ad quemcumque alterius generis inordinatum affectum applicari. Cf. *Ro.* annot. 64, p. 95, et MAUR. MESCHLER, *Die Exercitien des H. Ignatius von Loyola,* Roermond (in Hollandia) 1907, *Zweiter Theil, Ausführung der Betrachtungen des Exercitien-buches,* p. 359.

AUTOGRAPHUM

Oración. La sólita oración preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es la historia, la qual es de tres binarios de hombres, y cada vno dellos ha adquerido diez mil ducados, no pura o débitamente por amor [a] de Dios; y quieren todos saluarse y hallar en paz a Dios nuestro Señor, quitando de sí la grauedad e [b] ynpedimento que tienen para ello, en la affectión de la cosa acquisita.

2.° preámbulo. El 2.°, composición viendo el lugar: será aquí ver a mý mysmo, cómo estoy delante de Dios nuestro Señor y de todos sus sanctos, para desear y conoscer [1] lo que sea más grato a la su diuina bondad.

24r [3.°] **preámbulo.** El 3.°: demandar lo que quiero: aquí será pedir gracia para eligir lo que más a gloria de su diuina maiestad y salud de my ánima sea.

[1.°] **binario.** El primer binario querría [2] quitar el affecto que a la

[a] *Emend. ex* dueados no solamente por amor. *Na.* no pura o débitamente *sine ulla litura. Cf. supra, Prolegomena, p. 145.*

[b] *Emendatum ex* y, *hac littera non omnino deleta; Do. habet* y *supra* e.

VULGATA VERSIO

Oratio praeparatoria ut semper antehac.

Praeludium primum fiat propositis uice historiae tribus hominum classibus distinctis, quarum unaquaeque decem milia ducatorum alio quam diuini cultus et amoris studio **37v** sibi parauerit, nunc autem placatum habere Deum et salua fieri exoptet, sublato utcumque noxio affectu rerum, utpote salutis impedimento *.

2.m est loci cuiusdam imaginaria constructio, in quo uideam meipsum coram Deo sanctisque omnibus, cum desiderio [1] adstantem atque perscrutantem [a], quonam pacto ipsi Deo placere queam potissimum.

3.m est optatae rei petitio, nimirum gratiae, per quam id eligam, quod et Deo acceptissimum et mihi saluberrimum futurum sit.

Prima igitur classis optat [2] quidem acquisitae rei exuere affe-

* *In meditatione quartae diei, de tribus hominum classibus, in fine primi praeludii:* Sublato utcumque noxio affectu rerum, utpote salutis impedimento; *legatur:* Sublato utcumque noxio affectu rei partae, utpote etc.

[a] *1.a ed.* perseuerantem, *quam pleraeque sequutae sunt. Cf. annot. appositam in ed. antuerpiensi, 1693, infra, in Bibliographia, n. 37.*

[1] Quidni cognoscere et optare? Quia haec non plane cognosces, nisi prius optaveris.

[2] «Non optat vere, sed optaret.» *Ro.*, annot. 66, p. 96.

VERSIO PRIMA

Oratio praeparatoria eadem quae [a] solita est.

36v Primum praeambulum est, adducere historiam, quae continet in se tres *dispositiones* [b] hominum, quorum unusquisque sua industria acquisiuit decem milia scutorum [c], non puro ac debito amore Domini Dei; et uult quilibet saluari et inuenire in pace Dominum [d], expellendo a se grauitatem et obstaculum affectionis circa rem acquisitam.

Secundum compositio loci, quae nunc [e] erit considerare meipsum, stantem coram Deo [f] et omnibus suis Sanctis, desiderantem [g] cognoscere id quod erit gratius diuinae bonitati.

Tertium est petere quod uolo, quod hic [h] erit petere gratiam eligendi quod magis erit ad gloriam diuinae maiestatis et salutem animae meae.

Primus [i] uellet [3] expellere affectum, quem ad rem adquisitam

VERSIO P. ROOTHAAN

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est historia, quae est de tribus Binariis [Classibus] hominum, et unaquaeque earum [Classium] acquisivit decem millia ducatorum, non pure ac debite [unice] propter amorem Dei, [erga Deum], et volunt omnes se salvare, et invenire in pace Deum Dominum nostrum, tollendo [excutiendo] a se pondus et impedimentum, quod in affectione rei acquisitae habent [quominus] ad hoc [ad salutem et ad Deum in pace inveniendum perveniant].

Secundum, compositio, videndo locum. Erit hic, videre me ipsum, quomodo sto [stantem] coram Deo Domino nostro, et omnibus ejus Sanctis, [eo animo] ut desiderem et cognoscam [1] id quod gratius sit divinae suae Bonitati.

Tertium, petere id quod volo. Hic erit, postulare gratiam ad eligendum id quod magis sit ad gloriam divinae suae Majestatis, et salutem animae meae.

Primus Binarius [prima Classis] vellet [2] tollere [excutere] affe-

---

a eadem ac *A*.
b binarios; *sic A et Fa;* binarios homines *Re*.
c scuta; *sic Re. et Fa*.
d Dominum Deum nostrum; *sic Re*.
e ad praesens; *sic Re*.
f Domino Deo nostro; *sic Re. et Fa*.
g ut desiderem; *sic Fa*.
h ad praesens *pro* quod hic; *sic Re*.
i *Sequitur* binarius *oblitt. in B. Exstat in A*.

AUTOGRAPHUM

cosa acquisita tiene, para hallar en paz a Dios nuestro Señor, y saberse saluar, y no pone los medios hasta la hora de la muerte.

2.° binario. El 2.° quiere quitar el affecto, mas ansí le quiere quitar, que quede con la cosa acquisita, de manera que allí venga Dios donde él quiere, y no determina de dexarla, para yr a Dios, aunque fuesse el mejor estado para él.

3.° binario. El 3.° quiere quitar el affecto, mas ansí le quiere quitar, que también no le tiene affectión a tener la cosa acquisita o no la tener, sino quiere solamente quererla o no quererla, según que Dios nuestro Señor le pondrá en voluntad, y a la tal persona le paresçerá mejor para seruicio y alabanza de su diuina maiestad; y entre tanto quiere hazer cuenta que

VULGATA VERSIO

ctum, ut conciliari Deo possit, sed media debitaque adminicula toto uitae tempore non [a] admouet *.

2.ª itidem affectum male ordinatum auferre cupit; sed rem interim mordicus tenere, ac Deum potius trahere ad uotum proprium, quam, relicto impedimento, per conducibiliorem statum ad illum tendere.

38 3.ª postremo, affectum insincerum uolens abiicere, rem ipsam uel tollere uel tenere aeque parata est, prout ad diuinum cultum commodius fore uel ex diuino instinctu uel ex rationis dictamine animaduerterit. Ac interim omnia relinquens integra **, illud tantum uersat et inquirit, nec aliam admittit relinquendae aut retinendae rei acquisitae causam, praeter

[a] *Seq.* adcersit *oblitt.*

* *In prima classe:* Debitaque adminicula toto vitae tempore non admovet; *ex autographo:* Debitaque adminicula usque ad horam mortis non admovet.

** *In tertia:* Ac, interim omnia relinquens integra, etc. *usque ad finem; ita ex autographo: verti potest clarius:* Ac interim ita se gerit, ut qui omnia in affectu [1] reliquerit, enitendo scilicet, nequc hoc neque aliud quippiam expeterc, nisi quantum divini obsequii intuitus moveret, ita ut non aliam admittat relinquendae aut retinendae rei acquisitae causam, praeter rationem ac desiderium, melius Deo Domino nostro serviendi.

[1] Ità legunt omnes tum antiquissimae translationes tum hispanici textus. Interpretare: «deja el afecto *seu* afición de todo», ita se gerens quasi nullum affectum sentiret. Non enim agitur de re ficte vel vere relinquenda, sed de affectu vere vincendo. Vide

VERSIO PRIMA

habet, vt inueniat in pace Deum [a] et possit saluari, nec tamen applicat media antc mortem [b].

37 Secundus [c] uult expellcrc affectum; sed ita uult expellere, ut rctineat rem acquisitam, sed ita ut eo ueniat Deus, quo uult [d] ipse, nec deliberat relinquere rem illam ut ad Deum tendat, etiamsi *ipsi* [e] melior status esset futurus [f].

Tertius [g] uult expellere affectum, sed ita uult [h], ut etiam non habeat affcctionem retinendi rem acquisitam uel non retinendi, sed solum intendit vel uellc illam uel nolle, prout [i] Deus magis illi inspiraucrit aut illi magis uisum fuerit in gloriam, laudem et obsequium diuinae maiestatis; interim reputat [j] secum quod omnia relinquit affectu [1], in hoc maxime innitendo,

VERSIO P. ROOTHAAN

ctum quem habet erga rem acquisitam, ut inveniret in pace Deum Dominum nostrum, et salvare se sciret [posset], et non ponit media usque ad horam mortis.

Secundus [secunda Classis] vult tollere [excutere] affectum, sed ita vult eum tollere [excutere], ut [tamen] maneat cum re acquisita, ita ut Deus veniat eo quo vult ipse, et non resolvit se ad rem relinquendam, ut ad Deum eat, etiamsi hic status sibi esset optimus.

Tertius [tertia Classis] vult tollere affectum, sed ita illum vult tollere, ut etiam non teneatur affectione ad rem acquisitam retinendam, vel non retinendam: sed vult solum velle illam, vel nolle, prout Deus Dominus noster ipsi dabit velle, et [prout] personae tali melius videbitur ad servitium et laudem divinae suae Majestatis: et interea vult reputare [ita existimare,

a Dominum Deum nostrum; *sic Re.*
b usque ad horam mortis; *sic Re. et Fa.*
c *Sequitur* binarius *oblitt. in B.; exstat in A.*
d ubi uult; *sic Re. et Fa.*
e illi *B et A;* pro illo *Re.*
f si esset pro illo melior status; etiamsi esset pro illo status melior *Fa.*
g *Sequitur* binarius *oblitt. in B.; est in A.*
h uult expellere; *sic Re.*
i secundum quod; *sic Re. et Fa.*
j cogitat; *sic. Fa.;* cogitet *Re.*

hanc eamdem explicationem in declaratione hujus loci a Patribus deputatis quintae congregationis propositam, hic sub textu *Vu.* exscriptam. Cf. etiam eumdem loquendi modum in annotatione decima sexta ex viginti primis et in secundo puncto primi modi

AUTOGRAPHUM

todo lo dexa en affecto [1], poniendo fuerça de no querer aquello ny otra cosa ninguna, si no le mouiere sólo el seruicio de Dios nuestro Señor, de manera que el deseo de mejor poder seruir a Dios nuestro Señor le mueva a tomar la cosa o dexarla.

3 colloquios. Hazer los mismos tres colloquios que se hicieron en la contemplación precedente de las dos banderas.

24v Nota. Es de notar que quando nosotros sintimos affecto o repugnancia [2] contra la pobreza actual, quando no somos indiferentes a pobreza o rriqueza, mucho aprouecha para extinguir el tal affecto desordenado, pedir en los colloquios (aunque sea contra la carne) que el Señor le elija en pobre[za] actual; y que él quiere, pide y suplica, sólo que sea seruicio y alabanza de la su diuina bondad.

VULGATA VERSIO

rationem ac desiderium diuinae gloriae, ut quam maxima sit.

Colloquia tria subsequentur, ut nuper facta sunt de uexillis.

Notandum ad haec, quod ubi affectum sentimus paupertati perfectae, quae tum in spiritu, tum in rerum abdicatione subsistit, aduersantem [2] et ad diuitias magis inclinantem; multum confert ad eum elidendum, petere ex Deo, licet renitente carne, ut ad paupertatem eiusmodi sectandam nos eligat; seruabimus tamen interea * desiderii nostri libertatem, qua liceat conuenientiorem seruitio diuino uiam inuadere.

* *In Notando:* Servabimus tamen interea etc. *usque ad finem; in autographo sic habetur:* Atque hoc ipsum optare, petere et flagitare, spectato solum obsequio et gloria divinae ipsius bonitatis.

faciendi bonam electionem. *Ro.* in 1.ª ed. dixerat «et interea vult reputare [ita existimare, fingere] quod omnia relinquat in affectu». Ex edd. sequentibus sustulit *fingere;* putat tamen hic errorem in *Aut.* irrepsisse, et S. Patrem scripsisse primitus *in effectu.* Mirum tamen esset, Patres illos a quinta congregatione deputatos retinuisse *in affectu.*

[1] V. pag. 360, annot. 1.

[2] «Agitur... de modo vincendi *repugnantiam,* quam quis in se sentiat, quominus ad

VERSIO PRIMA

ut non desideret [a] illam uel aliam rem quampiam, nisi mouerit illum seruitium Domini, ita ut [b] desiderium magis inseruiendi [c] Deo moueat illum ad retinendum vel relinquendum eam [d].

37v Fient [e] tria colloquia, sicut facta sunt in praecedenti duorum uexillorum contemplatione.

Adnotandum est, quod quando sentimus affectum vel repugnantiam [2] contra paupertatem actualem, nec [f] sumus adhuc indifferentes ad paupertatem et [g] ad diuitias; multum confert ad extinguendum talem affectum inordinatum petere in colloquiis (quamuis sit contra carnem) a Domino, ut [h] eligat nos ad paupertatem actualem; et hoc ipsum quaeramus, petamus et supplicemus, modo [i] sit seruitium et laus suae diuinae bonitatis.

a huic rei maxime innitendo, non desiderandi; *sic Fa.;* huic... desiderare *Re.*

b Domini Dei nostri, ita quod; *sic Re.*

c *Sequitur* Domini *oblitt.*

d vel non retinendum; *sic Re. et Fa., sed Fa. addit:* accipiendum vel non accipiendum.

e Colloquium *A in marg.*

f quando non *pro* nec.

g uel.

h quod. — i *Pro 8 vv. praeced. erat prius:* quod ipse desiderat, petit, supplicat pro illa, dummodo.

VERSIO P. ROOTHAAN

fingere] quod omnia relinquat in affectu [1], vires intendendo, ut neque illam rem, neque ullam aliam velit, nisi ipsum moverit solum servitium Dei Domini nostri: ita ut desiderium ut melius possit servire Deo Domino nostro, illum moveat ad rem sumendam vel relinquendam.

Facere eadem tria colloquia, quae facta sunt in contemplatione praecedenti de duobus Vexillis.

Notandum est, quod quando nos sentimus affectum vel repugnantiam [2] contra paupertatem actualem, quando non sumus indifferentes ad paupertatem vel divitias, multum juvat [hominem] ad extinguendum talem affectum inordinatum, petere in colloquiis (etiamsi sit contra carnem [s. carnis sensum]) ut Dominus ipsum eligat ad paupertatem actualem, et [protestari] se [id] velle, petere et supplicare, dummodo sit servitium et laus divinae ejus Bonitatis.

---

ea quae meliora sibi cognoverit, amplectenda se determinet. Scilicet, orationi insistendum tunc est, et petere a Domino debemus, quamvis inviti, quamvis veluti cum timore ne exaudiamur, petere tamen et instanter petere [ut nos eligat ad paupertatem actualem, dummodo etc. *ut paulo infra*], nosque ipsos quamvis repugnantes protestari promptos ad ea, quae Dominus velit.» *Ro.*, annot. 69, p. 98.

AUTOGRAPHUM

5.° día. EL QUINTO DÍA contemplación sobre la partida de Xpo. nuestro Señor desde Nazaret al río Jordán, y cómo fué baptizado [1], fol. *43*, litt. *d*.

1.ª nota. Esta contemplación se hará vna vez a la media noche, y otra vez a la mañana, y dos repeticiones sobre ella a la hora de missa y vísperas [a], y antes de cena traer sobre ella los cinco sentidos; en cada uno destos [b] cinco exercicios preponiendo la sólita oración preparatoria y los tres preámbulos, según que de todo esto está declarado en la contemplación de la incarnación y del nascimiento, y acabando con los tres colloquios de los tres binarios, o segú[n] la nota que se sigue después de los binarios.

2.ª nota. El examen particular después de comer y después de cenar se hará sobre las faltas y negligencias cerca los exercicios y addiciones deste día, y así en los que se siguen.

25r 6.° día. EL SEXTO DÍA, contemplación cómo Xpo. nuestro Señor fué desde el río Jordán

a Vispaeras *Aut.*

b *Emend. ex* de los *vel* dellos.

VULGATA VERSIO

38v QUINTA DIE sequetur contemplatio de Domini transitu a Nazareth ad Iordanem fluuium deque eius baptismo [1], fol. [60].

Fiet tam media nocte quam primo mane; bis praeterea repetetur circa misse ac uesperarum horam; ante coenam applicabuntur quinque sensus. Ad haec quodlibet horum quinque exercitiorum praecedet oratio praeparatoria cum tribus praeludiis, ut in superioribus de incarnatione et natiuitate traditum est; necnon adiectis tribus colloquiis, ut circa classes, uel iuxta id quod ibi fuit subnotatum.

Examen autem particulare, a prandio et coena usitatum, fiet hic et in sequentibus de erratis ac negligentiis, quae circa proprias eius diei meditationes et additiones [a] contigerunt.

SEXTA DEINCEPS DIE contemplandum se offert, quomodo Christus Iesus a flumine Iordanis petierit

a *Emend. ex* negligentias.

1 Haec et sequentia mysteria, ubi in Sacra Scriptura narrentur, vide infra, in *Mysteriis vitae Christi*.

VERSIO PRIMA

Quinto die fiet contemplatio super profectione Christi Domini nostri, a Nazareth ad flumen Jordanis et super baptismo eius [1], fol. [66v].

Haec contemplatio fiet semel in medio noctis et iterum in aurora, et fient duae repetitiones super eisdem, hora missae et uesperarum, **38** et ante coenam fiet exercitium quinque sensuum; in singulis [a] quinque exercitiorum preponendo solitam orationem praeparatoriam et tria praeambula, sicut de his omnibus declaratum est in contemplatione incarnationis et natiuitatis, et finietur [b] cum tribus colloquiis trium *dispositionum* [c] vel secundum annotationem [d] assignatam post *tres dispositiones* [e].

Examen particulare post prandium et post coenam fiet super defectibus [f] et negligentiis circa exercitia et additiones istius diei, et ita fiet in sequentibus.

Sexto die fiet contemplatio super profectione Christi [g] a Jordane usque ad desertum inclusiue, ser-

VERSIO P. ROOTHAAN

Quinta die Contemplatio de profectione Christi Domini nostri a Nazareth ad flumen Jordanem, et quomodo fuit baptizatus [1]. Infra [inter Mysteria Vitae Christi Domini nostri].

Haec contemplatio fiet semel media nocte, et iterum in aurora, et duae repetitiones super eadem [fient] ad horam Missae et Vesperarum, et ante coenam trahere [applicare] ad illam quinque sensus: in unoquoque ex his quinque Exercitiis praemittendo solitam orationem praeparatoriam, et tria praeambula, sicut haec omnia declarata sunt in contemplatione de Incarnatione et Nativitate, et finiendo cum tribus colloquiis [meditationis] de tribus Binariis [Classibus] vel juxta notam quae sequitur post Binarios [Classes].

Examen particulare, post prandium, et post coenam, fiet de defectibus et negligentiis circa Exercitia et Additiones hujus diei, et sic in iis [diebus] qui sequuntur.

Sexta die contemplatio quomodo Christus Dominus noster ivit a flumine Jordane ad Desertum in-

---

[a] exercitium trahendi quinque sensus; in singulo.
[b] finientur *A*.
[c] binariorum, *ut in A*.
[d] notam.
[e] binarios; *sic in A*.
[f] *Sic A;* deflectibus [*f*] *B*.
[g] Christi Domini nostri

AUTOGRAPHUM

al desierto inclusiue, lleuando en todo la misma forma que en el quinto.

7.° día. EL SÉPTIMO DÍA, cómo sancto Andrés y otros siguieron a Xpo. nuestro Señor, fol. *44*, litt. [a].

8.° día. EL OCTAUO, del sermón del monte, que es de las ocho bienauenturanças, fol. *44*, litt. *a*, *b*.

9.° día. EL NONO, cómo Xpo. nuestro Señor aparesció a sus discípulos sobre las ondas de la mar, fol. *45*, litt. *c*.

10.° día. EL DÉCIMO, cómo el Señor predicaua *en el* [b] templo [1], fol. *47*. litt. *g*.

11.° día. EL VNDÉCIMO, de la resurrectión de Lázaro, fol. *46*, litt. *a*, *b*, *c*, *d*.

12.° día. EL DUODÉCIMO, del día de ramos, fol. *47*, litt. *a*, *b*.

1.ª nota. La primera nota es que en las contemplaciones desta segunda semana, según que cada vno quiere poner tiempo o según que se aprouechare, puede alongar o abrebiar. Sy alongar, tomando los misterios de la visitación de Nuestra Señora a sancta Elisabet, los pastores, la circuncisión **25v** del Niño Jesú, y los tres reys [c], y así de otros; y si abrebiar, aun qui-

VULGATA VERSIO

desertum, ibique uersatus sit, seruata omnino exercitii diei quintae forma, fol. [60v].

SEPTIMA, quomodo beatus Andreas et alii **39** successiue Christum secuti sunt, ut dicetur fol. [60v].

8.ª, quomodo sermonem fecit Dominus in monte, octo beatitudinis modos edisserens, fol. [60v].

9.ª, quomodo nauigantibus discipulis se ostendit ambulans super aquas maris, fol. [62].

10.ª, quomodo in templo docuit [1], fol. [64].

11.ª, de Lazari suscitatione, fol. [63].

12.ª, de gestis in die palmarum, fol. [63v].

Notanda hoc loco sunt haec tria.

Primo, quod in hac 2.ª hebdomada, iuxta temporis facultatem et utilitatem personae sese exercentis, possunt aliquot meditationes uel adiici, ut de mysteriis uisitationis, pastorum, circuncisionis et trium regum; uel substrahi ex suprapositis, quippe quae pro introductione tantum detineantur ad formandam melius contemplationem.

---

[a] *Sic. Aut., omissa litterae indicatione.*

[b] *Prius* en un *quae in Aut. prorsus deleta sunt, in Na. autem, etsi oblitteratum est alt. verb., bene legi potest.*

[c] *V. Glossarium.*

---

[1] Haec praedicatio in templo, ex LUC., XIX, 47, accidit post triumphalem Christi in urbem Hierosolymam ingressionem. S. Ignatius tamen eam hoc loco ponit, quia ingressione illa secundam exercitiorum hebdomadem claudit, ut in tertia Christi passionem

VERSIO PRIMA

uando eamdem formam, quae in 5.° seruata est.

SEPTIMO DIE fiet contemplatio super` sequella Andreae et aliorum, qui Christum secuti sunt [a], fol. [67].

38v OCTAUO die fiet contemplatio super sermone Domini in monte, continente 8.° beatitudines [b].

NONO die fiet contemplatio super apparitione Domini nostri Jesu Christi ad discipulos suos super undas maris, fol. [69].

DECIMO die de praedicatione Christi in templo [1], fol. [71v].

VNDECIMO de suscitatione Lazari, fol. [70v].

DUODECIMO, de historia dominicae in ramis palmarum, fol. [71].

Prima annotatio [c] est, quod in contemplationibus istius secundae hebdomadae potest quis diutius immorari uel breuius, prout expedire putauerit; et si quidem immorari longius placuerit, poterit summere mysteria uisitationis Dominae nostrae ad Beatam Elisabeth, **39** historiam pastorum, historiam circumcisionis pueri JESV, historiam trium regum, uel alia; si breclusive: servando in omnibus eamdem formam, quae in quinta [die servata est].

VERSIO P. ROOTHAAN

SEPTIMA DIE Quomodo S. Andreas et alii secuti sunt Christum Dominum nostrum. Infra [inter Mysteria].

OCTAVA DIE De sermone in monte, qui est de octo Beatitudinibus. Infra [ibid].

NONA Quomodo Christus Dominus noster apparuit suis Discipulis super undas maris. Infra [ibid].

DECIMA Quomodo Dominus praedicabat in Templo [1]. Infra [ibid].

UNDECIMA De resurrectione Lazari. Infra [ibid].

DUODECIMA De die Palmarum. Infra [ibid].

Prima nota est, quod in contemplationibus hujus secundae hebdomadae, prout unusquisque vult temporis [plus vel minus] impendere, vel prout profectum faciat, potest extendere, vel abbreviare [hebdomadam]; si extendere [voluerit, fiet] sumendo Mysteria Visitationis Dominae nostrae ad Sanctam Elisabeth, Pastores, Circumcisionem pueri Jesu, et tres Reges,

---

a sequuti sunt Xpum. *A*.

b *A add.* fol.

c *In A* nota, *quo non oblitterato, scriptum est supra* annotatio.

---

contemplemur. (Cf. annotationem quartam ex viginti primis in libro *Exercitiorum)*. Infra tamen, in his mysteriis enumerandis, eventuum ordinem retinuit.

AUTOGRAPHUM

tar de los que están puestos; porque esto es dar vna introductión y modo para después mejor y más complidamente contemplar.

2.ª nota. La 2.ª: la materia de las electiones se començará desde la contemplación de Naçaret a Jordán, tomando inclusiue, que es el quinto día, según que se declara en lo siguiente.

3.ª nota. La 3.ª: antes de entrar en las electiones, para hombre affectarse a la vera [a] doctrina de Xpo. nuestro Señor, aprouecha mucho considerar y aduertir en las siguientes tres maneras de humildad [1], y en ellas considerando a rratos por todo el día, y asímismo haziendo los colloquios según que adelante se dirá.

1.ª humildad. La primera manera de humildad es necessaria para la salud eterna, es a saber, que así me baxe y así me humille

[a] *Arch. pro* verdadera, *quod habet Do.*

VULGATA VERSIO

2.°, quod inchoanda est * electionum discussio a contemplatione discessus Christi ex Nazareth Jordanem uersus, usque ad eam quae fit quinto die, simul comprehendendam.

39v 3.°, quod antequam electionum materiam aggrediamur; ut ad capessendam germanam Christi doctrinam affectum nostrum disponamus, apprime iuuat considerare ac per diem totum reuoluere identidem tres sequentes modos humilitatis [1], necnon colloquia dicenda [a] crebro agitare.

Primus humilitatis modus hic est ad salutem necessarius, ut me penitus subdam diuinae legi obseruandae, utque ne mundi quidem

* *In secundo Notando post duodecimam meditationem. Secundo:* Quod inchoanda est etc. *usque ad finem. Omnis dubitandi ratio tollitur, si ita vertatur ex autographo:* Secundo, quod inchoanda est electionum discussio a contemplatione discessus Christi ex Nazareth Jordanem versus inclusive. quae fit quinto die, ut in sequentibus declaratur.

[a] *Prius* subiecta.

[1] De tribus modis seu gradibus humilitatis cf. SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, nn. 22-26.

VERSIO PRIMA

uius uoluerit finire, relinquet [a] aliqua ex his quae scripta sunt, quia hoc est tantum proponere quamdam introductionem ac methodum, quo melius et diligentius contemplari quis possit.

Sccunda, materia electionum debet inchoari a contemplatione super profectione a Nazareth usque ad Jordanem, includendo eumdem diem quintum prout in sequentibus declarabitur.

Tertia, ante quam quis aggrediatur electiones, ut possit Christi JESV uere doctrinae affici, summe prodest [b] considerare et aduertere in sequentibus [*sic*] tres species humilitatis [1], quas considerabit saepe [c] per totum diem, et ita similiter faciet colloquia sicut in sequentibus declarabitur.

Prima species humilitatis est necessaria ad consequendam salutem aeternam, scilicet ita **39v** humiliari ac deprimi, quantum fieri

VERSIO P. ROOTHAAN

et sic de aliis; et si abbreviare [voluerit, poterit] etiam subtrahere [omittere] ex illis [Mysteriis] quae [supra] posita sunt: quia hoc est [tantum] dare introductionem quamdam et modum ad postea melius et magis complete contemplandum.

Secunda, materia Electionum inchoabitur a contemplatione [discessus Christi] a Nazareth ad Jordanem, inclusive sumendo [hanc contemplationem] id est, quinta die: [tractabitur autem materia Electionum] prout in sequentibus declaratur.

Tertia, antequam quis ingrediatur in Electiones, ut afficiatur ad veram Christi Domini nostri doctrinam, multum juvat considerare et advertere ad tres sequentes Modos [s. species] humilitatis [1], et considerando eas identidem [aliquibus temporum spatiis] per totam diem, et item faciendo colloquia, prout infra dicetur.

Primus Modus humilitatis est necessarius ad salutem aeternam, scilicet, quod ita me demittam, et ita me humiliem, quantum possim,

a relinquet *omiss. in B, est in A.*

b expedit *A, et supra hoc v. non deletum scriptum est* prodest.

c interdum.

AUTOGRAPHUM

quanto en mý sea possible, para que en todo obedesca a la ley de Dios nuestro Señor, de tal suerte que aunque me hiziesen señor de todas las cosas criadas en este mundo, ny por la propria vida temporal, no sea en deliberar de quebrantar vn mandamiento, quier diuino, quier hum[a]no que me obligue a peccado mortal.

2.ª humildad. La 2.ª es más perfecta humildad que la primera, es a saber, si yo me hallo en tal puncto que no quiero ny **26** me afecto más a tener rriqueza que pobreza, a querer honor que deshonor, a desear vida larga que corta, siendo ygual seruicio de Dios nuestro Señor y salud de my ánima; y con esto, que por todo lo criado, ny porque la vida me quitasen, no sea en deliberar de hazer vn peccado venial.

3.ª humildad. La 3.ª es humildad perfectíssima, es a saber, quando incluyendo la 1.ª y 2.ª, siendo ygual alabança y gloria de la diuina maiestad, por ymitar y parescer más actualmente a Xpo. nuestro Señor, quiero y clijo más pobreza con Xpo. pobre que rriqueza, opprobrios con Xpo. lleno dellos que honores, y desear más de ser estimado por vano y loco por

VULGATA VERSIO

totius oblato mihi dominio, uel extremo uitae discrimine obiecto, transgrediar ex deliberato mandatum ullum diuinum aut humanum, quod quidem peccati mortalis uinculo nos obliget.

2.us maioris est perfectionis, ut fixo animo ad diuitias, paupertatem; honorem, ignominiam; breuitatem uitae ac longitudinem aeque sim propensus; ubi aequalis est diuinae laudis et salutis meae occasio: vtque nulla uel humanae quantaecunque foelicitatis uel propriae mortis conditione proposita adducar unquam, ut culpam, licet uenialem tantum, decernam [a] admittere.

3.us est modus humilitatis absolutissimae, ut priores **40** duos iam adeptus, etiamsi nullo superaddito, laus Dei par foret, ad maiorem tamen imitationem Christi eligam potius cum eo paupere, spreto et illuso, pauperiem, contemptum et insipientiae titulum amplecti, quam opes, honores et sapientiae aestimationem.

---

[a] *Emend. ex* uelim, *oblitt. et postea restitutum punctis infra additis; 1.ª ed.* decernam.

VERSIO PRIMA

potest, ut in omnibus obediam legi Domini Dei nostri, ita ut, si efficiar [a] dominus omnium creaturarum universi, uel instet periculum perdendae uitae temporalis, nullo modo deliberem transgredi aliquod praeceptum, seu diuinum seu humanum, obligans ad peccatum mortale.

Secunda est perfectior humilitas quam prima, scilicet ita humiliare me, ut nolim nec affectem magis diuitias quam paupertatem, honores quam uituperia, nec desyderem magis uitam longam quam uitam breuem, si modo aequale sit seruitium Dei [b] et ex aequo contingat salus animae meae. Item, quod pro nulla re creata, nec etiam pro uitanda morte, deliberabo committere unum peccatum ueniale.

Tertia humilitas perfectissima est, quando inclusa prima et 2.ª (modo aequale **40** seruitium et par gloria Domini Dei nostri contingat) ad imitandum et ad conformandum me perfectius [c] et uerius Christo, volo et eligo magis paupertatem cum Christo paupere, quam diuitias; opprobria cum Christo pleno [d] opprobriis, quam honores; et desydero magis repu-

VERSIO P. ROOTHAAN

ut in omnibus obediam legi Dei Domini nostri, adeo, ut etiamsi me constituerent dominum omnium rerum creatarum in hoc mundo, vel pro [conservanda] propria vita temporali, non veniam [inducar] in deliberationem transgrediendi mandatum aliquod, sive divinum, sive humanum, quod me obliget sub peccato mortali.

Secunda est perfectior humilitas quam prima, scilicet, si ego in tali me [constitutum] puncto inveniam, ut non velim, neque afficiar magis ad habendum divitias, quam paupertatem, ad cupiendum honorem quam ignominiam, ad desiderandam vitam longam quam brevem, ubi aequale fuerit servitium Dei Domini nostri, et salus animae meae [aequalis]: itemque, ut nec pro omnibus rebus creatis, neque eo quod mihi vitam auferrent, in deliberationem veniam committendi aliquod veniale peccatum.

Tertia est humilitas perfectissima, scilicet, quando, includendo primam et secundam, ubi aequalis fuerit laus et gloria divinae Majestatis, ad imitandum [magis] Christum Dominum nostrum, utque ei magis actu similis fiam, volo et eligo magis paupertatem cum Christo paupere, quam divitias; opprobria cum Christo pleno opprobriis, quam honores: et magis

---

a ita quod quamuis euaderem.

b Domini Dei nostri.

c *Pro 3 vv. seq.* et magis actu cum Xpo. Domino nostro.

d saturato.

AUTOGRAPHUM

Xpo. que primero fué tenido por tal, que por sabio ny prudente en este mundo.

Nota. Assí para quien desea alcançar esta terçera humildad, mucho aprouecha hazer los tres colloquios de los binarios ya dichos, pidiendo que el Señor nuestro le quiera eligir en esta tercera mayor y mejor humildad, para más le ymitar y seruir, si ygual o mayor seruitio y alabança fuere a la su diuina maiestad.

PREÁMBULO PARA HAZER ELECTIÓN

1.° puncto. En toda buena electión, en quanto es de nuestra parte, el ojo **26v** de nuestra intención deue ser simple [1], solamente mirando para lo que soy criado, es a saber, para alabanza de Dios nuestro Señor, y saluación de my ánima; y así qualquier cosa que yo eligiere, deue ser a que me ayude para al fin para que soy criado, no ordenando ny trayendo el fin al medio, mas el medio al fin; así como acaeçe que muchos eligen

VULGATA VERSIO

Porro ad gradum hunc humilitatis attingendum, magnum adferet compendium triplicis colloquii proxime [a] praecedentis de uexillis [b] usus, per quod suppliciter poscamus (si diuinae placeat benignitati) ad talem perduci electionem, siue maior siue aequalis obsequii mei erga Deum et gloriae diuinae prouentus subsit.

PRAELUDIUM AD ELECTIONEM FACIENDAM

Ad bene quippiam eligendum nostrae sunt partes, ut oculo puro ac simplice [1] spectemus quorsum fuerimus creati [c], nimirum ad laudem Dei et salutem nostram: quapropter eligenda sunt ea tantum, quae conducunt ad dictum finem, cum ubique fini medium, non medio finis habeat subordinari: unde errant qui uxorem **40v** ducere primitus aut ecclesiasticum munus seu beneficium adipisci statuunt, atque ita demum Deo postea in-

[1] MATTH., VI, 22; LUC., XI, 34.

[a] *Hoc v. prius oblitt. postea restitutum additis punctis infra; 1.ª ed. omitt.*

[b] *2 vv. adjecta inter lineas.*

[c] *Seq.* quod *oblitt.*

VERSIO PRIMA

tari insipiens et stultus pro Christo (qui et ipse talis reputatus est) [a], quam sapiens et prudens in hoc mundo.

Aduerte quod pro eo qui desiderat [b] consequi hanc tertiam humilitatem, multum confert facere illa tria colloquia binariorum praedictorum, petendo ut [c] Dominus noster uelit eum eligere ad hanc tertiam et perfectiorem et meliorem humilitatem, ad perfectius illum imitandum et illi inseruiendum, modo sit aequale uel maius seruitium, aequalis uel maior gloria diuinae maiestatis.

VERSIO P. ROOTHAAN

desidero aestimari vanus [insipiens, inutilis] et stultus pro Christo, qui prior habitus fuit pro tali, quam [aestimari] sapiens ac prudens in hoc mundo.

Itaque pro eo, qui desiderat hanc tertiam humilitatem obtinere, multum [ad hoc] prodest, facere tria colloquia de Binariis [Classibus] jam dicta [v. dictis], petendo, ut Dominus noster velit ipsum eligere ad hanc tertiam, majorem et meliorem humilitatem, quo magis eum imitetur, ac [melius ei] serviat, si [v. dummodo] aequale aut majus fuerit servitium, et [aequalis aut major] laus divinae suae Majestatis.

PRAEAMBULUM AD ELECTIONEM FACIENDAM

40v In omni bona electione, quod in nobis est [d], oculus intentionis nostrae debet esse simplex [1], solum attendendo finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudem et gloriam Domini Dei nostri et ad salutem animae meae; et ita quidquid id sit quod elegero, debet juuare me pro obtinendo fine, ad quem creatus sum, non ordinando et peruerse adducendo finem ad media, sed contra media ad finem, ut euenit multis, qui

PRAEAMBULUM AD ELECTIONEM FACIENDAM.

In omni bona electione quantum est ex parte nostra, oculus intentionis nostrae debet esse simplex [1], unice spectando finem, ad quem creatus sum, scilicet, ad laudem Dei Domini nostri, et salutem animae meae: quapropter quidquid ego eligam, debet esse ad hoc [s. ad hoc dirigi] ut me juvet ad finem, ob quem creatus sum: non ordinando, neque trahendo finem ad medium, sed medium ad finem: sicut accidit, ut

[a] *A omitt. signa parenthesis, quae etiam in B addita videntur.*
[b] desyderat *B; ita in A.*
[c] quod.
[d] in quantum est ex nobis.

AUTOGRAPHUM

primero casarse, lo qual es medio, y [a] secundario [1] seruir a Dios nuestro Señor en el casamiento, el qual seruir a Dios es fin. Assímismo ay otros que primero quieren aver beneficios y después seruir a Dios en ellos [2]. De manera que éstos no van derechos a Dios, mas quieren que Dios venga derecho a sus affecciones desordenadas, y, por consiguiente, hazen del fin medio y del medio fin. De suerte que lo que habían de tomar primero toman postrero; porque primero hemos de poner por obiecto querer seruir a Dios, que es el fin, y secundario tomar beneficio o casarme, si más me conuiene, que es el medio para el fin; así ninguna cosa me deue mouer a tomar los tales medios o a priuarme dellos, sino sólo el seruicio y alabanza de Dios nuestro Señor y salud eterna de my ánima.

VULGATA VERSIO

seruire, utentes praepostere fine ac medio, nec ad Deum tendentes recta, sed oblique, ipsum ad peruersa uota sua pertrahere conantes. Atqui e contrario plane agendum est, proposito primum diuino cultu, tanquam fine nostro, et electo deinceps coniugio uel sacerdotio caeterisque rebus omnibus, quatenus expedit, ad praefixum finem ordinatis. Idcirco nihil mouere nos debet ad mediis quibusuis utendum aut supersedendum, nisi habita in primis tam diuinae laudis quam nostrae salutis certa ratione.

27r PARA TOMAR NOTICIA DE QUÉ COSAS SE DEUE HAZER ELECTIÓN, Y CONTIENE EN SÍ 4 PUNCTOS Y VNA NOTA

INTRODUCTIO AD ELIGENDARUM RERUM NOTITIAM COMPLECTENS 4 PUNCTA ET ANNOTATIUNCULAM UNAM

1.° puncto. El primer puncto: es neccessario que todas cosas, de las quales queremos hazer electión,

Primum punctum est: quod res omnes, quae sub electionem cadunt, necessario bonae esse de-

[a] y y *Aut.*

[1] Hic et infra pro *secundariamente*, quod significare videtur, hoc loco, non solum ordinem temporis, sed dignitatis praesertim.

VERSIO PRIMA

primo eligunt ducere uxorem, quod tamen est medium, secundario [a] [1] eligunt seruire Domino [b] in matrimonio, quod tamen est finis. Similiter sunt alii, qui primo eligunt habere beneficia, deinde seruire Deo in tali uita [2]; itaque isti non pergunt uia recta ad Deum, sed uolunt quod Deus recta perueniat ad illorum affectus inordinatos, et ex consequenti faciunt ex fine medium et ex medio finem; ita quod quae primo **41** aspicere et sumere debuerant, aspiciunt et sumunt ultimo, quia primum obiectum quod proponere nobis debemus, est uelle seruire Deo, quod est finis; secundario accipere beneficia vel iungi matrimonio, si magis mihi expedierit, quod est medium ad finem; tandem nihil debet me mouere ad accipiendum talia media uel ad illa reiiciendum, nisi solum seruitium ac laus Domini Dei nostri et salus aeterna animae meae.

DOCUMENTUM AD CAPIENDAM ALIQUAM [c] COGNITIONEM, QUARUMNAM RERUM DEBEAT FIERI ELECTIO. CONTINET IN SE 4.[or] PUNCTA ET UNAM ANNOTATIONEM [d]

Primum punctum: necessarium est quod omnia, quorum electionem facere uolumus, sint indiffe-

VERSIO P. ROOTHAAN

multi eligant primo uxorem ducere, id quod est medium, et secundario [1] in statu conjugali Deo Domino nostro servire, quod, [scil.] servire Deo, est finis. Similiter sunt alii, qui primo volunt habere beneficia [2] [Ecclesiastica], ac postea servire Deo in illis. Itaque hi non recta tendunt ad Deum, sed volunt ut Deus recta veniat ad ipsorum inordinatas affectiones, et consequenter ex fine faciunt medium, et ex medio finem; ita ut quod priori loco assumere deberent, posteriore loco assumant. Primum enim debemus pro objecto ponere, velle [nos] servire Deo, id quod est finis; et secundario, beneficium assumere, vel uxorem ducere, si id magis mihi conveniat; id quod est medium ad finem. Nihil ergo debet me movere ad haec vel illa media assumenda, aut ad ea relinquenda, nisi solum servitium et laus Dei Domini nostri, et salus aeterna animae meae.

AD ACCIPIENDAM NOTITIAM, QUIBUS DE REBUS FIERI DEBET ELECTIO, [PROPONITUR SEQUENS CONSIDERATIO], ET CONTINET IN SE QUATUOR PUNCTA, ET NOTAM UNAM.

Primum punctum, necessarium est, ut omnia, de quibus volumus electionem facere, sint indifferen-

---

[a] secundo *B;* secundario *A*.
[b] Domino Deo nostro.
[c] *Pro 4 vv. praeced.* Ad capiendam aliqualem.
[d] notam.

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 85. Brevem S. Francisci Xaverii commentarium hujus loci vide in *Monum. Xaver.*, I, 286, unde aliqua exscripsimus in *Proleg.*

AUTOGRAPHUM

scan indifcrentes o buenas en sí, y que militen dentro de la sancta madre Yglesia hierárchica, y no malas ny repugnantes a ella.

2.° puncto. Segundo: ay vnas cosas que caen debaxo de electión inmutable, así como son sacerdocio, matrimonio, etc.; ay otras que caen debaxo de electión mutable, assí como son tomar beneficios o dexarlos, tomar bienes temporales o lançallos [1].

3.° puncto. Tercero: en la electión ynmutable, que ya vna vez se ha hecho electión, no ay más que eligir, porque no se puede desatar, así como es matrimonio, sacerdocio, etc. Sólo es de mirar que si no ha hecho electión deuida y ordenadamente, sin affectiones dessordenadas, arepentiéndose procure hazer buena vida en su electión, la qual electión no *pareçe que sea vocación diuina* [a], por ser electión desordenada y oblica, como muchos en esto hierran, haziendo de oblica o de mala electión vocación *diuina* [b]; porque toda vocación diuina es siempre pura y

VULGATA VERSIO

bent ex seipsis, aut certe non malae, nec nisi consonae [a] institutis orthodoxae matris Ecclesiae.

41r 2.[m] quod genera duo rerum electioni quadrant: nam quarundam electio immutabilis est, ut ordinis sacerdotalis et matrimonii, aliarum uero mutari potest, sicut reddituum ecclesiasticorum uel saecularium, quos recipi et relinqui ex causa fas est [1].

3.[m] quod circa ea, de quibus facta iam sit electio immutabilis, nihil superest eligendum. Sed aduertendum est, quod si quis improuide, nec sine obliquis affectionibus aliquid elegerit, quod non liceat retractare; reliquum est, ubi eum coeperit poenitere facti, electionis damnum probitate uitae et operum solertia pensare, resilire autem nullo pacto decet [b]; quamuis electio istiusmodi non uideatur uocatio diuina esse, utpote obliqua atque inconsulta: qua in re non pauci errant electionem malam et obliquam pro diuina uocatione reputantes; cum haec

a *Prius* podemos dezir que fuese *pro 5 vv. add. in marg.*; *Na. oblitt. etiam* podemos dezir que fuesse uocatión; podemos decir que fué vocación *Do.*; possumus nominare vocationem *Fa.*

b *Supra vers. add.*; *Do. omitt.*

a *Seq.* ritui *oblitt.*

b *Quae sequuntur usque ad finem paragraphi* peruerso mixta, *addita sunt in charta, imae folii parti agglutinata.*

1 V. supra, *Proleg.*, p. 85.

VERSIO PRIMA

rentia vel bona in sc, et quae **41v** uersantur intra gremium sanctae matris Ecclesiae hierarchicae [a], et non mala uel Ecclesiae repugnantia.

Secundum: sunt quaedam quae cadunt sub electionem immutabilem, ut sunt sacerdotium, matrimonium etc.; sunt alia, quae cadunt sub electionem mutabilem, ut assumere beneficium uel relinquere; accipere bona temporalia, uel relinquere [b] [1].

Tertium: in electione immutabili iam semel facta, non est amplius quod eligamus, quia non potest solui, ut est matrimonium, sacerdotium etc. Solum aduerti debet quod si electio non est facta debite ac ordinate, scilicet sine affectibus inordinatis, cum primum aliquem [c] poenituerit, laboret uitam componere in sua electione, quae electio uidetur non esse diuina uocatio [d], quia fuit electio inordinata et obliqua, sicut plurimi in hoc errant, **42** facientes ex obliqua et mala electione, uocationem diuinam; quia omnis uocatio diuina est pura [e] et sine admixtio-

VERSIO P. ROOTHAAN

tia, aut bona in se, quaeque militent intra sanctam Matrem Ecclesiam Hierarchicam, et non mala, neque huic [Ecclesiae] repugnantia.

Secundum, sunt quaedam, quae cadunt sub electionem immutabilem, qualia sunt Sacerdotium, Matrimonium, etc: sunt alia quae cadunt sub electionem mutabilem, cujusmodi est, accipere beneficia [Ecclesiastica] vel relinquere, accipere bona temporalia, vel abjicere[1].

Tertium, in electione immutabili, quae jam semel facta est [executioni mandata], non est amplius quod eligatur, quia non potest dissolvi, sicut est Matrimonium, Sacerdotium etc. Hoc tantum advertendum est, ut si [quis] non fecit electionem debite et ordinate, [id est, non] absque affectionibus inordinatis, [hujus erroris] poenitens [s. eum poeniteat, et] procuret bonam vitam agere in sua electione: quae electio non videtur esse [fuisse] vocatio divina, cum sit [fuerit] electio inordinata et obliqua: quemadmodum multi in hoc errant, facientes ex obliqua,

---

a intra sanctam matrem Ecclesiam hierarchicam.

b uel non accipere.

c quis.

d *5 vv. praeced. sunt ad marg. in A, cujus textus prior erat:* quam electionem non possumus nominare uocationem. *Hic locus est emendatus a S. Ign. in Aut.*

e *Sequitur* jocunda *oblitt.;* iucunda *A. Videtur auctor hujus versionis voluisse hoc verbo transferre hispanum* limpio, *id quod latine dicitur* munda.

AUTOGRAPHUM

limpia, sin mixtión de carne ny de otra affectión alguna dessordenada.

27v 4.° puncto. Quarto: si alguno a hecho election deuida y ordenadamente de cosas que están debajo de election mutable, y no llegando a carne ny a mundo, no ay para qué de nueuo aga election, mas en aquella perficionarse quanto pudiere.

Nota. Es de aduertir que si la tal election mutable no se ha hecho sincera y bien ordenada, entonces aprouecha hazer la election deuidamente, quien tubiere deseo que dél salgan fructos notables y muy apaçibles a Dios nuestro Señor.

TRES TIEMPOS PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN EN CADA VNO DELLOS

1.° tiempo. El primer tiempo es quando Dios nuestro Señor así mueve y atrahe la voluntad, que sin dubitar ny poder dubitar, la tal ánima deuota sigue a lo que es mostrado; assí como San Pablo [1] y S. Matheo [2] lo hizieron en seguir a Xpo. nuestro Señor.

2.° tiempo. El segundo: quando

VULGATA VERSIO

semper pura et clara sit, non carnali ullo affectu uel studio peruerso mixta.

41v 4.[m] quod si quis debito modo et ordine, absque carnali mundanoque affectu, quippiam eligit, quod mutari possit; non est cur uiolet electionem talem, sed potius ut in ea magis ac magis proficiat, adniti debet.

Notandum autem est quod si [a] electio rerum huiusmodi mutabilium non ita recte atque sincere processerit, eam expedit corrigere, ut fructus uberior et Deo gratior produci possit.

DE TEMPORE TRIPLICI AD ELECTIONES RECTE FACIENDAS MAGIS OPPORTUNO

Tempus primum erit, quando uoluntatem diuina uirtus sic impellit, ut omnis dubitatio, immo etiam dubitandi facultas, animae sublata sit, quominus sequatur impulsionem talem; sicut legimus, beato Paulo [1] et Matheo [2] et aliis nonnullis, uocante Christo, accidisse.

2.[m] est quoties satis clarum com-

a *Prius, superiorum 5 vv. loco, erat* sin autem.

1 ACT., IX, 1-18; XXII, 4-16; XXVI, 9-20.

VERSIO PRIMA

ne aliqua carnis, uel cuiusque [a] alterius affectus inordinati.

Quartum: si aliquis fecit electionem debite et ordinate earum rerum, quae cadunt sub electione mutabili [b], absque aliqua admixtione carnis uel mundi, non est cur de nouo fiat electio, sed in illa curemus perfici quantum possumus.

Est aduertendum, quod si talis electio mutabilis non facta est sincere ac satis ordinate, tunc expedit facere electionem debitam ei, qui expetit producere fructus notabiles et gratos Deo [c].

TRIA TEMPORA AD FACIENDAM SANAM ET OPTIMAM ELECTIONEM [d]

Primum tempus est, quando Dominus Deus noster ita trahit ac mouet uoluntatem, quod sine **42v** dubitatione et sine potestate [e] dubitandi talis anima deuota sequitur id, quod sibi est praemonstratum; sicut diuus Paulus [1] et D. Matheus [2] fecerunt sequendo Christum Dominum.

Secundum tempus est, quando

VERSIO P. ROOTHAAN

vel ex mala electione vocationem divinam: quia omnis vocatio divina est semper pura et munda, sine admixtione carnis, neque alterius cujusquam affectionis inordinatae.

Quartum, si quis electionem fecit debite, et ordinate rerum quae sunt sub electione mutabili, et non accedendo [adhaerendo] ad carnem, neque ad mundum, non est cur denuo faciat electionem, sed in illa [statuat] perfectum se reddere quantum possit.

Nota: advertendum est, quod si talis electio mutabilis non fuit facta sincera et bene ordinata, tunc expedit electionem debite facere [instituere], si quis desideret, ut ex se proveniant fructus insignes, et valde grati Deo Domino nostro.

TRIA TEMPORA AD FACIENDAM SANAM, ET BONAM ELECTIONEM IN UNOQUOQUE EX ILLIS.

Primum tempus est, quando Deus Dominus noster ita movet et attrahit voluntatem, ut quin dubitet, nec dubitare possit talis anima devota, sequatur id quod [sibi] ostensum est, quemadmodum S. Paulus [1] et S. Matthaeus [2] fecerunt in sequendo Christo Domino nostro.

Secundum, quando sumitur

a cujuscumque *A*.
b electionem mutabilem.
c Domino Deo nostro.
d electionem in singulis illorum.
e potentia.

2 MATTH., IX, 9; MARC., II, 14; LUC., V, 27-28.

AUTOGRAPHUM

se toma hasaz [1] claridad y cognoscimiento por experientia de consolationes y dessolaciones, y por experientia de discretión de varios espíritus.

28r 3.° tiempo. El tercero tiempo es tranquillo, considerando primero para qué es nascido el hombre, es a saber, para alabar a Dios nuestro Señor y saluar su ánima, y esto deseando elije por medio vna vida o estado dentro de los límites de la Yglesia, para que sea ayudado en seruitio de su Señor y saluación de su ánima.

Dixe tiempo tranquillo, quando el ánima no es agitada de varios [2] spíritus y vsa de sus potencias naturales líbera y tranquilamente.

Si en el primero o segundo tiempo no se haze electión, síguense çerca este tercero tiempo dos modos para hazerla.

EL PRIMER MODO PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN CONTIENE EN SÍ SEYS PUNCTOS

1.° puncto. El primer puncto es proponer delante la cosa sobre que quiero hazer electión, así

VULGATA VERSIO

pertumque fit beneplacitum diuinum, docente id aliquo **42** consolationum, desolationum uel diuersorum spirituum praeuio experimento [1].

3.m est, quando per animi tranquillitatem aliquis, considerato fine, ad quem conditus est (ad Dei gloriam scilicet et salutem suam), eligit certum uitae genus, intra Ecclesiae catholicae limites constitutum, per quod ceu medium commodius securiusque ad suum finem tendat.

Porro tranquillitas ea tunc noscitur adesse, quotiescunque anima, nullis agitata uariis [2] spiritibus, uires naturales suas libere exercet.

Itaque, nisi primi uel secundi temporis beneficio electio contingat, superest ad 3.m recursus, duobus modis sequentibus distinctum.

MODUS PRIOR SANAE BONAEQUE ELECTIONIS FACIENDAE SEX CONSTANS PUNCTIS

Punctum primum erit proferre in medium rem deliberandam, ut de officio uel beneficio, acceptan-

[1] «Quod hoc loco habet vulgata versio *docente id aliquo consolationum... experimento*, τὸ *aliquo* deest in autographo; neque enim existimandum est, unum alterumve solum consolationis vel desolationis experimentum sufficere posse. Frequens requiritur hujus-

VERSIO PRIMA

sumitur et percipitur multum [1] claritatis et cognitionis, partim per experientiam, consolationem et desolationem [a], partim per experientiam discretionis diuersorum spirituum.

Tertium tempus est tranquillum, quando primum quis considerat finem, propter quem creatus est, scilicet ad laudandum Deum [b] et ad saluandum animam suam, et hoc desiderando, eligit pro medio hanc uitam uel statum contentum intra limites Ecclesiae, quo possit iuuari ad seruitium Domini sui et salutem animae suae.

Vocamus [c] hoc tempus tranquillum, quando anima non agitatur diuersis [d 2] spiritibus, sed libere utitur suis **43** potentiis naturalibus et tranquille.

Si in primo uel 2.° tempore non fit electio, sequuntur circa hoc tertium tempus duo modi faciendi illam.

PRIMUS MODUS FACIENDI BONAM [e] ET SANAM ELECTIONEM CONTINET IN SE SEX PUNCTA

Primum punctum est, proponere ante oculos mentis rem, super qua uolo facere electionem, ut exem-

VERSIO P. ROOTHAAN

[percipitur] multum [1] claritatis et cognitionis per experientiam consolationum et desolationum, et per experientiam discretionis diversorum spirituum.

Tertium tempus est tranquillum, [quando] considerans [quis] primo, ad quid natus sit homo, scilicet ad laudandum Deum Dominum nostrum et ad salvandum animam suam: et hoc desiderans, eligit ut medium [ad finem] vitam aliquam, seu statum intra limites Ecclesiae, ut [eo] juvetur in servitio Domini sui, et salvatione animae suae.

Dixi tempus tranquillum, quando anima non agitatur diversis [2] spiritibus, et potentiis suis naturalibus utitur libere et tranquille.

Si in primo, vel secundo tempore non fit electio, sequuntur circa hoc tertium tempus duo Modi ad illam faciendam.

PRIMUS MODUS AD FACIENDAM SANAM ET BONAM ELECTIONEM CONTINET IN SE SEX PUNCTA.

Primum punctum est, proponere mihi rem, super qua volo facere electionem, verbi gratia, officium,

a experientiam consolationum et desolationum *A. Cf. supra, Proleg., p. 166, et infra, Breve Directorium, Secunda hebdomada, paulo ante finem.*

b Deum Dominum nostrum.

c vocaui *A.*

d a diuersis *A.*

e optimam.

modi experimentum, ut ex eo *multum* habeatur *claritatis* et *cognitionis* ad electionem prudentem concludendam in hoc secundo tempore.» *Ro.*, annot. 82, p. 109.

2 *Pro* varios *seu* diuersis *scribit* aduersis *Fa.*

AUTOGRAPHUM

como vn officio o beneficio para tomar o dexar, o de otra qualquier cosa que cae en electió[n] mutable.

2.° puncto. Segundo: es menester tener por obiecto el fin para que soy criado, que es para alabar a Dios nuestro Señor y saluar mi ánima; y con esto hallarme [1] indiferente sin affectión alguna dessordenada, de manera que no esté más inclinado ny affectado a tomar la cosa propuesta, que a dexarla, **28v** ny más a dexarla que a tomarla; mas que me halle como en medio de un peso para seguir aquello que sintiere ser más en gloria y alabanza de Dios nuestro Señor y saluación de mi ánima.

3.° puncto. Tercero: pedira Dios nuestro Señor quiera mover my voluntad y poner en my ánima lo que yo deuo hazer acerca de la cosa propósita, que más su alabanza y gloria sea, discurriendo bien y fielmente con my entendimiento y eligiendo conforme su sanctíssima y beneplácita voluntad [2].

VULGATA VERSIO

dum ne an potius reiiciendum sit [a], et ita de caeteris rebus, quae ad mutabilem electionem spectant.

2.[m] est, adducto ante oculos creationis meae fine, in hoc consistente, ut cum Dei laude saluus fiam, in neutram [b] declinare partem [1] amplectendae uel repudiandae rei controuersae; quin potius uelut in medio quodam interstitio et aequilibrio subsistere, parato interim animo, ut in eam ilico partem totus ferar, quam nouero diuinae gloriae et saluti meae fore aptiorem.

3.[m]: obsecrare Dei clementiam ut dignetur mentem instruere, et impellere uoluntatem, quocunque potius mihi tendendum sit; adhibito nihilo secius pio fidelique intellectus mei ratiocinio, per quod, apprehensa et probata Dei uoluntate [2], ad electionem ferar.

a *Add. alia manu hoc v.*
b *Seq.* debeo *oblitt.*

1 «Non ut in fundamento *reddere* seu *facere* me *indifferentem*, sed: *habere*, seu ut proprie sonat autographum, *invenire me indifferentem*. Hic enim conatus adquirendae

VERSIO PRIMA

pli gratia, officium seu beneficium, quod acceptare uolumus aut reiicere, uel aliquod aliud, quod cadat sub electionem mutabilem.

Secundum: oportet intueri pro obiecto finem, propter quem creatus sum, scilicet [a] ad laudandum Deum nostrum et ad saluandum animam meam; quin etiam oportet me esse [1] indifferentem sine **43v** aliquo affectu inordinato, ita ut [b] non sim magis inclinatus seu affectus ad acceptandum rem propositam, quam ad refutandam vel contra [c]; sed solum sim in aequilibrio ad prosequendum illud, quod sensero magis esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri, et ad salutem animae meae.

Tertium: petam a Domino Deo nostro, ut [d] dignetur mouere uoluntatem meam et suggerere animae meae id quod facere debeo, quodque magis erit in gloriam et laudem nominis sui circa rem propositam, discurrendo recte ac fideliter intellectu, et eligendo conformiter ad sanctissimum beneplacitum suae [e] uoluntatis [2].

VERSIO P. ROOTHAAN

vel beneficium quod acceptandum sit, vel relinquendum, vel aliam rem quamcumque, quae cadat sub electionem mutabilem.

Secundum, necesse est tenere pro objecto finem ob quem creatus sum, qui est, ut laudem Deum Dominum nostrum, et salvem animam meam: et simul invenire [sentire] [1] me indifferentem, sine affectione ulla inordinata, ita ut non sim magis inclinatus, neque affectus [magis] ad acceptandam rem propositam, quam ad eam relinquendam, neque magis ad relinquendam illam, quam ad acceptandam: sed ut me inveniam [habeam] veluti in stilo staterae [in aequilibrio], ad sequendum id quod sensero esse magis in gloriam et laudem Dei Domini nostri, et salvationem animae meae.

Tertium, petere a Deo Domino nostro, ut velit movere voluntatem meam, et ponere in anima mea, id quod ego facere debeo circa rem propositam, quod magis sit in laudem et gloriam suam, discurrendo [i. e. ut discurram] bene et fideliter intellectu meo, et eligendo [et ut eligam] conformiter ad suam sanctissimam et beneplacentem voluntatem [2].

---

[a] quod est.
[b] quod.
[c] *Pro* vel contra *erat prius*: nec magis affectus ad refutandam quam ad acceptandam. — [d] quod. — [e] sanctissimum et placitum beneplacitum propositum suae.

indifferentiae non sufficit; sed ipsa indifferentia praerequiritur ad electionem recte faciendam.» *Ro.*, annot. 84, p. 110.

[2] *Rom.*, XII, 2.

AUTOGRAPHUM

4.° puncto. Quarto: considerar raçioçinando quántos cómmodos o prouechos se me siguen con el tener el offitio o beneficio propuesto, para sola la alabanza de Dios nuestro Señor y salud de my ánima; y, por el contrario, considerar assímismo los incómodos y peligros que ay en el tener. Otro tanto haziendo en la segunda parte, es a saber, mirar los cómodos y prouechos en el no tener; y asímismo por el contrario, los incómodos y peligros en el mismo no tener.

5.° puncto. Quinto: después que así he discurrido y raciocinado a todas partes sobre la cosa propósita, mirar dónde más la razón se inclina, y así según la mayor moción racional, y no moción alguna sensual, se deue hazer deliberación sobre la cosa propósita.

6.° puncto. Sexto: hecha la tal election o deliberación, deue yr la persona que tal a hecho con mucha diligencia a la oración **29** delante de Dios nuestro Señor y offrescerle la tal election para que su diuina maiestad la quiera rescibir y confirmar, siendo su mayor seruitio y alabanza.

VULGATA VERSIO

4.ᵐ: perpendere quot tandem commoda uel adminicula mihi ad finem meum prosequendum accedent ex tali officio uel beneficio suscepto; quot rursum ex eodem incommoda **43** et pericula impendent. Praeterea, quot per oppositum, omisso illo, tam commoda et adminicula, quam discrimina et damna possim expectare.

5.ᵐ: his praemissis, ratiocinari in utramque partem, et iuxta ipsius rationis dictamen, seposito carnis appetitu omni, electionem concludere.

6.ᵐ: electione facta, ad orandum cito prosilire, et illam offerre Deo, perfecte demum, si ei placeat, recipiendam et stabiliendam.

VERSIO PRIMA

Quartum: considerabo per rationis ductum quotnam fructus ac commoda oriantur ex acceptatione [a] officii uel beneficii propositi ad solam laudem Dei [b] ac salutem animae meae. Et contra similiter considerabo incommoda et peri-44 cula quae oriuntur ex acceptatione et retentione. Tantundem faciam in 2.ª parte, considerando commoda et fructus, quae oriuntur ex reiectione et refutatione, et [c] per contrarium incommoda et pericula [d].

Quintum: postquam ita inuestigaui et ratiocinatus sum ad utramque partem super re proposita, considerabo quonam magis flectatur ratio, et ita *secundum maiorem motum* [e] rationis, et sine mixtione sensualitatis debet fieri deliberatio super re proposita.

Sextum: facta tali electione seu deliberatione, debet is, qui eam fecit, diligenter ad orationem recurrere ante conspectum Domini, et offerre illi talem electionem, ut diuina maiestas dignetur illam recipere et confirmare, modo redundet in sui ipsius [f] maius seruitium et laudem.

VERSIO P. ROOTHAAN

Quartum, considerare ratiocinando, quot commoda et utilitates mihi proveniant, si habeam officium vel beneficium propositum, ad solam laudem Dei Domini nostri et salutem animae meae; et e contrario considerare similiter incommoda et pericula, quae sint in eo habendo: tantumdem faciendo in secunda parte, scilicet, videre commoda et utilitates in eo non tenendo, et similiter e contrario, incommoda et pericula in eo item non tenendo.

Quintum, postquam ita discurri, et ratiocinatus sum in omnes partes super re proposita, videre quam in partem ratio magis se inclinet: et ita secundum majorem motionem rationalem, et non [secundum] motionem ullam sensualem, debet fieri deliberatio super re proposita.

Sextum, facta tali electione, seu deliberatione, debet is qui eam fecit, ire multa cum diligentia ad orationem ante conspectum Dei Domini nostri, et offerre illi talem electionem, ut divina sua Majestas velit illam recipere et confirmare, si majus ejusdem servitium et laus fuerit.

---

a acceptione *A*.
b Domini Dei nostri.
c et similiter.
d pericula in rejiciendo.
e et ita quanto maior fuerit motus; *sic in A*.
f ipsius *add. super vers. A*.

AUTOGRAPHUM

EL SEGUNDO MODO PARA HAZER SANA Y BUENA ELECTIÓN CONTIENE EN SÍ 4.º REGLAS Y VNA NOTA

1.ª regla. La primera es que aquel amor que me mueve y me haze eligir la tal cosa, descienda de arriba del amor de Dios, de forma [a] que el que elige sienta primero en sí que aquel amor más o menos que tiene a la cosa que elige, es sólo por su Criador y Señor.

2.ª regla. La 2.ª: mirar a vn hombre que nunca he visto ny conoçido, y desseando yo [b] toda su perfectión, considerar lo que yo le diría que hiziese y eligiese para mayor gloria de Dios nuestro Señor y mayor perfectión de su ánima, y haziendo yo asímismo, guardar la regla que para el otro pongo.

3.ª regla. La 3.ª [1]: considerar como si estuuiese en el artículo

[a] *Do. oblitt.* forma *et inscribit* modo.

[b] *Hoc v. additum a librario ineunti versui.*

VULGATA VERSIO

MODUS POSTERIOR BENE ELIGENDI, IN REGULAS 4 ET ADNOTATIONEM UNAM DISTRIBUTUS

Regula prima est, quod, cum oporteat per affectum ex Dei amore caelitus infusum fieri electionem, eligenten conuenit persentiscere in se ipso, quod quicquid affectionis (siue multum, siue modicum sit) erga rem electam tenet, ex solius Dei amore et intuitu proficiscatur.

43v 2.ª est considerare *, si quis mihi uir amicissimus, cui nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret dubius super electione huiusmodi; quidnam ego illi decernendum maxime essem consulturus; quo animaduerso, agendum [a] et mihi ducam, ut suaderem alteri.

3.ª [1]: mecum insuper reputare, si mors ingrueret, quem me mal-

* *In modo secundo bene eligendi. In secunda regula:* Secunda est considerare etc.; *usque ad finem. Clarius ita verti potest ex autographo:* Secunda est considerare, si quis mihi vir antea ignotus et numquam plane visus, cui tamen nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret dubius super electione hujusmodi, quidnam ego illi faciendum et eligendum ad majorem Dei gloriam et majorem animae illius perfectionem essem consulturus; quo animadverso, id mihi agendum ducam, quod alteri suaderem.

[a] *Seq.* id *oblitt.*

[1] In tertia et quarta regula hujus modi sive rationis eligendi vides praecipere Stum. Ignatium, ut ad timorem identidem confugiamus ad electionem recte faciendam. Cf. *Epist. P. Nadal,* IV, 853.

VERSIO PRIMA

44v SECUNDUS MODUS AD FACIENDAM SANAM ET BONAM [a] ELECTIONEM CONTINET IN SE QUATUOR REGULAS ET UNAM ANNOTATIONEM [b]

Prima est, quod ille amor mouens et incitans me ad eligendum talem rem descendat de sursum ex amore Dei, ita ut [c] is qui facit electionem sentiat prius in se, quod ille amor intensior vel remissior, quem habet ad rem propositam quam eligit, sit solum propter Deum [d] suum et Creatorem.

Secunda est, considerare hominem, quem nunquam uidi nec cognoui, cuius ego plenam perfectionem desidero, et attendere quidnam suaderem illi eligendum et faciendum ad maiorem gloriam Dei, et maiorem perfectionem animae suae; ita similiter considerabo me, obseruando pro me regulam, quam pro aliò seruarem [e].

Tertia [1]: considerare me ac si essem in articulo mortis, ac for-

a optimam.
b notam.
c quod.
d Deum Dominum, *sed* Deum *oblitt.*
e seruabam.

VERSIO P. ROOTHAAN

SECUNDUS MODUS AD FACIENDAM SANAM ET BONAM ELECTIONEM CONTINET IN SE QUATUOR REGULAS, ET UNAM NOTAM.

Prima [regula] est, ut ille amor, qui me movet, et me eligere facit rem talem, descendat desursum ex amore Dei: ita ut ille, qui eligit, sentiat primum in se, quod ille amor quem plus aut minus habet erga rem quam eligit, sit unice propter suum Creatorem ac Dominum.

Secunda, spectare [proponere mihi] hominem aliquem, quem numquam viderim, neque cognoverim, et desiderando ejus omnem perfectionem, considerare quid ego illi dicerem faciendum et eligendum ad majorem gloriam Dei Domini nostri, et majorem perfectionem animae suae: et faciendo similiter [pro me ipso], servare regulam quam pro altero pono.

Tertia [1], considerare, ac si essem in articulo mortis, formam

AUTOGRAPHUM

de la muerte la forma y medida que entonces querría auer tenido en el modo de la presente electión, y reglándome por aquélla, haga en todo la my determinación.

4.ª regla. La 4.ª: mirando y considerando cómo me hallaré el día del juizio, pensar cómo entonces querría *aber* [a] deliberado acerca la cosa presente; y la regla que en-**29v** tonces querría auer tenido, tomarla agora, porque entonces me halle con entero plazer y gozo.

Nota. Tomadas las reglas sobredichas para my salud y quietud eterna, haré my electión y oblación a Dios nuestro Señor conforme al 6.º puncto del primer modo de hazer electión.

PARA EMENDAR Y REFORMAR LA PROPRIA VIDA Y ESTADO

Es de aduertir que acerca de los que están constituídos en prelatura o en matrimonio (quier abunden mucho de los bienes temporales, quier no) donde no tienen lugar o muy prompta voluntad para hazer electión de las cosas que caen debaxo de electión mutable, aprouecha mucho, en lugar de hazer electión, dar forma y modo de enmendar y reformar la propria vida y estado de cada vno dellos, es a saber, poniendo su creatión,

[a] *Add. ineunti versui.*

VULGATA VERSIO

lem obseruasse modum in praesenti deliberatione; iuxta hunc igitur eligendum nunc esse, facile intelligam.

4.ª: prospicere non minus, quando pro tribunali sistar iudicandus, quo me consilio hac in re usum esse uellem; quo agnito nunc utar, ut eo tempore magis sim securus.

Adnotandum est postremo, quod hisce regulis quatuor, propter salutem meam et animi quietem, accurate seruatis, debeo iuxta ultimum punctum modi praecedentis electionem ipsam diffinire et offerre Deo comprobandam.

44r DE EMENDATIONE SEU REFORMATIONE CIRCA UITAE STATUM CUIUS FACIENDA

Imprimis illud est aduertendum, quod si quis uel matrimonio, uel officio dignitatis ecclesiasticae sit [a] adstrictus (de temporalium vero bonorum quantitate, magna an parua sit non refert) vnde ipsi non uacet aut parum libeat circa mutabilium rerum electiones uersari; operae pretium est earum loco methodum ei tradi seu formulam aliquam, ex qua uitam suam et statum proprium possit emendare.

Debet igitur quisquis eiusmodi

[a] *Add. hoc v. supra vers.*

VERSIO PRIMA

mam et mensuram, quam tunc vellem tenuisse in modo praesentis **45** electionis, et regulando me ad illam, ita faciam omnino meam determinationem.

Quarta: attendere et considerare me in die iudicii; et cogitare quidnam tunc uellem deliberasse circa rem propositam; et regulam, quam tum uellem aprobasse et acceptasse, eandem acceptabo modo, ut tunc possim esse plenus gaudio et letitia [a].

Assumptis [b] his regulis supradictis pro salute mea et quiete aeterna, faciam electionem meam et oblationem mei faciam Domino Deo nostro juxta [c] sextum punctum primi modi faciendi electionem.

AD REFORMANDUM ET EMENDANDUM PROPRIAM UITAM ET STATUM

Est aduertendum quod circa constitutos in praelatione uel in matrimonio, siue abundent bonis temporalibus, siue non abundent, **45v** qui non habent locum uel promtam uoluntatem faciendi electionen eorum, quae cadunt sub electionem mutabilem; expedit plurimum ut [d] loco electionum detur aliqua methodus et forma emendandi et reformandi propriam cuiusque uitam et statum, quod fiet proponendo illorum creatio-

VERSIO P. ROOTHAAN

ac mensuram quam tunc vellem tenuisse in modo praesentis electionis: et regulando me secundum illam [formam], faciam [ita] omnino meam deliberationem.

Quarta, attendendo et considerando qualem me inventurus sim [quo animo sim futurus] in die Judicii, cogitare quomodo tunc vellem deliberasse circa rem praesentem, et regulam quam tunc vellem tenuisse, eamdem nunc assumere, ut tunc me inveniam [sim] cum plena voluptate et gaudio.

Assumptis regulis supradictis ad meam salutem et quietem aeternam, faciam meam electionem et oblationem Deo Domino nostro, juxta sextum punctum primi Modi faciendi electionem.

AD EMENDANDAM ET REFORMANDAM PROPRIAM VITAM ET STATUM.

Advertendum est, quod circa eos, qui constituti sunt in Praelatura, vel in Matrimonio, (sive abundent multum bonis temporalibus, sive non) ubi non habent locum, vel valde promptam voluntatem faciendi electionem rerum, quae cadunt sub electionem mutabilem, valde utile est, loco faciendi electionem, dare [illis] formam et modum emendandi et reformandi propriam vitam et statum uniuscujusque illorum; scilicet ponendo

a esse plene gaudens et laetabundus.
b Nota *A in marg.*
c conformiter ad.
d quod.

AUTOGRAPHUM

vida y estado para gloria y alabanza de Dios nuestro Señor y saluación de su propria ánima. Para venir y llegar a este fin, debe mucho considerar y ruminar por los exercitios y modos de eligir, según que está declarado, quánta casa y familia deue tener, cómo la debe regir y gobernar, cómo la debe enseñar con palabra y con exemplo; asímismo de sus facultades, quánta debe tomar para su familia y casa, y quánta para dispensar en pobres y en otras cosas pías, no queriendo ny buscando otra cosa alguna sino en todo y por todo mayor alabanza y gloria de Dios nuestro Señor. Porque piense cada vno que tanto se aprouechará en todas cosas spirituales, quanto saliere de su proprio amor, querer y interesse.

VULGATA VERSIO

conditionem sortitus est, ut finem creationis et uitae suae recte statuat ac sequatur, per exercitia supradicta, et electionum modos attendere, atque ruminando sedulo, colligere, quam amplam domum et familiam aequum sit se habere, quibus eam modis tractare et administrare conueniat, quibus instruere uerbis et exemplis, quantum praeterea de possessis facultatibus sumptum facere **44v** liceat in usus proprios siue domesticos; quid rursum [a] pauperibus erogare, uel impendere piis operibus deceat, nihil affectando aliud nec quaerendo, nisi quod honorem Dei et salutem suam praestet. Hoc enim unusquisque persuasum habeat, tantum se in studiis spiritualibus promoturum esse, quantum ab amore suiipsius, et commodi proprii affectatione sese abstraxerit.

---

[a] *Seq.* aliis ut *oblitt.*

VERSIO PRIMA

nem, uitam et statum debere esse ad gloriam et laudem Domini Dei nostri et ad propriam illorum salutem consequendam; et ut perueniant ad hunc finem, debet quis multum ruminare ac considerare in exercitiis et modis eligendi, ut declaratum est, quantam domum et familiam habere debeat; quomodo regenda et gubernanda sit; quomodo erudienda et uerbo et exemplo; item [a] ex facultatibus suis quantum debeat sumere ad alendam familiam, quantum ad dispensandum in pauperes et in alia **46** opera pia; nihil aliud inquirendo et inuestigando in omnibus et ubique, quam gloriam et laudem Domini Dei nostri; ut quilibet secum reputet quod tantum progressum faciet in spiritualibus omnibus, quantum expoliauerit se proprio amore, affectu et commoditate.

[a] item similiter.

VERSIO P. ROOTHAAN

[firmiter tenendo ante oculos] creationem suam, vitam et statum, ad gloriam et laudem Dei Domini nostri, et salvationem animae suae propriae; ut ad hunc finem veniat eumque assequatur, debet [talis] multum considerare et ruminare per Exercitia, et Modos eligendi, prout declaratum est: quantam domum et familiam habere debeat: quomodo eam debeat regere et gubernare: quomodo eam debeat docere verbo et exemplo: similiter de suis facultatibus, quantam [partem] debeat sumere pro sua familia et domo: et quantam ad dispensandum in pauperes et in alias res pias: non volendo, neque quaerendo quidquam aliud, nisi in omnibus et per omnia, majorem laudem et gloriam Dei Domini nostri. Cogitet enim unusquisque, tantum se profectum facturum esse in omnibus rebus spiritualibus, quantum exiverit [exuerit se] a proprio suo amore, [a propria] voluntate, et utilitate [commoditate propria].

AUTOGRAPHUM

30r 1.° día. LA PRIMERA CONTEMPLACIÓN A LA MEDIA NOCHE ES, CÓMO XPO. NUESTRO SEÑOR FUÉ DESDE BETHANIA PARA HIERUSALEM A LA VLTIMA CENA INCLUSIUE, FO. *47* LIT. *A*, Y CONTIENE EN SÍ LA ORACIÓN PREPARATORIA, 3 PREÁMBULOS, 6 PUNCTOS Y VN COLLOQUIO

Oración. La sólita oratión preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es traer la historia [1], que es aquí cómo Xpo. nuestro Señor desde Bethania embió dos discípulos a Hierusalem a aparejar la cena, y después él mismo fué a ella con los otros discípulos; y cómo después de auer comido el cordero pascual y auer çenado, les labó los pies, y dió su sanctíssimo cuerpo y preciosa sangre a sus discípulos, y les hizo vn sermón después que fué Judas a vender a su [a] Señor.

2.° preámbulo. El segundo, composición viendo el lugar: será aquí

[a] Nuestro *Do.*

VULGATA VERSIO

45 ✠

TERTIA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO FIT MEDIA NOCTE *, ET CONTINET ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PRAELUDIA, SEX PUNCTA CUM UNO COLLOQUIO

Oratio praeparatoria eadem quae semper.

Praeludium primum sumitur ex historia [1]: quo modo Christus a Bethania misit Hierosolymam discipulos duos ad parandam coenam, quo et ipse cum reliquis deinde profectus est; ibique post agni paschalis esum et peractam coenam, pedes lauit omnibus et sacrosanctum corpus ac sanguinem suum largitus est. Postremo, sermonem ad eos habuit post discessum Iudae ipsum uendituri.

2.m: ex compositione loci, considerando dictum iter, asperum

* *In tertia hebdomada. In titulo primae contemplationis:* Prima contemplatio fit in media nocte etc. *addatur ex autographo:* Prima contemplatio de Christi Domini nostri profectione a Bethania in Hierusalem et de gestis usque ad ultimam coenam inclusive, fit media nocte et continet orationem praeparatoriam.

[1] MATTH., XXVI, 17-29; MARC., XIV, 12-25; LUC., XXII, 7-38; JO., XIII-XVII.

VERSIO PRIMA

46v TERTIA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO, QUAE FIT IN MEDIO NOCTIS, FIET SUPER EGRESSU CHRISTI E BETHANIA IN HIERUSALEM, VLTIMAM COENAM INCLUDENDO, FOL. [71v]; CONTINET IN SE PRAETER ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET TRIA PRAEAMBULA, SEX PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM

Eadem quae solita est, erit oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est adducere historiam [1], quae nunc [a] erit considerare Christum egredientem a Bethania, et mittentem duos discipulos in Jerusalem, ad praeparandam coenam; post hec ipsum cum reliquis discipulis coenantem et post coenam agni paschalis lauantem pedes illorum; et post hec [b] considerare illum tradentem suis discipulis suum Corpus cum sanctissimo **47** ac precioso sanguine et deinde predicantem illis postquam Judas exierat, ut Dominum suum traderet [c].

Secundum praeambulum est compositio loci, quae hic erit con-

[a] ad praesens.

[b] et deinde *A, oblitterato* post hec.

[c] exierat ad perficiendum traditionem.

VERSIO P. ROOTHAAN

[TERTIA HEBDOMADA]

PRIMA CONTEMPLATIO MEDIA NOCTE EST, QUOMODO CHRISTUS DOMINUS NOSTER PERREXIT A BETHANIA VERSUS HIERUSALEM AD ULTIMAM COENAM INCLUSIVE. INFRA [INTER MYSTERIA VITAE CHRISTI DOMINI NOSTRI]; ET CONTINET IN SE ORATIONEM PRAEPARATORIAM, TRIA PRAEAMBULA, SEX PUNCTA, ET UNUM COLLOQUIUM.

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est adducere [in mentem] historiam [1], quae hic est, quomodo Christus Dominus noster a Bethania misit duos Discipulos in Hierusalem, ad parandam Coenam: ac dein ipse venit ad illam cum ceteris Discipulis; et quomodo postquam comedit agnum Paschalem, et coenavit, illis lavit pedes, deditque sanctissimum corpus suum ac sanguinem pretiosum suis Discipulis: et fecit illis sermonem, postquam ivit Judas ad vendendum Dominum suum.

Secundum, compositio, videndo locum. Hic erit, considerare viam

AUTOGRAPHUM

considerar el camino desde Bethania a Hierusalem, si ancho, si angosto, si llano, etc. Asímismo el lugar de la cena, si grande, si pequeño, si de vna manera o si de otra.

3.° preámbulo. El tercero, demandar lo que quiero: será aquí dolor, sentimiento y confussión, porque por mis peccados ba el Señor a la passión.

1.° puncto. El primer puncto es ver las personas de la çena [1], y reflitiendo en mý mismo, procurar de sacar algún prouecho dellas.

30v 2.° puncto. El segundo: oyr lo que hablan, y asímismo sacar algún prouecho dello.

3.° puncto. El 3.°: mirar lo que hazen y sacar algún prouecho.

4.° puncto. El 4.°: considerar lo que [a] Xpo. nuestro Señor padesce *en la humanidad* [b] o quiere padescer, según el paso que se contempla; y aquí començar con mucha fuerza y esforçarme a do-

[a] *Seq.* la humanidad de *oblitt.*

[b] *3 vv. scripta in marg.:* lo que Xpo. nuestro Señor padesce y quiere padescer en la humanidad *Do. et Bu.:* quae Christi humanitas patitur *Fa.*

VULGATA VERSIO

aut lene, breue aut longum, cum caeteris, quae inesse poterant, circumstantiis. Deinceps conspicando locum coenae, amplum uel angustum, uilem uel ornatum, et consimilia.

45v 3.[m] ex optatae rei petitione, scilicet doloris, ' indignationis et confusionis, eo quod ob peccata mea summus omnium Dominus tantis se tormentis ita obiiciat.

Punctum primum erit respicere coenantes [1], et aliquid in usum meum adducere.

2.[m]: eosdem audire, quid loquantur, et fructum inde decerpere.

3.[m]: attendere quid agant, et per omnia proficere.

4.[m]: aduertere quid iam inde * Christus pati appetat et incipiat, iuxta historiam; unde incipiam et ipse dolorem, moestitiam et fletum mihi excitare, meque affligam similiter in subsequentibus.

* *In quarto puncto.* Quartum advertere quid jam inde etc., *ita vertendum ex Aut.*: Quartum advertere quid Christus Dominus noster in humanitate patiatur aut pati appetat, juxta punctum quod meditandum suscipitur, unde incipiam et ipse magno conatu dolorem, moestitiam et fletum mihi excitare idemque curabo in subsequentibus punctis.

[1] Vide supra, *Proleg.*, pp. 116-117, ubi rationem passionis contemplandae, quam Ignatius proponit cum ratione contulimus a Cisneros in *Exercitatorio vitae spiritualis* proposita.

VERSIO PRIMA

siderare uiam e Bethania in Hierusalem, an esset angusta an plana etc. Item similiter locum coenae, an esset paruus an magnus an huius formae an alterius.

Tertium praeambulum, petam quod uolo, quod hic [a] erit petere dolorem, sensum et confusionem mei ipsius, quia propter peccata mea Christus pergit ad passionem.

Primum punctum est, uidere coenantes [1], et reflectam ad me ipsum, enitens recipere [b] aliquem fructum ex tali uisione.

Secundum est audire que [c] loquuntur, et ita similiter accipere aliquem fructum [d].

Tertium punctum est considerare illorum facta et gesta, et inde colligam [e] etiam aliquem fructum.

47v Quartum est, considerare illa, quae Christus in humanitate [f] patitur vel pati desiderat, prout fuerit locus historiae contemplandae [g], et sic incipiam cum magno affectu condolere, contristari et

VERSIO P. ROOTHAAN

a Bethania in Hierusalem, an lata, an angusta, an plana, etc.: similiter locum Coenae, an amplus, an exiguus, an formae hujus vel illius.

Tertium, petere id quod volo. Erit hic, [petere] dolorem, sensum, et confusionem, quod ob mea peccata Dominus eat ad Passionem.

Primum punctum est, videre personas Coenae [1], et reflectendo in me ipsum procurare fructum aliquem ex illis capere.

Secundum, audire ea quae loquuntur, et similiter aliquem fructum ex his capere.

Tertium, spectare ea quae faciunt, et fructum capere.

Quartum, considerare ea quae Christus Dominus noster patitur in humanitate, vel pati vult, juxta tractum [Passionis], quem quis contemplatur: et hic incipere magno nisu, et conari [excitare me]

---

a ad praesens.
b eruere.
c audire illa que *A*.
d similiter reflectam, ut hauriam aliquem fructum.
e hauriam.
f Xpi. humanitas. *Locus a S. Ign. in Aut. emendatus.*
g locus quem quis contemplatur.

AUTOGRAPHUM

ler, tristar y llorar, y así trabaxando por los otros punctos que se siguen.

5.° puncto. El 5.°: considerar cómo la Diuinidad se esconde, es a saber, cómo podría destruyr a sus enemigos, y no lo haze, y cómo dexa padescer la sacratíssima humanidad tan crudelíssimamente.

6.° puncto. El sexto: considerar cómo todo esto padesce por mis peccados, etc., y qué deuo yo hazer y padescer por él.

Colloquio. Acabar con vn colloquio a Xpo. nuestro Señor, y al fin con vn Pater noster.

Nota. Es de aduertir, como antes y en parte está declarado, que en los colloquios deuemos de rrazonar y pedir según la subiecta materia, es a saber, según que me hallo tentado o consolado, y según que deseo aver vna virtud o otra, según que quiero disponer de mý a vna parte o a otra, según que quiero dolerme o gozarme de la cosa que contemplo, finalmente pidiendo aquello que más **31** efficazmente cerca algunas cosas par-

VULGATA VERSIO

5.ᵐ: meditari quo se pacto abscondens Christi Diuinitas aduersarios suos, cum ualeat, non perdat, sed poenas adeo crudeles pati sinat humanitatem.

6.ᵐ: cogitare, cum talia ferat pro peccatis meis, quid agere debeam aut pati eius causa.

Colloquium ad Christum fiet terminandum cum Pater noster.

46r In colloquiis est notandum (ut supra ex parte iam exposuimus) quod agere conuenit, et aliquid petere, iuxta praesentis rei rationem, videlicet, prout sentio in me consolationem uel perturbationem; prout uirtutem unam uel alteram expeto; prout in hanc uel illam partem de me statuere intendo; prout etiam de re, quam contemplor, tristari uolo uel laetari. Denique postulandum erit illud, quod circa rem certam aliquam

VERSIO PRIMA

plangere, et ita conabor per alia [a] puncta quae sequuntur.

Quintum: considerare Diuinitatem latentem et absconditam, potentem hostes suos destruere et nolentem, sed permittentem ac tolerantem sacerrimam eius humanitatem crudelissime [b] affligi.

Sextum: considerare quod hec omnia patitur propter mea peccata etc.; et quid ego debeo facere ac pati propter ipsum.

Finiatur cum colloquio directo ad Dominum nostrum Christum; addam in fine Pater noster.

Est aduertendum, sicut iam superius ex parte declaratum est, quod in colloquiis **48** debemus colloqui et petere [c] secundum subiectam materiam, et ut fuero vel tentatus vel consolatus, atque ut desidero [d] adquirere hanc uirtutem vel aliam, et prout opto et uolo disponere me ad hoc uel illud, et prout uolo dolere uel letari circa rem, quam contemplor; tandem petam illud quod efficatius [e] circa aliqua particularia desidero; et ita

VERSIO P. ROOTHAAN

ad dolendum, tristandum et plangendum; et eodem modo laborando, [s. conando] per cetera puncta, quae sequuntur.

Quintum, considerare quomodo divinitas se abscondit, scilicet, quomodo posset destruere inimicos suos, et id non facit, et quomodo sinit pati sacratissimam humanitatem tam crudelissime.

Sextum, considerare quomodo haec omnia patitur pro peccatis meis etc.: et quid debeo ego facere et pati pro illo.

Terminare colloquio ad Christum Dominum nostrum, et in fine Pater noster.

Advertendum est, sicut superius et ex parte declaratum est, quod in colloquiis debemus ratiocinari et petere juxta subjectam materiam, scilicet, prout me reperio tentatum, vel consolatum, et prout desidero habere unam virtutem vel alteram: prout volo disponere de me in unam partem, vel in alteram: prout volo dolere, vel gaudere de re quam contemplor: tandem petendo ea quae magis efficaciter circa res aliquas particulares desi-

---

[a] et hic incipiam cum magna deuotione, violentia ad condolendum, contristandum et plangendum, et ita laborando per alia; *quae ita in A emendata manent:* et hic incipiam cum magno affectu condolere, contristari et plangere, et ita conabor et affligar per alia; *in B* et affligar *est oblitt.*

[b] tam crudelissime.

[c] colloqui, petere ac ratiocinari.

[d] et pro ut fuero vel tentatus vel consolatus, et pro ut desidero.

[e] magis efficaciter.

AUTOGRAPHUM

ticulares desseo; y desta manera puede hazer vn solo colloquio a Xpo. nuestro Señor, o si la materia o la deuoción le conmueve, puede hazer tres colloquios, vno a la Madre, otro al Hijo, otro al Padre, por la misma forma que está dicho en la segunda semana en la meditación de los dos [a] binarios, con la nota que se sigue a los binarios.

2.° día. [*sic*]. SEGUNDA CONTEMPLACIÓN A LA MAÑANA SERÁ DESDE LA CENA AL HUERTO INCLUSIUE [1]

Oración. La sólita oración preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es la historia [2]: y será aquí

[a] *Sic Aut. et Do. pro* tres; los binarios *Bu. Aliis praeterea duobus locis Ignatius lectorem ad illa tria colloquia remittit eaqve appellat* los tres colloquios de los tres binarios, *f. 24v; vel* los tres colloquios de los binarios, *f. 26. Item bis revocat in mentem notationem, quae post binarios reperitur, illis colloquiis adjunctam. Probabilius igitur hoc loco scriba lapsus est scribendo* dos *pro* tres, *quam scribendo* binarios *pro* banderas. *Adde quod* los *recte ponitur ante* binarios, *perperam ante* banderas. *Vu. itaque dicit* tribus classibus; *Roothaan mavult legere* dos banderas *in 4.ª ed.*

VULGATA VERSIO

maxime desidero, et unum duntaxat colloquium poterit confici ad Christum Dominum, uel triplex, si deuotio [a] instiget, nempe ad Matrem, Filium et Patrem: sicut traditum est in contemplatione 2.ae hebdomadae de tribus classibus, cum sequente illic annotatione.

SECUNDA CONTEMPLATIO IN AURORA, DE REBUS A CHRISTO POST COENAM ET IN HORTO GESTIS [1]

Oratio praeparatoria consueta semper.

Praeludium primum est iuxta historiam [2]: 46v quomodo Iesus

[a] *Seq.* sub *oblitt.*

[1] V. in *Proleg.*, pp. 72-73, quae diximus de itineribus a Christo in passione factis. Verbum autem *llevar*, quod adhibet Ignatius, non eam vim significat, quam continent *traho* et *pertraho*.

[2] MATTH., XXVI, 30-56; MARC., XIV, 26-52; LUC., XXII, 39-54; Jo., XVIII, 1-13. In Evangeliis nec mons Sion, nec vallis Josaphat commemorantur. Verum aliunde constat, locum coenae ultimae in monte Sion fuisse, et partem vallis Cedron, per quam Christum ex coenaculo ad montem Olivarum transiisse Evangelium testatur, saltem a saeculo IV «vallem Josaphat» vocatam esse. (Cf. VIGOUROUX, *Dictionnaire de la Bible*, t. III, 2e partie, Paris, 1912, coll. 1651-1654). S. Ignatius hoc loco dicit relictos esse in parte vallis Josaphat octo discipulos, quos infra, in mysteriis, f. 47v, relictos ait in Gethsemani. Joannes vero, XVIII, 1, narrat introisse Jesum in hortum cum discipulis suis, nullo excluso. Ignatius cum evangelista non pugnat, si admittimus, id quod verisimil-

VERSIO PRIMA

seruando hanc formam possum dirigere [a] unum colloquium ad Christum Dominum nostrum; et [b], si materia et deuotio me excitat [c], facere tria colloquia: primum ad Matrem Christi Mariam, alterum ad Filium, tertium ad Patrem, seruando eandem formam praescriptam in 2.ª hebdomada, in meditatione duorum binariorum cum notula illa, sequente binarios.

SECUNDA CONTEMPLATIO, QUAE FIET IN AURORA, ERIT A FINE COENAE VSQUE AD [H]ORTUM INCLUSIUE [1]

48v Oratio praeparatoria eadem quae solita est.

Primum praeambulum est adducere historiam [2], quae hic [d] erit

a potest dirigere.
b vel *A*.
c deuotio eum excitat, potest.
d ad praesens.

VERSIO P. ROOTHAAN

dero. Et hoc modo potest [quis] facere unum solum colloquium ad Christum Dominum nostrum, vel si materia, vel devotio ipsum [ad hoc] movcat, potest facere tria colloquia, unum ad Matrem, alterum ad Filium, tertium ad Patrem, eadem forma prout dictum est in secunda hebdomada, in meditatione de Binariis [s. Classibus] [a], cum Nota, quae sequitur post Binarios [Classes].

SECUNDA CONTEMPLATIO IN AURORA, ERIT [DE REBUS GESTIS] A COENA AD HORTUM INCLUSIVE [1].

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est historia [2]: et erit hic, quomodo Christus

a de duobus vexillis *4.ª ed.*

limum est, vallis Josaphat partem fuisse partem praedii, quod a Joanne hortus appellatur. (Cf. SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 20).

Notum est Ignatium anno 1523, antequam libro *Exercitiorum* extremam manum imponeret, loca sancta urbis Hierusalem obiisse et diligenter inspexisse. Exstat hujus peregrinationis descriptio, quam Petrus Füssli, civis tigurinus (Zürich, in Helvetia), et unus ex Ignatii in ea peregrinatione sociis, germanica lingua composuit. Narrat Füssli, peregrinis ostensum esse etiam locum quo Dominus nocte illa octo discipulos suos considere jusserit: «Darnach zeigstens uns das ort, da unser Herr die VIII Jünger liess sitzen, die III mit im nam am hochen donstag znacht.» (Ex hujus descriptionis nova editione, quae est apud H. BÖHMER, *Studien zur Geschichte der Gesellschaft Jesu*, I, Bonn am Rhein, 1914, p. 29.)

AUTOGRAPHUM

cómo Xpo. nuestro Señor descendió con sus onze discípulos desde el monte Sión, donde hizo la cena, para el valle de Iosaphar [*sic*], dexando los ocho en vna parte del valle y los otros tres en vna parte del huerto, y poniéndose en oración, suda sudor *como gotas de sangre* [a], y después que tres vezes hizo oración al Padre, y despertó a sus tres discípulos, y después que a su voz cayeron los enemigos, y Judas dándole la paz, y san Pedro derrocando la oreja a Malcho, y Xpo. poniéndosela en su lugar, seyendo preso como malhechor [1], le lleban el valle abajo y después la cuesta arriba para la casa de Anás.

31v 2.° preámbulo. El segundo es ver el lugar: será aquí considerar el camino desde monte Sión al valle de Josaphar, y ansímismo el huerto, si ancho, si largo, si de vna manera, si de otra.

3.° preámbulo. El tercero es

[a] *Add. in marg. pro deletis* simile a sudor sanguíneo; *hanc lectionem retinet Do.*: sanguinem sudavit *Fa. Vide Prolegomena, p. 69.*

VULGATA VERSIO

Christus, una cum undecim suis apostolis, descendit ex monte Syon, ubi fuerant coenati; et transiens per uallem Iosaphat, relictis ibi ex illis octo, aliis uero tribus in horti parte, seorsum ipse digrediens, orauit ad sudorem usque sanguineum, iterata [a] iam ter eadem ad Patrem suum oratione; *postea* excitis discipulis a somno; prostratis ad solam uocem, cum Iuda per osculum prodente, aduersariis; restituta deinceps, quam amputauerat Petrus, Malchi auricula; comprehensus tandem est quasi nefarius aut latro quispiam, et per uallem illam ad Annae domum primo tractus.

2.m est pro construendo loco, uiam intueri decliuem, planam et arduam; item hortum certa magnitudine, figura et habitudine depingendum.

3.m pro uoti consecutione, po-

[a] *Emend. ex* ad sudorem usque guttis sanguineis similem: postea iterata.

[1] V. supra, p. 184.

VERSIO PRIMA

considerare Christum comitatum vndecim discipulis, descendentem ex monte Sion, ubi prius coenauerat, per vallem Josaphat, in cuius parte uallis [a] relictis octo ex discipulis, et in parte horti relictis tribus aliis, ad orandum iuit [b], vbi cum oraret, sudauit sanguineum sudorem; et postquam ter orauit Patrem et excitauit suos tres discipulos *et Judas osculatus est eum* [c] et [d] ad uocem eius ceciderunt inimici [e] et Petrus abscidit auriculam Malchi; et Christus eam illi restituit; et cum esset comprehensus ut malefactor, deduxerunt illum *in vallem* [f] descendentes et postea ascendentes *versus* [g] domum Anae.

Secundum est compositio loci, quae hic erit considerare viam e monte Syon vsque in vallem Josaphat, et ita similiter hortum amplum **49** vel [h] angustum, istius formae vel [i] alterius.

Tertium praeambulum est pete-

a particula uallis, *et paulo post* particula horti.

b relictis aliis tribus, ad orationem se accinxit. *Super hoc v. scriptum est* contulit. *Tandem emendatum ut est in B.*

c *Haec addita sunt a Polanco in marg.; leguntur paulo post in A.*

d ac *A.*

e *Sequuntur in B vv.* et postquam Judas osculatus est eum *oblitt.*; *sunt in A, sed pro* postquam *est* posteaquam.

f illum e valle; *sic in A.*

g ad, *ut in A.*

h ne esset m.

i an.

VERSIO P. ROOTHAAN

Dominus noster descendit cum suis undecim Discipulis ex monte Sion, in quo Coenam fecit [fecerat], per [a] vallem Josaphat, relinquens octo ex illis in parte una vallis, et ceteros tres in Horti parte; et ponens se in oratione, sudat sudorem tamquam guttas sanguinis; et postquam ter fecit orationem ad Patrem, et excitavit a somno tres suos Discipulos: et postquam ad vocem ejus ceciderunt inimici, et Juda eum osculante, et S. Petro abscindente auriculam Malcho, quam Christus loco suo restituit; cum comprehensus esset ut malefactor, pertrahunt illum per vallem deorsum, ac dein per declivum sursum, ad domum Annae.

Secundum est, videre locum. Erit hic, considerare viam a monte Sion ad vallem Josaphat, et similiter Hortum, an latus, an longus, an hoc vel illo modo [situs].

Tertium, petere id quod volo,

a versus, *ut in 4.ª ed., melius respondet hispano* para.

AUTOGRAPHUM

demandar lo que quiero, lo qual es proprio de demandar en la passión, dolor con Xpo. doloroso [a], quebranto con Xpo. quebrantado, lágrimas, pena interna de tanta pena que Xpo. passó por mý.

1.ª nota. En esta segunda contemplación, después que está puesta la oración preparatoria con los tres preámbulos ya dichos, se terná la misma forma de proceder por los punctos y colloquio que se tuuo en la primera contemplación de la cena; y a la hora de missa y vísperas [b], se harán dos repeticiones sobre la primera y segunda contemplación, y después antes de cena se traerán los sentidos sobre las dos sobredichas contemplaciones, siempre preponiendo la oración preparatoria y los tres preámbulos, según la subiecta materia, de la misma forma que está dicho y declarado en la scgunda scmana.

2.ª nota. Según la hedad, disposición y temperatura, ayuda a la persona que sc exercita, hará cada día los cinco excrcitios o menos.

32r 3.ª nota. En esta tcrcera semana sc mudarán en parte la segunda y sexta addición; la scgunda scrá, luego en despertándome, poniendo dclantc de mí adóndc voy

a *Pro* dolorido.
b vísparas *Aut.; iterum paulo post.*

VULGATA VERSIO

scere moerorem, planctum, anxietatem, et caeteras id genus poenas interiores, ut Christo patienti pro me compatiar.

47r Notanda simul haec quatuor.

Primum, quod post praeparatoriam orationem cum tribus praeludiis 2.[i] huius exercitii, eodem modo et ordine procedendum est per puncta et per colloquium, ut in praecedente de coena peractum est. Adiiciendae quoque erunt circa [a] missae et uesperarum tempus duae repetitiones super una et altera dicta contemplatione. Ante coenam uero applicabuntur quinque sensus, praemissa ubique oratione praeparatoria, cum tribus praeludiis oblatac materiae congruentibus, quemadmodum in hebdomada 2.ª satis descriptum est.

2.m, quod habita aetatis, complexionis corporalis ac dispositionis totius ratione, uel quinque uel pauciora exercitia diebus singulis implebuntur.

3.m, quod in hac 3.ª hebdomada mutandac sunt ex parte additio 2.ª et 6.ª; siquidem (quod ad 2.am spectat) ubi fuero experrectus, praecogitans quo tendam, et in-

a *Seq.* horam *oblitt.*

VERSIO PRIMA

re quod uolo; est autem proprium in passione petere dolorem cum Christo doloribus pleno, lassitudinem et angustiam cordis [a] cum Christo afflicto [b], lachrymas et internam tristitiam super poena quam Christus pro me patitur.

Prima adnotatio [c] in hac 2.ª contemplatione, post orationem praeparatoriam et tria praeambula supradicta seruabitur idem ordo procedendi per puncta et colloquia, qui seruatus est in prima contemplatione coene: et hora missae et vesperarum fient duae repetitiones super prima et 2.ª contemplatione; post haec fiet ante coenam exercitium ducendi [d] quinque sensus supra praedictis contemplationibus, semper praeponendo orationem praeparatoriam et tria praeambula, secundum subiectam materiam, eodem modo quo dictum est et declaratum in 2.ª hebdomada.

Secunda [e], expedit ei, qui exercitatur, juxta **49v** etatem, dispositionem, temperaturam, singulis diebus facere quinque exercitia vel pauciora.

3.ia [f] In hac 3.ia hebdomada mutabuntur ex parte 2.ª et 6.ª additio; 2.ª erit: statim ut excitatus fuero ponam ante oculos meos quonam pergo et quorsum, col-

VERSIO P. ROOTHAAN

quod est proprium petere in Passione, [scilicet] dolorem cum Christo doloribus pleno, confractionem cum Christo fracto [viribus consternato], lachrymas, poenam internam de tanta poena, quam Christus passus est pro me.

In hac secunda contemplatione, postquam posita [facta] est oratio praeparatoria, cum tribus praeambulis jam dictis, servabitur eadem forma procedendi per puncta, et colloquium, quae habita fuit in prima contemplatione de Coena; et ad horam Missae, et Vesperarum fient duae repetitiones super prima et secunda contemplatione; ac dein ante coenam trahentur [ducentur] sensus super duas supradictas contemplationes, semper praemittendo orationem praeparatoriam, ac tria illa praeambula, juxta subjectam materiam, eadem forma, ut dictum est, ac declaratum in secunda hebdomada.

Prout aetas, dispositio et complexio juvat personam quae exercetur, faciet singulis diebus [haec] quinque dicta exercitia, vel pauciora.

In hac tertia hebdomada, mutabuntur ex parte secunda et sexta Additio. Secunda erit, statim ac excitatus fuero [a somno], proponendo mihi quo vadam et ad quid,

---

a doloribus satiato, confractionem cordis.
b lacerato.
c nota.
d trahendi.
e Secunda nota.
f *Deest in A.*

AUTOGRAPHUM

y a qué, resumiendo vn poco la contemplación que quiero hazer, según el misterio fuere, esforçándome mientras me lebanto y me visto, en entristeçerme y dolerme de tanto dolor y de tanto padesçer de Xpo. nuestro Señor.

La 6.ª se mudará no procurando de traer pensamientos alegres, aunque buenos y sanctos, así como son de resurrectión y de gloria, mas antes induziendo a mí mismo a dolor y a pena y quebranto, trayendo en memoria freqüente los trabajos, fatigas y dolores de Xpo. nuestro Señor, que passó desde el puncto que nasció hasta el misterio de la passión en que al presente me hallo.

4.ª nota. El examen particular sobre los exercitios y addiciones presentes se hará, así como se ha hecho en la semana passada.

2.° día. EL SEGUNDO DÍA a la media noche, la contemplación será desde el huerto a casa de Anás inclusiue [1], fol. *48*, lit. [a], y a la mañana de casa de Anás a casa de Cayphás inclusiue, fol. *48*, lit., y después las dos repetitiones y el traer de los sentidos, según que está ya dicho.

[a] *Indicatio litterae desideratur; idem saepe accidit infra, neque in posterum a nobis notabitur.*

VULGATA VERSIO

stantem contemplationem paululum delibans, interim dum surgo **47v** et accingor, adnitar simul ad tristitiam et dolorem de tot ac tantis Christi poenis meipsum acriter incitare.

Quoad sextam uero suffugiam potius quam quaeram aut admittam iucundas [a] cogitationes, licet alioqui utiles et sanctas, ut sunt de resurrectione Christi et gloria; pro quibus in meditanda eius passione, angores ac poenas hauriam, ex frequenti eorum recordatione, quae ab hora suae natiuitatis ad exitum usque uitae huius ipse perpessus est.

4.ᵐ, quod examen particulare circa tam exercitiorum quam additionum functionem, fiet ad eundem modum ut in hebdomada praecedente.

IN 2.ª AUTEM DIE contemplatio alia succedet, noctu transigenda, de gestis in domo Annae [1], ut narratur fol. [64v.]. Sub auroram uero de secutis rebus in domo Caiphae, fol. [65].

Deinde repetitiones et usus sensuum uelut prius.

[a] *Seq.* ullas *oblitt.*

[1] Quibus Scripturae locis haec et sequentia mysteria narrentur, vide infra, in *Mysteriis vitae Christi.*

VERSIO PRIMA

ligens breuiter [a] contemplationem, quam uolo facere, prout fuerit mysterium, elaborando [b] quandiu surgo et induor, ad concitandam in anima mea [c] tristitiam et dolorem super dolore et passione Christi Domini nostri.

Sexta mutabitur, non admittendo ullas cogitationes laetitie et gaudii, licet sanctas et optimas, vt sunt resurrectionis et gloriae, sed potius inducam meipsum ad dolorem et poenam, adducendo frequenter in memoriam labores, passiones et dolores, quos Christus Dominus pertulit ab hora suae natiuitatis usque ad mysterium passionis quod contemplor.

50r Quarta [d]: examen particulare super exercitiis et additionibus presentibus fiet ut dictum est in praecedenti hebdomada [e].

SECUNDO DIE in medio noctis fiet contemp[l]atio super gestis ab egressu horti vsque ad domum Annae inclusiue [1], fol. [72v]. In aurora super gestis ab egressu domus Annae vsque ad domum Cayphae inclusiue; et postea fient duae repetitiones et exercitium

VERSIO P. ROOTHAAN

resumens paululum contemplationem quam facere volo, prout Mysterium fuerit, adnitar, dum surgo, et me vestio, ad tristandum et dolendum de tanto dolore, et de tanta poena Christi Domini nostri.

Sexta mutabitur, non procurando adducere [non admittendo] cogitationes jucundas, licet bonas et sanctas, ut sunt de Resurrectione et Paradiso, sed immo inducendo me ipsum ad dolorem, et ad poenam et afflictionem, trahendo [ducendo] mihi in memoriam frequenter aerumnas, labores, et dolores Christi Domini nostri, quos pertulit a puncto quo natus est, usque ad Mysterium Passionis, in quo nunc versor.

Examen particulare circa Exercitia, et Additiones praesentes, fiet ita ut factum fuit in hebdomada praecedenti.

SECUNDA DIE media nocte contemplatio erit [de gestis] ab Horto usque ad domum Annae inclusive [1] infra [Mysteria Jesu Christi Domini nostri]; et in aurora a domo Annae ad domum Caiphae inclusive infra [ibid.]; et postea duae solitae repetitiones, et applicatio

---

a resumens parum.

b *Emendatum ex* jntendo [*sic*] *in B; A habet* nitendo *scriptum super* elaborando, *hoc non oblitterato.*

c in animo meo *A.*

d Quarta nota.

e *Sic A;* hebdoma *B.*

AUTOGRAPHUM

3.° día. EL TERCERO DÍA a la media noche, de casa de Caypfás **32v** a Pilato inclusiue, fol. *48,* lit.; y a la mañana de Pilato a Herodes inclusiue, fol. *48;* y después las repeticiones y sentidos por la misma forma que está ya dicho.

4.° día. EL QUARTO DÍA a la media noche de Herodes a Pilato, fo. *49*, lit., haziendo y contemplando hasta la mitad de los misterios de la misma casa de Pilato, y después en el exercitio de la mañana, los otros misterios que quedaron de la misma casa, y las repeticiones y los sentidos como está dicho.

5.° día. EL QUINTO DÍA a la media noche, de casa de Pilato hasta ser puesto en crux, fol. *49*, lit. *d;* y a la mañana desde que fué alçado en crux hasta que espiró, fol. *49*, lit. *e, f, g;* después las dos repeticiones y los sentidos.

6.° día. EL SEXTO DÍA a la media noche, desde la crux descendiéndole, hasta el monumento ex-

VULGATA VERSIO

IN 3.ª DIE contemplabimur per noctem mediam, quomodo ductus est ad Pilatum Christus, et quid **48** ibi actum, ut dicetur fol. [65v.]. Diluculo uero de iis, quae gesta sunt transmisso Christo ad Herodem fol. [65v.]. Subdetur repetitionum et sensuum consuetus usus.

DIE 4.ª meditatio nocturna percurret historiam de reditu ab Herode, usque ad mediam partem mysteriorum, quae apud Pilatum secuta sunt; reliquam uero partem circa lucem primam prosequemur. De repetitionibus quoque et sensibus pro consuetudine sit agendum.

DIE 5.ª sub noctis medium, de progressu ipso passionis contemplabimur, a sententia Pilati usque ad crucifixionem. Sub auroram deinceps, ab eleuatione crucis ad Christi usque expirationem, de quibus fol. [66v.]. Repetitiones et sensuum exercitatio, ut supra.

DIE 6.ª noctu, quomodo mortuus Dominus sublatus de cruce et ad monumentum delatus est,

VERSIO PRIMA

quinque sensuum [a], sicut dictum est [b].

TERTIO [c] DIE in medio noctis fiet contemplatio super gestis ab egressu domus Cayphae usque ad Pilatum inclusiue, fol. [73v]. In aurora super gestis ab egressu [d] domus Pilati usque ad domum Herodis inclusiue; et fient duae repetitiones et exercitium ducendi quinque sensus, seruando supra dictam formam.

QUARTO DIE in medio noctis fiet contemplatio super gestis ab egressu domus Herodis usque ad Pilatum iterum, fol. [74]. Vbi contemplabimur unam partem mysteriorum peractorum in domo Pilati; postea in exercitio aurorae reliquam partem mysteriorum; et fient repetitiones et exercitium quinque sensuum.

QUINTO DIE super gestis a [e] domo Pylati usque ad crucifixionem inclusiue, fol. [74v]. **50v** In aurora, super gestis posteaquam exaltatus fuit [f] in cruce, usque ad tempus quo emisit spiritum.

SEXTO DIE in medio noctis super gestis a tempore, quo de cruce ablatus est, usque ad monumen-

VERSIO P. ROOTHAAN

sensuum, eo modo quo jam dictum est.

TERTIA DIE media nocte, a domo Caiphae ad Pilatum inclusive infra [Mysteria]; et in aurora a Pilato ad Herodem inclusive, ibid.; ac dein solitae repetitiones et sensus, eadem forma, qua jam dictum est.

QUARTA DIE media nocte, ab Herode ad Pilatum, ibid., faciendo [hoc Exercitium] et contemplando usque ad mediam partem Mysteriorum ejusdem domus Pilati: deinde in Exercitio [quod fiet] in aurora, reliqua Mysteria, quae remanserunt ejusdem domus; et repetitiones, et sensus, ut dictum est.

QUINTA DIE media nocte, a domo Pilati usque dum positus fuit in cruce [s. crucifixus] infra ibid.: in aurora, ab elevatione ejus in cruce, usque dum exspiravit, ibidem; et postea solitae duae repetitiones et sensus.

SEXTA DIE media nocte, a cruce, cum deponitur, usque ad monumentum exclusive, ibidem: et in

---

[a] exercitium trahendi quinque sensus; *sic infra in tertio, quarto et septimo die et in notatione.*

[b] *tota haec paragraphus est in marg. in B.*

[c] *Emendatum ex* Secundo *in B.*

[d] *Sic in A*; aegresu *B.*

[e] *Prius* in *B*; a *A.*

[f] *Emendatum in B ex* fuit exaltatus, *quod est in A.*

AUTOGRAPHUM

clusiue, fol. *49*, lit.; y a la mañana desde el monumento inclusiue [a] hasta la casa donde Nuestra Señora fué después de sepultado su Hijo.

7.° día. EL SÉPTIMO DÍA contemplación de toda la pasión iunta en el exercitio de la media noche y de la mañana, y en lugar de las dos repeticiones y de los sentidos, considerar todo aquel día, quanto más freqüente podrá, cómo el cuerpo sacratíssimo de Xpo. nuestro Señor **33** quedó desatado y apartado del ánima, y dónde y cómo sepultado. Asímismo considerando la soledad de Nuestra Señora con tanto dolor y fatiga; después por otra parte la de los discípulos.

Nota. Es de notar que quien más se quiere alargar en la passión, a de tomar en cada contemplación menos misterios, es a saber, en la primera contemplación solamente la cena; en la 2.ª el labar de los pies; en la 3.ª el darles el sacramento; en la 4.ª el sermón que Xpo. les hizo, y assí por las otras contemplaciones y misterios.

[a] *Seq. in Aut.* fol. litt. *oblitt.*

VULGATA VERSIO

fol. [66v.]. Primo mane, ex quo sepultus fuit donec beata Uirgo in domum aliquam se recepit, fol. [1]

48v DIE 7.ª inter noctu et mane passionem totam reuoluemus; postea repetitionum et sensuum uice, per diem totum considerabimus, quam licebit frequentissime, quo pacto sanctissimum Iesu Christi corpus remanserit [a] ab anima seiunctum, et ubinam aut quomodo sepultum. Item quae fuerit beatae Mariae matris solitudo, desolatio qualis, et quanta afflictio; quam acerbus quoque discipulorum moeror extiterit.

Subnotandum est, quod sicui libeat meditandae Christi passioni diutius instare, contemplationes singulas debet absoluere cum [b] paucioribus mysteriis; ita ut prima solum comprehendat coenam; 2.ª lotionem pedum; 3.ª eucharistiae sanctae institutionem; 4.ª sermonem ibi subsecutum, et sic in caeteris agendum.

[a] *Emendat. ex* remansit.
[b] *Hoc v. add. supra vers.*

[1] Nullo in folio id narratur. Vide *Aut.* hoc loco, ubi illud *fol.* deletum est.

VERSIO PRIMA

tum exclusiue, fol. [75]; in aurora super gestis a monumento inclusiue, fol. [75], usque ad domum, ad quam perrexit Domina nostra, postquam sepultus fuit eius Filius.

SEPTIMO DIE fiet contemplatio totius passionis simul in exercitio mediae noctis et aurorae, et loco duarum repetitionum, et loco exercitii quinque sensuum, considerare toto illo die frequentissime corpus sacratissimum Christi JESV [a] separatum ab anima, et ubi et quomodo sepultum [b]. Item similiter solitudinem Dominae nostrae, tanto dolore et desolatione oppressae; ex alia parte etiam dolorem discipulorum, etc. [c].

51r. Est [d] aduertendum quod is, qui uult plus immorar iin passione, debet pauciora mysteria in qualibet [e] contemplatione considerare, verbi gratia, in prima contemplatione solum coenam; in 2.[a] lotionem pedum; in 3.[a] institutionem et exhibitionem [f] sacramenti; in 4.[a] sermonem quem habuit Christus ad discipulos; et ita in aliis contemplationibus et mysteriis.

VERSIO P. ROOTHAAN

aurora, a monumento inclusive usque ad domum, in quam Domina nostra se recepit, postquam sepultus esset Filius ejus.

SEPTIMA DIE contemplatio totius Passionis simul in Exercitio mediae noctis, et aurorae; et repetitionum ac sensuum loco, considerare per totam illam diem, quam poterit [exercitans] frequentissime, quomodo corpus sacratissimum Christi Domini nostri remansit solutum et separatum ab anima: et ubi et quomodo sepultum: item considerando solitudinem Dominae nostrae cum tanto dolore et fatigatione: deinde ex altera parte Discipulorum [etiam] solitudinem.

Notandum est, quod qui magis vult tempus producere [diutius immorari] in Passione, debet assumere in quavis contemplatione pauciora Mysteria, scilicet, in prima contemplatione Coenam solummodo: in secunda Lotionem pedum [discipulis factam]: in tertia Sacramentum illis datum: in quarta Sermonem, quem Christus illis fecit: et sic per ceteras contemplationes et mysteria.

---

a Jesu, dissolutum et separatum.

b sepulchro traditum.

c dolorem et anxietatem discipulorum *A; emendatum ex* dolorem et gesta discipulorum.

d Nota. Est *A*.

e singula.

f *A habet in marg.* institutionem et exhibitionem *(2) emendatum ex* exhibitionem, *quod emendatum erat ex* collationem.

AUTOGRAPHUM

Asímismo después de acabada la passión, tome vn día entero la mitad de toda la passión, y el 2.° día la otra mitad, y el 3.° día toda la pasión.

Por el contrario quien quisiere más abreuiar en la passión, tome a la media noche la çena, a la mañana el huerto, a la hora de missa la casa de Anás, a la hora de vísperas la casa de Cayphás, en lugar de la hora antes de çena la casa de Pilato; de manera que no haziendo repeticiones ny el traer de los sentidos, haga cada día çinco exercitios distinctos, y en cada vno exercicio distincto misterio de Xpo. nuestro Señor; y después de assí acabada toda la passión, puede [a] hazer otro día toda la passión iunta en vn exercicio o en diuersos, como más le parescerá que aprouecharse podrá.

VULGATA VERSIO

Adhaec, traiecta tota passione, licebit proximo post die iterare eius dimidium, atque reliquum postridie; perendie rursus totam simul.

49r E contrario uero, si quis malit tempus succidere, contempletur de coena Domini per noctem; de horto in aurora; de Annae domo circa missam; sub uesperas de domo Caiphae; de praetorio Pilati ante coenam; et ita pergendo, per dies singulos diuersa exercitia quinque implebuntur, utpote repetitionum ac sensuum usu praetermisso; transcursa uero passione, operae pretium fuerit eandem simul totam die unico reuoluere, siue in unum tantum exercitium congestam [a], siue distributam in plura, prout sibi fore conducibilius ille censuerit.

33v REGLAS PARA ORDENARSE EN EL COMER PARA ADELANTE [1]

[**1.ª regla.**] La primera regla es que del pan [2] conuiene menos abs-

[a] procure de. *Do.*

REGULAE ALIQUOT AD UICTUM RECTE TEMPERANDUM [1]

Prima est, quod a pane minus abstinendum sit [2] quam a reliquis

[a] *Seq.* seu in *oblitt.*

[1] Hoc loco regulas temperantiae posuit S. Pater, «fortasse, inquit *Di.*, c. XXXV, n. 13, ne prioribus hebdomadis nimis oneretur is qui in exercitiis versatur». Aliam causam indicat Suárez, l. c., cap. VI, n. 6, quod moderatio valde necessaria sit, ut usus mentalis orationis in mysteriis vitae Christi et praecipue passionis continuari post exercitia possit. His adde quod si se exercens eam in prioribus hebdomadis victus rationem te-

VERSIO PRIMA

Item, postquam semel contemplatus fuerit totam passionem, accipiet diem integram in contemplanda medietate passionis, et 2.° die aliam medietatem; 3.° die totam.

Iterum per oppositum, qui uoluerit breuius absoluere, accipiat in medio noctis coenam, in aurora hortum, hora missae domum Annae, hora uesperarum domum Caiphe, ante [a] coenam domum Pilati; ita [b] auferendo repetitiones et exercitium quinque sensuum, faciat quotidie **51v** quinque exercitia distincta, et in singulis illorum distinctum mysterium; postea, ita absoluta tota passione, potest alio die contemplari totam passionem simul in uno exercitio vel in diuersis, ut [c] magis visum fuerit ei qui exercetur, et erit ei [d] fructuosius.

REGULAE AD REFORMANDUM HOMINEM DEINCEPS IN CIBO ET POTU [1]

Prima regula est, quod circa panem [2] minus conuenit [e] facere abs-

VERSIO P. ROOTHAAN

Item, post finitam Passionem, sumat uno die integro mediam partem totius Passionis, et secundo die alteram partem: et tertio die totam Passionem.

E contrario, qui voluerit magis abbreviare [tempus] in Passione [contemplanda], assumat media nocte Coenam, et in aurora Hortum: ad horam Missae domum Annae: ad horam Vesperarum domum Caiphae: loco horae ante coenam [id est applicationis sensuum] domum Pilati: ita ut non faciendo repetitiones, neque applicationem sensuum, faciat quotidie quinque Exercitia distincta, et in quovis Exercitio [contempletur] distinctum Mysterium Christi Domini nostri; et post finitam ita totam Passionem, potest facere [contemplari] alio die totam Passionem simul in uno Exercitio, vel in diversis, prout magis sibi videbitur fructum percipere posse.

REGULAE AD ORDINANDUM SE IN POSTERUM IN VICTU. [1]

Prima regula est, quod a pane convenit minus abstinere [2], quia

[a] Cayphae; hora ante; *emendatum ex* Cayphae, loco horae ante.
[b] ita ut *A*, *emendatum ex* ita quod.
[c] sicut *A*.
[d] exercetur, quod erit sibi.
[e] decet.

nuerit, quam Ignatius magnopere commendabat (cf. *Di. Ignat. dictata*, n. [7]); plane jam viderit hoc tempore, quid sibi noceat, quid prosit; ac proinde poterit sibi in posterum providere, et experimento confirmare in quarta hebdomade, in qua loco poenitentiae temperantia commendatur.

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 86.

AUTOGRAPHUM

tenerse, porque no es manjar sobre el qual el apetito se suele tanto desordenar, o a que la tentación insista como a los otros manjares.

2.ª regla. La segunda: acerca del beuer paresce más cómmoda [1] la abstinencia, que no acerca el comer del pan; por tanto se deue mucho mirar lo que haze prouecho, para admitir, y lo que haze daño, para lanzallo.

3.ª regla. La terçera: açerca de los manjares [2] se deue tener la mayor y más entera abstinençia; porque así el apetito en desordenarse como la tentación en inuestigar [a], son más promptos en esta parte, y así la abstinencia en los manjares para euitar dessorden, se puede tener en dos maneras: la vna en habituarse a comer manjares gruesos, la otra, si delicados, en poca quantidad.

4.ª regla. La quarta: guardándose que no cayga en enfermedad, quanto más hombre quitare de lo conueniente, alcançará más presto el medio que deue tener en su come[r] y beuer, por dos razones:

[a] ynstiguar *Bu.*, *id est*, instigar.

VULGATA VERSIO

alimentis, cum neque gulam adeo iritet, nec tentationi aeque obnoxios nos reddat.

49v 2.ª, quod circa potum attendenda sit magis abstinentia quam circa panem; caute obseruando, quae prosit mensura potus, ut sumatur semper; quae rursum noceat, ut tollatur.

3.ª, quod circa pulmenta et edulia [2] potissimum abstinentiae ratio uersetur, cum per illa tum appetitui ad peccandum, tum inimico ad tentandum, maior subministretur occasio. Temperanda sunt igitur, uitandi excessus causa, quod fit dupliciter, dum uel cibis grossioribus uescimur atque assuescimus, uel dum parce delicatis utimur.

4.ª est, quod quanto plus de conueniente uictu sibi quis ademerit (uitato interim ualetudinis aduersae graui periculo), tanto celerius mensuram cibi ac potus iustam reperiet; tum quia hoc modo

[1] Optima interpretatio per adjectivum «opportuna», quod jam suggerit *Ro.* in ed. 2.ª namurcensi.

VERSIO PRIMA

tinentiam, quoniam [a] non est cibus super quo appetitus soleat adeo inordinari [b], vel tentatio urgere, sicut in reliquis cibis.

Secunda: in potu uidetur commodior abstinentia quam in pane; ideo debet multum quilibet aduertere, ut quod est utile [c] **52** admittat, et quod est nociuum expellat.

Tertia: in aliis cibis [2] debet obseruari diligentius et magis integre abstinentia, quia in illis appetitus solet magis deordinari et tentatio promptius insistere; et ita abstinentia aliorum ciborum potest seruari dupliciter; primo si assuescat cibis grossioribus; deinde, si utitur delicatis, saltem [d] in parua quantitate.

Quarta: quanto magis homo substraxerit [e] sibi de cibo conuenientе [f], modo in infirmitatem non incidat, consequetur citius medium quod debet obseruari [g] in cibo et potu duabus de causis: prima

a quia *A*.
b deordinari.
c fructuosum.
d *Sequitur* fiat *oblitt. in B; est in A.*
e subtraxerit *A*.
f *Sequitur in B signum parenthesis, quae non clauditur.*
g obseruare *A*.

VERSIO P. ROOTHAAN

non est cibus, super quem appetitus soleat tam inordinari [tam inordinate ferri, modum excedere], aut ad quem tentatio insistat [adeo impellat], uti ad ceteros cibos.

Secunda, circa potum videtur commodior [magis conveniens et facilior] [1] abstinentia, quam circa comestionem panis: proinde multum debet considerari quid prosit, ut admittatur, et quid noceat, ut tollatur.

Tertia, circa obsonia [2] servari debet maxima, et maxime integra abstinentia, quia tam appetitus ad inordinationem [excedendum modum], quam tentatio ad investigandum [ad excogitandas et quaerendas lautitias] promptiores sunt in hac parte; itaque abstinentia in cibis, ad inordinationem vitandam, potest adhiberi duobus modis: primo cum [quis] assuescat manducare cibos grossiores: altero, si sint delicati [sumat] in parva quantitate.

Quarta, cavendo ne incidat in infirmitatem, quanto plus quis subtraxerit de convenienti [victu], tanto citius perveniet ad medium quod servare debet in manducando et bibendo; [idque] ob duas

[2] In hac regula usurpat S. P. Ignatius semper vocem eamdem *manjares;* itaque latine recte uteris eadem semper voce *cibi*, id quod facit *Ve.*

AUTOGRAPHUM

la primera porque así ayudándose y disponiéndose, muchas vezes sentirá más las internas noticias, consolaciones y diuinas inspiraciones **34** para mostrársele el medio que le conuiene; la 2.ª si la persona se vee en la tal abstinencia, y no con tanta fuerça corporal ny disposición para los exercicios espirituales, fácilmente vendrá a juzgar lo que conuiene más a su sustentación corporal.

5.ª regla. La quinta: mientras la persona come, considere como que vee a Xpo. nuestro Señor comer con sus apóstoles [1], y cómo beue, y cómo mira, y cómo habla; y procure de ymitarle. De manera que la principal parte del entendimiento se occupe en la consideración de Nuestro Señor, y la menor en la sustentación corporal, porque assí tome mayor concierto y orden de cómo se deue aver y gobernar.

6.ª regla. La sexta: otra vez mientras come, puede tomar otra

VULGATA VERSIO

melius se disponens et obnixius tendens ad perfectionem, sentiet interdum quosdam cognitionis internae radios et consolatorios motus sibi coelitus **50** immissos, ex quibus facile poterit rationem uictus commodiorem discernere; tum quoniam si quis ita abstinendo, se deprehenderit uiribus imbecilliorem esse, quam ut exercitia ipsa spiritualia peragere commode ualeat, sic facile aduertet quam mensuram uictus naturae necessitas requirat.

5.ª, quod expedit inter comedendum imaginari quasi uideamus Iesum Xm. Dominum nostrum uescentem cum suis discipulis [1], obseruando quem teneat edendi, bibendi, respiciendi et loquendi modum [a], eumque ad imitandum nobis proponendo. Vsueniet enim ut, occupato magis intellectu circa meditationem talem, quam circa corporalem cibum, discamus facilius uictum moderari.

6.ª, quod gratia uarietatis, aliae adhiberi possunt meditationes *in-*

a *Seq.* quem *oblitt.*.

1 V. supra, *Proleg.*, p. 86.

VERSIO PRIMA

quia [a] is, qui ita se disponit ac praeparat, sepe sentit magis internas illustrationes et consolationes et diuinas inspirationes ad praemonstrandum medium illi quod conuenit; secunda quia si is, qui versatur [b] in tali abstinentia, uideat se non esse cum tali [c] dispositione et fortitudine corporis **52v**, quae sat sit ad exercitia spiritualia, facile intelliget id quod magis expediat sustentationi [d] corporis.

Quinta: tempore cibi sumendi [e], poterit consyderare Christum Dominum nostrum cum apostolis comedentem et bibentem [f], aspicientem alios et cum aliis coloquentem, et nitatur illum imitari; ita ut [f] praecipue intellectus sit detentus et occupatus in consyderatione Christi [g] et minus [h] in sustentando corpore, ut ita quilibet capiat formam et ordinem gubernandi se.

Sexta: iterum etiam in tempore cibi [i] potest considerare uitam san-

a *Hoc v. deest in A.*
b exercetur.
c tanta *A.*
d *Emendatum ex* substentatione *B*; sustentationi *A.*
e tempore prandii.
f quod.
g Christi Domini nostri.
h *Sic A, ubi prius erat* et non *emendatum ex* minor pars.
i prandii.

VERSIO P. ROOTHAAN

rationes: primo, quia sic adjuvans sese ac se disponens, saepe magis sentiet internas cognitiones, consolationes et divinas inspirationes, quibus ostendatur sibi medium, quod sibi conveniat: secundo, [quia] si persona videat se in tali abstinentia, nec tantis viribus corporis, nec dispositione, [quae sufficiant, vel aptum conservent] ad Exercitia spiritualia [peragenda], facile perveniet ad judicandum quid magis conveniat sustentationi corporis.

Quinta, tempore quo quis cibum sumit, consideret ac si videat Christum Dominum nostrum cibum sumentem cum suis Apostolis [1], et quomodo bibat, et quomodo respiciat, et quomodo loquatur; et curet eum imitari, ita ut praecipue intellectus occupetur in consideratione Domini nostri, et minus in sustentatione corporis, ut ita capiat majorem methodum et ordinem circa modum, quo se habere et gubernare debeat.

Sexta, alias, dum cibum sumit, potest aliam considerationem adhi-

AUTOGRAPHUM

consideración o de vida de sanctos o de alguna pía contemplación o de algún negocio spiritual, que aya de hazer; porque estando en la tal cosa attento, tomará menos delectación y sentimiento en el manjar corporal.

7.ª regla. La séptima: sobre todo se guarde que no esté todo su ánimo intento en lo que come, ny en el comer baya apresurado por el apetito; sino que sea señor de sí ansí en la manera del comer, como en la quantidad que come.

34v **8.ª regla.** La octaua: para quitar dessorden mucho aprouecha que después [1] de comer o después de cenar o en otra hora que no sienta apetito de comer, determine consigo para la comida o cena por venir, y ansí consequenter cada día [2], la cantidad que conuiene que coma; de la qual por ningún appetito ny tentación pase adelante, sino antes por más vençer todo apetito desordenado y tentación del enemigo, si es tentado a comer más, coma menos.

VULGATA VERSIO

ter vescendum, ut sunt [a] de sanctorum uita, de pia quapiam doctrina, uel de aliquo spirituali negotio agendo; unde [b] sic abstracta mente, cibus ipse et uescendi delectatio parum sentiatur.

50v 7.ª quod cauendum sit praecipue, nc super sumendos cibos animus quodam modo totus effundatur, et ne auide uescamur aut festine; sed appetitui semper dominantes, tum mensuram uictus, tum sumendi modum una temperemus.

8.ª est, quod plurimum conducit ad [c] tollendam cibi potusque immoderantiam, si ante prandium aut coenam [1], et quacunque hora nulla esuries sentitur, praeuia deliberatione, uictum proxime sumendum diffiniamus ad mensuram certam [2]; quam deinde nulla uel propria auiditate uel instigatione inimici, unquam excedamus; sed potius uincendae utriusque causa de illa nonnihil etiam subducamus.

a meditationes victitando, ut sunt.
b *Prius* ut.
c *Seq.* excessum *oblitt.*

1 *Vu.* habet «ante prandium aut coenam, et quacumque hora nulla esuries sentitur.» Ubi sat clare apparet «ante» pro «post» scriptum fuisse. Cf. tamen *Proleg.*, supra, p. 159.

VERSIO PRIMA

ctorum uel aliquam [a] contemplationem vel cogitet super aliquo negocio spirituali agendo [b], ut huic rei intentus, minus delectationis et sensus capiat in cibo corporis.

Septima: super omnia caueat, ne sit nimis intentus cibo, nec illum sumat [c] festinanter ex impulsu appetitus, sed in omnibus ob-**53**tineat [d] sui ipsius dominium, tam in modo comedendi, quam etiam in quantitate.

Octaua: ad expellendam inordinationem multum confert, ut post prandium et post coenam [1], vel in alia hora, in qua non sentit appetitum comedendi, determinet [e] secum prandium vel coenam proxime futuram, et ita singulis diebus [2] quantitatem quam decet sumere, quam nullo modo excedat, quocumque appetitu instigante seu tentatione; immo, ut magis uincat omnem appetitum inordinatum et tentationem inimici, si tentatur ad plus capiendum, capiat minus.

a aliquam piam *A*.
b spirituali, quod debeat expedire.
c *Sic A*; sumant *B*.
d haberet.
e deliberet.

VERSIO P. ROOTHAAN

bere, vel de vita Sanctorum, vel de pia aliqua contemplatione, vel de aliquo negotio spirituali quod sibi agendum sit: quia attentione defixus in re tali, minus sumet delectationis et sensus in cibo corporali.

Septima, super omnia caveat, ne sit totus animus suus intentus in id quod comedit, neque in comedendo sit festinus prae appetitu, sed sit dominus sui, tam in modo comedendi, quam in quantitate quam sumit.

Octava, ad tollendam [omnem] inordinationem [circa victum], multum juvat, post prandium, vel post coenam [1], vel alia hora, qua non sentiat appetitum comedendi, determinare secum pro prandio vel coena proxime futura, et ita consequenter quotidie [2], quantitatem quam conveniat sumere, ultra quam neque ob appetitum quemcumque, neque ob tentationem [ullam] procedat: sed immo, ad magis vincendum omnem appetitum inordinatum, et tentationem inimici, si tentatur ad plus comedendum, comedat minus.

2 Cf. *Di. Ignat. dictata*, n. [7].

AUTOGRAPHUM

La primera contemplación cómo Xpo. nuestro Señor apareció a Nuestra Señora [1], fo. 50, lit.

Oración. La sólita oración preparatoria.

1.° preámbulo. El primer preámbulo es la historia, que es aquí cómo después que Xpo. espiró en la cruz, y el cuerpo quedó separado del ánima y con él siempre vnida la Diuinidad, la ánima beata descendió al infierno, asímismo vnida con la Diuinidad; de donde sacando a las ánimas iustas [2] y veniendo al sepulchro y resuscitado, apareció a su bendita Madre en cuerpo y en ánima.

2.° preámbulo. El 2.° composición viendo el lugar, que será aquí ver la disposición del sancto sepulchro, y el lugar o casa de Nuestra **35** Señora, mirando las

VULGATA VERSIO

51r ✠

QUARTA HEBDOMADA

Contemplatio prima. Quomodo Iesus Dominus, post resurrectionem apparuit sanctae Matri suae [1]: ut habetur infra, fol. [67]

Oratio praeparatoria iuxta morem.

Praeludium primum accipitur ab historia. Quomodo postquam expirauit Dominus in cruce, sepulto corpore *, sed Diuinitate semper sociato, ipse in anima Diuinitati quoque continue unita, descendit ad inferos, ereptisque inde iustorum animabus [2], rediens ad sepulchrum, corpus cum anima denuo uniuit, ac resurgens demum, apparuit Beatae Virgini matri suae uiuus, *ut pie ac verisimiliter credendum est.*

2.m, pro constructione loci speculandum accipiet sepulchri situm et Beatae Uirginis domicilium, cuius formam, partes et reliquam dispositionem, ut cellulam

* *In prima contemplatione quartae hebdomadae. In primo praeludio:* Sepulto corpore; *ex autographo habetur:* Corpore ab anima separato; *vox enim illa* (sepulto) *non est, neque cohaeret cum aliis.*

[1] V. supra *Proleg.*, p. 67, ubi diximus inveniri hanc apparitionem in *Flore Sanctorum* B. Jacobi de Voragine, et in *Vita Christi* cartusiensi. Legitur etiam apud Coelium Sedulium (*Carmen Paschale*, l. V, vv. 361-364, Migne, P. L., XIX, 743) et apud alios auctores. Suárez dicit: «Absque ulla dubitatione credendum est, Christum post resurrectionem primum omnium Matri suae apparuisse. Quae sententia ex ipsis terminis adeo est per se credibilis, ut fere sine controversia omnium fidelium et doctorum animis inscederit, atque ita docent omnes scriptores catholici, qui hanc quaestionem attigerunt.» (*De Mysteriis vitae Christi*, disp. XLIX, sect. I, n. 2.) Pulcherrime rem exponit *Alfonsus de Cabrera, O. P.*, in sermone de Resurrectione Domini(*Nueva Bibl. de Aut. Esp.* t. 3,

VERSIO PRIMA

54r QUARTA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO SUPER APPARITIONE I.[a] CHRISTI AD BEATAM VIRGINEM MARIAM [1], FOL. [75]

Oratio praeparatoria eadem quae solita est.

Primum praeambulum est adducere historiam, quae nunc [a] erit consyderare Christum a tempore quo expirauit in cruce, et corpus fuit separatum ab anima, non tamen a Diuinitate, secundum animam tamen vnitam Diuinitati descendentem ad inferos; vnde educens animas sanctas [2], et rediens ad sepulchrum et suscitans se ipsum apparuit primo benedictae Matri suae in corpore et in anima.

Secundum praeambulum est compositio loci, quae hic erit consyderare dispositionem sancti sepulchri et locum seu domum Do-**54v** minae nostrae, contemplando

VERSIO P. ROOTHAAN

[QUARTA HEBDOMADA]

PRIMA CONTEMPLATIO QUOMODO CHRISTUS DOMINUS NOSTER APPARUIT DOMINAE NOSTRAE. [1] INFRA [VID. INTER MYSTERIA].

Solita oratio praeparatoria.

Primum praeambulum est historia, quae hic est: quomodo postquam Christus expiravit in cruce, et corpus remansit separatum ab anima, et cum illo semper unita Divinitas, anima beata descendit ad Infernum, pariter unita cum Divinitate; unde eripiens animas justas [2], et veniens ad sepulchrum, et resurgens, apparuit benedictae Matri suae in corpore et anima.

Secundum, compositio, videndo locum, quod hic erit, videre dispositionem sancti sepulchri, et locum seu domum Dominae nostrae, respiciendo partes ejus in particula-

[a] ad praesens.

Madrid, Bailly-Baillière e hijos, 1906, pp. 450-451.) Quod si MARC., XVI, 9, dicit Christum resuscitatum apparuisse primo Mariae Magdalenae, id, ut ait Suárez, l. c., n. 3, «intelligendum est vel inter eos, qui futuri erant testes resurrectionis, de quibus evangelistae scribebant, vel inter eos, quibus Christus apparuit ad eorum fidem confirmandam. Quocirca in hoc numero Beata Virgo non comprehenditur».

[2] Ps. XV, 10; ZACH., IX, 11; MATTH., XII, 40; ACT., II, 31; XIII, 35; EPH., IV, 8-9; I PETR., III, 18-19. Et vide S. THOMAE *Summam*, III, L, art. 2 et 3; LII, art. 1, 4, 5; et SUÁREZ, *De mysteriis vitae Christi*, disp. XLIII, sect. III, n. 3. Scripturae locos, quibus Christi resuscitati apparitiones narrantur, vide infra, in *Mysteriis vitae Christi*.

AUTOGRAPHUM

partes della en particular, asímismo la cámara, oratorio etc.

3.° preámbulo. El tercero: demandar lo que quiero, y será aquí pedir gracia para me alegrar y gozar intensamente de tanta gloria y gozo de Xpo. nuestro Señor [1].

1.° puncto. 2.° puncto. 3.° puncto. El primero, 2.° y 3.° puncto sean los mismos sólitos que tubimos en la cena de Xpo. nuestro Señor.

4.° puncto. El quarto: considerar, cómo la Diuinidad, que parescía esconderse en la passión, paresce y se muestra agora tam miraculosamente en la sanctíssima resurrectión, por los verdaderos y sanctíssimos effectos della.

5.° puncto. El quinto: mirar el officio de consolar [2], que Xpo. nuestro Señor trae, y comparando cómo vnos amigos suelen consolar a otros.

Colloquio. Acabar con vn colloquio o colloquios según subiecta materia y vn Pater noster.

1.ª nota. En las contemplaciones siguientes se proceda por to-

VULGATA VERSIO

et oratorium, sigillatim pers[c]rutabimur.

3.m continebit gratiam petendam, ut scilicet immensum Christi ac Matris gaudium participemus [1].

51v Punctum primum, 2.m ac 3.m eadem hic erunt, quae supra in contemplatione coenae fuerunt exposita, *id est, considerare personas, verba, opera.*

4.m uero erit animaduertere, quomodo Christi Diuinitas, passionis et mortis tempore abscondita *, palam se faciat in resurrectione, ac tot miraculis deinceps elucescat.

5.m, aestimare quam prompto copiosoque functus sit Dominus consolandi [2] suos officio; adhibita [a] consolationis, quae ab amicissimo quopiam praestari potest, similitudine.

Colloquio uno uel pluribus, iuxta materiam faciendis, terminetur contemplatio cum Pater noster.

Notandum porro quod in sequentibus contemplationibus seu

---

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 86.

* *In quarto puncto:* Quomodo Christi divinitas, passionis et mortis tempore abscondita; *in autographo habetur:* Quomodo Christi divinitas, quae passionis tempore videbatur abscondita, etc.

[a] *Seq.* mutu *oblitt., quasi inceptum esset scribi* mutuae.

VERSIO PRIMA

singulas eius partes in particulari, item cellulam seu [a] oratorium.

Tertium est, petere quod uolo; et ad presens petetur gratia congaudendi et collaetandi intense gloriae et triumpho Christi Domini nostri [1].

Primum punctum et 2.[m] et 3.[m] sunt eadem quae solita sunt, quae habuimus in coena Christi Domini nostri [b] *id est, considerare personas, verba, opera.*

Quartum consyderare Diuinitatem, quae latuerat in passione, apparentem et monstrantem se miraculose in sanctissima resurrectione, in effectibus eius sanctissimis [c].

Quintum: consyderare officium consolandi [2], quod Christus Dominus noster exercet, sicuti mos [d] est amicorum consolari se inuicem.

Finietur cum uno vel pluribus colloquiis **55** iuxta subiectam materiam, et in fine addam Pater noster.

Prima adnotatio [e]: in contemplationibus sequentibus procedenVERSIO P. ROOTHAAN

ri: item cubiculum, oratorium, etc.

Tertium, petere id quod volo, et erit hic, petere gratiam ut laeter et gaudeam intense de tanta gloria et gaudio Christi Domini nostri [1].

Primum punctum, secundum et tertium sint eadem solita, quae habuimus in Coena Christi Domini nostri.

Quartum, considerare quomodo Divinitas, quae videbatur se abscondere in Passione, apparet et ostendit se nunc tam miraculose in sanctissima Resurrectione, per veros et sanctissimos ejus effectus.

Quintum, speculari officium consolandi [2] [suos] quod Christus Dominus noster exercet: et comparando, quomodo solent amici amicos consolari.

Terminare uno vel pluribus colloquiis, juxta subjectam materiam, et Pater noster.

In contemplationibus sequentibus procedatur per omnia Mysteria

---

a siue *A.*

b *Sic A, ubi prius haec 2 vv. deleta fuerant.*

c effectibus uerissimis et sanctissimis eius.

d moris.

e nota.

---

2 V. supra, *Proleg.*, p. 67.

AUTOGRAPHUM

dos los misterios de la resurrectión, de la manera que abaxo se sigue, hasta la ascensión inclusiue, llebando y teniendo en lo restante la misma forma y manera en toda la semana de la resurrectión, que se tuvo en toda la semana de la
35v passión. De suerte que por esta primera contemplación de la resurrectión, se rija en quanto los preámbulos, según subiecta materia; y en quanto los cinco punctos sean los mismos; y las addiciones que están abajo sean las mismas; y ansí en todo lo que resta se puede regir por el modo de la semana de la passión, así como en repeticiones, cinco sentidos, en acortar o alargar los misterios etc.

2.ª nota. La segunda nota: comúnmente en esta quarta semana es más conueniente que en las otras tres passadas, hazer quatro exercicios y no cinco: el primero luego en leuantando a la mañana; el 2.° a la hora de missa o antes de comer en lugar de la primera repetición; el 3.° a la hora de vísperas [a] en lugar de la segunda repetición; el 4.° antes de cenar, traiendo los cinco sentidos sobre los tres exercicios del mismo día,

VULGATA VERSIO

exercitiis recensenda erunt per ordinem mysteria omnia resurrectionis ascensionisque, et quae sunt intermedia, seruatis ubique iisdem formulis et modis, sicuti per totam illam hebdomadam factum est, in qua passionis mysteria contemplati sumus: et iuxta modum ac exemplum primae huius, de resurrectione Domini, meditationis, formandae sunt sequentes omnes atque regulandae, tam in praeludiis (nisi **52** quod haec rebus sunt accommodanda) quam in punctis quinque et additionibus singulis. Pari etiam ratione, circa repetitiones et sensuum operationes, necnon in augendo minuendoue exercitiorum secundum mysteria numero, dirigi poterimus, sicut in praedicta meditandae Christi passionis hebdomada fuimus edocti.

2.° notandum est, conuenire magis quartae huic hebdomadae, quam praecedentibus, ut quatuor dumtaxat fiant exercitia: primum postquam mane surreximus; 2.m circa missae tempus uel paulo ante prandium, prioris repetitionis loco; 3.m hora uesperarum, pro secunda repetitione; 4.m ante coenam, admotis sensuum officiis ad imprimendas fortius animae contemplationes tres eo die factas, signatis obiter, et penitius tractatis parti-

---

a vísparas *Aut.*

VERSIO PRIMA

dum est per omnia mysteria resurrectionis, sicut inferius statim declarabitur, usque ad ascensionem inclusiue, seruando in reliquis eandem formam et methodum in tota hac hebdomada resurrectionis, quae seruata est in hebdomada passionis. Itaque per hanc primam contemplationem resurrectionis, regulentur et mensurentur reliquae quantum ad praeambula juxta subiectam materiam, et quantum ad quinque puncta, sint eadem; et additiones, quae subsequentur, sint semper eaedem; et ita in reliquis potest seruari idem modus, qui seruatus est in hebdomada passionis, tam in repetitionibus **55v** et exercitio quinque sensuum, quam in prolongandis vel abbreuiandis mysteriis [a].

Secunda: ut plurimum in hac [b] 4.[a] hebdomada conuenientius est quam in aliis tribus facere quatuor exercitia et non quinque: primum statim ut a lecto surrexero, in aurora; 2.[m] hora missae, seu ante prandium loco primae repetitionis; 3.[m] hora vesperarum loco 2.[ae] repetitionis; 4.[m] ante coenam adducendo quinque sensus super tribus exercitiis eiusdem diei, adnotando et morando [c] circa partes principales [d], in quibus senserim

VERSIO P. ROOTHAAN

Resurrectionis, eo modo qui infra sequitur, usque ad Ascensionem inclusive, prosequendo et servando de cetero in tota hebdomada Resurrectionis eamdem formam et methodum, quae servata fuit in tota hebdomada Passionis. Ita ut per [s. secundum] hanc primam contemplationem de Resurrectione se regat [contemplans] quantum ad praeambula, juxta subjectam materiam, et quantum ad quinque puncta sint eadem; et Additiones, quae habentur infra, sint eaedem: atque ita in reliquis omnibus potest se regere [dirigere] juxta modum hebdomadae Passionis, ut in repetitionibus, in sensuum applicationibus, in abbreviandis vel extendendis Mysteriis.

Secunda nota, communiter in hac quarta hebdomada magis convenit quam in ceteris tribus praeteritis, facere quatuor Exercitia, et non quinque: primum, statim ut quis surrexerit mane; secundum, ad horam Missae, vel ante prandium, loco primae repetitionis; tertium ad horam Vesperarum, loco secundae repetitionis; quartum, ante coenam, trahendo [applicando] quinque sensus super tria Exercitia ejusdem diei, notando, et

---

[a] in prolongando uel abbreuiando misteria.

[b] Secunda nota. Vniuersaliter in hac.

[c] pausam faciendo.

[d] principaliores.

AUTOGRAPHUM

notando y haziendo pausa en las partes más principales, y donde aya sentido mayores mociones y gustos spirituales [1].

3.ª nota. La tercera, dado que en todas las contemplaciones se dieron tantos punctos por número çierto, así como tres o çinco etc., la persona que contempla puede poner más o menos punctos, según que mejor se hallare; para lo qual mucho aprouecha antes de entrar en la contemplación **36** coniecturar y señalar los punctos, que a de tomar en cierto número.

4.ª nota. En esta 4.ª semana en todas las dicz addiciones se an de mudar la 2.ª, la 6.ª, la 7.ª y la 10.ª

La 2.ª será luego en despertándome, poner enfrente la contemplación que tengo de hazer, queriéndome affectar y alegrar de tanto gozo y alegría de Xpo. nuestro Señor.

La 6.ª, traer a la memoria y pensar cosas motiuas a plazer, alegría y gozo espiritual, así como de gloria.

La 7.ª, vsar de claridad o de temporales cómmodos, así como en el berano de frescura, y en el hibierno de sol o calor, en quanto

VULGATA VERSIO

bus seu locis illis, in quibus motus animi efficaciores, maioremque gustum spiritualem senserimus [1].

3.°, quod, quamuis ci, qui exercitatur, certus praescribatur numerus punctorum, puta ternarius aut quinarius; liberum tamen ipsi erit **52v** in plura uel pauciora puncta redigere contemplationem, prout commodius se habere expertus fuerit; qua in re magnoperc iuuabit, ante ingressum exercitii, tractanda puncta comminisci et numero certo praefinire.

4.° denique notandum est quod per 4.ᵃᵐ hanc hebdomadam uariari debent 2.ª, 6.ª, 7.ª et 10.ª additiones.

In 2.ª quidem, ut dum euigilo, repente mihi ponam ob oculos statutam contemplationem et de gaudio Domini cum suis studeam et ipse exhilarescere.

In 6.ª uero, ut memoriae meae obiiciam ea, quae laetitiam spiritualem cient, ut cogitatio de gloria.

In 7.ª ut lucis et coeli utar commoditate, quae sese offeret, puta per tempus uernum, herbarum uirentium et florum aspectu, aut

[1] Vides conjunctam hic repetitionem cum sensuum applicatione. Cf. ea quae de repetitione dicuntur in tertio exercitio primae hebdomadis, ubi tamen Ignatius meminit

VERSIO PRIMA

maiores motiones et gustus spirituales [1].

Tertia: quamuis in omnibus contemplationibus sint assignata puncta in certo numero, ut tria vel quinque, etc., persona, quae contemplatur, potest ponere plura vel pauciora, prout melius et utilius sibi esse judicauerit; quapropter multum expedit ante **56** accessum ad contemplationem cogitare [a] et signare puncta, quae assumere debet in certo numero.

Quarta: in hac quarta hebdomada, ex omnibus decem additionibus debet mutari 2.ª, 6.ª, 7.ª, 10.ª.

2.ª, vt excitatus fuero ponam [b] ante mentis oculos contemplationem, quam debeo facere, contendens et affectans laetari de tanto gaudio et gloria Christi Domini [c].

6.ª, adducam ad [d] memoriam, et cogitabo res mouentes [e] ad gaudium et laetitiam spiritualem, ut sunt gloria, etc.

7.ª, vtar claritate et commoditate temporis, ut tempore veris, rebus amenis et iucundis; tempore hiemis, sole et igne, quantum anima [f]

VERSIO P. ROOTHAAN

moram faciendo in partibus principalioribus, et in quibus senserit majores motiones, et gustus spirituales [1].

Tertia, quamvis in omnibus contemplationibus data sint tot puncta numero certo [definita] puta tria, vel quinque, etc. ille [tamen] qui contemplatur potest ponere plura vel pauciora puncta, prout melius se [habere] reperiet. Ad quod multum juvat priusquam quis intret in contemplationem, conjecturare [praevidere conjectura probabili] et definire puncta, quae assumere debet, certo numero.

In hac quarta hebdomada, inter omnes decem Additiones mutari debent secunda, sexta, septima et decima.

Secunda erit, statim ut excitor a somno ponere ob oculos contemplationem, quam facturus sum, volendo affici et exhilarescere de tanto gaudio et laetitia Christi Domini nostri.

Sexta, memoriae objicere, et cogitare res quae movent ad delectationem, hilaritatem, et laetitiam spiritualem, ut de Paradiso.

Septima, uti claritate [lucis], et commoditatibus tempestatis, ut veris et aestatis tempore, refrigerio [aurae, herbarum, florum], et hye-

---

a conjicere.
b ponere.
c Domini nostri.
d *Emend. ex* in *B;* ad *A.*
e motiuas.
f sole et calore, quantum quilibet.

desolationis, de qua hic expressam certe mentionem non facit. Cf. *Ro.*, annot. 8, p. 129.

AUTOGRAPHUM

el ánimà piensa o coniecta que la puede ayudar, para se gozar en su Criador y Redemptor.

La 10.ª, en lugar de la penitencia, mire la temperancia y todo medio, si no es en preceptos [a] de ayunos o abstinencias, que la Yglesia mande, porque aquéllos siempre se an de complir, si no fuere iusto impedimento.

CONTEMPLACIÓN PARA ALCANÇAR AMOR [b] [1]

Nota. Primero conuiene aduertir en dos cosas [2].

La primera e[s] que el amor se deue poner más en las obras que en las palabras.

La 2.ª, el amor consiste en comunicación de las dos partes, es a saber, en dar y comunicar el amante al amado lo que tiene o de lo que tiene o puede, y así por el **36v** contrario el amado al amante; de manera que si el vno tiene sciençia,

VULGATA VERSIO

aprici loci amenitate: per hiemem uero solis uel ignis opportuno calore, et ita de caeteris corporis atque animi oblectationibus congruis, per quas Creatori et Redemptori meo congaudere queam.

In 10.ª, ut loco poenitentiae, temperantia et mediocritate uictus contentus sim, nisi quo tempore ieiunium uel abstinentiam Ecclesia indixit, cuius praeceptis semper obtemperandum est, nisi iustum adsit impedimentum.

53r CONTEMPLATIO AD AMOREM SPIRITUALEM IN NOBIS EXCITANDUM [1]

Imprimis duo notanda sunt [2].

Primum quod amor ipse ab operibus magis quam a uerbis pendet.

2.m, quod consistit amor in mutua facultatum, rerum et operum communicatione, puta scientiae, diuitiarum, honoris et boni cuiuscumque.

---

a praeceptos *Aut.*

b *Do. habet hunc titulum:* Reglas para contemplación para alcanzar amor.

---

1 Attende animo hanc contemplationem et ea quae sequuntur, non gerere in *Aut.* ullius hebdomadis titulum.

VERSIO PRIMA

cognoscit quod poterit juuari [a] ad congaudendum suo Creatori et Redemptori.

10.ª, loco penitentiae attendam temperantiae et sobrietati, nisi in tem-**56v** pore praecepto ab Ecclesia jeiunii et [b] abstinentiae, quia illius praecepta semper [c] debent impleri, si non obstet justum impedimentum.

CONTEMPLATIO AD OBTINENDUM AMOREM [1]

Debent aduerti duo [d] [2].

Primo, quod amor debet monstrari et lucere magis in operibus quam verbis.

2.° quod [e] amor consistit in comunicatione duorum, scilicet in hoc quod amans effundat et communicet amato id quod habet, seu ex his quae habet et potest; et ita etiam per oppositum amatus amanti, ita ut si quis possideat [f] scien-

a illum iuuare.
b seu *A*.
c quia illa semper.
d *Emend. B ex* Primo debent aduertere; *A habet* Primo debet aduertere duo, *emendato hoc v. ex* in duobus.
e *Hoc v. additum postea in B; deest in A*.
f *Emend. in B ex* possidet; *in A* ut *(prius* quod) si aliquis possidet.

2 V. supra, *Proleg.*, p. 87.

VERSIO P. ROOTHAAN

mis tempore sole, vel [ignis] calore, in quantum anima existimat, vel conjectura supponit sibi posse esse adjumento ad gaudendum in Creatore et Redemptore suo.

Decima, loco poenitentiae, attendat ad temperantiam et [ad tenendum] medium in omnibus, nisi [sit tempus quo] praecepta sint jejunia, vel abstinentiae, quas Ecclesia indicit: quia haec semper impleri debent, nisi adfuerit justum impedimentum.

CONTEMPLATIO AD OBTINENDUM AMOREM [1].

Primo, convenit duo animadvertere [2].

Primum est, quod amor debet poni magis in operibus, quam in verbis.

Alterum, [quod] amor consistit in communicatione [quae fit] ab utraque parte, scilicet, ut det et communicet amans amato ea quae habet, vel ex his quae habet vel potest, et sic vicissim amatus amanti: ita ut, si alter habet scien-

AUTOGRAPHUM

dar al que no la tiene, si honores, si rriquezas, y así el otro al otro.

Oración, Oración sólita.

1.° preámbulo. Primer preámbulo es composición, que es aquí ver cómo estoy delante de Dios nuestro Señor, de los ángeles, de los sanctos interpellantes por mý.

2.° preámbulo. El segundo, pedir lo que quiero: será aquí pedir cognoscimi[ento] interno de tanto bien recibido, para que yo enteramente reconosciendo, pueda en todo amar y seruir a su diuina maiestad [1].

1.° puncto. El primer puncto es traer a la memoria los beneficios rescibidos [2] de creatión, redemptión y dones particulares, ponderando con mucho afecto quánto ha hecho Dios nuestro Señor por mý, y quánto me ha dado de lo que tiene, y consequenter el mismo Señor desea dárseme en quanto puede según su ordenación diuina [3]. Y con esto reflectir en mí mismo, considerando con mu-

VULGATA VERSIO

Oratio praemittitur ex more.

Praeludium primum est, ut coram [a] Domino, angelis sanctisque omnibus, mihi propitiis stare me uideam [b].

2.m, ut gratiam Dei efflagitem, per quam beneficiorum eius in me collatorum magnitudinem perspiciens, ad amorem, cultum et seruitium ipsius, totum me impendam [1].

Punctum primum sit, reuocare in memoriam beneficia [2] creationis ac redemptionis; dona itidem particularia seu priuata enumerare et cum intimo affectu perpendere, quantum mea causa benignissimus Dominus egerit atque pertulerit; **53v** quantum mihi elargitus sit de thesauris suis; quodque iuxta diuinum suum decretum et beneplacitum [3] seipsum mihi, quantum potest, donare uelit. Quibus optime

a *Seq.* Chr. *oblitt.*
b *Seq.* ex imaginatione *oblitt.*

1 Nota postulari cognitionem tantorum bonorum a Deo acceptorum; hinc intelliges quatuor puncta quae sequuntur, apta esse omnia et singula ad illam cognitionem augendam.

VERSIO PRIMA

tiam, impartiatur non habenti; ita etiam si honores, si diuitias possideat, et ita unus alterum mutuo juuet [a].

Oratio praeparatoria quae solita est.

57r Primum praeambulum est compositio loci, quae ad presens erit considerare me presentem coram Domino Deo nostro et coram angelis, sanctis interpellantibus pro me.

Secundum praeambulum est petere quod uolo, quod hic [b] erit petere cognitionem internam tantorum bonorum receptorum, ut ego integre recognoscens illa, possim in omnibus amare ipsum, et inseruire diuinae majestati [1].

Primum punctum est adducere in memoriam beneficia recepta [2] creationis, [c] redemptionis et donorum particularium, ponderando cum magno affectu quantum fecerit Dominus Deus noster pro me, et quantum mihi communicauerit ex his, quae habet, et consequenter quantum idem Dominus desiderat communicare se mihi, in quantum esse potest [d] ex diuina ordinatione [e 3]; et hoc reflectam [f]

VERSIO P. ROOTHAAN

tiam, det illi qui eam non habet: si honores, si divitias; et sic [porro] alter alteri [vicissim].

Oratio [praeparatoria] solita.

Primum praeambulum est, compositio, quae hic est, videre quomodo consisto [me stantem] coram Deo Domino nostro, Angelis, et Sanctis interpellantibus pro me.

Secundum, petere id quod volo. Erit hic, petere cognitionem internam tot ac tantorum bonorum [a Deo] acceptorum, ut ego integre [haec] recognoscens [vel integro grati animi sensu] possim in omnibus amare et servire divinae suae Majestati [1].

Primum punctum est, adducere in memoriam beneficia accepta [2] Creationis, Redemptionis, et dona particularia, ponderando multo cum affectu, quantum fecerit [atque pertulerit] Deus Dominus noster pro me: et quantum mihi dederit ex iis quae habet: et consequenter, [quantum] idem Dominus desideret dare se ipsum mihi in quantum potest, juxta divinam suam ordinationem [3]; ac deinde

---

a foueat.
b ad praesens.
c creationis et *A*.
d in quantum potest pro re.
e ordinatione et sancitum, *et supra vers.* ipsi placet *oblitt.*
f referam.

---

2 V. supra, *Proleg.*, p. 87.

3 «Intelligo de ordine providentiae suae, qua liberae creaturae cooperationem requirit Deus, ut illi seipsum, quantum potest, communicet.» *Ro.*, annot. 5, p. 135.

AUTOGRAPHUM

cha razón y iusticia [1] lo que yo deuo de my parte offrescer y dar a la su diuina maiestad, es a saber, todas mis cosas y a mý mismo con ellas, así como quien offresce affectándose mucho: Tomad, Señor, y recibid toda mi libertad, my memoria, my entendimiento, y toda my voluntad, todo mi auer y my posseer; **37** vos me lo distes, a vos, Señor, lo torno; todo es vuestro, disponed a toda vuestra voluntad, dadme vuestro amor y gracia, que ésta me basta.

El segundo mirar cómo Dios habita en las criaturas, en los elementos dando ser, en las plantas vejetando, en los animales sensando, en los hombres dando entender [a]; y así en mý dándome ser, animando, sensando, y *haziéndome entender; asímismo* [b] haziendo tem-

[a] *Duo vv. praecedentia omissa erant, deinde addita sunt supra versum.*

[b] *Add. in marg., pro deleto* entendiendo; intellectum *Fa.*

VULGATA VERSIO

inspectis uertar ad meipsum, et disquiram mecum, quae meae sint partes, et quid aequum iustumque [1] sit, ut diuinae offeram et exhibeam maiestati; haud sane dubium quin mea omnia offerre debeam ac me ipsum, cum summo affectu et uerbis huiuscemodi *vel similibus:* Suscipe, Domine, uniuersam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum atque uoluntatem omnem. Quicquid habeo uel possideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuae prorsus uoluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et diues sum satis, nec aliud quicquam ultra posco.

2.[m] erit speculari Deum in singulis existentem creaturis suis: et elementis quidem dantem ut sint, plantis uero ut per uegetationem quoque uiuant; animalibus insuper ut sentiant; hominibus postremo, ut simul etiam intelligant; inter quos accepi et ipse uniuersa haec

[1] Compara haec cum annotatione quinta; perspicies tradi sponte hic a nobis Deo «cum multa ratione et justitia», quae illic, in limine, inquam, exercitiorum, proponebantur ex quadam liberalitate nobis utilissima, Deo permittenda. Caeterum vide in *Ro.*, annot. 7, pp. 136-137, hanc oblationem luculenter expositam. Neque tamen huic eximio Exercitiorum interpreti assentiamur necesse est affirmanti: «Ex Vulgata versione posset quis existimare, hujus oblationis eum tantummodo sensum esse, ut Dei donis memoria, praesertim intellectu et voluntate, nonnisi juxta Dei beneplacitum uti statuamus», cum

VERSIO PRIMA

57v ad me ipsum consyderans rationabiliter et juste [a] [1] quid ex parte mea debeam illi offerre et dare [b] suae diuinae majestati [c], scilicet omnia mea et meipsum, sicut qui offert aliquid alteri cum magno affectu dicens: Sume et recipe, Domine, totam meam libertatem, totam memoriam, totum intellectum [d], totam uoluntatem meam, quicquid ego habeo et possideo, de manu tua recepi, et tibi eadem reddo: dispone de illis iuxta beneplacitum uoluntatis tuae; infunde mihi · tuum amoren et gratiam, quae mihi sola sufficit.

Secundum punctum est consyderare modum, quo Deus habitat *in creaturis* [e]: elementis communicando esse, plantis vegetare, animantibus sentire, hominibus intelligere, et ita mihi communicando esse, vegetare, sentire, intelligere [f], faciendo me templum **58** creatum

VERSIO P. ROOTHAAN

reflectere in me ipsum, considerando multa cum ratione et justitia [1], quae ego debeam ex mea parte offerre et dare suae divinae Majestati, scilicet, omnia mea, et me ipsum cum illis, ut qui [aliquid alteri] offert, multo cum affectu:

Sume, Domine, et suscipe omnem meam libertatem, meam memoriam, meum intellectum, et omnem voluntatem meam, quidquid habeo et possideo: tu mihi haec omnia dedisti, tibi, Domine, ea restituo: omnia sunt tua, dispone [de illis] pro omni voluntate tua. Da mihi amorem tui et gratiam, nam haec mihi sufficit.

Secundum, attendere quomodo Deus habitat in creaturis; in elementis dans esse; in plantis dans vegetare; in animalibus dans sentire; in hominibus dans intelligere: et ita in me [habitat] dans mihi esse, vivere, sentire, et faciens me intelligere: item faciens me tem-

a *Prius* juxte *B;* juste *A.*

b quid communicare.

c *Prius* magestati *B.*

d *Sequitur in A* faciendo me *jure oblitt. a librario, qui ex hoc loco ad alium similem secundi puncti transierat, ubi legitur* intelligere faciendo me *etc.*

e in nobis *prius B;* Deus inhabitat creaturas *A.*

f esse, animam, se, suum intellectum

re vera, ut ille subdit, non sit hic «proprius sensus neque praecipuus hujus oblationis». Nam etsi fatendum est enervatam aliquantulum in *Vulgata* versione robustam *Autographi* sententiam; rem tamen ipsam *Vulgata* continet; offert enim omnia, imo restituit, nec quidquam sibi praeter amorem Dei et gratiam poscit; non solum itaque usum facultatum, sed facultates ipsas sive minuendas sive auferendas Dei voluntati prorsus committit. Haec oratio, ut invenitur in *Vulgata,* indulgentia 300 dierum ditata est a Leone XIII.

AUTOGRAPHUM

plo de mý seyendo criado a la similitud y ymagen de su diuina maiestad [1]; otro tanto reflitiendo en mý mismo, por el modo que está dicho en el primer puncto o por otro que sintiere mejor. De la misma manera se hará sobre cada puncto que se sigue.

El tercero: considerar cómo Dios trabaja y labora por mý en todas cosas criadas sobre la haz de la tierra, id est habet se ad modum laborantis. Así como en los çielos, elementos, plantas, fructos, ganados etc., dando ser, conseruando, vejetando y sensando etc. Después reflectir en mý mismo.

El quarto: mirar cómo todos los bienes y dones descienden de arriba [2], así como la my medida potencia de la summa y infinita de arriba, y así justicia, bondad, piedad, misericordia etc., así como del sol descienden los rayos, de la fuente las aguas etc. Después acabar reflictiendo en **37v** mý mismo según está dicho. Acabar con vn colloquio y vn Pater noster.

VULGATA VERSIO

beneficia, esse, uiuere, sentire, **54** ac intelligere [a]; meque templum quoddam suum efficere uoluit, ad imaginem [b] suam et similitudinem creatum [1]. Ex quorum omnium admiratione, reflexus in me ipsum, agam ut in primo puncto, vel melius si quid occurrerit, id quod in punctis etiam sequentibus erit factitandum.

3.[m] est considerare eundem Deum ac Dominum propter me in creaturis suis operantem et laborantem quodam modo *, quatenus dat ipsis conseruatque id quod sunt, habent, possunt atque agunt: quae omnia, ut supra, in mei considerationem reflectenda erunt.

4.[m] Prospicere quo pacto munera et bona omnia caelitus descendunt [2], ut sunt potentia, iustitia, bonitas, scientia et alia quaelibet humana perfectio, terminis quibusdam certis circumscripta, quae ab infinito illo totius boni thesauro, sicut lumen a sole, et ex fonte aqua, deriuantur.

Addenda superest reflexio praedicta in mei circunspectionem.

Colloquium etiam in fine fiet terminandum cum Pater noster.

---

a *Seq.* seipsum praeterea mihi praebuit agnoscendum *oblitt.* — b *Seq.* et *oblitt.*

* *In contemplatione ad acquirendum amorem. In tertio puncto, post illa verba:* Laborantem quodammodo, *addantur haec ex autographo:* Ut in coelis, elementis, plantis, frugibus, et animantibus, quatenus dat etc.

---

1 Gen., I, 26; V, 1; Sap., II, 23; Jac., III, 9.

VERSIO PRIMA

ad similitudinem et imaginem diuinae maiestatis [1], et [a] reflectam ad meipsum modo praedicto in primo puncto, vel alio modo meliori quem inuenero: eodem modo fiet super quolibet sequenti puncto.

Tertium punctum est consyderare Deum laborantem pro me in omnibus rebus creatis super faciem terre, id est habentem se ad modum laborantis, vt in caelis, elementis, fructibus, pecudibus, etc., causando illis esse, et conseruando, vegetando, et sensum donando [b] etc., postea reflectam ad meipsum.

Quartum punctum est consyderare quod omnia bona et dona descendunt desursum [2], vt mea terminata potentia ab illa summa et infinita quae sursum est; et ita iustitia, pietas, bonitas, misericordia, etc., sicut ex sole exoriuntur [c] radii, et riuuli aquae ex fonte: postea finiam, sicut est dictum, reflectendo ad me ipsum.

VERSIO P. ROOTHAAN

plum [sui], cum creatus sim ad similitudinem et imaginem suae divinae Majestatis [1]: similiter reflectendo ad me ipsum, eo modo quo dictum est in primo puncto, vel alio, [si] quem sensero meliorem. Eadem ratione fiet super quolibet puncto quod sequitur.

Tertium, considerare quomodo Deus operatur et laborat propter me in omnibus rebus creatis super faciem terrae, id est, habet se ad modum laborantis, ut in coelis, elementis, plantis, fructibus, gregibus, etc.: dando esse, conservando, donando vegetationem et sensum, etc. Deinde reflectere ad me.

Quartum, speculari quomodo omnia bona et dona descendunt desursum [2], ut mea limitata potentia a summa et infinita illa desursum: in eodem modo justitia, bonitas, pietas, misericordia, etc: sicut a sole descendunt radii, a fonte aquae etc. Dein terminare reflectendo in me ipsum, ut dictum est.

Finire cum colloquio et Pater noster.

---

a tantundem.
b infundendo.
c oriuntur *A*.

---

[2] Jac., I, 17. Et vide supra, *Proleg.*, p. 87.

AUTOGRAPHUM

Tres modos de orar, y primero sobre mandamientos

La primera manera de orar [1] es cerca de los diez mandamientos, y de los siete peccados mortales, de las tres potencias del ánima, y de los cinco sentidos corporales; la qual manera de orar es más dar forma, modo y exercitios, cómo el ánima se apareje y aproueche en ellos, y para que la oración sea acepta, que no dar forma ny modo alguno de orar [2].

Primeramente se haga el equialente de la 2.ª addición de la 2.ª semana [3], es a saber, ante de entrar en la oración repose un poco el spíritu asentándose o paseándose, como mejor le parescerá, considerando adónde voy y a qué; y esta misma addición se hará al principio de todos modos de orar.

Oración. Vna oración preparatoria, así como pedir gracia a Dios nuestro Señor, para que pueda conosçer en lo que he faltado acerca los diez mandamientos, y asímismo pedir **38** gracia y ayuda para me enmendar adelante, demandando perfecta intelligencia dellos para

VULGATA VERSIO

54v Modi tres orandi

Primus orandi modus [1] deducendus est ex mandatis, ex peccatis septem mortalibus, ex tribus animae potentiis et ex quinque sensibus consideratis; unde non tam habet orationis formam quam exercitii cuiusdam spiritualis, per quod et anima iuuatur et oratio Deo redditur acceptior [2].

Prius itaque quam hoc orem modo, iuxta illud quod *tertiae* [a] additioni aequipollet [3], sedebo uel deambulabo paulisper (prout ad animae quietem facere [b] uidero) pensitans apud me, quo mihi accedendum sit, et quid faciendum. Hoc idem additionis genus ad omnem orandi modum praemitti debet.

Oratio praeparatoria gratiae contineat postulationem, ut mihi detur agnoscere, quicquid deliquero aduersus decalogi praecepta, meque in posterum emendare, intellectis illis exactius et (ut par est) ad Dei gloriam et salutem meam solito cautius obseruatis.

[a] secundae. *Vide Prolegomena, supra, pp. 152-153.*

[b] *Seq.* cogno *et* pro *oblitt.*

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 27, 33, 87.

[2] Ait S. Ignatius, se potius modum dare proficiendi in oratione, quam modum orandi.

[3] «Intellige illam additionem, quae habetur in quinto ex notandis positis post pri-

VERSIO PRIMA

58v Sequuntur tres modi orandi, et primo [a] super praeceptis

Primus modus orandi [1] consistit et uersatur circa decem praecepta, et circa septem peccata mortalia, et circa tres animi potentias, et circa quinque sensus corporeos; qui modus orandi est potius tradere formam ac methodum et exercitium, quo anima praeparetur et fructum faciat in ipsis, et ut oratio fiat acceptior, quam assignari [b] formam aliquam et modum orandi [2].

Primo fiet aequiualens 3.ae [c] additionis 2.ae hebdomadae [3], scilicet antequam vadam ad orationem quiescam parum spiritu, sedendo seu deambulando, prout melius judicauerim, consyderando quo tendo et quorsum; et haec eadem additio inseruiet omnibus modis orandi in principio.

59 Fiat oratio praeparatoria ad petendam gratiam a Domino Deo nostro, ut possim cognoscere defectus meos circa decem praecepta, et ita similiter petetur gratia et auxilium a me in futurum ut emender [d], et petetur perfecta intelligentia praeceptorum, quo melius

VERSIO P. ROOTHAAN

Tres modi orandi et primus [quidem, primo] super praeceptis.

Primus modus orandi [1] est circa decem praecepta, et septem peccata mortalia, tres potentias animae, et quinque sensus corporis: qui modus orandi est potius dare formam, modum et [quaedam] exercitia, quomodo [quibus] anima se praeparet, et in illis proficiat, et ut oratio accepta sit [Deo], quam dare formam et modum aliquem orandi [2] [proprie dictum].

Primo fiat aequivalens secundae Additioni secundae hebdomadae [3], scilicet, antequam intrem in orationem, quiescat paululum spiritus, sedendo, vel ambulando, prout melius ei videbitur, considerando quo vadam, et ad quid; et haec eadem Additio fiet ad initium omnium Modorum orandi.

[Dein fiat] oratio quaedam praeparatoria: veluti, petere gratiam a Deo Domino nostro, ut possim cognoscere in quo defecerim circa decem praecepta: et item petere gratiam et auxilium ad emendandum me in posterum: postulando perfectam intelligen-

a primus *A*.
b assignare *A*.
c *Prius* 2.ae; secundae additionis *A recte. Cf .annot. 3, pag. 434; et Prolegomena, supra, pp. 152-153.*
d a me in reliquum emendandi.

mae diei secundae hebdomadae contemplationem quintam.» *Ro.*, annot. 1, p. 140. Vide etiam secundam additionem in tertia hebdomade et *Proleg.*, supra, pp. 152-153. Item *Ro.*, in 4.a ed. romana, p. 83, annot. 36.

AUTOGRAPHUM

mejor guardallos, y para mayor gloria y alabanza de su diuina maiestad.

Para el primer modo de orar conuiene considerar y pensar en el primer mandamiento cómo le he guardado, y en qué he faltado, teniendo regla por espacio de quien dize tres vezes Pater noster y tres vezes Aue María, y si en este tiempo hallo faltas mías, pedir venia y perdón dellas, y dezir vn Pater noster; y desta misma manera se haga en cada vno de todos los diez mandamientos.

Es de notar que quando hombre viniere a pensar en vn mandamiento, en el qual halla que no tiene hábito ninguno de peccar, no es menester que se detenga tanto tiempo; ma[s] según que hombre halla en sí que más o menos estropieza en aquel mandamiento, así deue más o menos detenerse en la consideración y escrutinio dél, y lo mismo se guarde en los peccados mortales.

2.ª Nota. Después de acabado el discurso ya dicho sobre todos los mandamientos, acusándome en ellos, y pidiendo gracia y ayuda para enmendarme adelante, ase de acabar con vn colloquio a Dios

VULGATA VERSIO

Primo ergo, mandatum quodlibet ordine discutiam, attendens quo pacto seruauerim illud aut uiolauerim, **55** deque succurrentibus in memoriam delictis ueniam precabor, recitando semel Pater noster. Porro in excutiendis singulis praeceptis, satis fuerit insumi spatium temporis, quo ter posset oratio dominica percurri.

Notandum tamen quod circa praeceptum, cuius praeuaricatio rarior nobis accideret, minus immorandum esset, at [a] eo amplius, quo lapsus fuerit [b] ex assuetudine frequentior; idque similiter circa mortalia peccata sit praestandum.

Completo de praeceptis singulis discursu, post mei accusationem et gratiae implorationem, ut ea uigilantius deinceps custodiam, colloquium dirigam ad Deum iuxta rei occasionem.

---

a *Prius* et.
b *Seq.* frequentior *oblitt.*

VERSIO PRIMA

obseruem ad gloriam et laudem diuinae majestatis [a].

Pro primo modo orandi expedit consyderare et cogitare quomodo primum praeceptum seruauerim et in quo defecerim, habendo [b] regulam manendi in hac consyderatione per spacium quo diceretur [c] ter Pater noster et Aue Maria; et si in hoc tempore inueniam [d] defectus meos, petam veniam illorum, et dicam Pater noster et Aue Maria; et hic modus seruetur in quolibet decem praeceptorum.

Est adnotandum quod quando quis consyderauerit super uno praecepto, in quo non inuenit sibi esse [e] habitum peccandi, non est **59v** necessarium tanto tempore immorari; sed prout quiuis inuenit quod magis vel minus deficiat in illo praecepto, ita debet magis vel minus immorari in tali consyderatione et scrutinio eius; et idem seruabitur in peccatis mortalibus.

Finito praedicto discursu super decem praeceptis, acusabo me et petam gratiam et auxilium me in posterum emendandi: finiam etiam cum uno colloquio directo ad Dominum Deum nostrum juxta subiectam materiam.

[a] magestatis *prius B.*—[b] assignando *A, et alia manu in marg.* habendo. — [c] *Haec 2 vv. sunt supra vers. in A; in versu est* dicens, *non oblitt.* — [d] inuenio *A.*—[e] inuenit quod habeat habitum aliquem.

VERSIO P. ROOTHAAN

tiam illorum, ad melius ea servanda, et ad majorem gloriam et laudem suae divinae Majestatis.

Pro primo Modo orandi, convenit considerare, et cogitare in primo praecepto quomodo illud servaverim, et in quo defecerim, tenendo regulam [sistendi in hac consideratione] per spatium quo quis recitat ter Pater noster et ter Ave Maria: et si in hoc tempore invenio defectus meos, petere veniam et remissionem illorum, et dicere unum Pater noster: et hoc eodem modo fiet in quovis ex decem praeceptis.

Notandum est, quod quando quis venerit ad cogitationem [sive discussionem] praecepti alicujus, in quo reperit non habere se ullum habitum peccandi, non est necesse ut immoretur tanto tempore: sed secundum quod quis reperit se plus, vel minus impingere [offendere] contra illud mandatum, ita debet plus vel minus immorari in consideratione et scrutinio illius [praecepti]: et hoc idem servetur in peccatis mortalibus.

Post finitum discursum jam dictum super omnibus praeceptis, accusando me in illis, et petendo gratiam et auxilium ad emendandum me in posterum, debet terminari colloquio ad Deum Dominum nostrum juxta subjectam materiam.

AUTOGRAPHUM

nuestro Señor según subiecta materia.

38v SEGUNDO SOBRE PECCADOS MORTALES

Acerca de los siete peccados mortales, después de la addición, se haga la oración preparatoria, por la manera ya dicha, sólo mudando que la materia aquí es de peccados que se han de euitar, y antes hera de mandamientos, que se han de guardar, y asímismo se guarde la orden y regla ya dicha y el colloquio.

Para mejor conoscer las faltas hechas en los peccados mortales, mírense sus contrarios, y así para mejor euitarlos proponga y procure la persona con sanctos exercitios adquerir y tener las siete virtudes a ellos contrarias [1].

3.° SOBRE LAS POTENCIAS DEL ÁNIMA

Modo. En las tres potencias del ánima se guarde la misma orden y regla que en los mandamientos, haziendo su addición, oración preparatoria y colloquio.

4.° SOBRE LOS CINCO SENTIDOS CORPORALES

Modo. Cerca los cinco sentidos corporales se tendrá siempre la misma orden, mudando la materia dellos.

Nota. Quien quiere ymitar en

VULGATA VERSIO

2.° SIMILEM ORATIONIS MODUM PROSEQUEMUR CIRCA MORTALIA PECCATA; post additionem et praeparatoriam orationem, sicut fecimus in praeceptis; nihil enim utrobique uarium occurrit, nisi quod ad materiam attinet, cum praecepta quidem seruanda sint, peccata uero deuitanda. Caetera eadem sunt, fietque itidem colloquium.

Sciendum est peccatorum uitiorumque notitiam iuuari per contrariorum actuum et habituum considerationem; quapropter per gratiam diuinam **55v** et piam quamlibet exercitationem laborandum est unicuique, ut uirtutes sibi paret [1], mortalibus peccatis septem oppositas.

3.° CIRCA TRES ANIMAE POTENTIAS idem [a] sequitur progressus, per additionem, orationem et discussionem singularum, cum colloquio ad finem, faciendus.

4.° CIRCA QUINQUE SENSUS CORPORIS [b] nulla re mutata, praeter materiam.

Vbi subnotandum est, quod [c] si

a *Prius* itidem.
b *Hoc v. add. supra vers.*
c *Add. hoc v. supra vers.*

1 Habes hic fundamentum examinis particularis de virtute aliqua exercenda.

VERSIO PRIMA

SECUNDA ORATIO, SCILICET SUPER SEPTEM [a] PECCATIS MORTALIBUS

Circa septem peccata mortalia, post additionem fiet oratio praeparatoria, seruato modo iam dicto; solum mutabitur materia, quae hic erit circa peccata, quomodo uitan-**60** da sint, cum ante esset [b] circa praecepta, quomodo obseruanda; et ita obseruabitur [c] idem ordo et eadem regula praedicta et idem colloquium.

Ad melius cognoscendum defectus et negligentias circa peccata mortalia, consyderentur eorum contraria; et ut [d] diligentius caueantur, proponat ac laboret quilibet studio sanctorum exercitiorum acquirere et obtinere septem virtutés illis contrarias [1].

TERTIA ORATIO SUPER TRIBUS POTENTIIS ANIMAE

Circa tres potentias animae seruabitur idem ordo et eadem regula quae seruata est in praeceptis, faciendo additionem, orationem praeparatoriam et colloquium.

60v QUARTA ORATIO EST SUPER QUINQUE SENSUS CORPORIS

Circa quinque sensus corporis idemmet ordo semper obseruabitur, mutata tantum materia.

Qui desyderat imitari Christum

a *Hoc v. deest in A.*—b *Sic A;* essent *B.* —c seruabitur *emendatum ex* finaliter *A.* —d ita quod.

VERSIO P. ROOTHAAN

SECUNDO SUPER PECCATIS MORTALIBUS.

Circa septem peccata mortalia, post Additionem [supradictam] fiat oratio praeparatoria, modo jam dicto, solum mutando, quod materia hic est de peccatis, quae evitanda sunt, et prius erat de praeceptis, quae sunt servanda; et similiter servetur ordo et regula jam dicta, et colloquium.

Ad melius cognoscendas culpas commissas in peccatis mortalibus, considerentur eorum contraria, atque ita ad melius vitanda ea [peccata], proponat et curet ille, [qui hunc orandi modum adhibet], sanctis exercitiis acquirere et possidere septem virtutes illis [peccatis] contrarias [1].

TERTIO, SUPER POTENTIIS ANIMAE.

Circa tres potentias animae, servetur idem ordo, et regula, quae in praeceptis, faciendo suam Additionem, orationem praeparatoriam, et colloquium.

QUARTO, SUPER QUINQUE SENSIBUS CORPORIS.

Circa quinque sensus corporis servabitur semper idem ordo, mutando materiam illorum.

Qui vult imitari in usu sensuum

AUTOGRAPHUM

el uso de sus sentidos a Xpo. nuestro Señor, encomiéndese en la oración preparatoria a su diuina maiestad; **39** y después de considerado en cada vn sentido, diga vn Aue María o un Pater noster, y quien quisiere ymitar en el vso de los sentidos a Nuestra Señora, en la oración preparatoria se encomiende a ella, para que le alcançe gracia de su Hijo y Señor para ello; y después de considerado en cada vn sentido, diga vn Aue María.

2.° MODO DE ORAR [1] ES CONTEMPLANDO LA SIGNIFICACIÓN DE CADA PALABRA DE LA ORACIÓN

Addición. La misma addición que fué en el primer modo de orar, será en este segundo.

Oración. La oración preparatoria se hará conforme a la persona a quien se endreça la oración.

2.° modo de orar. El segundo modo de oraɼ es, que la persona, de rrodillas o asentado, según la mayor disposición en que se halla y más deuoción le acompaña, teniendo los ojos cerrados o hincados en vn lugar sin andar con ellos variando, diga Pater, y esté en la consideración desta palabra tanto

VULGATA VERSIO

quis optet in sensuum suorum usu Christum imitari, debet in oratione praeparatoria se ipsum super hoc Deo commendare, factaeque sensuum singulorum [a] examinationi dominicam orationem subiicere. Si uero similem affectet beatae Uirginis Mariae imitationem, ei se commendet tanquam a Filio id impetraturae, et salutationem angelicam, dum sensus excutit, identidem recitet.

SECUNDUS ORANDI MODUS [1] EX UOCUM ORATIONIS SINGULARUM PERPENSA SIGNIFICATIONE

Additio eadem, quae superius, it praeuia.

56 Oratio praeparatoria personae congruet, ad quam dirigitur.

2.us orandi modus est, ut flexis genibus uel sedendo (pro habitudine corporis, et animi deuotione), oculis uel clausis uel defixis in partem unam neque huc et illuc motis, precationem dominicam a principio recitemus, et in prima uoce, quae est Pater, meditationis figamus pedem, quandiu circa eam

[a] *Hoc v. add. in marg.*

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 33, 87, 119.

VERSIO PRIMA

Dominum nostrum in usu suorum sensuum, commendet se in oratione praeparatoria diuinae maiestati; postea consyderando quemlibet [a] dicat vel Aue Maria vel Pater noster; et qui exoptat in usu sensuum imitari [b] Dominam nostram, in oratione praeparatoria commendet se Virgini, ut rei eius impetret gratiam illi a Filio suo et Domino; et post cuiuslibet sensus consyderationem dicat Aue Maria.

Secundus modus orandi [1] est contemplari significationem cuiuslibet verbi orationis

Eadem additio, quae fuit in primo modo **61** orandi seruata, seruabitur et in hoc 2.°

Oratio praeparatoria fiet prout fuerit is ad quem dirigetur.

Secundus modus orandi est, quod quis, seu genuflexus, seu sedens, prout magis ad hoc vel ad illud erit dispositus, vel prout maiorem deuotionem inuenerit, clausis oculis vel fixis in locum unum, sine aliqua mutatione, dicat orationem Pater noster, etc., et immoretur in consyderatione cu-

[a] singulum illorum *A, super quae vv. non deleta scriptum est* quemlibet; *B habet* quenlibet.

[b] imitari in usu sensuum *A*.

VERSIO P. ROOTHAAN

suorum Christum Dominum nostrum, commendet se in oratione praeparatoria suae divinae Majestati; et post consideratum unumquemque sensum, dicat unum Ave Maria, vel unum Pater noster; et qui vellet imitari in usu sensuum Dominam nostram, in oratione praeparatoria se commendet illi, ut sibi obtineat gratiam a Filio suo ac Domino ad hoc ipsum: et post consideratum unumquemque sensum, dicat unum Ave Maria.

Secundus modus orandi [1] est [sive fit] contemplando significationem singularum vocum orationis [illius, circa quam hic Modus orandi exercetur].

Eadem Additio, quae fuit in primo Modo orandi, erit in hoc secundo.

Oratio praeparatoria fiet conformiter personae ad quam dirigitur oratio [circa quam hic Modus orandi exercetur].

Secundus Modus orandi est, ut ille [qui hunc Modum vult adhibere] genibus flexis, vel sedens, prout magis [ad hoc vel illud] dispositum se reperit, et prout magis eum devotio comitatur, tenendo oculos clausos, vel defixos in unum locum, neque huc illuc eos movendo, dicat, Pater, et con-

AUTOGRAPHUM

tiempo, quanto halla [1] significaciones, comparaciones, gusto y consolación [a] en consideraciones pertinentes a la tal palabra, y de la misma manera haga en cada palabra del Pater noster **39v** o de otra oración qualquiera que desta manera quisiere orar.

1.ª regla. La primera regla es, que estará de la manera ya dicha vna hora en todo el Pater noster, el qual acabado, dirá vn Aue María, Credo, Anima Xpi. y Salue Regina vocal o mentalmente según la manera acostumbrada.

2.ª regla. La segunda regla es, que si la persona que contempla el Pater noster hallare en vna palabra o en dos tan buena materia que pensar y gusto y consolación, no se cure pasar adelante, aunque se acabe la hora en aquello que halla, la qual acabada, dirá la resta del Pater noster en la manera acostumbrada.

3.ª regla. La tercera es, que si en vna palabra o en dos del Pater

a *Prius* consideración *errore librarii*.

VULGATA VERSIO

uariae nobis significationes, similitudines, spirituales gustus et aliae commotiones deuotae incident; et ita deinceps per singula, eiusdem uel alterius orationis uerba factitabimus.

REGULAE TRES CIRCA HAEC SERUANDAE

Prima, ut in tali precationis cuiuslibet ruminatione [a] horae spatium insumamus, quo expleto [b], Aue Maria, Credo, Anima Christi et Salue Regina semel iuxta communem morem, uel mente sola uel etiam uoce, percurrantur.

2.ª est quod si, orantibus hoc modo nobis **56v** in una uoce uel duabus meditatio affluat, et interna simul delectatio; postponenda erit transcurrendi cura, licet hora tota praetereat, qua elapsa [c], reliquum orationis cursim recitetur.

3.ª, ut quando ita contigerit, meditandae uoci uni aut pauculis

a *Seq.* per singulas uices unaquaque uice *oblitt.*

b *Seq.* hae orationes *oblitt.*

c *Pro vvv. praeced. erat prius* post quam elapsam; *1.ª ed.* elapsa *sine* qua.

1 « Exprimitur applicatio adhibenda in quaerendo. » *Ro.*, annot. 6, p. 144. Vide quoque *Proleg.*, supra, p. 87.

VERSIO PRIMA

iuslibet [a] verbi tanto temporis spacio, quanto inuenerit [1] significationem [b], gustum, consolationem in consyderationibus pertinentibus ad tale unicum verbum. Idem seruabitur in quolibet verbo orationis dominicae et cuiusuis orationis, quam acceperit [c].

Prima regula est, quod in oratione Pater noster immorabitur per horam seruando praedictum modum; finita autem oratione dominica, dicet Aue Maria, Credo, Anima Christi, Salue Regina vocaliter **61v** seu mentaliter juxta modum assuetum.

Secunda regula est, quod si is qui contemplatur orationen dominicam, inuenerit in uno aliquo verbo vel in duobus fertilem materiam cogitandi, gustandi, et consolationum [d]; non curabit ad reliqua transire, etiamsi finiatur hora in vno vel duobus verbis; qua hora finita, dicet quod superest orationis Pater noster juxta modum solitum.

Tertia regula est, quod si in vno vel in duobus verbis immoratus

VERSIO P. ROOTHAAN

sistat in consideratione hujus vocis tamdiu, quamdiu invenit [1] significationes [varias], comparationes, gustum, et consolationem in consideiationibus pertinentibus ad talem vocem: et eodem modo faciat in quavis voce orationis Dominicae, vel alterius orationis cujusque, quam [assumere] voluerit ad orandum hoc modo.

Prima regula est, quod [qui sic orat] persistet hoc modo unam horam in tota oratione Dominica, qua [oratione] expleta, dicet unum Ave Maria, Credo, Anima Christi, et Salve Regina, voce vel mente, modo solito.

Secunda regula est, quod si ille, qui contemplatur orationem Dominicam, inveniat in una voce, vel in duabus tam bonam [copiosam] materiam cogitandi, et gustum et consolationem, non curet progredi ulterius, etiamsi terminetur hora in eo quod invenit, qua finita, dicet reliquum orationis Dominicae modo solito.

Tertia est, quod si in una voce, vel duabus orationis Dominicae

[a] singuli.

[b] *Sequitur* comparationes *oblitt. in B; exstat in A.*

[c] *Pro 9 vv. praeced., quorum 5 priora sunt in marg. in A, erat prius ibid.* qualibet alia oratione quam quis acceperit.

[d] *Prius* consolationem *B, quod est in A.*

AUTOGRAPHUM

noster se detuuo por vna hora entera, otro día quando querrá tornar a la oración, diga la sobredicha palabra o las dos según que suele; y en la palabra que se sigue inmediatamente comience a contemplar, según que se dixo en la segunda regla.

1.ª nota. Es de aduertir que acabado el Pater noster en vno o en muchos días, se a de hazer lo mismo con el Aue María y después con las otras oraciones, de forma que por algún tiempo siempre se exercite en vna dellas.

2.ª nota. La 2.ª nota es, que acabada la oración, en pocas palabras con-40 uertiéndose a la persona a quien ha orado, pida las virtudes o gracias, de las quales siente tener más necessidad.

3.º MODO DE ORAR SERÁ POR COMPÁS

Addición. La addición será la misma que fué en el primero y 2.º modo de orar.

Oración. La oración preparatoria será como en el segundo modo de orar.

3.º modo de orar. El tercero modo de orar es, que con cada vn hanhélito o resollo se ha de orar mentalmente diziendo vna palabra

VULGATA VERSIO

horam impendisse, postridie, recitato breuiter eo quod excussum fuit, ad sequentis uerbi considerationem pergamus.

Post excussam uero ad hunc modum dominicam precationem totam, succedet salutatio angelica, deinde alia atque alia oratio, ut sine interruptione haec orandi exercitatio procedat.

Adhaec, oratione qualibet sic completa, personam illam, ad quam pertinebat, paucis compellabimus, uirtutem aliquam aut gratiam petentes, qua maxime indigere nos senserimus.

TERTIUS ORANDI MODUS PER QUANDAM UOCUM ET TEMPORUM COMMENSURATIONEM

Additio ab utraque superiore nihil differt.

Oratio praeparatoria fiet sicut in 2.º modo.

57 Tertius hic orandi modus in eo consistit, ut inter singulas respirandi uices, singula dominicae alteriusue orationis uerba trans-

VERSIO PRIMA

est per horam integram, die sequenti quando redibit ad orationem dicet illud verbum vel illa duo modo solito, et in sequenti verbo inmediate incipiet contemplari sicut dictum est in 2.ª regula.

Prima adnotatio est quod [a] finita oratione dominica Pater noster in vno vel [b] pluribus diebus, idem postea fiet in salutatione [c] angelica Ave Maria, postea idem fiet in aliis: itaque **62** per aliquod tempus semper exercitetur in una illarum.

Finita oratione hac, conuertat se qui co[n]templatur ad eum ad quem fundit orationem, et paucis verbis petet [d] ab eo virtutes seu dona, quibus magis eget.

Tertius modus orandi per interualla

Additio erit eadem quae fuit in primo et 2.° modo orandi.

Oratio praeparatoria erit eadem quae in 2.° modo orandi.

Tertius modus orandi est, quod qui orat, in quolibet [e] anhelitu siue respiratione, oret mentaliter dicendo unicum verbum orationis

VERSIO P. ROOTHAAN

immoratus fuerit una hora integra, alio die, quando volet redire ad [eamdem] orationem, dicat supradictam vocem, vel duas illas, modo solito, et in voce quae sequitur immediate, incipiat contemplari, eo modo quo dictum est in regula secunda.

Advertendum est, quod finita oratione Dominica uno, vel multis diebus, debet fieri idem circa salutationem Angelicam, et postea circa reliquas orationes, ita ut per aliquod tempus semper se exerceat circa unam ex illis.

Altera nota est, quod finita oratione, paucis verbis, convertendo se ad personam ad quam directa fuit illa oratio, petat virtutes vel gratias, quibus sentiat magis se indigere.

tertius modus orandi erit per [sive ad] mensuram [sive in numerum, ad modum rhythmi].

Additio erit eadem quae fuit in primo et secundo Modo orandi.

Oratio praeparatoria erit sicut in secundo Modo orandi.

Tertius Modus orandi est, quod ad quemlibet anhelitum, seu [ad quamlibet]respirationem orandum est [oretur] mentaliter, dicendo

---

a Prima nota: est aduertendum quod.
b vel in *A*.
c oratione.
d petat *A*.
e singulo.

AUTOGRAPHUM

del Pater noster o de otra oración que se reze [1], de manera que vna sola palabra se diga entre vn hanhélito y otro, y mientras durare el tiempo de vn hanhélito a otro, se mire principalmente en la significación de la tal palabra, o en la persona a quien reza, o en la vaxeza de sí mismo, o en la differencia de tanta alteza a tanta baxeza propria; y por la misma forma y regla procederá en las otras palabras del Pater noster; y las otras oraciones, es a saber, Aue María, Anima Xpi., Credo y Salue Regina hará según que suele.

1.ª regla. La primera es, que en el otro día o en otra hora que quiera orar, diga el Aue María por compás, y las **40v** otras oraciones según que suele, y así conseqüentemente procediendo por las otras.

2.ª regla. La segunda es, que quien quisiere deternerse más en

VULGATA VERSIO

mittamus [1], expensa interim uel significatione prolatae uocis uel personae, ad quam oratio spectat, dignitate [a], uel mea ipsius uilitate, uel utriusque postremo [b] differentia. Eodem procedendum modo in uerbis reliquis. Addendae quoque orationes supra memoratae Aue, Credo etc.

REGULAE DUAE HUC SPECTANTES

Prior, ut, finita iuxta hunc orandi modum precatione dominica, sumatur aliis diebus uel horis, angelica salutatio, simili respirationum interuallo tractanda, cum aliis orationibus usitato more recitandis.

Posterior, ut qui hunc orandi modum exercere cupit diutius [c],

a *Seq.* mea *oblitt.*
b *Hoc v. add. supra vers.*
c *Hoc v. add. supra vers.*

1 V. supra, *Proleg.*, p. 28.

VERSIO PRIMA

dominicae Pater noster, vel alterius cuiuscumque orationis [1], ita ut [a] inter vnam respirationem et alteram, seu (quod idem est) [b] inter vnum anhelitum et alterum, vnicum solum verbum proferatur, **62v** et toto illo intermedio tempore debet praecipue consyderari significatio illius verbi vel dignitas [c] eius, ad quem orationem fundo, vel infirmitas [d] mei ipsius orantis, vel differentia quae est inter tantam altitudinem eius, qui oratur, et inferioritatem ac vilitatem mei ipsius orantis [e]; et haec eadem methodus et regula procedendi seruanda est in singulis aliis verbis orationis dominicae; reliquas autem orationes, nempe salutationem angelicam, Anima Christi, symbolum fidei et Salue Regina dicet modo solito.

Prima regula est quod die sequenti vel alia quapiam hora, quam destinauit ad orandum, dicat salutationem [f] angelicam per eamdem formam, reliquas autem consequenter modo solito.

Secunda regula est, quod qui plus temporis in hoc orandi modo

VERSIO P. ROOTHAAN

unam vocem orationis Dominicae, vel alterius orationis quae recitetur [1], ita ut una sola vox dicatur inter unum anhelitum et alterum, et dum durabit tempus ab uno anhelitu ad alterum, attendatur praecipue ad significationem talis vocis, vel ad personam ad quam recitat [orationem dirigit], vel ad vilitatem sui ipsius, vel ad differentiam inter tantam altitudinem [illius personae] et tantam vilitatem propriam; et eadem forma et regula procedet in reliquis vocibus Orationis Dominicae; et ceteras orationes, scilicet: Ave Maria, Anima Christi, Credo, et Salve Regina, dicet more consueto.

Prima regula est, quod altero die, vel alia hora qua [sic] orare velit, dicat Ave Maria ad mensuram, et ceteras orationes more consueto, et ita consequenter procedendo per ceteras.

Secunda est, quod qui voluerit plus immorari in orando ad men-

---

a quod.
b *In A non sunt parenthesis signa.*
c majestas.
d infirmitas et impotentia.
e altitudinem orati *(?)* et inferioritatem ac parvitatem mei ipsius orantis.
f orationem.

AUTOGRAPHUM

la oración por compás, puede dezir todas las sobredichas orationes o parte dellas, lleuando la misma orden del anhélito por compás, como está declarado.

41r LOS MISTERIOS DE LA VIDA DE XPO. NUESTRO SEÑOR

Nota. Es de aduertir en todos los misterios siguientes, que todas las palabras que están inclusas en parénthesis, son del mismo Euangelio, y no las que están de fuera [b]; y en cada misterio por la mayor parte hallarán tres punctos para meditar y contemplar en ellos con mayor facilidad [1].

VULGATA VERSIO

ad eum applicet precationes omnes supradictas, aut earum partes, et paria anhelituum ac uocum interstitia obseruet.

57v ✠

UITAE DOMINI NOSTRI JESU XI. MYSTERIA

Notandum est primitus, omnia sequentium mysteriorum uerba, quae includuntur parenthesi, ex ipsis Euangeliis deprompta esse, non item caetera; ad haec in unoquoque mysterio semper aut fere poni puncta tria, ut expeditior sit contemplatio, quo est distinctior [1].

---

a *De titulis in summis paginis positis vide supra, p. 222 annot. b.*

b *Id non observatur ad unguem perpetuo; interdum enim parenthesis aperitur nec clauditur, rarius omittitur omnino. Semel, in apparitione septima, uiscentur verba evangelica cum aliis ex Evangelio non desumptis. Ubi in Aut. unus vel duo uncini desunt, a nobis sic supplentur* [(] [)]. *Eamdem rationem sequimur in Ve. et Vu.*

---

1 S. Ignatius Evangelii verba non semper ponit omnia, sed nonnunquam, salva omnino rerum veritate, eorum aliqua omittit, neque id ulla ratione significat. Cf., e. g., sermonem in monte, f. 44v. Item ex plurimis illis Christi Domini verbis et factis, quae in evangeliis narrantur, aliqua tantum seligit, utique, putandum est, illa, quae sibi utilissima fuerant, et caeteris utilissima fore sperabat. Notandum quoque est et in punctorum et in integrorum mysteriorum serie texenda, compluries ordinem temporum ab Ignatio neglectum atque inversum esse. Perperam tamen ageret, qui id ei vitio verteret. Neque enim usquam ille promisit, se omnia ex ordine temporum propositurum esse, neque ad id praestandum tenebatur, cum neque ipsi sancti evangelistae id semper praestiterint, ut constat inter omnes. Cum igitur certum sit, Ignatium *Exercitia* valde magni fecisse,

VERSIO PRIMA

impendere voluerit, 63 potest omnes praedictas orationes vel partem illarum, seruato eodem ordine declarato, percurrere.

VERSIO P. ROOTHAAN

suram, potest dicere omnes supradictas orationes, vel partem illarum, servando eumdem ordinem anhelitus ad mensuram, prout declaratum est.

63v VITA JESV CHRISTI

Circa omnia sequentia mysteria est aduertendum quod verba omnia conclusa parentesi [a] signo () sunt ad verbum desumpta ex Euangelio, reliqua uero non; et in quouis mysterio ut plurimum erunt tria puncta, ut in eis quis meditetur et contempletur facilius [1].

[a] parentesis *A*.

MYSTERIA VITAE CHRISTI DOMINI NOSTRI

Notandum est in omnibus Mysteriis sequentibus, omnia verba quae sunt inclusa intra parenthesin esse ex ipso Evangelio, non item ea quae sunt extra [parenthesin]: et in quovis Mysterio, pro maxima parte invenient [qui meditaturi sunt] tria puncta ad meditandum et contemplandum in illis majori cum facilitate [1].

et iis perpoliendis diu operam dedisse, inversiones historicas, non inscium aut negligentem, sed scientem et volentem fecisse credendum est. Id ipse in uno saltem exercitio haud obscure significavit, ut supra ex *Ro.*, notavimus, p. 344. Attamen concedi debet, Ignatio identidem id accidisse quod etiam sanctis Patribus nonnunquam accidit, ut vel memoriae vel calami lapsu in paucis aliquot parvisque rebus ab evangelistis discreparet, quae infra suis locis notabuntur. Denique etsi in titulis mysteriorum indicat S. Ignatius ex quibus locis Evangeliorum illa sumuntur, in textu tamen aliqua interdum ponit ex locis non indicatis desumpta. Cf., e. g., tertium punctum mysteriorum ab horto ad Annam, f. 48; Jesum ductum esse ad Annam et alapam accepisse, narrat JOANNES, XVIII, 13 et 22, non synoptici.

AUTOGRAPHUM

DE LA ANNUNTIATIÓN DE NUESTRA SEÑORA ESCRIBE SANT LUCAS EN EL PRIMERO CAPÍTULO, LITTERA C [1]

1.° El primer puncto es que el ángel Sant Gabriel, saludando a Nuestra Señora, le sinificó la conceptión de Xpo. nuestro Señor: (Entrando el ángel adonde estaba María, la saludó, diziéndole: Dios te salue, llena de gracia; conçibirás en tu vientre, y parirás vn hijo.)

2.° El segundo: confirma el ángel lo que dixo a Nuestra Señora, significando la conceptión de Sant Joán Baptista, diziéndole: (Y mira que Elisabet, tu parienta, ha concebido vn hijo en su vejez.)

3.° El tercio: respondió al ángel Nuestra Señora: (He aquí la sierua del Señor; cúmplase en mý según tu palabra.)

41v DE LA VISITACIÓN DE NUESTRA SEÑORA A ELISABET DICE SANT LUCAS EN EL PRIMERO CAPÍTULO, LITTERA D [2]

1.° Primero: como Nuestra Señora visitase a Elisabet, Sant Johán Baptista, estando en el vientre de su madre, sentió la visitación que hizo Nuestra Señora: (Y

VULGATA VERSIO

DE ANNUNTIATA BEATAE MARIAE UIRGINI CHRISTI INCARNATIONE, DE QUA LUCAE PRIMO [1]

Primo. Quomodo angelus Gabriel beatam Uirginem salutans, diuini Uerbi conceptionem ei nuntiauit: (ingressus angelus ad eam dixit: Aue Maria gratia plena etc. ecce concipies in utero et paries filium etc.).

2.° Confirmat angelus id, quod praedixerat, adducto exemplo de S. Ioannis Baptistae conceptione admiranda: (et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in **58** senectute sua etc.).

3.° Respondit angelo Uirgo sancta: (ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum).

DE MARIA, ELISABET COGNATAM SUAM UISITANTE, UT HABETUR LUC. PRIMO [2]

Primo. Quomodo inuisit Maria Elisabeth, ac S. Ioannes, in utero existens, sensit Mariae salutationem et gestiit: (cum audisset salutationem Mariae Elisabeth, exul-

[1] Luc., I, 26-38. Cardinalis Hugo a S. Caro († 1263) qui primas Bibliorum latinorum Concordantias composuit, primus quoque singula Bibliorum capita per septem litteras a-g textui appositas distinxit. Quae divisio per tria saecula viguit, atque in missali breviarioque romano paene usque in praesens tempus retenta est. Per versus autem eosque numeris signatos Biblia primum distincta sunt in editione graeca Scripturae, quae anno 1551 Genevae a Roberto Stephano (Estienne) typographo parisiensi, jam in calvinianorum castra transgresso, facta est. Quae distinctio, paucis rebus exceptis, a saeculo demum XVII in omnes Bibliorum editiones recepta est. Quod ad usum

VERSIO PRIMA

DE ANUNCIATIONE, LU., I.° [1]

Primo. Gabriel angelus, salutans Mariam, praedicit conceptionem Christi: (Ingressus Angelus [a] ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, concipies in vtero et paries Filium).

2.° Omnia confirmat praedicendo concep-**64** tionem Johannis: (et ecce Elisabeth, cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua).

Tertio. Respondit Maria: (ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum).

DE VISITATIONE, LU., I.° [2]

Primo. Visitat Maria Elisabeth, quam praesentit Johannes in vtero: (vt audiuit salutationem Mariae Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, et repleta Spiritu

VERSIO P. ROOTHAAN

DE ANNUNTIATIONE DOMINAE NOSTRAE SCRIBIT S. LUCAS CAP. I. LITT. C. D. [1]

Primum punctum est, quod Angelus S. Gabriel, salutans Dominam nostram, ei nuntiavit conceptionem Christi Domini nostri. (Ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena, concipies in utero, et paries Filium.)

Secundum, confirmat Angelus ea quae dixerat Dominae nostrae, nuntiando conceptionem S. Joannis Baptistae dicens illi: (Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua...)

Tertium, respondit Angelo Domina nostra: (Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum).

DE VISITATIONE DOMINAE NOSTRAE AD ELISABETH AGIT S. LUCAS CAP I. LITT. D. [2]

Primo, cum Domina nostra visitasset Elisabeth, S. Joannes Baptista existens in utero matris suae, sensit visitationem quam fecit Domina nostra, (Et ut audivit

[a] *Hoc v. deest in A.*

3.° Comederunt, et saturati sunt et superauerunt duodecim cophini [a].

DE TRANSFIGURATIONE, MATH., 17° [2]

70v Primo. (Assumptis Petro, Jacobo, Joanne, resplenduit facies eius sicut sol, et vestimenta sicut nix) [b].

2.° Loquebatur cum Moyse et Helia.

3.° Dicente Petro ut facerent tria tabernacula, sonuit vox de coelo: (Hic est Filius meus dile-

VERSIO P. ROOTHAAN

QUOMODO CHRISTUS DOMINUS NOSTER DEDIT AD MANDUCANDUM QUINQUE MILLIBUS HOMINUM, SCRIBIT S. MATTH. CAP. 14. LITT. B. C [1].

Primo, Discipuli, cum jam sero fieret, rogant Christum, ut dimittat multitudinem hominum, qui cum ipso erant.

Secundo, Christus Dominus noster mandavit [Discipulis] ut sibi afferrent panes, et jussit ut [turbae] discumberent, et benedixit, et fregit, et dedit Discipulis suis panes illos, et Discipuli multitudini.

Tertio, (Manducaverunt, et saturati sunt, et tulerunt reliquias duodecim cophinos).

DE TRANSFIGURATIONE CHRISTI SCRIBIT S. MATTH. CAP. 17. LITT. A. B [2].

Primo, assumens comites Christus Dominus noster dilectos suos Discipulos Petrum, Jacobum et Joannem, (Transfiguratus est, et resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus sicut nix).

Secundo, loquebatur cum Moyse et Elia.

Tertio, dicente S. Petro ut facerent tria tabernacula, sonuit vox de coelo, quae dicebat: (Hic est

[a] *Tertium punctum parenthesi clauditur in A.*

[b] *Desunt in A parenthesis signa.*

[2] MATTH., XVII, 1-9; MARC., IX, 1-8; LUC., IX, 28-36. Cf. II PETR., I, 16-18. Quod in tertio puncto dicitur, vocem Patris de caelo sonuisse, ex epistola Petri depromptum est; nam tres evangelistae eam de nube venisse scribunt.

AUTOGRAPHUM

es my Hijo amado, oýlde); la qual voz como sus discípulos la oyesen, de temor cayeron sobre las caras, y Xpo. nuestro Señor tocólos y díxoles: (Lebantaos y no tengáis temor; a ninguno digáis esta visión, hasta que el Hijo del hombre resuçite[])].

De la resurrectión de Lázaro, Joannes, caplo. 11, lit. a, b, c, d [1]

1.° Primero: hazen saber a Xpo. nuestro Señor Marta y María la enfermedad de Lázaro, la qual sabida se detubo por dos días, para que el milagro fuese más euidente [2].

2.° 2.°: antes que lo resusçite pide a la vna y a la otra que crean diziendo: (Yo soy resurrectión y vida; el que cree en mý, aunque sea muerto, vivirá). [3]

3.° 3.°: lo resusçita después de auer llorado y hecho oración; y la manera de resusçitarlo fué mandando [4]: (Lázaro, ven fuera).

De la çena en Betania, Mat., ca. 26, li. a [5]

1.° Primero: el Señor çena en casa de Simón el leproso, iuntamente con Lázaro.

VULGATA VERSIO

dilectus, ipsum audite). Vnde consternati discipuli, proni collapsi sunt, quos tangendo Christus dixit: (Surgite et nolite timere: nemini dixeritis uisionem hanc, donec filius hominis a mortuis resurgat).

De Lazari suscitatione, Joan., 11.° [1]

Primo. Audito Christus nuntio de Lazari aegrotatione, per biduum substitit, ut euidentius foret miraculum [2].

2.° Antequam suscitet mortuum, utriusque sororis fidem extimulat: (Ego sum resurrectio et uita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet). [3]

3.° Collachrimatus ac precatus prius, suscitauit illum; **63v** fuit autem, quo usus est, suscitandi modus per mandatum [4]: (Lazare, ueni foras).

De coena apud Bethaniam, Math., 26.° [5]

Primo. Coenabat Christus in domo Simonis leprosi et pariter Lazarus.

---

[1] Jo., XI, 1-45.
[2] V. supra, *Proleg.*, p. 70.
[3] Haec verba narrat Joannes a Christo dicta Marthae esse.

VERSIO PRIMA

ctus, ipsum audite); quam vocem discipuli audientes prae timore ceciderunt in faciem, et Jesvs tetigit eos, et dixit eis: (surgite et nolite timere, nemini dixeritis uisionem hanc, donec filius hominis resurgat).

De suscitatione Lazari, Jo., 11.° [1].

Primo. Significatur [a] a Martha et a Maria Christo Lazari infirmitas, quam audiens [b] ipse mansit per duos dies, vt euidentius [c] appareret miraculum [2].

2.° Ante suscitationem exigit fidem ab utraque **71** dicens: (Ego sum resurrectio et uita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet). [3]

3.° Suscitat eum, lachrimis et oratione premissis; suscitauit autem cum imperio [d] [4] dicens: (Lazare, veni foras).

De coena in Bethania, Mat., 26 [5].

Primo. Dominus coenat in domo Simonis leprosi, ubi simul discumbit Lazarus.

a renunciatur.
b quam sciens.
c maius.
d imperiose.

VERSIO P. ROOTHAAN

Filius meus dilectus; ipsum audite). Quam vocem cum audissent Discipuli ejus, prae timore ceciderunt in facies suas, et Christus Dominus noster tetigit eos, et dixit illis: (Surgite et nolite timere. Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat).

de resurrectione lazari Joan. 11. litt. A. B. C. D [1].

Primo, certiorem faciunt Christum Dominum nostrum Martha et Maria de infirmitate Lazari, qua cognita, substitit per duos dies, ut miraculum esset evidentius [2].

Secundo, antequam eum resuscitet, petit [exigit] ab una et ab altera ut credant, dicens: (Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet) [3].

Tertio, eum resuscitat postquam lachrymatus esset, et orationem fecisset: et modus eum resuscitandi fuit, jubendo [4]: (Lazare veni foras).

de coena in bethania Matth. cap. 26. litt. A [5].

Primo, Dominus coenat in domo Simonis leprosi, simul cum Lazaro.

4 V. supra, *Proleg.*, p. 72.
5 Matth., XXVI, 6-10; Marc., XIV, 3-6; Jo., XII, 1-8.

AUTOGRAPHUM	VULGATA VERSIO
2.°: derrama María el vngüento sobre 47 la cabeça de Xpo.	2.° Effudit Maria unguentum super caput eius.
3.° 3.°: murmura Judas, diciendo: (¿Para qué es esta perdición de vngüento?); mas él escusa otra vez a Madalena diziendo: (¿Por qué soys enojosos a esta muger, pues que ha hecho vna buena obra comigo?) [1].	3.° Obmurmurat Judas: (vt quid perditio haec?); denuo uero excusat Christus Magdalenam: (quid molesti estis huic mulieri; bonum opus operata est in me). [1]
DOMINGO DE RAMOS, MAT., CA. 21, LI. A, B [2]	DE DIE PALMARUM, MATH., 21.° [2]
1.° Primero: el Señor embía por el asna y el pollino diziendo: [(]Desataldos y traédmelos; y si alguno os dixere alguna cosa dezid que el Señor los ha menester, y luego los dexará[)].	Primo. Praecepit Dominus adduci asinam et pullum: (soluite eos et adducite ad me; et si quis aliquid uobis dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, et statim dimittet eos).
2.° 2.°: subió sobre el asna [3] cubierta con las vestiduras de los apóstoles.	2.° Asinam [3] conscendit apostolorum uestibus instratam.
3.° 3.°: le salen a reçebir tendiendo sobre el camino sus vestiduras y los rramos de los árboles y diziendo: (Sáluanos [4], Hijo de Dauid; bendito el que viene en nombre del Señor. Sáluanos en las alturas).	3.° Excepturus eum populus, cum ueniret obuiam, uestimentis suis et ramis arborum sternebat uiam, et canebat: (osanna, id est, salua nos [4], fili Dauid; benedictus qui uenit in nomine Domini; osanna in excelsis).

[1] Nomina Lazari, Mariae, Judae ex Joanne descripta sunt, qui solus ea habet. Ignatius, quia Mariam sororem Lazari eamdem esse censet atque Mariam Magdalenam et peccatricem conversam (LUC., VII, 36-50), Magdalenam denuo a Christo excusari ait; primum enim in conversione excusata est.

[2] MATTH., XXI, 1-17; MARC., XI, 1-10; LUC., XIX, 29-38; JO., XII, 12-19.

[3] Potius super asinum, id quod expresse ajunt Marcus, Lucas, Joannes. Quam sententiam plerique interpretes sequuntur. Cf. Jos. KNABENBAUER, in *Matthaeum*, ubi

VERSIO PRIMA

2.° Effundit Maria unguentum super caput eius.

3.° Murmurat Judas dicens: (Vt quid perditio hec vnguenti); sed Dominus Magdalenam secundo excusat dicens: (Quid molesti estis huic mulieri, opus bonum operata est in me) [1].

DE DOMINICA IN RAMIS PALMARUM, MATH., 21.° [2]

Primo. Dominus discipulos mittit, ut **7tv** adducant asinam [a] et pullum dicens: (Soluite et adducite mihi, et si quis aliquid uobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, et statim dimittet eos).

2.° Ascendit asinam [b] [3] stratam vestibus apostolorum.

3.° Plurima turba occurrit illi, sternens vestimenta sua et ramos [c] de arboribus, dicens: (Osanna [d] [4] Fili Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini, osanna in altissimis).

a *Prius* azinum *B;* asinum *A.*
b *Prius* azinam *B.*
c et scissos ramos.
d *Sic A;* ozanna *hic et infra B.*

VERSIO P. ROOTHAAN

Secundo, effundit Maria unguentum super caput Christi.

Tertio, murmurat Judas, dicens: (Ut quid perditio haec unguenti?) [a] Sed ille excusat denuo Magdalenam, dicens: (Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me) [1].

DOMINICA PALMARUM
MATTH. CAP. 21. LITT. A. B [2].

Primo, Dominus mittit [Discipulos] ut adducant asinam et pullum, dicens: (Solvite, et adducite mihi; et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos).

Secundo, conscendit asinam [3], coopertam vestimentis Apostolorum.

Tertio, exeunt ad excipiendum illum sternentes in via vestimenta sua, et ramos arborum, et dicentes: (Hosanna [4] Filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis).

a *Sic 4.ª ed.; 1.ª claudit parenthesim post* haec.

supra, p. 209; JOAN. MALDONATUS, l. c., t. I, pp. 232-233. Aliqui tamen dicunt ascendisse Christum prius super asinam, deinde super pullum; ita PSEUDO-BONAVENTURA, *in Vita Christi,* c. 71, ed. Vivès, p. 594; NICOLAUS LYRANUS, *in Matth.,* XXI, 5, *Biblia,* t. V, col. 344, ed. venetianae 1603; etiam LUDOLFUS, II, XXVI, IV; CORNELIUS A LAPIDE, *in Matth.,* XXI, 7.

4 V. supra, *Proleg.,* p. 70.

AUTOGRAPHUM

DE LA PREDICAÇIÓN EN EL TEMPLO, LU., CA. 19, LI. G [1]

1.° Primero: estaua cada día enseñando en el templo.

2.° 2.°: acabada la predicaçión, porque no hauía quien lo resçibiese en Hierusalem, se voluía a Bethania.

DE LA ÇENA, MAT., 26; JO., 13, LI. A [2]

1.° Primero: comió el cordero pascual con sus doze apóstoles, a los **47v** quales les predixo su muerte: (En verdad os digo que vno de vosotros me ha de vender).

2.° 2.°: labó los pies de los discípulos, hasta los de Judas, començando de Sant Pedro, el qual considerando la maiestad del Señor y su propria baxeza, no queriendo consentir dezía: [(]Señor, ¿tú me labas a mý los pies?[)]; mas Sant Pedro no sabía que en aquello daba excmplo de humildad, y por eso dixo: (Yo os he dado exemplo, para que hagais como yo hize[)].

3.° 3.°: instituyó el sacratíssimo sacrificio [a] de la eucharistía, en grandíssima señal de su amor, diziendo: (Tomad y comed). Acabada la çena [a], Judas s[e] salc a vender a Xpo. nuestro Señor.

[a] sacramento *Do. et Bu.*

VULGATA VERSIO

64r DE PRAEDICATIONE IN TEMPLO, LUC., 19.° [1]

Primo. Docebat quotidie in templo.

2.° Finita praedicatione, in Bethaniam [a] redibat, nemine apud Hierosolymam ipsum excipiente.

DE COENA ULTIMA, MATH., 26.° ET JOAN., 13.° [2]

Primo. Comedit cum discipulis paschalem agnum, eosque de imminente sua morte praemonuit: (Amen dico uobis, quia unus uestrum me traditurus est).

2.° Lauit eorum, Judae quoque ipsius, pedes, incipiens a Petro, qui ad maiestatem Christi et indignitatem suam respiciens, sese opponebat: (Domine, tu mihi lauas pedes?), ignarus scilicet praeberi a Domino exemplum humilitatis, ita postea declarante: (exemplum dedi uobis, ut sicut ego feci, ita et uos faciatis).

3.° Sanctissimum eucharistiae sacramentum instituit in signum summae dilectionis, his uerbis utens: (Accipite et comedite etc.). Explcta autem coena [3], Judas ad uendendum illum egressus est.

[a] *Seq.* se *oblitt.*

[1] LUC., XIX, 47-48; cf. LUC., XXI, 37 et XXII, 53; MARC., XI, 11.

[2] MATTH., XXVI, 1-30; JO., XIII, 1-30; MARC., XIV, 12-26; LUC., XXII, 7-38. JO., XIII-XVII.

[3] Ex hoc puncto intelligitur, S. Ignatium (contra Ludolfum Cartusianum, qui narrat

VERSIO PRIMA

DE PRAEDICATIONE IN TEMPLO, LU., 19 [1]

Primo: (erat [a] quotidie docens in templo).

2.°. Finita predicatione, cum non esset qui eum susciperet Hierosolymis, reuertitur in Bethaniam.

DE COENA DOMINI [2]

72r Primo. Comedit agnum paschalem cum duodecim apostolis suis, quibus mortem suam praedixit: (amen dico uobis, quia vnus vestrum me traditurus est).

2.° Lauit pedes discipulorum, etiam Judae, incipiens a Petro, qui maiestatem Domini et propriam abiectionem uidens, renitendo, dicebat: (Domine, tu mihi lauas pedes?) Petrus autem nesciebat quod exemplum [b] humilitatis in hac re preberet, et ideo dixit: (Exemplum meum do vobis, ut sicut ego feci ita et uos faciatis).

3.° Instituit sacratissimum eucharistiae sacramentum in maximum signum dilectionis suae, dicens: (Accipite et comedite). Peracta autem coena [3], Judas exiit, Christvm traditurus.

VERSIO P. ROOTHAAN

DE PRAEDICATIONE IN TEMPLO LUC. CAP. 19. LITT. G [1].

Primo, erat quotidie docens in templo.

Secundo, finita praedicatione, quia non erat qui eum exciperet Hierosolymis, redibat in Bethaniam.

DE COENA [ULTIMA] MATTH. 26. JO. 13. LITT. A [2].

Primo, comedit agnum Paschalem cum suis duodecim Apostolis, quibus praedixit mortem suam. (Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est).

Secundo, lavit pedes Discipulorum suorum, etiam [ipsius] Judae, incipiens a S. Petro, qui considerans majestatem Domini, et suam propriam vilitatem, nolens consentire, dicebat: (Domine, tu mihi lavas pedes?) Sed S. Petrus nesciebat, eum in hoc praebere exemplum humilitatis, et ideo [Jesus] dixit: (Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis).

Tertio, instituit sanctissimum Sacrificium Eucharistiae, in maximum signum sui amoris, dicens: (Accipite et comedite). Finita coena [3], Judas exit ad vendendum Christum Dominum nostrum.

---

[a] orat *A*.

[b] specimen.

Judam exiisse a coenaculo ante institutam Eucharistiam, II, LV et LVI) censuisse Dominum dedisse quoque Judae communionem; id quod multi negant, permulti affirmant. Affirmat S. THOMAS, in *Summa*, III, LXXXI, II, et *in librum IV Sententiarum*, dist. XI, quaest. III, art. II.

AUTOGRAPHUM

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE LA CENA HASTA EL HUERTO INCLUSIBE, MAT., CA. 26 Y MARCO, CA. 14 [a] [1]

1.° Primero: el Señor acabada la çena y cantando el hymno, se fué al monte Olibeti con sus discípulos llenos de miedo; y dexando los ocho en Gethesemaní, diziendo: (Sentaos aquí hasta que vaya allí a orar).

2.° 2.°: acompañado de Sant Pedro Sant Tiago y Sant Joán, oró tres vezes al Señor diziendo: (Padre, si se puede hazer, pase de mý este cáliz; con todo, no se haga my voluntad, sino la tuya; y estando en agonía orava más prolixamente).

3.° 3.°: vino **48** en tanto temor, que dezía: (Triste está my ánima hasta la muerte[)] [2]; y sudó sangre tan copiosa, que dize San Lucas: (Su sudor era como gotas de sangre que corrían en tierra), lo qual ya supone las vestiduras estar llenas de sangre [3].

[a] *Prius* 15.

VULGATA VERSIO

64v DE MYSTERIIS POST COENAM ET IN HORTO GESTIS, MATH., 26.° ET MARC., 14.° [a] [1]

Primo. Peracta coena et hymno dicto, profectus est Christus ad Oliueti montem cum discipulis suis undecim metu plenis; et octo remanere iussit Gethsemani: (sedete hic donec uadam illuc, et orem).

2.° Ductis secum tribus, Petro, Jacobo et Joanne, orauit ter dicens: (Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; verumtamen non mea uoluntas fiat, sed tua); et in agonia existens, prolixius orabat.

3.° Cum eo timoris redigi se passus fuisset [b], ut diceret: (Tristis est anima mea usque ad mortem) [2], etiam [c] sanguinem sudauit copiosum, teste Luca: (Factus est [d] sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram). Vnde coniicere licet, uestimenta eius iam tum fuisse madefacta cruore [e] [3].

[a] 15 *ms.*

[b] *Emend. ex* eo timoris et anxietatis redigi se passus fuit.

[c] *Prius* et.

[d] *Prius* factae sunt.

[e] *Emend.; prius* cruentata *pro* cruore; *quid pro* madefacta *prius legeretur non apparet.*

[1] MATTH., XXVI, 30-46; MARC., XIV, 26-42; LUC., XXII, 39-46; JO., XVIII, 1.

[2] In Evangeliis narratur, Christum verba illa «tristis est anima mea», etc., dixisse antequam Patrem, ut calicem passionis a se transferret, rogaret; id quod in hac contemplatione proponitur in puncto altero. Verumtamen eadem verba bis dici poterant;

VERSIO PRIMA

DE MYSTERIIS [a] A COENA USQUE AD HORTUM INCLUSIUE, MATH., 26 [1]

Primo. Dominus, finita coena, et hymno dicto, cum pauidis undecim discipulis profectus est [b] in **72v** montem Oliueti, relinque[n]s octo discipulos in villa Gethscmani: (Sedete hic, donec uadam illuc et orem).

2.° Assumpto Petro, Jacobo et Joanne, orauit ter Dominum dicens: (Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat). Et cum esset in agonia, prolixius orabat.

3.° In tantum venit *anxietatis, cum prius pauisset et mestus fuisset, quando diccbat:* (Tristis est anima mea usquc ad mortem) [2], vt sudaret [c] sanguinem adeo copiose, ut dicat Lucas (factus est sudor sicut guttae sanguinis decurrentis in terram[)], quod iam supponit madefactas sanguine vestes [3].

VERSIO P. ROOTHAAN

DE MYSTERIIS FACTIS A COENA USQUE AD HORTUM INCLUSIVE MATTH. 26. ET MARC. 14 [1].

Primo, Dominus finita coena, et cantans hymnum, profectus est ad montem Oliveti cum suis Discipulis metu plenis: et relinquens octo in Gethsemani, dicens: (Sedete hìc donec vadam illuc, et orem).

Secundo, assumptis comitibus S. Petro, S. Jacobo, et S. Joanne, oravit ter ad Dominum, dicens: (Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu). Et existens in agonia orabat prolixius.

Tertio, in tantum timorem venit, ut diceret: (Tristis est anima mea usque ad mortem) [2] et sudavit sanguinem tam copiosum, ut dicat S. Lucas: (Factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram). Id quod jam supponit vestimenta esse [fuisse] plena sanguine [3].

---

a de factis a coena.

b tetendit.

c 3.° in tantum venit timorem ut diceret (tristis est anima mea usque ad mortem) et sudauit, *A*.

---

certe vera erant etiam eo tempore, quo Dominus in agonia erat et sanguinem sudabat, et hoc loco ab Ignatio posita sunt, quo magis immensitas dolorum Domini pateret.

3 V. supra, *Proleg.*, p. 69.

AUTOGRAPHUM

De los misterios hechos desde el huerto hasta la casa de Anás inclusiue, Mat., 26; Lucas, 22.°; Mar., 14 [a 1]

1.° Primero: el Señor se dexa besar de Judas, y prender como ladrón, a los quales dixo: (Como a ladrón me avéis salido a prender, con palos y armas, quando cada día estava con vosotros en el templo, enseñando, **y** no me prendistes); y diziendo: (¿A quién buscáys?) cayeron en tierra los enemigos.

2.° 2.°: San Pedro hirió a un sieruo del pontífiçe, al qual el mansueto Señor dize: (Torna tu espada en su lugar), y sanó la herida del siervo.

3.° 3.°: desamparado de sus discípulos es llevado a Anás, adonde San Pedro, que le avía seguido desde lexos, lo negó vna vez, y á Xpo. le fué dada vna bofetada diziéndole: (¿Así respondes al pontífice?) [2].

De los misterios hechos desde casa de Anás hasta la casa de Cayphás inclusiue [3]

48v 1.° Primero: lo llevan atado desde casa de Anás a casa

VULGATA VERSIO

De comprehensione Christi et traductione ad Annae domum, Math., 26.°; Luc. 22.° et Marc. 14.° [a 1]

Primo. Permisit se Dominus osculo a Juda tradi, **65** et quasi latronem comprehendi: (Tanquam ad latronem existis comprehendere me; quotidie apud uos eram docens in templo, et non me tenuistis); ipsoque interrogante (quem quaeritis?), corruerunt in terram inimici omnes.

2.° Seruum pontificis percutienti Petro ait: (Mitte gladium tuum in uaginam), et sanauit seruum.

3.° Captus, et a discipulis relictus, ad Annae domum pertrahitur, ubi a Petro, paulo post secuto, semel negatus est; et alapam accepit a ministro quodam obiiciente: (Sic respondes Pontifici?) [2].

De gestis postea in domo Caiphae, Math., 26.° [3]

Primo. Abducitur ligatus Christus ab Anna in domum Caiphae,

---

[a] 15 *Aut., Vu., Bu. et Do.; et Do. quidem habebat prius* 18.

[a] 15.° *ms.*

---

[1] Matth., XXVI, 47-58 et 69-70; Luc., XXII, 47-57; Marc., XIV, 43-54 et 66-68; Jo., XVIII, 1-23.

[2] Quae in hoc puncto de Anna, prima Petri negatione, alapa dicuntur, ex Jo., XVIII, 13-23, deprompta sunt. Ex cujus narratione merito colligitur, Annam et Caipham in ejus-

VERSIO PRIMA

DE MYSTERIIS [a] FACTIS AB HORTO VSQUE AD DOMUM ANNE INCLUSIUE, MATH., 26 [1]

Primo. Dominus osculatur a Juda proditore, et comprehenditur ut latro a satellitibus, quibus dixit: (Tanquam ad latronem exiistis comprehendere me, quotidie apud vos docebam in templo **73** et non me tenuistis) et cum ante dixisset [b] (quem queritis?) inimicos prostrauerat.

2.° Petrus percusit seruum pontificis, cui mansuetus Dominus ait: (Conuerte gladium tuum in locum suum), et sanauit seruum percussum.

3.° Derelictus a discipulis, ducitur ad Annam, quem Petrus sequebatur a longe, et ibi eum semel negauit [c], et Christus alapa percussus est a dicente [d]: (Sic respondes pontifici?) [2].

DE FACTIS A DOMO ANNAE USQUE AD DOMUM CAYPHAE INCLUSIUE, M., 26 [3]

Primo. Ducitur ligatus ab Anna ad Caypham, ubi Petrus bis eum

a *Hoc v. add. supra vers. in A.*
b tenuistis) ante quod, dicto.
c a longe, vbi Petrus semel Xpum. negauit.
d est, dicendo.

VERSIO P. ROOTHAAN

DE MYSTERIIS FACTIS AB HORTO USQUE AD DOMUM ANNAE INCLUSIVE MATTH. 26. LUC. 22. MARC. 14.[a] [1].

Primo, Dominus osculandum se permittit Judae, et comprehendi ut latronem [a satellitibus]; quibus dixit: (Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in Templo, et non me tenuistis). Et dicente eo: (Quem quaeritis?) ceciderunt in terram inimici.

Secundo, S. Petrus vulneravit quemdam servum Pontificis, cui mansuetus Dominus dixit: (Converte gladium tuum in locum suum) et sanavit vulnus servi.

Tertio, derelictus a suis Discipulis, pertrahitur ad Annam, ubi S. Petrus, qui eum secutus erat a longe, eum negavit semel; et Christo data fuit alapa, [a] dicente illi: (Sic respondes Pontifici?) [2]

DE MYSTERIIS FACTIS A DOMO ANNAE USQUE AD DOMUM CAIPHAE INCLUSIVE [3]

Primo, illum pertrahunt ligatum a domo Annae ad domum Caiphae,

a *Sic. 4.ª ed.;* 15 *1.ª*

dem domus distinctis partibus habitasse. Quare reliqui tres evangelistae, compendio quodam rem ita narrare poterant, ac si omnes tres Petri negationes apud Caipham contigissent.

3 MATTH., XXVI, 58-75; MARC., XIV, 53-72; LUC., XXII, 54-65; JO., XVIII, 24-27.

AUTOGRAPHUM

de Cayphás, adonde San Pedro lo negó dos vezes; y mirado del Sefior [(]saliendo fuera lloró amargamente[)].

2.° 2.°: estuvo Jesús toda aquella noche atado [1].

3.° 3.°: aliende desto los que lo tenían preso se burlaban dél, y le herían, y le cubrían la cara, y le daban de bofetadas; [a] y le preguntaban: (Prophetiza nobis quién es el que te hirió; y semejantes cosas blasphemaban contra él[)].

VULGATA VERSIO

ubi Petrus rursum eum bis negauit, atque respiciente ipsum Domino: (egressus foras fleuit amare).

2.° Permansit ligatus tota illa nocte [1].

3.° Circunstantes eum [a] satellites illudebant, uexabant, et, uclata facie, colaphis caedebant interrogantes: (prophetiza nobis quis est, qui te **65v** percussit); ac modis aliis blasphemabant.

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE LA CASA DE CAYPHÁS HASTA LA DE PILATO INCLUSIUE, MAT., 27 [b]; LUCAS, 23; MAR., 15 [2]

1.° Primero: lo llevan *toda la multitud de los judíos* [c] a Pilato, y delante dél lo acusan diziendo: (A éste avemos hallado que hechaua a perder nuestro pueblo, y vedaba pagar tributo a Çésar).

DE CHRISTI APUD PILATUM ACCUSATIONE, MATH., 27.° [b]; LUC., 23 [c] ET MARC., 15.° [2]

Primo. Traducitur deinceps ad Pilatum Christus et coram eo a iudaeis calumniose accusatur [d]: (hunc inuenimus subuertentem gentem nostram et prohibentem dare tributa Caesari).

---

a *Tota loci hujus interpunctio est ex Aut., etiam punctum cum virgula* (;), *quod signum alias non reperias in Aut.*

b 26 *Aut.*

c *Add. in marg. pro deletis in textu, post verb.* acusan, el pueblo menudo de los judios; *quae quidem difficulter in Aut., bene autem leguntur, etsi oblitterata, in Na. Adde quod loquutio* pueblo menudo *occurrit in regulis 10.ª et 15.ª ad sentiendum cum Ecclesia.* Pueblo uniuersal *a P. Boone, S. J., propositum (CBE, n° 18, Nov. 1918, p. 12., n. 22) nimis longum est; continet litteram* i, *cujus apex non apparet nisi semel in v.* judios; *non usurpatur alias in libello; in nullo ms., quantum scimus, legitur.*

a *Seq.* ministri *oblitt.*

b 26 *ms. et edd. 1.ª, conimbr., vindobonen., hispalen., burgen., rom. 2.ª, pro* 27.° *quod recte habet Inst.*

c 22 *ms. et supradictae edd. praeter rom. 2.am et Inst., quae recte habent* 23.°

d *Seq.* (in *oblitt.*

---

1 Id quidem planis verbis in Evangelio non narratur, sed ex toto contextu colligi potest vel saltem ita pie meditari licet. Sic meditatur *Ludolfus*, II, LX, VII.

VERSIO PRIMA

negauit, et Domino respiciente [a], (egressus foras fleuit amare).

2.° Jesvs tota illa nocte ligatus detentus est [1].

3.° Praeterea [b] viri, qui tenebant Jesvm, illudebant ei dicentes: (Prophetiza, quis est qui te percussit) et similia blasphemabant in eum.

73v DE FACTIS A DOMO CAYPHE AD PILATUM INCLUSIVE. MAT., 27 [c]; LUC., 23; MARC., 15 [2]

Primo. Ducitur ad Pilatum et coram ipso accusatur a Iudeorum turba dicentium: (Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari Caesari).

a et a Domino respectus.
b super hoc.
c 26 *A et B. Cf. annot. ad Vu.*

VERSIO P. ROOTHAAN

ubi S. Petrus eum bis negavit, et respectus a Domino (Egressus foras flevit amare).

Secundo, mansit Jesus tota illa nocte ligatus [1].

Tertio, praeterea, ii qui tenebant eum captivum, illudebant ei, et percutiebant eum, et velabant ei faciem, et dabant ei alapas, et interrogabant eum: (Prophetiza nobis, quis est qui te percussit?): et similia blasphemabant contra illum.

DE MYSTERIIS FACTIS A DOMO CAIPHAE, USQUE AD [DOMUM] PILATI INCLUSIVE. MATTH. 27. [a] LUC. 23. MARC. 15 [2].

Primo, pertrahunt eum omnis multitudo Judaeorum ad Pilatum, et coram illo eum accusant, dicentes: (Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Caesari).

a 26 *1.ª et 4.ª edd.*

[2] MATTH., XXVII, 1-2 et 11-26; LUC., XXIII, 1-5 et 13-25; MARC., XV 1-15; Jo., XVIII, 28-40.

AUTOGRAPHUM

2.° 2.°: después de abello Pilato vna vez y otra examinado, Pilato dize: (Yo no hallo culpa ninguna).

3.° 3.°: le fué preferido [a] Barrabás, ladrón [1]: (Dieron vozes todos diziendo: no dexes a éste, sino a Barrabás).

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE CASA DE PILATO HASTA LA DE HERODES [2]

1.° Primero: Pilato embió a Jesú galileo a Herodes, tetrarcha de Galilea.

49r 2.° 2.°: Herodes curioso [3] le preguntó largamente; y El ninguna cosa le respondía, aunque los escribas y sacerdotes le acusaban constantemente.

3.° 3.° Herodes lo despreçió con su exérçito, vestiéndole con vna beste blanca.

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE CASA DE HERODES HASTA LA DE PILATO, MAT., 27 [b]; LU., 23; MA., 15, ET JO., 19 [4]

1.° Primero: Herodes lo torna a embiar a Pilato, por lo qual son hechos amigos, que antes estavan enemigos.

2.° 2.°: tomó a Jesús Pilato, y açotólo; y los soldados hizieron vna

VULGATA VERSIO

2.° Eo semel atque iterum examinato, retulit Pilatus: (ego nullam in eo inuenio causam).

3.° Barabbae latronis, quam Christi Jesu, liberationem malle se iudaei proclamarunt [1]: (non hunc sed Barabbam).

DE TRANSMISSO CHRISTO AD HERODEM, IBIDEM [2]

Primo. Transmisit Pilatus Christum ad Herodem, aestimans quod esset galilaeus.

2.° Herodi poscenti curiosa [3] nihil penitus respondit, licet a iudeis ualide accusaretur.

3.° Ab Herode cum suo exercitu spretus fuit atque ueste alba indutus.

DE REUERSIONE AB HERODE AD PILATUM, MATH., 27.° [a]; LUC., 23.° [b]; MARC., 15.° ET JOAN., 19.° [4]

Primo. Christum remisit ad Pilatum Herodes, **66** et ambo ea ipsa die, cum prius inimici essent, sibi inuicem reconciliati sunt.

2.° Jesum flagellis caedi iussit Pilatus; milites eundem spinis co-

a praeferido *Aut.*
b 26 *Aut.*

a 26 *ms. et edd. allatae, praeter rom. 2.um et Inst., quae recte habent* 27.°
b 22 *ms. et dictae edd. praeter rom. 2.um et Inst. quae bene habent* 23.°

1 Ex LUC., XXIII, 6-25, intelligitur Dominum ad Herodem missum esse antequam Barabbae postpositus esset. De Herode autem agitur in mysterio sequenti.

VERSIO PRIMA

2.° Iterum atque iterum examinans eum Pilatus ait: (Ego nullam in eo inuenio causam).

3.° Praelatus est illi Barabas latro [1]: (Clamauerunt omnes dicentes: non hunc, sed Barrabam).

DE FACTIS A DOMO PILATI AD HERODEM, CAP. EODEM [a] [2]

Primo. Pilatus misit Jesvm ut galileum ad Herodem tetrarcham Galileae.

2.° Herodes curiosus [3] interrogat [b] eum multis sermonibus, et ipse nihil respondebat, constanter **74** accusantibus illum scribis ac sacerdotibus.

3.° Spernit illum Herodes cum exercitu suo, induens eum ueste alba [c].

DE FACTIS A DOMO HERODIS AD PILATUM, IBIDEM, ET JO. 19 [4]

Primo. Herodes remisit illum, vnde reconciliati sunt Herodes et Pilatus, ante inimici [d].

2.° (Comprehendit Jesvm Pilatus et flagellauit; et milites ple-

VERSIO P. ROOTHAAN

Secundo, postquam Pilatus eum semel et iterum examinasset, ait Pilatus (Ego nullam invenio in eo causam).

Tertio, ei praelatus fuit Barabbas latro [1] (Clamaverunt omnes dicentes: non hunc sed Barabbam).

DE MYSTERIIS FACTIS A DOMO PILATI USQUE AD [DOMUM] HERODIS [2]

Primo, Pilatus misit Jesum [utpote] Galilaeum ad Herodem Tetrarcham Galilaeae.

Secundo, Herodes, curiosus [3], interrogavit eum multum, et ille nihil ei respondit, licet Scribae et Sacerdotes constanter eum accusarent.

Tertio, Herodes eum sprevit cum exercitu suo, induens eum veste alba.

DE MYSTERIIS FACTIS A DOMO HERODIS USQUE AD [DOMUM] PILATI MATTH. 27. LUC. 23. MARC. 15. ET JO. 19 [4].

Primo, Herodes remittit eum ad Pilatum, ob quam causam facti sunt amici, cum prius essent inimici.

Secundo, apprehendit Jesum Pilatus, et flagellavit eum; et milites

a vbi supra.
b interloquitur.
c alba, ut insanum.
d illum, ex quo reconciliatus fuit Herodes et Pilatus olim inimici.

2 LUC., XXIII, 6-11.
3 V. supra, *Proleg.*, p. 70.
4 MATTH., XXVII, 26-30; LUC., XXIII, 12-16 et 22; MARC., XV, 15-20; JO., XIX, 1-6

AUTOGRAPHUM

corona de espinas, y pusiéronla sobre su cabeza, y bestiéronlo de púrpura, y venían a él y dezían: (Dios te salue, rey de los iudíos); [(]y dábanle de bofetadas[)]].

3.° 3.°: lo sacó fuera en presentia de todos: (Salió pues Jesús fuera coronado de espinas, y vestido de grana; y díxoles Pilato: E aquí el hombre); y como lo viesen los pontífiçes, daban bozes diziendo: (Crucifica, crucifícalo).

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE CASA DE PILATO HASTA LA CRUZ INCLUSIUE, JO., 19, LI. D [1]

1.° Primero: Pilato, sentado como juez, les cometió a Jesús, para que le crucificasen, después que los iudíos lo auían negado por rey diziendo: (No tenemos rey sino a Çésar[)]].

2.° 2.°: llevava la cruz a cuestas, y no podiéndola llevar, fué constreñido **49v** Simón cirenense, para que la leuase detrás de Jesús.

3.° 3.°: lo crucificaron en medio de dos ladrones, poniendo este título (Jesús Naçareno, rey de los iudíos).

VULGATA VERSIO

ronarunt, atque purpura induerunt; deinde irridentes dicebant: (salue, rex iudaeorum) et colaphos simul impingebant.

3.° Ita coronatum spinis et purpura indutum eduxit in propatulum Pilatus, et ait: (Ecce Homo); pontifices uero conclamabant: (Crucifige, crucifige eum).

DE CONDEMNATIONE ET CRUCIFIXIONE JESU CHRISTI, JOAN., 19.° [1]

Primo. Sedens pro tribunali Pilatus, Christum iudicauit et tradidit crucifigendum, posteaquam negantes eum iudaei suum regem esse, dixerunt: (Non habemus regem nisi Caesarem).

2.° Baiulauit Christus crucem suam, donec ob uirium defectum, Simon quidam cyreneus illam post eum ferre compulsus est.

3.° Inter duos latrones crucifixus fuit, adscripto titulo: (Jesus nazarenus rex iudeorum).

---

[1] Jo., XIX, 13-22; MATTH., XXVII, 26 et 31-33, 37, 38; MARC., XV, 20-22, 26-28; LUC., XXIII, 24-26, 32, 33, 38.

VERSIO PRIMA

ctentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, et ueste pu[r]purea circumdederunt eum, et veniebant ad eum et dicebant: Aue rex iudeorum; et dabant ei alapas).

3.° Eduxit illum foras uidendum cunctis: (Exiuit [a] quoque Jesvs portans coronam spineam et purpureum vestimentum) et dixit illis: (Ecce homo); cumque uidissent eum pontifices, clamabant dicentes: (Crucifige, crucifige eum).

74v DE FACTIS A DOMO PILATI USQUE AD CRUCEM INCLUSIUE, JO., 19 [1]

Primo. Pilatus sedens pro tribunali tradidit eis Jesvm ut crucifigeretur, postquam negauerant regem judei dicentes: (Non habemus regem nisi Caesarem).

2.° Baiulauit sibi crucem, quam cum non posset ferre [b], angariatus est Simon Cyrenensis, ut portaret post Jesvm.

3.° Crucifixerunt eum cum duobus latronibus, hinc inde, titulo supraposito: (Jesvs Nazarenus rex jvdeorum).

VERSIO P. ROOTHAAN

fecerunt coronam de spinis, et posuerunt eam super caput ejus: et vestierunt eum purpura, et veniebant ad eum, et dicebant (Ave Rex Judaeorum): et dabant ei alapas.

Tertio, eduxit eum foras in conspectum omnium, (Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum), et dixit eis Pilatus: (Ecce Homo), et cum vidissent eum, Pontifices clamabant, dicentes: (Crucifige, crucifige eum).

DE MYSTERIIS FACTIS A DOMO PILATI USQUE AD CRUCEM INCLUSIVE JOAN. 19. LITT. D [1].

Primo, Pilatus sedens ut judex, tradidit illis Jesum, ut eum crucifigerent, postquam illum Judaei negassent [esse suum] Regem, dicentes: (Non habemus regem nisi Caesarem).

Secundo, portabat crucem humeris suis, et cum non posset eam portare, coactus fuit Simon Cyrenaeus, ut illam portaret post Jesum

Tertio, crucifixerunt eum in medio duorum latronum, ponentes hunc titulum: (Jesus Nazarenus Rex Judaeorum).

---

[a] (Exiuit... crucifige eum) *A, unica parenthesi.*

[b] quam nequiens ferre.

AUTOGRAPHUM

DE LOS MISTERIOS HECHOS EN LA CRUZ, JO., 19, LIT. E, F, G [1]

1.° Primero [2]: habló 7 palabras en la cruz; rogó por los que le crucificauan [3]; perdonó al ladrón; encomendó a San Joán a su Madre, y a la Madre a San Joán; dixo con alta voz (Sitio[)] [4]; y diéronle hiel y vinagre [5]; dixo que hera desmanparado; dixo: (acabado es); dixo: [(]Padre en tus manos encomiendo mi espíritu[)].

2.° 2.°: el sol fué escuresçido, las piedras quebradas, las sepulturas abiertas, el velo del templo *partido en dos partes de arriba abaxo* [a].

3.° 3.°: blasphémanle diziendo: (Tú eres el que destruyes el templo de Dios; baxa de la cruz); fueron diuididas sus vestiduras,

[a] *Add. in marg. pro deletis* hecho pedaços. *quod legitur, etsi oblitt., in Na.; nisi forte legendum sit* se despedaçó.

VULGATA VERSIO

66v DE MYSTERIIS IN CRUCE FACTIS, JOAN., 19.° [1]

Primo [2]. Blasphemias [a] pertulit in cruce (vah, qui destruis templum Dei) et diuisa sunt uestimenta ejus.

2.° Effatus est Dominus in cruce uerba septem, orans uidelicet pro crucifigentibus [3], latroni parcens, Matrem et Joannem sibi mutuo commendans [b], exclamans (sitio) [4], quando aceto eum potauerunt et deinde [c] se a Patre dicens derelictum, postea (consummatum est); ac postremo: (Pater, in manus tuas commendo spiritum meum).

3.° Sol obscuratus est, ipso expirante, et petrae scissae sunt; aperta quoque monumenta, et uelum templi a summo ad infimam

[a] *Seq.* etiam *oblitt.*
[b] *Seq.* se *oblitt.*
[c] *Seq.* (consummatum est) *oblitt.*

[1] JO., XIX, 23-37; MATTH., XXVII, 35-52; MARC., XV, 24-38; LUC., XXIII, 34-46.

[2] «Magnum hic notatur discrimen inter vulgatam versionem et autographum. In illa servatur fere ordo historiae; in autographo contra, historiae serie praetermissa, ordo rerum contemplandarum *accommodatus* videtur ad commendatam toties a S. P. considerationem *personarum, verborum, actionum*, et, in tertia hebdomada, *eorum quae* Dominus *patitur*. In primo puncto videmus *personam*, Jesum ejusque *verba*, et *ea quae patitur*. In secundo *inanimata*, quae, veluti *personificata* suo modo *dolent*, et dolorem suum *loquuntur*. In tertio *inimicos* Christi, eorumque *verba* et *actiones*. Porro in aperto Christi latere merito haec desinit contemplatio, et in transfixo Jesu corde conquiescit. In corde, *doloris* et *amoris* pelago.»... *Ro.*, annot. 5, p. 163.

VERSIO PRIMA

DE FACTIS IN CRUCE, IBIDEM, Jo., 19 [1]

Primo [a] [2]. Blasphemabatur a dicentibus: (Vah! qui destruis templum Dei) (descende de cruce), *et* diuisae sunt vestes eius.

2.° Loquutus est septem verba in cruce, orauit pro crucifixoribus [3], pepercit latroni; comendauit Joannem Matri et Matrem Joanni; (clamauit: sitio) [4], et potatus est felle et aceto [5]. Clamauit se derelictum; (dixit: consummatum est). Dixit Patri: (In manus tuas com-**75** mendo spiritum meum).

3.° (Sol obscuratus est et petrae scissae, et monumenta aperta, et velum templi scissum in duas partes [)], latus lancea perfo-

VERSIO P. ROOTHAAN

DE MYSTERIIS FACTIS IN CRUCE. Jo. 19. LITT. E. F. G [1].

Primo [2], locutus est septem verba in cruce: oravit pro iis, qui eum crucifigebant [3], veniam dedit latroni, commendavit S. Joannem Matri suae, et S. Joanni Matrem: dixit alta voce: (Sitio) [4] et dederunt ei fel et acetum [5]: dixit se esse derelictum; dixit: (Consummatum est); dixit: (Pater, in manus tuas commendo spiritum meum).

Secundo, sol obscuratus fuit, petrae scissae, sepulchra aperta, velum Templi divisum in duas partes a summo usque deorsum.

Tertio, blasphemant illum, dicentes: (Vah, qui destruis Templum Dei, descende de cruce) fuerunt divisa vestimenta ejus, per-

[a] *Prior punctorum ordo et mutationes factae in B sunt eadem quae in Vu. Vide ibid. annot.* a, *p. 496, et annot. 2, p. 494; in A nulla indicatur mutatio.*

[3] «Ita, in ipso actu crucifixionis, ut innuit S. Lucas [XXIII, 33-34], qui solus evangelistarum hoc Domini verbum commemorat.» Ibid., annot. 6.

[4] «Videtur ex S. Ioanne [XIX, 28-30] verbum hoc: *Sitio*, prolatum a Domino ultimo loco ante istud: *Consummatum est.* Actus ergo ille obedientiae, *cum accepit acetum, ut scriptura impleretur*, ultimus fuit, post quem dixit: *Consummatum est. Derelictum* se dixisse videtur, postquam Matrem ipsam, quae sola sibi supererat in terris quodammodo abdicavit.» Ibid., annot. 7.

[5] V. supra, *Proleg.*, p. 70.

AUTOGRAPHUM

herido con la lanza su costado manó agua y sangre.

DE LOS MISTERIOS HECHOS DESDE LA CRUZ HASTA EL SEPULCHRO INCLUSIUE, IBIDEM [1]

1.° Primero: fué quitado de la cruz por Joseph y Nicodemo, en presencia de su Madre dolorosa [2].

2.° 2.° fué llebado el cuerpo al sepulchro y vntado y sepultado.

3.° 3.°: fueron puestas guardas.

50r DE LA RESURRECTIÓN DE XPO. NUESTRO SEÑOR; DE LA PRIMERA APARICIÓN SUYA

1.° Primero: apareçió a la Virgen María [3], lo qual aunque no se diga en la Escriptura, se tiene por dicho, en dezir que aparesció a tantos otros [4]; porque la Escriptura supone que tenemos entendimiento, como está escripto: (¿También vosotros estáys sin entendimiento?) [5].

VULGATA VERSIO

usque partem scissum; et latus lancea confossum aquam et sanguinem effudit [a].

DE MYSTERIO SEPULTURAE, IBID. [1]

Primo. De cruce sublatus est mortuus Dominus per Joseph atque Nicodemum in conspectu ipso Matris afflictissimae [2].

2.° Delatum est ad sepulchrum corpus, unctum et inclusum.

3.° Adhibiti sunt inibi custodes.

67r DE CHRISTI RESURRECTIONE ET APPARITIONE PRIMA

Primum apparuit Dominus Matri suae [3], postquam resurrexit, cum dicat Scriptura, quod apparuit multis [4]. Licet enim nominatim illam non exprimat, id nobis tamen relinquit pro certo, tanquam intellectum habentibus; ne alioqui iure audiamus illud: adhuc et uos sine intellectu estis? [5].

[a] *Ordo punctorum huius loci in ms. Vulgatae erat prius idem qui est in Aut.; sed mutatus est prout hic a nobis exhibetur. V. p. 494, annot. 2.*

[1] Jo., XIX, 38-42 et cf. 25-27; MATTH., XXVII, 55-66; MARC., XV, 40-47; LUC., XXIII, 49-55.

[2] Quanta commiseratione Virginem matrem populus christianus semper, maxime medio aevo, prosequutus sit, ostendunt v. g., antiqua illa (saeculi VI?) tragoedia Χριστὸς πάσχων, quae olim S. Gregorio Nazianzeno tribuebatur (vers. 1295 et seqq., Migne, P. G., XXXVIII, 239-240) et *Dialogus de passione*, qui etsi S. Anselmi non est, jam in primis editionibus operum ejus (ut in norimbergensi anni 1491) comparet (Migne, P. L., CLIX, 286-290), etc. Ars quoque christiana hunc planctum Mariae (Dolorosa, Pietà, Vesperbild)

VERSIO PRIMA

ratum, effudit [a] aquam et sanguinem.

DE FACTIS A CRUCE VSQUE AD SEPULCHRUM INCLUSIUE, IBIDEM [1]

1.° Depositus est de cruce in presentia Matris dolorose [b] [2] a Joseph ab Arimathia et Nicodemo.

2.° Delatum [c] est corpus eius in sepulchrum et vnctum est.

3.° Sepultum est, et adhibita est custodia [d].

DE RESURRECTIONE CHRISTI ET EIUS PRIMA APPARITIONE

Primo. Apparuit Virgini Mariae [3], quod, licet non dicatur in Scriptura, satis putatur dictum **75v** dum dicitur [e] tot aliis apparuisse [4]; supponit enim Scriptura nos habere intellectum, iuxta illud: (Uos adhuc sine intellectu estis?) [5]

VERSIO P. ROOTHAAN

cussum lancea latus ejus, manavit aqua et sanguine.

DE MYSTERIIS FACTIS A CRUCE USQUE AD SEPULCHRUM INCLUSIVE IBIDEM [1].

Primo, fuit depositus de cruce per Joseph et Nicodemum, in conspectu Matris suae dolorosae [2].

Secundo, fuit delatum corpus ad sepulchrum, et unctum et sepultum.

Tertio, positi fuere custodes.

DE RESURRECTIONE CHRISTI DOMINI NOSTRI DE PRIMA EJUS APPARITIONE

Primo, apparuit Virgini Mariae [3]; quod licet non dicatur in Scriptura, habetur pro dicto, cum dicat eum apparuisse tam multis aliis [4], quia Scriptura supponit nos habere intellectum, sicut scriptum est: (Adhuc et vos sine intellectu estis?) [5]

---

[a] protulit.

[b] cruce, coram quo stabat Mater dolorosa.

[c] ductum.

[d] adhibitae sunt custodiae.

[e] dicit *prius B:* dum dicitur *A emendatum ex* in hoc quod dicit.

---

saepissime, imprimis a saeculo XIII, pingendo et sculpendo expressit. Cf. K. ATZ UND ST. BEISSEL, S. J., DIE KIRCHLICHE KUNST, 4 Aufl., Regensburg, 409-411. S. Ignatius Matris dolorosae imaginem (quae aere incisa cernitur in *Actis Sanctorum* Julii, t. VII. *Comment. praev. de S. Ignatio,* § 63, n. 651) multis annis perpetuo secum circumtulit, Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, pp. 969-971.

[3] V. supra, p. 418, annot. 1.

[4] Cf. ACT., I, 2-3; I COR., XV, 4-8.

[5] MATTH., XV, 16.

AUTOGRAPHUM

De la 2.ª aparición, Mar., ca. 16, li. c [1]

1.° Primero:van *muy* [a] de mañana María Madalena, Jacobi y Solomé, al monumento, diziendo: (¿Quién nos alçará la piedra de la puerta del monumento?[)]

2.° 2.° veen la piedra alçada y al ángelo que dize: (A Jesú nazareno buscáis; ya es resucitado, no está aquí[)].

3.° 3.°: aparesçió a María, la qual se quedó çerca del sepulchro, después de ydas las otras [2].

De la 3.ª aparición, S. Mat., vlt.° caplo. [3]

1.° Primero: salen estas Marías del monumento con temor y gozo grande, queriendo anunçiar a los disçípulos la resurrectión del Seño[r].

2.° 2.°: Xpo. nuestro Señor se les aparesçió en el camino, diziéndoles: (Dios os salue); y ellas llegaron y pusiéronse a sus pies y adoráronlo.

3.° 3.° Jesús les dize: (No temáys; yd y dezid a mis hermanos que vayan a Galilea, porque allí me verán).

VULGATA VERSIO

De 2.ª apparitione, Marc., 16.° [1]

Primo. Summo mane ad monumentum profectae sunt Maria Magdalena [a], Jacobi et Salome inter se dicentes: (Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?).

2.° Uiderunt lapidem reuolutum, et angeli dictum audierunt: (Jesum quaeritis nazarenum [b]. Surrexit, non est hic).

3.° Apparuit Mariae Magdalenae, quae, aliis digressis, iuxta sepulchrum restiterat [2].

De apparitione 3.ª, Math., ultimo [3]

Primo. Redibant a monumento mulieres cum timore simul et gaudio ingenti, ut narrarent **67v** discipulis quicquid de Domini resurrectione intellexerant.

2.° Apparens eis in uia Christus ait: (Auete); et illae accedentes, ac prostratae ad pedes eius, ipsum adorarunt.

3.° Affatus est illas Dominus: (Nolite timere; ite et renuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaeam. Ibi enim me uidebunt).

---

a *S. Ign. add.* muy, *delevitque* salido el sol; van de mañana salido el sol *Do.*; van de mañana *Bu. Cur delevit Ign.* salido el sol, *cum sit in Marc., XV, 2, unde exscripta sunt vv.* muy de mañana? *Forte ut disquisitiones exegeticas vitaret tempore exercitiorum.*

a Magdalenae *ms.*

b *Tam in ms. quam in 1.ª ed. habetur hic interrogationis signum. Deinde sequitur* qui *oblitt.*

1 Marc., XVI, 1-11; Matth., XXVIII, 1-7; Luc., XXIV, 1-8; Jo., XX, 1, 11-17.

2 V. supra, *Proleg.*, p. 69.

3 Matth., XXVIII, 8-10; Marc., XVI, 8-11; Luc., XXIV, 9-11 et 22-23.

VERSIO PRIMA

DE 2.ª APPARITIONE, MAR., 16 [1]

Primo. Eunt ualde mane [a] Maria Magdalene, Jacobi et Salomae ad monumentum dicentes: (Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti?)

2.º Vident lapidem reuolutum et angelum dicentem: (Jesvm queritis Nazarenum: non est hic).

3.º Apparuit Mariae ibi remanenti jùxta sepulchrum, aliis recedentibus [2].

DE 3.ia [b] APPARITIONE, MATH., ULTIMO [3]

Primo. Egrediuntur [c] mulieres de monumento cum timore et gaudio magno, uolentes annunciare discipulis resurrectionem Domini.

2.º Christvs occurrit illis in uia dicens: (Auete); ille autem 76 accesserunt et tenuerunt pedes eius, et adorauerunt eum.

3.º Ait illis Jesvs: (Nolite timere: ite et renunciate fratribus meis, ut eant in Galilaeam; ibi me uidebunt).

VERSIO P. ROOTHAAN

DE SECUNDA APPARITIONE MARC. 16. LITT. E [1].

Primo, eunt valde mane Maria Magdalene, Jacobi, et Salome ad monumentum, dicentes: (Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?)

Secundo, vident lapidem revolutum, et Angelum, qui dicit: (Jesum quaeritis Nazarenum. Surrexit, non est hic).

Tertio, apparuit Mariae, quae remansit juxta sepulchrum, postquam abivissent ceterae [2].

DE TERTIA APPARITIONE S. MATTH. ULT. CAP. [3].

Primo, exeunt istae Mariae e monumento cum timore et gaudio magno, volentes annunciare discipulis Resurrectionem Domini.

Secundo, Christus Dominus noster illis apparuit in via, dicens illis: (Avete): et illae accesserunt, et prostraverunt se ad ejus pedes, et adorarunt eum.

Tertio, Jesus dicit illis: (Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaeam: ibi me videbunt).

---

[a] eunt mane orto iam sole. *Sic Aut. ante correctionem S. Ignatii.*

[b] De 2.ia [*sic*] *B;* De tertia *A.*

[c] eunt.

AUTOGRAPHUM

50v DE LA 4.ª APARIÇIÓN, CA. VLT.º DE LU., LI. B [1]

1.º Primero: oýdo de las mugeres que Xpo. era resuçitado, fué de presto Sant Pedro al monumento.

2.º 2.º: entrando en el monumento, vió solos los paños, con que fué cubierto el cuerpo de Xpo. nuestro Señor y no otra cosa.

3.º 3.º: pensando San Pedro en estas cosas se le aparesçió Xpo. y por eso los apóstoles dezían: (Verdaderamente el Señor a resuscitado y aparesçido [a] a Simón).

DE LA 5.ª APARIÇIÓN EN EL VLT.º CA. DE S. LUCAS [2]

1.º Primero: se aparesçe a los disçípulos que yvan en Emaús hablando de Xpo.

2.º 2.º: los reprehende mostrando por las Escrituras, que Xpo. hauía de morir y resuscitar: (¡Oh nesçios y tardos de corazón para creer todo lo que han hablado los prophetas! ¿No era neçesario que Xpo. padesçiese, y así entrase en su gloria?[)]

3.º 3.º: por ruego dellos se detiene allí, y estuuo con ellos hasta que en comulgándolos, desaparesçió; y ellos tornando dixeron a los

[a] aparesció *Do. et Bu.*

VULGATA VERSIO

DE APPARITIONE 4.ª, LUC., VLTIMO [1]

Primo. Audita Petrus ex mulieribus Christi resurrectione, cucurrit ad monumentum.

2.º Introgressus sola uidit linteamina, quibus fuerat inuolutum corpus.

3.º Cogitanti super his Petro Christus se ostendit; vnde dicebant apostoli: (Surrexit Dominus uere et apparuit Simoni [)].

DE APPARITIONE 5.ª, IBIDEM [2]

Primo. Duobus discipulis deinceps apparuit cum irent in Emmaus, et de ipso colloquerentur.

2.º Redarguit eorum incredulitatem, et mysteria passionis atque resurrectionis ipsis exposuit: (O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt prophetae. Nonne **68** oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam?)

3.º Rogatus, cum eis mansit, *fractoque ipsis pane* [a] disparuit; qui subito in Hierusalem reuersi, nuntiauerunt apostolis, quomodo

[a] dataque ipsis communione.

[1] LUC., XXIV, 9-12, 33-34; JO., XX, 1-10; I COR., XV, 5.

VERSIO PRIMA

DE 4.ª APPARITIONE, LU., VLTIMO [1]

Primo. Cum audisset [a] a mulieribus quod Christvs resurrexisset, propcrauit Petrus ad monumentum.

2.° Intrans in monumentum (uidit lintheamina sola posita) [b].

3.° Cum de his cogitaret [c] apparuit illi Jesvs; ideo apostoli dicebant: (surrexit Dominus vere et apparuit Simoni [)].

DE QUINTA APPARITIONE, LU., IBIDEM [2]

Primo. In Emmaus euntibus discipulis et loquentibus de Christo apparet ipse.

2.° Increpat eos, ostendens ex Scripturis, Christi resurrectionem et mortem: (O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae; nonne oportuit Christvm pati et **76v** ita intrare in gloriam suam).

3.° Detinetur precibus illorum, et cum eis mansit donec eis *panem frangens* [d] disparuit; et illi redeuntes annunciauerunt discipulis (quo-

VERSIO P. ROOTHAAN

DE QUARTA APPARITIONE S. LUC. CAP. ULT. LITT. B [1].

Primo, cum audisset ex mulieribus, Christum resurrexisse, ivit cito S. Petrus ad monumentum.

Secundo, intrans in monumentum, vidit sola linteamina, quibus coopertum fuit corpus Christi Domini nostri et nihil aliud.

Tertio, cogitanti S. Petro de his rebus apparuit Christus: et propterea dicebant Apostoli: (Surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni).

DE QUINTA APPARITIONE ULT. CAP. S. LUCAE [2].

Primo, apparet Discipulis, qui ibant in Emmaus, loquentes de Christo.

Secundo, reprehendit illos ostendens per Scripturas, quod Christus debebat mori et resurgere. (O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt Prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?)

Tertio, ad preces illorum remanet ibi, et fuit cum illis, donec in actu quo ipsis communionem dabat disparuit: et ipsi revertentes

a audito.
b posita) et nihil aliud.
c cum haec ipse cogitauit.
d eis communionem exhibens, *quod est in A emendatum ex* eos communicans.

[2] LUC., XXIV, 13-35; MARC., XVI, 12-13.

AUTOGRAPHUM

discípulos, como lo auían conosçido en la comunión [1].

DE LA 6.ª APARIÇIÓN, JO., CA. 20, LI. E, F [2]

1.° Primero: los disçípulos estauan congregados (por el miedo de los judíos [)], excepto Sancto Thomás.

2.° 2.°: se les aparesçió Jesús estando las puertas çerradas, y estando en medio dellos **51** dize: (Paz con vosotros).

3.° 3.°: dales el Espíritu Sancto diziéndoles: (Recebid el Spíritu Sancto; a aquellos que perdonáredes los peccados, les serán perdonados).

LA 7.ª APARIÇIÓN, JO., 20, LI. G [3]

1.° Primero: Sancto Thomás, incrédulo, porque era absente de la aparición preçedente, dize: [(] Si no lo viere no lo creeré [)].

2.° 2.°: se les apareçe Jesús desde aý a ocho días, estando çerradas las puertas, y dize a Santo Thomás: (Mete aquí tu dedo, y vee la verdad [a], y no quieras ser incrédulo, sino fiel).

3.° 3.°: Sancto Thomás creyó, diziendo: (Señor mío y Dios mío); al qual dize Xpo.: (Bienauenturados son los que no vieron y creyeron).

VULGATA VERSIO

uidissent eum, et in fractione panis agnouissent.

DE APPARITIONE 6.ª, JOAN., 20.° [2]

Primo. Discipuli omnes (praeter Thomam) domi congregati erant, propter iudaeorum metum.

2.° Ingressus ianuis clausis Christus, et in medio eorum conspicuum se praebens, ita compellauit: (Pax vobis).

3.° Spiritum Sanctum eis dedit et ait: (Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis etc.).

DE APPARITIONE 7.ª, IBIDEM [3]

Primo. S. Thomas cum apparitioni praedictae non interfuisset, protestatus erat: (Nisi uidero, non credam).

2.° Post dies octo, iterum clausis ianuis obtulit se uidendum Christus, et Thomae dixit: (Infer huc digitum tuum et uide, et noli esse incredulus sed fidelis).

68v 3.° Exclamauit Thomas (Dominus meus et Deus meus), cui subintulit Christus: (Beati qui non uiderunt et crediderunt).

---

[a] *4 vv. praec. non sunt in Evangelio.*

---

[1] Sanctus Ignatius, cum hanc fractionem panis sacram eucharistiam fuisse dicit in *Aut.*, sequitus est multorum opinionem, quam tenuit etiam S. AUGUSTINUS, *De consensu evangelistarum*, l. III, c. XXV, n. 72, (Migne, P. L., XXXIV, 1206).

VERSIO PRIMA

modo cognouerunt eum in fractione panis).

DE 6.ª APPARITIONE, JO., 20 [2]

Primo. Discipuli erant congregati propter metum iudeorum, dempto Thoma.

2.° Apparuit illis ianuis clausis (et stans in medio ait: pax uobis).

3.° Insuflat in eos et dat eis Spiritum Sanctum dicens: (Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata remittentur eis).

DE 7.ª APPARITIONE, JO., 20 [3]

Primo. Incredulus Thomas, qui absens fuerat in praecedenti apparitione, ait: (Nisi uidero, non credam).

2.° Apparuit illis Jesvs, ianuis clausis, post dies 8.° et ait ad 77 Thomam: (Infer digitum tuum et uide *etc.* et noli esse incredulus, sed fidelis).

3.° Thomas credidit dicens: (Dominus meus et Deus meus), cui Christvs: (Beati qui non uiderunt et crediderunt).

VERSIO P. ROOTHAAN

dixerunt Discipulis, quomodo cognovissent eum in communione [1].

DE SEXTA APPARITIONE
JO. CAP. 20 LITT. E. F [2].

Primo, Discipuli erant congregati (Propter metum Judaeorum), excepto S. Thoma.

Secundo, apparuit illis Jesus, cum essent januae clausae: et stans in medio illorum, dicit: (Pax vobis).

Tertio, dat illis Spiritum sanctum, dicens illis: (Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis).

DE SEPTIMA APPARITIONE
JO. 20 LITT. G [3].

Primo, sanctus Thomas incredulus, quia aberat ab apparitione praecedente, dicit: (Nisi videro... non credam).

Secundo, apparet illis Jesus inde post dies octo, cum essent januae clausae, et dicit S. Thomae: (Infer digitum tuum huc, et vide... et noli esse incredulus, sed fidelis).

Tertio, S. Thomas credidit, dicens: (Dominus meus et Deus meus): cui ait Christus: (Beati qui non viderunt, et crediderunt).

---

[2] Jo., XX, 19-23; MARC., XVI, 14; LUC., XXIV, 36-43; ACT., X, 40-41; I COR., XV, 5.
[3] Jo., XX, 24-29.

AUTOGRAPHUM

VULGATA VERSIO

De la 8 aparición, Jo., ca. vlt.°, li. a, b [1]

1.° Primero: Jesús aparesçe a 7 *de sus discípulos* [a] que estavan pescando, los quales por toda la noche no habían tomado nada, y estendiendo la red por su mandamiento, (no podían sacalla por la muchedumbre de peçes).

2.° 2.° por este milagro San Joán lo conosçió [2], y dixo a Sant Pedro: (El Señor es), el qual se hechó en la mar, y vino **51v** a Xpo.

3.° 3.°: les dió a comer parte de vn pez asado y vn panar de miel [3]; y enconmendó las ovejas a San Pedro, primero examinado tres vezes de la charidad [4], y le dize: (Apaçienta mis ovejas).

De apparitione 8.ª, Joan., vltimo [1]

Primo. Palam se denuo fecit Christus piscantibus septem discipulis, qui, cum tota nocte nil cepissent, iactum ad mandatum eius rete extrahere iam non ualebant, prae piscium multitudine.

2.° Per id miraculum agnoscens eum Joannes [2], ait Petro: (Dominus est), qui confestim desiliens in mare, ad Christum accessit.

3.° Dedit eis ut comederent panem et piscem [a]. Postea Petro an se diligeret ter interrogato [4], suum ouile commendauit: (Pasce oues meas.)

De la 9.ª aparición, Mat., ca. vlt.°, li. d [5]

1.° Primero: los discípulos por mandado del Señor, van al monte Thabor [6].

2.° 2.°: Xpo. se les aparesçe y

De apparitione 9.ª, Math., vltimo [5]

Primo. Ex Domini mandato abeunt discipuli ad montem Thabor [6].

2.° Iis apparens ille inquit:

a *Addita supra vers. pro deleto* apóstoles, *quod retinet Do.*

a *Quae sub num. 3.° continentur, exstant in fragmento chartae margini agglutinato. In textu haec, linea subducta, ut deleantur:* 3.° Comedit Christus de oblato sibi pisce asso et de fauo mellis [a].

1 Jo., XXI, 1-17.

2 V. supra, *Proleg.*, p. 69.

3 Solum piscem et panem hac occasione Christus discipulis obtulit: Jo., XX, 13; favum mellis ipso resurrectionis die Christo discipuli obtulerunt: Luc., XXIV, 42.

4 V. supra, *Proleg.*, p. 70.

5 Matth., XXVIII, 16-20; Marc., XVI, 15-18.

6 Montem illum fuisse Thabor, neque in Evangelio, neque in veteribus Terrae Sanctae itinerariis et descriptionibus, ut S. Silviae, S. Willibaldi, Antonini Placentini, Adamnani, Burchardi etc., ubi de Thabor agitur, invenitur. Admiserunt id tamen Nicolaus Lyranus (*Postilla, in Matth.* XXVIII, 16, col. 469; *Biblia*, t. V, Venetiis,

VERSIO PRIMA

DE 8.ª APPARITIONE, JO., VLTIMO [1]

Primo. Jesvs apparuit 7 discipulis [a] piscantibus, qui per totam noctem nihil prendiderant, et ad imperium illius, laxato reti (non ualebant prae multitudine piscium illud trahere).

2.° Per hoc signum Joannes cognouit eum [2], et dixit Petro: (Dominus est), qui mittens se in mare uenit ad Jesvm.

3.° Dabat eis ut comederent panem et piscem [b], et commisit oues Petro, examinato prius ter de dilectione [4], dicens ei: (Pasce oues meas).

DE 9.ª APPARITIONE, MATH., VLTIMO [5]

Primo. Discipuli de mandato Domini pergunt ad montem, qui dicitur Thabor [6].

2.° Apparuit illis Jesvs dicens:

[a] apostolis. *Locus a S. Ign. emendatus in Aut.*

[b] comederent partem piscis assi et fauum mellis [3].

VERSIO P. ROOTHAAN

DE OCTAVA APPARITIONE
JO. CAP. ULT. LITT. A. B [1].

Primo, Jesus apparet septem ex suis Discipulis piscantibus, qui tota nocte nihil prendiderant: et jacientes rete ad ejus mandatum (Non valebant illud trahere prae multitudine piscium).

Secundo, per hoc miraculum S. Joannes illum cognovit [2], et dixit S. Petro (Dominus est.): qui projecit se in mare, et venit ad Christum.

Tertio, dedit illis ad comedendum partem piscis assi et favum mellis [3]: et commendavit oves [suas] S. Petro, examinato primum tribus vicibus de caritate [4], et dicit illi: (Pasce oves meas).

DE NONA APPARITIONE
MATTH. CAP. ULT. LITT. D [5].

Primo, Discipuli ex mandato Domini eunt ad montem Thabor [6].

Secundo, Christus illis apparet,

anno 1603); PSEUDO-BONAVENTURA (*Vita Christi*, c. 93, ad fin. et 94); LUDOLFUS (II, LXXX, I); DIONYSIUS CARTUSIANUS (*Enarrationes in quatuor evangelistas* in c. XXVIII Matthaei, art. 45, f. 93v, Parisiis, 1541); item doctissimi viri CAESAR BARONIUS (*Annales*, in ann. Chr. 34, n. CCX, col. 273, Moguntiae, 1601) et CORNELIUS JANSENIUS, gandavensis. (*Commentarii in suam Concordiam*, Venetiis, 1586, part. IV, p. 581). Atque aliqua saltem traditione historica hanc sententiam fulciri colligitur ex HUGONIS GROTII († 1645) *Annotationibus in Novum Testamentum*, t. II, part. I, Erlangae et Lipsiae, 1756, p. 465. Cf. etiam FRANCISCI QUARESMII, O. F. M. († 1656), qui Custos Terrae Sanctae fuit, *Terrae Sanctae Elucidatio*, II, Venetiis, 1881, Peregr. IV, c. 2, p. 636.

AUTOGRAPHUM	VULGATA VERSIO
dize: (Dada me es toda potestad en çielo y en tierra [)].	(Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra).
3.° 3.°: los embió por todo el mundo a predicar diziendo: (Yd y enseñad todas las gentes bautizándolas en nombre del Padre y del Hijo y del Spíritu Sancto) [1].	3.° Mittens eos ad praedicandum per uniuersum orbem sic mandauit: (Ite, et docete omnes gentes, baptizantes **69** eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti) [1].
DE LA 10.ª APARICIÓN EN LA PRIMERA EPÍSTOLA A LOS CORINTHIOS, CA. 15, LI. B [2]	DE APPARITIONE 10.ª, I COR., 15.° [2]
(Después fué visto de más de 500 hermanos juntos).	(Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul).
DE LA 11.ª APARICIÓN EN LA PRIMERA EPÍSTOLA A LOS CORINTHIOS, CA. 15, LI. B [3]	DE APPARITIONE 11.ª, IBIDEM [3]
(Aparesció después a Santiago).	(Apparuit deinde Jacobo).
52r DE LA 12.ª APARICIÓN	DE APPARITIONE 12.ª
Aparesció a Joseph abarimatia, como *piamente* [a] *se medita y se lee en la vida de los Sanctos* [4].	Apparuisse Christum etiam Josepho ab Arimathia legitur in hagiographis quibusdam, et uerisimile est atque meditatu pium [4].
DE LA 13 APARICIÓN, 1.ª EPÍSTOLA COR., CA. 15, LI. B [5]	DE APPARITIONE 13.ª, I COR., 15.° [5]
Aparesció a Sant Pablo después de la Ascensión, (finalmente a mý	Apparuit et beato Paulo post ascensionem: (Nouissime uero tan-

[a] *Prius* como dize el euangelio de Nicodemo.

[1] Notatu dignum est apparitiones 2-9 jam a Sancto Augustino ea serie recensitas esse, qua hic proponuntur, *(De consensu evangelistarum*, l. III, c. XXV, n. 83; Migne, P. L., XXXIV, 1214).

[2] I Cor., XV, 6. Hanc apparitionem a praecedenti distinguit etiam S. Thomas, *In Epist. I ad Cor.*, XV, t. XIII ed. Parmae anni 1872, p. 278. Idem sentit Cornely, S. J., *Commentarius in epist. I Cor.*, Parisiis, 1890, pp. 454-455, item alii. Quidam tamen utramque apparitionem eamdem esse dicunt. Suárez incertum esse ait, sitne eadem an diversa, *De mysteriis Vitae Christi*, disp. XLIX, sect. V., n. 9.

VERSIO PRIMA

(Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra).

77v 3.° Misit eos in uniuersum orbem ad predicandum, dicens: (Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti) [a] [1].

DE 10.ª APPARITIONE, I COR., 15, 6 [2]

[(]Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul[)].

DE 11.ª APPARITIONE, IBIDEM, 6 [3]

[(]Apparuit deinde Jacobo[)].

DE 12.ª APPARITIONE

Apparuit Joseph ab Arimathia, ut pie meditari licet [b] [4].

DE 13.ª APPARITIONE, I COR., 15, 6 [5]

Apparuit Paulo post ascensionem: (Nouissime uero tamquam

VERSIO P. ROOTHAAN

et dicit: (Data est mihi omnis potestas in Coelo, et in terra).

Tertio, misit eos per totum mundum, ad praedicandum, dicens: (Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti) [1].

DE DECIMA APPARITIONE IN PRIMA EPIST. AD CORINTH. CAP. 15. LITT. B [2].

(Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul).

DE UNDECIMA APPARITIONE IN PRIMA EPIST. AD CORINTH. CAP. 15. LITT. B [3].

(Deinde visus est Jacobo).

DE DUODECIMA APPARITIONE

Apparuit Josepho ab Arimathaea, ut pie cogitatur meditando, et legitur in vita Sanctorum [4].

DE DECIMATERTIA APPARITIONE EPIST. 1. AD CORINTH. CAP. 15. LITT. B [5].

Apparuit S. Paulo post Ascensionem. (Novissime tamquam abor-

[a] Sancti amen.—[b] ut legitur in euangelio Nicodemi. *Ita prius in Aut. Sed hic desideratur altera pars correctionis Ignatianae.*

[3] I COR., XV, 7. Jacobus autem ille erat Jacobus Alphaei. Cf. CORNELY, ubi supra, p. 455

[4] V. supra, *Proleg.*, p. 68.

[5] I COR., XV, 8. Sed locus hic ad primam tantum hujus meditationis partem, quae est de Christo a Paulo viso, pertinet, ad reliquas autem partes spectant maxime EPH., IV, 9; I PETR., III, 18-20; ACT., I, 3. Fortasse ab eo loco «Aparesció también» voluit S. Ignatius compendium totius quartae hebdomadis indicare, sicut in fine hebdomadis tertiae totam passionem simul contemplandam proposuit. Ita prudenter conjicit FRANC. DE HUMMELAUER, *Meditationum... puncta*, ed. alt., 1909, p. 496.

AUTOGRAPHUM

como abortiuo se me aparesció). Aparesció tanbién en ánima a los padres sanctos del limbo, y después de sacados y tornado a tomar el cuerpo, muchas vezes aparesçió a los disçípulos y conuersaua con ellos [a].

DE LA ASCENSIÓN DE XPO. NUESTRO SEÑOR, ACT. I, LI. A, B [1]

1.° Primero: después que por espaçio de 40 días aparesçió a los apóstoles, haziendo muchos argumentos y señales y hablando del reyno de Dios, mandóles que en Hierusalem esperasen el Spíritu Sancto prometido.

2.° 2.°: sacólos al monte Olibeti, [(] y en presençia dellos fué

[a] *Interpungimus hunc locum ut Aut. Patres a congregatione V generali Societatis ad Vulgatam ex Autographo emendandam designati ita legunt, ut* resumpto corpore—tornado a tomar el cuerpo, *sit in fine secundi puncti. Vide Judicium deputatorum, in fine, ante Directorium a. 1599. Unde Patribus sanctis, qui in limbo fuerant, duplici modo ac tempore apparuisset Christus: primo anima tantum in limbo: eductis deinde ex limbo, anima et corpore. Textus tamen S. Patris hunc sensum reddere non videtur; sed potius quem refert translatio P. Roothaan. Utrum apparuerit Patribus, resumpto corpore, Christus necne, S. Ignatius nec affirmat nec negat. Do. bis pingit virgulam* (,): *post* limbo *et post* discípulos, *quod bene convenit cum explicata sententia. Ludolfus in Vita Christi, II. LXXV, versus finem, narrat apparuisse Christum Patribus, e limbo eductis, quos in terrestri paradiso reliquisset etc. Vide p. 507. annot. 5.*

VULGATA VERSIO

quam abortiuo uisus est et mihi) *inquit ipse.*

Apparuit etiam patribus in limbo, quoad animam, et postquam inde educti sunt.

Denique, resumpto corpore, apparebat passim discipulis, et cum eis craebro uersabatur [a].

DE ASCENSIONE CHRISTI, ACT., PRIMO [1]

Primo. Postquam jam per dies quadraginta **69v** multoties se Christus discipulis suis uiuum exhibuisset (in multis argumentis et signis, loquens eis de regno Dei), misit eos Hierosolymam, ut promissum sibi Spiritum Sanctum illic expectarent.

2.° Eduxit eos ad Oliueti montem: (et uidentibus illis eleuatus

[a] *V. annot. a sub Aut.*

[1] ACT., I, 1-12; MARC., XVI, 14-19; LUC., XXIV, 50-52.

VERSIO PRIMA

abortiuo, uisus est et mihi.) Apparuit etiam in anima sanctis [a] in limbo existentibus; deinde eis eductis et reassumpto corpore, saepius discipulis apparebat et conuersabatur cum eis.

VERSIO P. ROOTHAAN

tivo visus est mihi). Apparuit etiam in anima Patribus sanctis Limbi, et postquam [eos inde] eduxisset, et corpus iterum assumpsisset, multis vicibus apparuit Discipulis, et conversabatur cum illis.

De ascensione Christi, Actuum, 1.° [1]

Primo. Postquam (per quadraginta dies apparuit apostolis in multis argumentis et signis, loquens de regno Dei), praecepit ut Hierosolimis ex-**78** pectarent Spiritum Sanctum promissum.

2.° Eduxit eos ad montem Olieti (et uidentibus illis eleuatus

DE ASCENSIONE CHRISTI DOMINI NOSTRI ACT. 1. LITT. A. B [1].

Primo, postquam per spatium quadraginta dierum apparuisset Apostolis, faciens [praebens] multa argumenta et signa, et loquens de Regno Dei, mandavit illis, ut in Jerusalem promissum Spiritum sanctum expectarent.

Secundo, eduxit illos ad montem Oliveti, et in praesentia eorum

[a] sanctis patribus. *V. annot. a sub Aut.*

AUTOGRAPHUM

eleuado y vna nuve le hizo desaparesçer dellos ojos dellos [)].

3.° 3.°: mirando ellos al çielo les dizen los ángeles: (Varones galileos, ¿qué estáys mirando al çielo?, este Jesús, el qual es lleuado de vuestros ojos al çielo, así vendrá como le vistes yr en el çielo).

VULGATA VERSIO

est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum).

3.° Eisdem in caelum suspicientibus dictum est *per duos viros in vestibus albis adsistentes*, *quos angelos fuisse credimus* [a], (Viri galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Jesus, qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum).

70 ✠

52v REGLAS PARA EN ALGUNA MANERA SENTIR Y COGNOSCER [1] LAS VARIAS MOCIONES QUE EN LA ÁNIMA SE CAUSAN: LAS BUENAS PARA RESCIBIR Y LAS MALAS PARA LANÇAR; Y SON MÁS PROPRIAS PARA LA PRIMERA SEMANA

REGULAE ALIQUOT AD MOTUS ANIMAE, QUOS DIUERSI EXCITANT SPIRITUS, DISCERNENDOS [1], UT BONI SOLUM ADMITTANTUR ET PELLANTUR MALI. ADUERTENDUM EST QUOD POTISSIMUM CONUENIUNT EXERCITIIS PRIMAE HEBDOMADAE

1.ª regla. La primera regla: en las personas que van de peccado mortal en peccado mortal, acostumbra comúnmente el enemigo proponerles plaçeres aparentes, haziendo ymaginar delectaciones y placeres sensuales, por más los conseruar y aumentar en sus viçios y peccados, en las quales per-

Prima regula est. Quod illis qui facile peccant letaliter, et peccatum peccato addunt, fere solet inimicus noster, illecebras carnis et sensuum delectationes obiicere, ut eos teneat peccatis plenos, ac semper cumulum adaugeat. Spiritus uero bonus, e contrario, conscientiam illorum pungit assiduc. et per

[a] dictum est per angelum:

[1] Nota bene, has regulas esse non solum ad discernendos, sed etiam ad sentiendos animi motus; et id quidem non omni, sed aliquo modo. Cf. *Ro.*, annot. 1, p. 168.

VERSIO PRIMA

est [a], et nubes suscepit eum ab oculis eorum).

3.° Suspicientibus illis in caelum dicitur ab angelis: (Viri galilei, quid statis aspicientes in caelum? Hic Jesvs, qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum [)].

VERSIO P. ROOTHAAN

elevatus est, et nubes sustulit eum ab oculis eorum.

Tertio, aspicientibus illis in coelum, dicunt illis Angeli: (Viri Galilaei, quid statis aspicientes in coelum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum.)

79r SEQVUNTVR ALIQUOT REGULAE AD DISCERNENDOS VARIOS SPIRITUS [1], ANIMAM AGITANTES, VT [b] BONI RECIPIANTUR, MALI VERO PELLANTUR, QUAE QUIDEM MAGIS CONUENIUNT [c] PRIMAE HEBDOMADAE

Prima regula est, quod iis qui ex uno peccato mortali [d] in aliud corruunt, solet comuniter diabolus proponere delicias, uoluptates et delectationes sensus ante illorum imaginationem, quo magis confirmentur in peccatis et obstinatiores fiant [e]: contrario modo cum his consueuit agere bonus spiri-

REGULAE AD SENTIENDUM ET COGNOSCENDUM ALIQUO MODO [1] VARIAS MOTIONES QUAE IN ANIMA EXCITANTUR: BONAS, UT SUSCIPIANTUR, MALAS, UT REJICIANTUR. SUNTQUE MAGIS PROPRIAE [SIVE CONVENIENTES ISTAE REGULAE] PRO PRIMA HEBDOMADA.

Prima regula: in illis qui eunt [ruunt] a peccato mortali in peccatum mortale; solet communiter inimicus proponere eis delicias apparentes, efficiendo ut imaginentur delectationes et voluptates sensuales, quo magis illos conservet et adaugeat [promoveat] in suis vitiis et peccatis: in quibus

a est in coelum.
b ad hoc vt.
c propriae sunt.
d *Ita A emendatum ex* qui occaluerunt et habituati in peccatis ita ut ex uno peccato laetali; *et ex* peccatum peccato addunt *quod supra vers. scriptum et deletum est.*
e emergant.

AUTOGRAPHUM

sonas el buen spíritu vsa contrario modo, punzándoles y remordiéndoles las consçientias por el sindérese [1] de la razón.

2.ª regla. La segunda: en las personas que van intensamente purgando sus peccados, y en el seruitio de Dios nuestro Señor de bien en mejor subiendo, es el contrario modo que en la primera regla; porque entonçes proprio es del mal espíritu morder, tristar y poner impedimentos inquyetando con falsas rrazones, para que no pase adelante; y proprio del bueno dar ánimo y fuerças, consolaçiones, lágrimas, inspiraciones y quyetud, façilitando y quitando todos impedimentos, para que en el bien obrar proceda adelante [2].

VULGATA VERSIO

synderesis [1] rationisque officium a peccando deterret.

2.ª Quod aliis hominibus, qui se a uitiis et peccatis purgandos curant solicite, et in obsequii diuini studio magis ac magis in dies promouent, immittit spiritus malignus **70v** molestias, scrupulos, tristitias, rationes falsas et alias id genus perturbationes, quibus profectum illum impediat. Spiritui autem bono, ex opposito, proprium consuetumque est, recte agentibus animum ac uires addere, consolari, deuotionis lachrimas ciere, illustrare mentem et tranquillitatem dare, sublatis obstaculis omnibus, ut expeditius alacriusque per opera bona semper ultra tendant [2].

---

[1] Theologi scholastici verbo *synderesis* saepissime usi sunt. Invenitur jam in S. HIERONYMI *Commentario in Ezechielem*, l. I, c. I (Migne, P. L., XXV, 22), ubi sic explicatur: «Scintilla conscientiae... qua victi voluptatibus, vel furore, ipsaque interdum rationis decepti similitudine, nos peccare sentimus.» S. THOMAS autem dicit: «Synderesis dicitur lex intellectus nostri, in quantum est habitus continens praecepta legis naturalis, quae sunt prima principia operum humanorum», *Summa theol.*, I II.ae, XCIV, art. I ad 2.

VERSIO PRIMA

tus; pungit enim illos per remorsum conscientiae, ac *per sinderesim* [a] [1] continue stimulat.

Secunda regula est, quod in his, qui diligenter et cum feruore progrediuntur ad plenam suorum **79v** peccatorum purgationem [b] ac in Dei seruitio quotidie magis proficiunt, ascendendo de uirtute in uirtutem, euenit contrarium eius, quod in prima regula dictum fuit, quia tunc consueuit malignus spiritus mordere, contristare, impedimentis multis profectum omnem obstruere, et tandem falsis [c] rationibus mentis tranquillitatem depellere, ne ad plenum uirtutum progressum pertingere valeant. Contrario modo bonus spiritus solet tunc uires suggerere, animum addere [d], fortitudinem subministrare, consolationes, lachrymas, inspirationes et animi quietem suppeditare, omnia impedimenta et obstacula minuendo et *facilitatem ostendendo* [e] quo in bene coeptis operibus prosperentur [f] et feliciter progrediantur [2].

[a] ac sinderesi *prius B; emendatum ex* sinderesi rationis causatum *in A.*

[b] purificationem.

[c] falsis ac apparentibus.

[d] animos facere.

[e] obstacula minuendo et precidendo *manet in A; ubi prius erat* obstacula levigando et precidendo.

[f] *Sic A;* prosperetur *B.*

VERSIO P. ROOTHAAN

[personis] bonus spiritus utitur modo contrario, pungendo illos, et remordendo illis conscientias per synderesin [1] rationis.

Secunda: in illis qui intense procedunt in purgandis suis peccatis, et in servitio Dei Domini nostri de bono in melius ascendunt, obtinet modus contrarius ei qui in prima regula [notatus est]: tunc enim proprium est mali spiritus, mordere, tristitia afficere, et ponere impedimenta, inquietam reddendo [animam] per falsas rationes, ne pergat ulterius. Et proprium boni [spiritus est], dare animum et vires, consolationes, lachrymas, inspirationes, et quietem [animi], facilia reddendo [omnia], et removendo omnia impedimenta, ut in bene operando procedat ulterius [2].

Plura vide apud LUDW. SCHÜTZ, *Thomas-Lexicon*, 2 Aufl., Paderborn, 1895, p. 800, et ROB. LEIBER, S.J., *Name und Begriff der Synteresis*, in *Philosophisches Jahrbuch*, XXV, Fulda, 1912, pp. 372-392.

[2] Cf. Ignatium haec familiariter explicantem in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 101 sqq., et vide *Proleg.*, p. 89.

AUTOGRAPHUM

53r 3.ª regla. La tercera de consolación espiritual: llamo consolación quando en el ánima se causa alguna moción interior, con la qual viene la ánima a inflamarse en amor de su Criador y Señor, y consequenter quando ninguna cosa criada sobre la haz de la tierra, puede amar en sí, sino en el Criador de todas ellas. Assímismo quando lança lágrimas motiuas a amor de su Señor, agora sea por el dolor de sus peccados, o de la passión de Xpo. nuestro Señor, o de otras cosas derechamente ordenadas en su seruicio y alavanza; finalmente llamo consolación todo ahumento de esperanza, fee y charidad y toda letiçia interna que llama y atrahe a las cosas çelestiales y a la propria salud de su ánima, quietándola y paçificándola en su Criador y Señor [1].

VULGATA VERSIO

3.ª Quod spiritualis proprie consolatio tunc esse noscitur, quando per internam quandam motionem exardescit anima in amorem Creatoris sui, nec iam creaturam ullam, nisi propter ipsum, potest diligere. Quando etiam lachrimae funduntur, amorem illum prouocantes, siue ex dolore de peccatis profluant, siue ex meditatione passionis Christi, siue alia ex causa qualibet in Dei cultum et honorem recte ordinata. Postremo, consolatio quoque dici potest fidei, spei et charitatis quodlibet augmentum. **71** Item laetitia omnis, quae animam ad caelestium rerum meditationem, ad studium salutis, ad quietem et pacem cum Domino habendam, solet incitare [1].

[1] Multos consolationis modos enumerat hoc loco S. Ignatius, quos etiam distinguit in Directorio electionum. Cf. *Directoria Ignatiana*, I, [1] et [3].

VERSIO PRIMA

Tertia est, quod uocamus spiritualem [a] consolationem omnem motum animae internum, per quem anima accenditur in Dei sui et Creatoris nostri **80** igneum [b] amorem, quando etiam nihil creatum in se diligere ualemus, sed quicquid id sit, in Deo, omnium illorum authore, diligimus. Item [c], quando emittit lachrymas excitantes ad Dei amorem, vel ob suorum peccatorum dolorem vel ob memoriam acerbissimae Jesv Christi passionis, uel ob quancunque aliam rem directe in Dei Domini laudem et seruitium ordinatam. Voco tandem consolationem omnem profectum et augmentum fidei, spei et charitatis, et omne gaudium internum, quod quidem impellit et excitat ad caelestia et aeterna, et ad propriam anime ipsius salutem, quietando eam et pacificando in Deo Creatore suo et Domino [1].

VERSIO P. ROOTHAAN

Tertia: de consolatione spirituali. Voco [dico, nomino] consolationem, quando in anima excitatur motio aliqua interior, qua inflammari incipit anima in amore sui Creatoris ac Domini: et consequenter, quando [anima] nullam rem creatam super faciem terrae amare potest in se ipsa, sed [solummodo] in Creatore omnium illarum. Item quando fundit lachrymas, moventes ad amorem Domini sui, sive sit ob dolorem de suis peccatis, sive de Passione Christi Domini nostri, sive de aliis rebus directe ordinatis in ejus servitium et laudem. Denique, voco consolationem omne augmentum spei, fidei, et charitatis, et omnem laetitiam internam, quae vocat et attrahit [hominem] ad res coelestes, et ad propriam salutem animae suae; reddendo illam quietam, et pacificando illam in suo Creatore ac Domino [1].

---

[a] tertia est, quae continet consolationem spiritualem; voco autem; *sic prius A; at, his oblitteratis, scriptum supra vers.* exponit (?) consolationem spi [*sic*]. *Tandem manet ut B.* — [b] sui et conditoris igneum.— [c] *Sequentia usque ad finem hujus tertiae regulae ita prius erant in A:* quando talis motus excitat lachrymas egredientes ob Dei amorem, uel ob suorum peccatorum deplorandam memoriam, uel ob memoriam acerbissimae Jesu Xpi. passionis, uel ob quameumque aliam rem certe in Dei Domini laudem et seruitium ordinatam; uoco tandem consolationem omnem profectum et augmentum gratiae in fide, spe, charitate, et gaudio interiori, quod quidem impellit et excitat ad coelestia et aeterna et ad propriam sui ipsius salutem, ad pacem et concordiam omnem erga conditorem suum.

AUTOGRAPHUM

4.ª regla. La quarta de desolación espiritual: llamo desolación todo el contrario de la *terçera* [a] regla; así como *escuridad* [b] del ánima, turbación en ella, moción a las cosas baxas y terrenas, inquyetud de varias agitaciones y tentaciones, mouiendo a infidencia, sin esperanza, sin amor, hallándose toda peresoza, tibia, triste, y como separada de su Criador y Señor. Porque así **53v** como la consolación es contraria a la desolación, de la misma manera los pensamientos que salen de la consolación, son contrarios a los pensamientos que salen de la desolación.

5.ª regla. La quinta: en tiempo de desolación nunca hazer mudanza, mas estar firme y constante en los propósitos y determinación en que estava el día antecedente a la tal desolación, o en la determinación en que estaua en la antecedente consolación [1]. Porque así como en la consolación nos guýa

[a] *Emend. ex* primera *oblitt.;* tercera *Na., oblitterato* p.ª

[b] *Prius* ceguedad *oblitt.;* caecitas *Fa.*

VULGATA VERSIO

4.ª Quod spiritualis e contra desolatio uocari debet, quaeuis animae obtenebratio et conturbatio, instigatio ad res infimas seu terrenas, omnis denique inquietudo, et agitatio, siue tentatio, trahens in diffidentiam de salute, et spem charitatemque expellens; unde se anima tristari, tepescere ac torpere sentit, et de ipsius Dei, Creatoris sui, clementia prope desperare. Sicut enim consolationi opponitur desolatio; ita etiam quae ab utraque oriuntur cogitationes, sunt inter se prorsus oppositae.

5.ª Quod tempore desolationis nihil deliberandum aut innouandum est circa propositum animi aut uitae statum; sed in eis perseuerandum, quae fuerant prius constituta, puta precedente die uel hora consolationis [1]. **71v** Quemadmodum enim dum fruitur quis * consolatione illa, quam diximus, non

* *In quinta regula de discretione spirituum, verba illa* Quemadmodum enim dum fruitur quis, *usque ad finem, ita commodius verti possunt ex autographo:* Quemadmodum enim in consolatione bonus spiritus nos magis regit ac dirigit, ita in desolatione malus, cujus instigatione et consiliis nihil rectum decernere possumus.

[1] «Ex autographo clarius exprimitur nunquam in desolatione mutari debere concepta *prius* proposita; ...id est, non modo ea, quae *in consolatione* sensibili, sed quae *prius* ante desolationem *in animi quiete* statuta fuerant.» *Ro.*, annot. 5, p. 171. Intelli-

VERSIO PRIMA

Quarta, quod desolatio spiritualis est [a] contrarium omnino consolationis in praecedenti regula declaratae, sicut est mentis obscuratio [b], perturbatio animae, motus ad infima et terrena, **80v** inquietudo ex diuersis impulsibus et agitationibus oborta, modo inducens [c] ad diffidentiam, sine spe et sine amore, modo ad torporem et tepiditatem, modo ad tristitiam, quasi uolens diuidere et separare animam a Conditore suo. Sicut enim consolatio opposita est et contraria ipsi desolationi, ita etiam cogitationes, quae a [d] consolatione oriuntur, contrariae omnino sunt his, quae a desolatione progrediuntur.

Quinta regula: tempore desolationis nullam oportet mutationem [e] facere, sed decet firmo et constanti [f] animo esse in proposito et deliberatione, in qua tempore praecedenti talem desolationem permanebat, vel in eo proposito quod in antecedenti consolatione habebat [g 1]; quia sicut bonus spiritus di-

VERSIO P. ROOTHAAN

Quarta: de desolatione spirituali. Voco desolationem omne [quod est] contrarium tertiae regulae [dictis in tertia regula], ut, obtenebrationem animae, turbationem in illa, motionem ad res infimas ac terrenas: inquietudinem variarum agitationum et tentationum, moventem ad diffidentiam, sine spe, sine amore, cum se reperiat [anima] totam pigram, tepidam, tristem, et veluti separatam a Creatore ac Domino suo: quia sicut consolatio contraria est desolationi, eodem modo cogitationes, quae oriuntur ex consolatione, contrariae sunt cogitationibus, quae oriuntur ex desolatione.

Quinta: tempore desolationis numquam mutatio facienda est, sed standum firmiter et constanter in propositis ac determinatione in qua erat [homo] die praecedente ejusmodi desolationem, vel in determinatione in qua erat in praecedenti consolatione [1]; quia sicut in consolatione nos magis

---

a Quarta continet desolationem spiritualem; est autem desolatio.

b coecitas; *respondebat verbo* ceguedad *emendato a S. Ign. in Aut.*

c sollicitans.

d ita etiam eodem modo cogitatus qui a.

e desolationis et siccitatis non oportet aliquo modo mutationem.

f infracto.

g proposito in quo in antecedenti consolatione firmatus erat.

---

gendum etiam, non esse hoc remedium mere negativum, sed positivum maxime, quandoquidem animi propositis standum est, id quod ex regula sequenti clarius elucet. Vide quoque *Proleg.*, p. 88.

AUTOGRAPHUM

y aconseja más el buen espíritu, así en la desolación el malo, con cuyos consexos no podemos tomar camino para açertar.

6.ª regla. La sexta: dado que en la desolación no deuemos mudar los primeros propósitos, mucho aprouecha el intenso mudarse contra la misma desolación, así como es en instar más en la oración, meditación, en mucho examinar, y en alargarnos en algún modo conueniente de hazer penitencia [1].

7.ª regla. La séptima: el que está en desolación, considere cómo el Señor le ha dexado en prueua en sus potencias naturales, para que resista a las varias agitaciones y tentaciones del enemigo; pues puede con el auxilio 54 diuino, el qual siempre le queda, aunque claramente no lo sienta; porque el Señor le ha abstraýdo su mucho herbor, crecido amor y gracia intensa, quedándole tamen graçia suffiçiente [2] para la salud eterna.

VULGATA VERSIO

proprio suo, sed boni spiritus instinctu regitur; ita, obuersante sibi desolatione, agitur a malo spiritu, cuius instigatione nihil unquam recte conficitur.

6.ª Quod, tametsi desolatione affectus homo priora sua consilia minime debet immutare, expediet tamen prouideri et augeri ea, quae contra desolationis impulsum tendunt; qualia sunt insistere orationi et meditationi cum discussione sui, ac penitentiae aliquid assumere [1].

7.ª Quod quandiu premimur desolatione, cogitandum est, nos interim relinqui a Domino nobis ipsis, probationis causa, ut per naturales quoque uires insultibus inimici nostri obsistamus; id quod possumus haud dubie, adsistente nobis iugiter praesidio diuino, licet tunc nequaquam sentiatur *, eo quod feruorem pristinum charitatis Dominus substraxerit, relicta nihilominus gratia, quae ad bene operandum et ad consequendum salutem satis esse queat [2].

* *In septima regula de discretione spirituum circa medium* Assistente nobis iugiter praesidio divino, licet tunc nequaquam sentiatur, *in autographo sic habetur:* Assistente nobis praesidio divino, quod semper manet, licet tunc nequaquam sentiatur.

[1] Haec igitur intensa mutatio fit potissimum oratione et meditatione, examine diligentiore, majore poenitentia. Cf. *Ro.*, annot. 6, p. 172. Vide *Proleg.*, p. 88.

[2] Gratia haec sufficiens non opponitur efficaci, sed abundantiori cuidam et praeser-

VERSIO PRIMA

rigit nos magis, ac docet in consolatione, ita in desolatione malignus, cuius insidiosis **81** et fraudulentis consiliis delusi, nequimus uiam bonam inuenire [a].

Sexta regula: quamuis tempore desolationis non debeamus ullo modo prioris propositi mutationem facere, non parum tamen [b] confert sancta et constans mutatio contra desolationem ipsam, sicut vehementius orationi instare et meditationi, diligentius examinare conscientiam, et congeminare aliquo expedienti modo poenitentiam [1].

Septima: quando quis permanet in desolatione debet consyderare quod Dominus ei se absconderit ad tempus [c], derelinquens eum sibi ipsi suisque uiribus naturalibus ad probationem, ut addiscat resistere et contradicere agitationibus et tentationibus Sathanae cum auxilio diuino; quod quidem non est sibi substractum [d], quamuis ita clare et aperte non possit cognoscere illud, eo quod Dominus tantum substrahit donum illud feruoris vehementis et amoris accensi, relinquit tamen **81v** gratiam sufficientem [2], qua quis potest ad salutem aeternam pertingere.

VERSIO P. ROOTHAAN

ducit, et consilio suo dirigit bonus spiritus, ita in desolatione malus: cujus consiliis non possumus ingredi viam ad recte quid agendum.

Sexta: licet [vel, posito quod] in desolatione non debeamus mutare priora proposita, valde [tamen] juvat intense mutare se [sive modum agendi, ut pugnemus] contra ipsam desolationem: v. g. insistendo magis orationi, meditationi, multum [nos] examinando, et extendendo nos magis [amplius quid agendo] in aliquo convenienti modo faciendi poenitentiam [1].

Septima: ille qui est in desolatione, consideret, quomodo Dominus ipsum reliquit, probationis gratia, in suis potentiis naturalibus, ut resistat variis agitationibus et tentationibus inimici: potest enim [resistere] cum auxilio divino, quod semper ipsi manet, licet aperte illud non sentiat [sibi adesse], quia Dominus subtraxit ipsi multum suum fervorem, magnum amorem [sensibilem], et gratiam intensam, manente tamen ipsi gratia quae sufficiat [2] ad salutem aeternam.

---

a via certa peragere.
b *tamen parum *A*.
c ad tempus abscondit *A*.
d subtractum *A; sic deinceps* subtrahit, subtrahere, subtrahendo.

---

tim consolanti, seu, ut ait S. Ignatius, «fervori multo, amori magno, gratiaeque intensae», et infra in regula nona, «consolationibus et crescentibus gratiis». Cf. SUÁREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 44. Et vide *Proleg.*, p. 117.

AUTOGRAPHUM

8.ª regla. La octaua: el que está en desolaçión trabaxe de estar en paçiençia, qùe es contraria a las vexacioncs que le vienen, y piense que será presto consolado, poniendo [1] las diligencias contra la tal desolación, como está dicho en la *sexta regla* [a].

9.ª regla. La nona [2]: tres causas prinçipales son porque nos hallamos desolados: la primera es por ser tibios, perezosos o negligentes en nuestros exerçiçios espirituales, y así por nuestras faltas se alexa la consolación espiritual de nosotros; la 2.ª por prouarnos para quánto somos, y en quánto nos alargamos en su seruitio y alauanza, sin tanto estipendio de consolaçiones y cresçidas graçias; la 3.ª por darnos vera noticia y cognoscimiento para que internamente sintamos que no es de nosotros traer o tener deuoción cresçida, amor intenso, lágrimas ny otra alguna consolación espiritual, mas que todo es don y gracia de Dios nuestro Señor; y porque **54v** en cosa ajena no pongamos nido, alçando nuestro entendimiento en alguna soberuia [3] o gloria vana, attribuyendo a nosotros la deuo-

VULGATA VERSIO

8.ª Quod hominem tentatione pulsatum mire iuuat patientiae seruandae studium, ut quae **72** uexationibus huiusmodi proprie opponitur et e diametro resistit. Accersenda etiam spes est et cogitatio adfuturae breui consolationis, si praesertim [1] per sanctos conatus, in sexta regula signatos, desolationis impetus frangatur.

9.ª Quod causae desolationis tres sunt praecipuae [2]: prima, quia propter nostram in spiritualibus studiis seu exercitiis tepiditatem atque acediam, consolatione diuina merito priuamur; 2.ª, ut probemur quinam sumus, et quomodo in Dei seruitium et honorem, absque praesente quodam consolationum donorumque spiritualium stipendio, nosmet impendimus; 3.ª, vt certi plane simus, nostrarum uirium non esse, uel acquirere uel retinere feruorem deuotionis, uehementiam amoris, abundantiam lachrimarum, aut aliam quamlibet internam consolationem: sed omnia haec gratuita essc Dei dona, quae si ucndicemus nobis ut propria, superbiae et uanae gloriae crimen [3], non sine salutis graui periculo, incursuri sumus.

[a] *Prius* quarta regla *oblitt.*: quarta regula *Fa. In quarta quid sit desolatio, in sexta remedia declarantur.*

[1] «Tò *praesertim*, quod legitur in vulgata versione, abest in autographo. Et vero sancti illi conatus, de quibus in regula sexta, *omnino* adhibendi in desolatione, si *spem* fundatam quaerimus *adfuturae brevi consolationis.*» *Ro.*, annot. 8, p. 173.

[2] Vide supra, *Proleg.*, pp. 88-89.

[3] «Notatu dignum est, in autographo non *superbiae crimen* dici nec simpliciter *su-*

VERSIO PRIMA

Octava: desolatus laboret totis uiribus possidere animam suam in pacientia, quae contraria est omnibus vexationibus ingruentibus; consyderet etiam consolacionem cito affuturam, si modo contendat diligenter [1] contra desolationes, sicut dictum est in 4.ª regula.

Nona [2]: propter tria maxime incidimus in desolationem: primo quia tepidi et negligentes sumus in nostris exercitiis spiritualibus, propter quos defectus, solet spiritualis consolatio nos deserere et a nobis longe fieri; 2.° vt probemur et noti simus nobis ipsis, quantum ex nobis simus, et quantum sine ullo stipendio consolationis et gratiae, in Dei seruitium et laudem nos ipsos extendimus; 3.° vt plene intelligamus et interius experiamur, quod non est nostrum habere vel habitam retinere deuo-**82** tionem hanc ardentem, amorem feruentem, lachrymas vel aliquam aliam consolationem spiritualem, quia haec omnia dona sunt liberalitatis diuinae; et ut etiam in nulla re aliena quiescamus, exaltando intellectum in superbiam [3] vel in vanam gloriam, et ascribendo nobis ipsis deuotionem et consola-

VERSIO P. ROOTHAAN

Octava: ille qui est in desolatione, [in eo] laboret ut persistat in patientia, quae est contraria vexationibus quae sibi ingruunt; et cogitet se cito esse consolandum: adhibendo diligentias [sive conatus] [1] contra ejusmodi desolationem, prout dictum est in sexta regula.

Nona [2]: tres causae sunt praecipuae, ob quas desolatos nos reperimus. Prima est, quia sumus tepidi et pigri seu negligentes in exercitiis nostris spiritualibus: atque ita ob culpas nostras elongatur spiritualis consolatio a nobis. Secunda, ut probet nos [Dominus] quantum valeamus, et quousque procedamus in ejus servitio et laude, absque tanto stipendio consolationum, et magnarum [specialium] gratiarum. Tertia, ut det nobis veram notitiam et cognitionem, qua intime sentiamus, non esse ex nobis adquirere vel retinere magnam devotionem, amorem intensum, lachrymas, neque ullam aliam consolationem spiritualem; sed totum esse donum et gratiam Dei Domini nostri; et ne in alieno nidum ponamus, efferendo intellectum nostrum in aliquam [3] superbiam, vel vanam gloriam, attri-

---

perbiam, sed lenissime *aliquam superbiam;* quo intelligamus vel levem *aliquam* superbiam, vel exiguam *aliquam* complacentiam Deo vehementer displicere, et ob ejusmodi levem etiam complacentiam non raro nos caelesti consolatione merito privari» *Ro.*, annot. 9, p. 174.

AUTOGRAPHUM

ción o las otras partes de la spiritual consolación.

10.ª regla. La déçima: el que está en consolación piense cómo se aurá en la desolación que después vendrá, tomando nuevas fuerzas para entonçes.

11.ª regla. La vndéçima: el que está consolado procure humiliarse y baxarse quanto puede, pensando quán para poco es en el tiempo de la desolación sin la tal gracia o consolación. Por el contrario, piense el que está en desolación, que puede mucho con la gracia suffiçiente para resistir a todos sus enemigos, tomando fuerzas en su Criador y Señor.

12.ª regla. La duodécima [1]: el enemigo se haze como muger en ser flaco por fuerza y fuerte de grado: porque así como es proprio de la muger, quando riñe con algún varón, perder ánimo, dando huýda quando el hombre le muestra mucho rostro; y por el contrario, si el varón comiença a huyr perdiendo ánimo, la yra, venganza y feroçidad de la muger es muy

VULGATA VERSIO

10.ª Quod fruenti homini consolatione prospiciendum est, quo se pacto gerere poterit, **72v** desolatione deinceps occurrente, ut iam inde acrimoniam et robur animi mature comparet ad impetum eius reprimendum.

11.ª Vt ille idem, affluente consolatione, se ipsum deprimat ac uilefaciat quantum potest, reputando secum, quam imbellis quamque ignauus esse apparebit desolatione impugnante, nisi per gratiae et consolationis diuinae opem cito subleuetur. Contra uero ille, quem desolatio molestat, aestimare debet cum Dei gratia se posse plurimum, facileque aduersarios suos omnes deuicturum esse, dummodo in Dei uirtute collocet spem suam, et animum suum corroboret.

12.ª Quod hostis noster naturam et morem muliebrem refert [1], quoad imbecillitatem uirium et animi peruicaciam: nam sicut foemina cum uiro rixans, si hunc conspexerit erecto et constanti uultu sibi obsistere, abiicit ilico animum ac terga uertit; sin uero timidum fugacemque esse animaduerterit, in extremam surgit audaciam, et illum ferociter inuadit:

[1] Vide supra, *Proleg.*, pp. 89-90 et 168.

VERSIO PRIMA

tionem et alia, quae nostra non sunt.

Decima: consolatus consyderet desolationem imminentem [a] sibi, et ex tunc incipiat muniri armis constantiae, fortitudinis et patientiae contra illam.

Vndecima: consolatus laboret in humiliando se ipsum ac deprimendo, consyderans quam parum possit in tempore desolationis, priuatus gratia illa consolationis quantum [b] afficitur. Contrario modo desolatus consyderet quam multum potest cum Dei gratia ad resistendum omnibus hostibus, quando in suo Conditore [c] roboratur.

Duodccima [1]: Sathanas tentator non aliter **82v** est debilis *si quis vi resistat, fortissimus sponte nostra, sicut mulier: ut* [d] enim naturale est ac proprium ipsi facmineo sexui [e] (quando contendit et rixatur cum uiro aliquo) debilitari ac fugere, si modo uir in faciem illi resistit; et e contra, si uir debilitetur et fugam capiat, solet mulier cum magna ira et cum vehementi

a *Sic A;* iminentem *B.*
b *Sic A et B; fortasse pro* qua tunc.
c in suo Domino et conditore.
d debilis per uim et fortissimus sponte ac mulier. Sicut.
e ipsi sexui faemineo *A.*

VERSIO P. ROOTHAAN

buendo nobis ipsis devotionem vel ceteras partes spiritualis consolationis.

Decima: ille qui est in consolatione, cogitet quomodo se habebit in desolatione, quae postea [ei] superveniet, sumendo novas vires pro illo tempore.

Undecima: ille qui est in consolatione, procuret humiliare sese atque deprimere quantum potest, cogitando quam parum valeat tempore desolationis, sine illa tali gratia seu consolatione. E contrario cogitet ille qui est in desolatione, se posse multum cum gratia quae sufficit ad resistendum omnibus suis inimicis, sumendo vires in Creatore ac Domino suo.

Duodecima [1]: inimicus [noster] gerit se ut femina, in quantum est [ipse] debilis quoad vires, et fortis quoad voluntatem [a] [malitiam, et rabiem]. Nam sicut proprium est feminae, dum rixatur cum aliquo viro, perdere animum, capiendo fugam, quando homo ei audenter resistit; et e contrario, si vir incipit fugere perdendo animum, ira, vindicta et ferocia feminae est

a Debilis per vim et fortis per voluntatem. *4.ª ed. Sed v. Proleg., p. 168.*

AUTOGRAPHUM

crescida y tan sin mesura: de la misma manera **55** es proprio del enemigo enflaquezerse y perder ánimo, dando huýda sus tentaciones, quando la persona que se exercita en las cosas spirituales pone mucho rostro contra las tentaciones del enemigo haziendo el oppósito per diametrum; y por el contrario, si la persona que se exerçita comiença a tener temor y perder ánimo en sufrir las tentaciones, no ay bestia tan fiera sobre la haz de la tierra como el enemigo de natura humana, en prosequtión de su dañada intençión con tan crecida malicia.

13.ª regla. La terdéçima: assímismo se haze como vano enamorado en querer ser secreto y no descubierto: porque así como el hombre vano, que hablando a mala parte requiere a vna hija de vn buen padre, o a vna muger de buen marido, quiere que sus palabras y suasiones sean secretas; y el contrario le displaze mucho, quando la hija al padre o la muger al marido descubre sus vanas palabras y yntención deprauada, porque fáçilmente collige que no podrá salir con la impresa comen-

VULGATA VERSIO

itidem consueuit daemon animo et robore plane destitui, quoties spiritualem [a] athletam corde imperterrito ac fronte ardua tentationibus **73** uidet reluctari; si autem trepidet ad primos impetus sustinendos, et quasi animum despondeat, nulla est bestia super terram inimico illo tunc efferatior, acrior et pertinacior in hominem, ut cum pernicie nostra, malignae obstinataeque mentis suae desiderium adimpleat.

13.ª Quod idem inimicus noster morem insequitur nequissimi cuiuspiam amatoris; qui puellam, honestorum parentum filiam, uel uxorem uiri alicuius probi volens seducere, summopere procurat, ut uerba et consilia sua occulta sint; nilque reformidat magis ac aegre fert, quam si puella patri suo uel uxor marito illa patefaciat; cum sciat hoc pacto de uotis et conatibus suis actum esse. Ad eumdem modum obnixe satagit diabolus, ut anima, quam circunuenire cupit ac perdere, fraudulentas suas sugge-

[a] *Prius* spiritualis.

VERSIO PRIMA

ferocitate in illum insurgere; sic et non aliter, proprium est Sathanae debilitari ac fugere, quando is qui exercitatur in rebus spiritualibus, insurgit uehementer contra tentationes hostis, opponendo se illi per diametrum. Ideo ait *Jacobus* [a]: «Resistite diabolo et fugiet a uobis» [1]. Contrario modo si is qui exercetur incipiat timere et cadere ab omni constantia et a patientia perferendarum, immo etiam prostrandarum tentationum, non est bestia super faciem terrae adeo efferata ac Sathanas, hostis capitalis naturae humanae: tunc enim prosequitur sua malignissima **83** intentione ac damnata malitia omnes peruertere; ideo recte dicit Job de demone: non est potestas super terram, quae comparetur illi[2].

Decima tertia regula: Idem Sathanas, iuxta similitudinem alicuius amantis puellam aliquam, non vult ullo modo *se* manifestare et venire in publicum: sicut enim iuuenis quispiam vanitatis studiosus, verbis lasciuis alliciens puellam aliquam filiam honorati patris, vel uxorem alicuius fidelis consortis, vult ac desiderat quod sua verba et suasiones lateant, et non manifestentur, et contrarium summe illi displicet, si vim filia propalaret patri, vel vxor marito vana illius verba et intentionem depra-

[a] Paulus, *quod est etiam in A.*

[1] Jac., IV, 7.
[2] Cf. Job, XLI, 24.

VERSIO P. ROOTHAAN

valde magna, et adeo sine mensura [extrema] [a]. Eodem modo proprium est inimici [nostri], viribus destitui et animum perdere, (in fugam vertentibus se tentationibus ejus), quando ille qui se exercet in rebus spiritualibus, audacter se opponit tentationibus inimici, faciendo oppositum e diametro [id est contrarium omnino ei, quod ipse per suas tentationes praetendit]. Et e contrario, si qui se exercet incipit timere, et perdere animum in patiendis tentationibus, non est bestia adeo efferata super faciem terrae, ut [est] inimicus humanae naturae in prosecutione perversae suae intentionis, cum adeo magna [maxima] malitia.

Decimatertia: sic etiam se gerit, ut vanus [falsus] amator, in quantum vult esse secretus et non detegi. Nam sicut [talis] homo vanus [falsus], qui loquens ad malum finem allicit [sollicitat] filiam aliquam alicujus boni patris, vel uxorem boni mariti, vult ut verba sua et suasiones sint secretae; et contra displicet ei summopere, quando filia patri, vel uxor marito detegit vana [fallacia] ejus verba, et intentionem pravam; quia facile colligit, fore ut non possit rem inceptam ad finem perducere [b].

[a] *Ita interpungit etiam ed. 4.ª; sententia tamen absoluta non est. Idem dicendum de sequenti regula 13.ª*

[b] *V. paulo ante, annot. a.*

AUTOGRAPHUM

çada: de la misma manera, quando el enemigo de **55v** natura humana trae sus astuçias y suasiones a la ánima iusta, quiere y desea que sean reçibidas y tenidas en secreto; mas quando las descubre a su buen confessor o a otra persona spiritual, que conosca sus engaños y malicias, mucho le pesa; porque collige que no podrá salir con su maliçia comenzada, en ser descubiertos sus engaños manifiestos.

[**1**]4.[a] La quatuordécima: asímismo se [hace] [a] como vn caudillo, para vençer y robar lo que desea; porque así como vn capitán y caudillo del campo, asentando su real y mirando las fuerças o disposición de vn castillo, le combate por la parte más flaca; de la misma manera el enemigo de natura humana, rodeando mira en torno todas nuestras virtudes theologales, cardinales y morales; y por donde nos halla más flacos y más neçesçitados para nuestra salud eterna, por allí nos bate y procura tomarnos.

[a] *Aut. nullum habet v., ideo supplemus* hace, *quod est in superioribus regulis*; es, *omisso* se, *Do.*; se haze *Bu.*

VULGATA VERSIO

stiones teneat secretas; indignatur uero maxime et grauissime cruciatur, sicui, uel confessionem audienti, uel spirituali homini molimina sua detegantur, a quibus ita excidere se funditus intelligit.

73v 14.[a] Quod solet etiam aduersarius imitari aliquem belli ducem, qui obsessan arcem expugnare atque depraedari cupiens, explorata prius natura et munitione loci, debiliorem partem aggreditur: sic nimirum et ille circuit animam et callide inquirit, quarumnam uirtutum praesidiis, moralium scilicet aut theologicarum, ipsa uel munita uel destituta sit: eaque potissimum parte, machinis omnibus admotis, irruit ac subuertere nos sperat, quam in nobis minus caeteris firmatam custoditamque esse praeuiderit.

VERSIO PRIMA

uatam, quia facile colligit quod non poterit ad optatum finem peruenire; sic etiam et non aliter hostis nature humanae, ingerens verba astutiae et suasiones fraudulentas in animam justi, vult ac desiderat ita recipi, quod lateant et sint occultae: verum quando **83v** manifestat eas suo confessori, vel alicui alteri persone in spiritualibus uersatae, habenti peritiam astutiarum et fraudium demonis, multum illi displicet; quia colligit quod non poterit ad metam desideratam suae inchoatae malitiae pertingere, cum semel sint sui laquei et astus declarati.

Decima quarta regula: idem Sathanas juxta similitudinem alicuius principis ducis belli, uolentis expugnare aliquod castrum ad vastandum et diripiendum [a] quod vult, sic habet. Sicut enim dux alicuius exercitus, expugnaturus castrum, consyderat resistentiam, vires et dispositiones castri, vt per partem minus tutam et minus fortem illud aggrediatur; ita etiam et non aliter hostis naturae humanae Sathanas, circuiens consyderat omnem virtutum [b] et theologalium et cardinalium et moralium suppel-**84** lectilem et fortitudinem; et per illam partem, in qua uidet nos debiliores et minus fortes ad uitae aeternae salutem assequendam, per illam aggreditur nos ut expugnet.

[a] dirripiendum *A et B*.

[b] *Sequitur* naturam *oblitt. in B;* omnem nostram virtutem *A*.

VERSIO P. ROOTHAAN

Eodem modo, quando inimicus naturae humanae ingerit animae justae suas fraudes et suasiones, vult ac desiderat, ut recipiantur et teneantur in secreto; sed quando [illa] eas detegit bono suo Confessario, vel alteri personae spirituali, quae cognoscat suas fraudes ac malitias, valde ei displicet: quia [hinc] infert fore ut non possit malitiam suam, quam inchoarat, perficere, cum detectae sint fraudes suae manifestae.

Decima quarta: sic etiam gerit se ut belli dux, ad vincendum ac depraedandum id quod desiderat Nam sicut belli dux et caput exercitus, castra ponendo et explorando vires ac dispositionem arcis alicujus, eam impugnat ex parte debiliori. [a] Eodem modo, inimicus humanae naturae, circumiens explorat omni ex parte virtutes omnes nostras Theologicas, cardinales, et morales; et qua parte nos reperit debiliores, et egentiores pro nostra aeterna salute, ea parte nos impugnat, et procurat nos expugnare.

[a] debiliori; eodem modo *melius 4.ª ed.*

AUTOGRAPHUM

56r REGLAS PARA EL MISMO EFECTO CON MAYOR DISCRECIÓN DE ESPÍRITUS [1], Y CONDUZEN MÁS PARA LA 2.ª SEMANA

1.ª regla. La primera: proprio es de Dios y de sus ángeles en sus mociones, dar verdadera alegría y gozo spiritual, quitando toda tristeza y turbación, que el enemigo induze; del qual es proprio militar contra la tal alegría y consolación espiritual, trayendo razones aparentes, sotilezas y assiduas falacias [2].

2.ª regla. La segunda: sólo es de Dios nuestro Señor dar consolación a la ánima sin causa precedente; porque es proprio del Criador entrar, salir, hazer moción en ella, trayéndola toda en amor de la su diuina maiestad. Digo sin causa, sin ningún preuio sentimiento o conoscimiento de algún obiecto, por el qual venga la tal consolación mediante sus actos de entendimiento y voluntad [a 3].

3.ª regla. La terçera: con causa puede consolar al ánima así el buen ángel como el malo, por con-

VULGATA VERSIO

REGULAE ALIAE UTILES AD PLENIOREM SPIRITUUM DISCRETIONEM [1], ET 2.ae HEBDOMADAE POTISSIMUM CONUENIENTES

Prima est. Quod proprium est Dei et angeli cuiusque boni, ueram infundere spiritualem laetitiam animae, quam mouent, sublata tristitia et perturbatione omni, quam ingessit daemon; cum hic e contrario sophisticis argumentis quibusdam, ueri spetiem praeseferentibus, laetitiam illam in anima repertam oppugnare soleat [2].

74 2.ª Solius est Dei consolari animam, nulla praecedente consolationis causa, cum sit hoc proprium Creatoris, suam ingredi creaturam, *et illam* in [a] amorem sui totam conuertere, trahere et mutare. Causam uero praecedere nullam tunc dicimus, quando nec sensibus nec intellectui neque uoluntati nostrae quicquam obiectum est, quod eiusmodi consolationem causari [b] ex se possit [3].

3.ª Quoties praecessit consolationis causa, autor eius potest existere tam malus angelus, quam bo-

a *Seq. vv. aliquot oblitt., quae plus quam versum integrum occupant; charta etiam attrita est, proinde nihil ibi legi potest. Videtur locus esse alicujus auctoris, ut est in Ve.*

a creaturam illam et in.

b *Sic ms. et edd.,1.ª rom., burg., hispal.;* causare *conimbr., 2.ª rom. et Inst.*

1 I Jo., IV, 1.

2 V. supra, *Proleg.*, p. 89.

3 V. locos S. THOMAE in *Ve.* indicatos, et SUÁREZ, ubi supra, l. IX, c. V, nn. 39-40.

VERSIO PRIMA

REGULAE AD EUNDEM EFFECTUM, DISCERNENDUM SPIRITUS [1], ET INSERUIUNT [a] MAGIS SECUNDAE HEBDOMADAE

Prima regula: proprium est pientissimi Dei et sanctorum angelorum in suis motionibus conferre ueram lctitiam et gaudium spirituale, substrahere omnem tristitiam et perturbationem quam solet Sathanas ingerere. Demonis autem proprium est agere contra talem laetitiam et consolationem spiritus, representando rationcs apparentes, subtiles et fallaces [2].

Secunda: solius Dei est conferre consolationem animo absque aliqua causa praecedenti; **84v** quia proprium est Conditoris ingredi et egredi [b] et mouere animum illumque *trahere ad amorem diuinae suae maiestatis* [c]. Dico absque aliqua causa, id est sine aliquo praeuio sensu et cognitione alicuius obiecti, propter quod perueniat ad nos diuina consolatio mediis actibus intellectus et uoluntatis. Hoc probat B. Thomas 1.ª 2.ᵉ, q. 9.ª, art. 1 [*et*] 6 [d], et q. 10, art. 4 [3].

Tertia: ex causa praecedenti potest tam bonus quam malus angelus consolationem conferre, di-

VERSIO P. ROOTHAAN

REGULAE AD EUMDEM EFFECTUM CUM MAJORI DISCRETIONE SPIRITUUM [1], ET CONDUCUNT [CONVENIUNT] MAGIS PRO SECUNDA HEBDOMADA.

Prima: proprium est Dei et Angelorum ejus, in suis motionibus dare veram laetitiam, et gaudium spirituale, removendo omnem tristitiam et turbationem, quam inimicus inducit; cujus proprium est militare [pugnare] contra ejusmodi laetitiam, et consolationem spiritualem, adducendo rationes apparentes, subtilitates, et perpetuas fallacias [2].

Secunda: solius est Dei Domini nostri dare consolationem animae sine causa praecedente: quia proprium est Creatoris [erga animam] intrare, egredi, facere motionem in illa, trahendo illam totam in amorem suae divinae Majestatis. Dico: sine causa, [id est] sine ullo praevio sensu, vel cognitione alicujus objecti, ex quo illa talis [ejusmodi] consolatio adveniat [animae] per ejus [proprios] actus intellectus et voluntatis [3].

Tertia: cum [s. praecedente] causa potest consolari animam aeque Angelus bonus ac malus, ad

---

a inseruit *A et B*.

b aggredi *prius in B, quod est in A*.

c illumque fouere amore perfecte; illumque fouere amore perfectae maestatis [*sic*] *A*.

d art. 16 *perperam mss*.

AUTOGRAPHUM

trarios fines: el buen ángel por prouecho del ánima, para que **56v** cresca y suba de bien en mejor; y el mal ángel para el contrario, y adelante para traerla a su dañada intención y maliçia.

4.ª regla. La quarta: proprio es del ángel malo, que se forma sub angelo luçis [1], entrar con la ánima deuota, y salir consigo; es a saber, traer pensamientos buenos y sanctos conforme a la tal ánima iusta, y después poco a poco procura de salirse trayendo a la ánima a sus engaños cubiertos y peruersas yntenciones.

5.ª regla. La quinta: debemos mucho aduertir el discurso de los pensamientos; y si el principio, medio y fin es todo bueno, inclinado a todo bien, señal es de buen ángel; mas si en el discurso de los pensamientos que traee acaba en alguna cosa mala o distratiua, o menos buena que la que el ánima antes tenía propuesta de hazer, o la enflaqueze o inquieta o conturba a la ánima, quitándola su paz,

VULGATA VERSIO

nus, sed ad fines tendunt contrarios: bonus quidem, ut anima in boni cognitione et operatione magis proficiat; malus autem, ut male agat illa et pereat.

4.ª Id moris est spiritui maligno, ut in lucis angelum [1] transfigurans sese, cognitis piis animae uotis primum obsecundet, mox inde ad peruersa sua desideria illam alliciat. Simulat etenim ab initio bonas sanctasque hominis cogitationes sequi et fouere; at [a] deinde in occultas fallaciarum suarum pedicas paulatim tractum illaqueat.

74v 5.ª Saedulo et accurate excutiendae sunt cogitationes nostrae circa principium, medium et finem suum, quae tria si recte se habeant, angeli boni argumentum est, cogitationes illas suggerentis; sin autem in discursu [b] mentis aliquid offertur uel sequitur quod ex se malum sit, uel auocet a bono, uel ad minus bonum impellat, quam anima prius quaerendo [c] sequi decreuisset; uel animam ipsam defa-

a *Seq.* paulatim *oblitt.*

b *Prius* per discursum, *quod est in 1.ª ed.*

c *Prius* quaerendam.

1 II COR., XI, 14, et vide *Proleg.*, pp. 168-169.

VERSIO PRIMA

uersos tamen ob fines: bonus quidem angelus ad profectum animae, vt progrediatur quotidie in melius, ascendendo de virtute in virtutem; malignus autem angelus opposito modo, ut adducat animam ad suam sinistram et peruersam intentionem.

Quarta: proprium est maligni angeli transformare se in angelum lucis [1] *accomodare se primo animae deuotae* [a], finire tamen in seipso, et [b] addu-**85** cere cogitatus bonos ac sanctos, quos anima deuota desiderat, postea paulatim conatur egredi perducendo eandem [c] animam ad suas fallatias palliatas et [d] sinistras intentiones.

Quinta: diligenter debemus aduertere discursum cogitationum nostrarum; et si quidem principium et medium cum fine sanctum sit, vel ad sanctitatem tendens, signum est boni spiritus; verum si discursus cogitationum, quae ingeruntur nobis, terminatur [e] in aliqua re mala vel distractiua, vel minus bona, quam esset illa, quam animus proposuerat facere, vel debilitat vel inquietat et perturbat,

VERSIO P. ROOTHAAN

fines [tamen] contrarios: bonus Angelus ad profectum animae, ut crescat et ascendat de bono ad melius; et malus Angelus, ad contrarium et ultra, ut trahat illam ad perversam suam intentionem et malitiam.

Quarta: proprium est Angeli mali, qui in Angelum lucis [1] se transfigurat, intrare [incipere] cum anima devota, [i. e. suggerendo cogitationes animae devotae congruas] et exire secum ipso [i. e. finire suggerendo suas]; scilicet, [solet] inducere cogitatus bonos et sanctos, conformiter [ad dispositionem] talis animae justae; ac dein paulatim procurat pervenire ad finem suum trahendo [inducendo] animam in suas fraudes occultas, ac perversas intentiones.

Quinta: debemus valde attendere ad discursum [sive seriem] cogitationum; et si principium, medium et finis, [si, inquam, tria haec] sint omnia bona, tendentia ad omne bonum [sive, ad id quod omnino bonum sit], signum est boni Angeli; sed si in discursu [in serie] cogitationum, quas suggerit, desinat in rem aliquam malam, vel distractivam, vel minus bonam, quam ea, quae anima prius sibi

---

a angelum lucis, illabi in animam deuotam.

b id est *A.*

c *Emend. ex* caute *B;* caute *A.*

d ac *A.*

e terminantur *B;* terminatur *recte A.*

AUTOGRAPHUM

tranquilidad y quietud que antes tenía, clara señal es proçeder de mal spíritu, enemigo de nuestro prouecho y salud eterna.

6.ª regla. La sexta: quando el enemigo de natura humana **57** fuere sentido y conoscido de su cola serpentina y mal fin a que induze, aprouecha a la persona que fué dél tentada, mirar luego en el discurso de los buenos pensamientos que le truxo, y el principio dellos, y cómo poco a poco procuró hazerla descendir de la suauidad y gozo spiritual en que estaua, hasta traerla a su intençión deprauada; para que con la tal experientia conosçida y notada, se guarde para adelante de sus acostumbrados engaños.

7.ª regla. La séptima [1]: en los que proceden de bien en mejor, el buen ángel toca a la tal ánima dulce, leue y suauemente, como gota de agua que entra en vna esponja; y el malo toca agudamente y con sonido y inquietud, como quando

VULGATA VERSIO

tiget, angat ac perturbet, sublata quàe prius aderat quiete, pace et tranquillitate: euidens tunc erit inditium, autorem esse cogitationis eiusmodi spiritum malignum, utpote utilitati et saluti nostrae semper aduersantem.

6.ª Quoties contingit in aliqua suggestione, deprehendi hostem ex cauda sua serpentina, idest fine malo, quem semper nobis insinuare studet; tunc plurimum iuuat reuoluere discursum totum, et notare quid ab initio praetexuerit bonae cogitationis, et quomodo [a] praecedentem spiritualis gustus suauitatem et animi serenitatem sensim amouere, ac uenenum suum infundere tentarit; **75** ut per huiusmodi experimentum cognitae illius fraudes facilius deinceps caueantur.

7.ª Eorum, qui promouent in bono salutis [1], *animis se insinuat* [b] uterque spiritus diuerso modo: bonus quidem leniter, placide ac suauiter, sicut aquae stilla in spongiam illabens; malus uero duriter, implacide et uiolenter cum strepitu quo-

[a] *Seq.* sensim *oblitt.*
[b] salutis animarum, subintrat.

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 89.

VERSIO PRIMA

substrahendo pacem, tranquilitatem et quietem de medio, quam antea habebat, signum est procedere a maligno spiritu inuido et nociuo profectui et saluti.

Sexta: quando hostis nature humanae Sathanas fuerit a nobis deprehensus **85v** et cognitus ex cauda sua serpentina et sinistro fine, ad quem inducebat, confert non modicum ei, qui fuit ab eo tentatus, consyderare discursum cogitationum, quas ingerebat, et illarum principium, et qualiter paulatim laborauit deprimere illam [a] et frustrari suauitate [b] et gaudio spirituali, quo antea affectus erat ut perduceret illam ad deprauatam intentionem; quatenus talis experientia consyderata et cognita inseruiat nobis in posterum ad uitandum *hostis solitas astucias* [c].

Septima [1] : eorum, qui progrediuntur de bono in melius, animos solet angelus bonus tangere dulciter et suauiter, non aliter ac aqua descendens super spongiam; sinister autem tangit cum strepitu et inquietudine acriter, ac ut aqua

VERSIO P. ROOTHAAN

proposuerat facienda, vel ipsam debilitet, vel inquietam reddat, vel conturbet animam, auferendo illi suam pacem, tranquillitatem, et quietem quam prius habebat, clarum signum est procedere [cogitationes illas] a malo spiritu, inimico nostri profectus ac salutis aeternae.

Sexta: quando inimicus humanae naturae fuerit deprehensus et cognitus ex cauda sua serpentina, et fine malo ad quem inducit, utile est ei, qui fuit ab eo tentatus, considerare postea discursum [sive seriem] bonarum cogitationum, quas sibi suggessit, et principium illarum, et quomodo paulatim procuraverit ut ipsum descendere [excidere] faceret a suavitate illa et laetitia spirituali, in qua erat, donec illum deduceret ad depravatam suam intentionem, ut istiusmodi experientia cognita et notata, caveat sibi in posterum ab ejus consuetis fraudibus.

Septima [1] : in iis, qui procedunt de bono in melius, bonus Angelus tangit talem animam, dulciter, leviter et suaviter, ut gutta aquae, quae intrat in spongiam; et malus [Angelus] tangit [eam] acute, et cum sonitu, et inquietudine, ut

---

[a] *Ex Aut.* hazerla descendir, *et paulo post* perduceret illam *ex* traerla. *Interpres retinuit his locis pronomen generis foeminei* (la), *etsi subjectum, ad quod illa pronomina referuntur, per masculeum genus expressit:* fuit ... tentatus, affectus erat.

[b] suavitatem *B*.

[c] uitandum suos solitos astus.

AUTOGRAPHUM

la gota de agua cae sobre la piedra; y a los que proçeden de mal en peor, tocan los sobredichos spíritus contrario modo; cuya causa es la dispusición del ánima ser a los dichos ángeles contraria o símile; porque quando es contraria, entran con estrépito y con sentidos, perceptiblemente; y quando es símile, entra con silençio como en propria casa a puerta abierta.

8.ª regla. La octaua: quando la consolación es sin causa, **57v** dado que en ella no aya engaño por ser de solo Dios nuestro Señor, como está dicho, pero la persona espiritual, a quien Dios da la tal consolação, deue con mucha vigilancia y attención, mirar y discernir el proprio tiempo de la tal actual consolación, del siguiente en que la ánima queda caliente, y fauorescida con el fauor y reliquias de la consolación passada; porque muchas vezes en este segundo tiempo por su proprio discurso de habitúdines [1] y conseqüencias de los conçeptos y juizios, o por el buen espíritu o por el malo forma diuersos propósitos y paresçeres, que no

VULGATA VERSIO

dam, sicut imber decidens in petram: illis autem, qui in dies tendunt deterius, oppositum prorsus usuuenit. Cuius sane diuersitatis ratio est, quatenus angelo utrilibet similis est uel dissimilis animae ipsius dispositio; si enim contrariam sibi eam alteruter spiritus inuenerit, cum strepitu et pulsu, qui facile aduerti queat, *ei se conjungit* [a]: si conformem uero, tanquam in propriam et apertam domum subit cum quiete.

8.ª Quoties sine praeuia ulla causa consolatio nobis adest; quamuis, ei, tanquam diuinitus immissae, ut supra dictum est, nihil fallaciae subesse possit; debemus tamen **75v** attente ac sollicite distinguere praesens consolationis tempus a proximo sequente, in quo anima feruet adhuc, et fauoris nunc nuper accepti sentit reliquias [b], nam posteriore hoc tempore frequenter accidit, ut uel ex habitu [1], discursu et iuditio proprio, uel ex boni aut mali spiritus instinctu aliqua sentiamus uel deliberemus, quae cum ab ipso Deo citra medium non emanent, solerti indigent discussione, priusquam

a introgreditur.
b *Seq.* hoc enim *oblitt.*

1 Habitudines videntur esse hoc loco non habitus, multo minus similitudines, sed relationes sive respectus unius ad aliud. Itaque hunc locum sic explica: Ope discursus seu rationis propriae conferimus inter se conceptus, unde efficimus judicia; collatisque

VERSIO PRIMA

cadens super [a] lapidem: eorum autem animos, qui progrediuntur de malo in peius, tangunt praedicti spiritus contra-**86** rio modo; cuius rei ratio non est alia, quam quod animae dispositio contraria vel similis praedictis spiritibus [b] inuenitur; quia quando est contraria, tangunt cum strepitu et sonitu perceptibili; quando uero est similis, illabuntur tacite et cum silentio; sic is qui ingreditur in propriam domum apertis ianuis.

Octaua: quando consolatio non habet causam, licet in illa non possit esse aliqua illusio, cum sit a solo Deo, ueritate summa, sicut praedictum est, verum persona spiritualis, cui Deus confert talem consolationem, debet uigilanter et attente consyderare et [c] discernere proprium tempus actualem consolationem consequens, in quo animus permanet feruidus, deuotus, et ex praecedenti consolationis fauore et reliquiis dilatatus; quia sepe in hoc 2.° tempore solet vel proprio marte, uel discursu similitudinum [d] [1] et conse-**86v** quentiarum, quas hausit ex conceptibus et judiciis praehabitis [e], vel a bono spiritu instructus, vel a

VERSIO P. ROOTHAAN

quum aquae gutta decidit super petram: eos autem qui procedunt de malo in pejus, tangunt supradicti spiritus modo contrario. Cujus rei causa est, quod dispositio animae sit dictis Angelis contraria, vel similis: quando enim est contraria, intrant [spiritus] cum strepitu et cum sensationibus, ita ut percipi facile possit [eorum accessus]; quando autem est similis, intrat [spiritus] cum silentio, tamquam in propriam domum, et aperta porta.

Octava: quando consolatio est sine causa, licet ei non insit fraus, cum a solo Deo Domino nostro [tunc] procedat, ut dictum est [reg. 2.[a]]: tamen persona spiritualis, cui dat Deus talem consolationem debet multa cum vigilantia et attentione considerare ac discernere proprium tempus actualis ejusmodi consolationis a sequenti [tempore], in quo anima remanet fervens, et favorem [divinum] ac reliquias consolationis praeteritae etiamnum sentit: quia saepe in hoc secundo tempore per suum proprium discursum ex habitibus [1] [suis] et ex consequentiis [habitorum] conceptuum, et judiciorum [vel judiciis propriis], sive per

a in *A*.
b *Sic videtur corrigendum v.* spiritualibus, *quod est in A et B*.
c ac *A*.
d habitudinum *A*. *Cf. annot* 1.
e praehibitis *A*.

inter se judiciis, perspicimus consequentia; quare illa proposita et opiniones hoc modo concepta, bono etiam vel malo spiritu impellente, non dantur immediate a Deo...

AUTOGRAPHUM

son dados inmediatamente de Dios nuestro Señor; y por tanto han menester ser mucho bien examinados, antes que se les dé entero crédito ny que se pongan en efecto [1].

EN EL MINISTERIO [2] DE DISTRIBUIR LIMOSNAS SE DEBEN GUARDAR LAS REGLAS SIGUI[E]NTES

1.ª regla. La primera: si yo hago la distribución a parientes o amigos o a personas a quien estoy aficionado, tendré quatro cosas que mirar, de las quales se ha hablado en parte en la materia de election. La primera es, **58** que aquel amor que me mueve y me haze dar la limosna, descienda de arriba, del amor de Dios nuestro Señor; de forma que sienta primero en mý que el amor más o menos, que tengo a las tales personas, es por Dios, y que en la causa porque más las amo reluzca Dios.

2.ª regla. La segunda: quiero mirar a un hombre que nunca he visto ny conoscido; y deseando yo

VULGATA VERSIO

recipiant assensum uel in opus ueniant [1].

76r REGULAE NONNULLAE IN DISTRIBUENDIS ELEEMOSYNIS SERUANDAE

Prima. Siquid erogare libeat in homines genere uel amicitia coniunctos, erga quos sentitur procliuior affectus; attendendae erunt regulae quatuor, quas ex parte circa electiones commemorauimus. Earum itaque prima haec est: ut affectus erga tales meus recta proueniat ex amore Dei; quem certe amorem debeo sentire in me, ut radicem esse et causam cuiuscunque meae affectionis erga cognatos et amicos omnes; ac operam dare, ut in hoc praesenti negotio praecipua ea ratio elucescat.

2.ª Ut considerem *, si quis alter, cui parem mecum statum seu perfectionis gradum optem, me

* *In secunda regula pro distribuendis eleemosynis.* Secunda: ut considerem etc. *usque ad finem: Haec regula in autographo sic habetur:* Secunda: Ut considerem, si quis alter esset mihi plane ignotus, cui tamen pro hoc ministerio et ipsius statu omnem perfectionis gradum exoptem, quam ego illum in hac distributione rationem sequi vellem ad maiorem DEI gloriam et animae suae perfectionem, hac ipsa eadem mihi utendum esse.

[1] V. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 99 et sqq., maxime 105.

[2] «Eleemosynarum distributio *ministerium* appellatur, ut proin qui eas distribuunt,

VERSIO PRIMA

malo agitatus, formare diuersas sentcntias ac intentiones, quae non sunt collatae a Dco. Quapropter egent [a] maturo et frequenti examine ante quam reddantur, vcl executioni mandentur [1].

87r REGULAE OBSERUANDAE IN DISTRIBUTIONE

Prima regula: si dispensatio fit in parentes, notos, amicos, vel in quosuis alios, quibus ego sum affectus, attendam circa quatuor iam praedicta in materia electionum. Primum est, quod amor ille impellens me ad erogandum [b] illam eleemosinam descendat desursum ex amore Dei, ita quod prius sentiam amorem illum et affectum illum, quem gero ad illos, esse maxime propter Deum Deique gloriam manifestandam.

87v Secunda: consyderabo hominem ignotum antea mihi omnino, cuius ego plenum in spiritu

VERSIO P. ROOTHAAN

bonum spiritum sive per malum, format varia proposita, et consilia quae non dantur immediate a Deo Domino nostro, ac proinde valde bene discutiantur necesse est, antequam iis integer assensus tribuatur, et deducantur ad effectum [1].

IN MINISTERIO [2] DISTRIBUENDI ELEEMOSYNAS DEBENT SERVARI SEQUENTES REGULAE.

Prima: si facio distributionem parentibus, vel amicis, vel personis, quas amo, quatuor [ista] consideranda mihi erunt, de quibus dictum est ex parte in materia electionis. Primum est, ut amor ille qui me movet, meque facit dare eleemosynam, descendat desursum ex amore Dei Domini nostri, ita ut sentiam primum in me, amorem, quem plus minusve habeo erga tales personas, esse propter Deum: et ut in causa, ob quam eas magis amo, reluceat Deus.

Secunda: volo proponere mihi hominem aliquem, quem numquam viderim, neque cognoverim,

a *Sic A;* aegent *B.*
b errogandum *B;* errogandam *A.*

ministros se esse intelligant... tum maxime, ubi de reditibus ecclesiasticorum beneficiorum distribuendis agitur.» *Ro.*, annot. 1, p. 181.

AUTOGRAPHUM

toda su perfección en el ministerio y estado que tiene, como yo quería que él tuviese medio en su manera de distribuir, para mayor gloria de Dios nuestro Señor y mayor perfectión de su ánima; yo haziendo assí ny más ny menos, guardaré la regla y medida que para el otro querría y juzgo seer tal.

3.ª regla. La terçera: quiero considerar como si estuviesse en el artículo de la muerte, la forma y medida que entonçes querría aver tenido en el officio de my administración; y reglándome por aquélla, guardarla en los actos de la my distribución.

4.ª regla. La quarta: mirando cómo me hallaré el día del juizio, pensar bien cómo entonçes querría aver **58v** vsado deste offiçio y cargo del ministerio; y la regla que entonces querría auer tenido, tenerla agora.

5.ª regla. La quinta: quando alguna persona se siente inclinada y affiçionada a algunas personas, a las quales quiere distribuyr, se detenga y rumine bien las quatro reglas sobredichas, examinando y probando su affectión con ellas; y no dé la limosna, hasta que con-

VULGATA VERSIO

consulat super negotio istiusmodi, quam ego illi erogationis faciendae dictaturus sim rationem; hac igitur et me uti par est.

3.ª Vt cogitem si mihi uitae nunc exitus instaret, **76v** quid hac in re egisse uellem potissimum; ita ergo agendum in praesentia decernam.

4.ª Ut prospiciam similiter, quid mallem in die iudicii a me fuisse super his transactum; id quod et nunc citra dubium praeeligam.

5.ª Ut quoties ad personas mihi humano aliquo uinculo coniunctas affectum meum sentio magis inclinare, regulas quatuor praedictas sedulo expendam, et iuxta eas examinem affectum, nihil de eleemosyna seu distributione facienda cogitans, donec ab animo,

VERSIO PRIMA

profectum desiderarem in eo statu uitae quem haberet; consyderabo etiam quod sicut ego desiderarem illum distribuere et dispensare suas facultates ad maiorem Dei omnipotentis gloriam et ad sui ipsius profectionem; ita ego laborabo facere, seruando pro me ipso eandem regulam, quam pro aliis iudico expeditiorem [a].

Tertia: considerabo me ipsum morti proximum, et quam tunc vellem seruasse regulam et formam dispensandi et administrandi meas facultates, eandem nunc enitar seruare.

Quarta: consyderabo me ipsum iuditio Dei finali [b] presentem et cogitabo prudenter quo modo tunc uoluissem dispensasse et ministerium hoc implesse, et iuxta id, quod tunc perfectius [c] et expedientius iudicassem, ita modo facere contendam.

88r Quinta: quando quis sentit se affectu aliquo duci in alios, in quos vult aliquid errogare, immoretur secum prius et ruminet diligenter 4.[or] praedictas regulas [d], probando affectum suum ad illum; nec prius eleemosinas largiatur, quam senserit in hac parte affe-

VERSIO P. ROOTHAAN

et cum [s. posito quod] ego desiderem omnem ejus perfectionem in ministerio et statu quem habet, eo modo quo vellem eum tenere medium in suo modo distribuendi [eleemosynas], ad majorem gloriam Dei Domini nostri, et majorem perfectionem animae suae, eo ipso modo ego faciens nec plus, nec minus, servabo regulam et mensuram, quam alteri vellem, et [quam] judico esse talem [qualis convenit majori Dei gloriae et animae perfectioni].

Tertia: volo considerare, ac si essem in articulo mortis, formam et mensuram, quam tunc vellem tenuisse in officio meae administrationis; et juxta illam [formam et mensuram] me regulando [dirigendo], eam servare in actibus meae distributionis.

Quarta: considerando qualem me inventurus sim [quo animo sim futurus] in die Judicii, cogitare bene quomodo tunc optaturus sim me usum esse hoc officio et munere ministerii hujus; et regulam, quam tunc optarem tenuisse, eamdem nunc tenere.

Quinta: quando quis sentit se inclinatum et affectum erga aliquas personas, quibus vult distribuere, se detineat [s. exspectet] ac ruminet bene quatuor regulas supradictas, examinando et probando suam affectionem ope illarum [regularum]: neque det eleemosynam,

a expedientiorem *A.*
b finalis *A.*
c *Prius* profectius *B, quod est in A.*
d regulas praedictas *A.*

AUTOGRAPHUM

forme a ellas su dessordenada afectión tenga en todo quitada y lançada.

6.ª regla. La sexta: dado que no ay culpa en tomar los bienes de Dios nuestro Señor para distribuyrlos, quando la persona es llamada de nuestro Dios y Señor para el tal ministerio; pero en el quánto y cantidad de lo que ha de tomar y applicar para sí mismo de lo que tiene para dar a otros, ay duda de culpa y excesso; por tanto se puede reformar en su vida y estado por las reglas sobredichas.

7.ª regla. La séptima: por las razones ya dichas y por otras muchas, siempre es mejor y más seguro, en lo que a su persona y estado de casa toca, quanto más se çerçenare y diminuyere y quanto más se açercare a nuestro summo pontifiçe [1], dechado y regla nuestra [2], que es Xpo. nuestro Señor. **59** Conforme a lo qual el terçero concilio carthaginense (en el qual estuuo Sancto Augustín) determina y manda que la suppeléctile del

VULGATA VERSIO

siquid non rectum inest, remouero.

6.ª Quamuis facultates diuino cultui et usui ecclesiastico dicatae, citra culpam assumi possint distribuendae ab eo, qui ad hoc ministerium sit uocatus; cum tamen plurimis in determinanda propriis suis sumptibus iusta portione soleat de excessu scrupulus incidere; operae pretium est, iuxta regulas superiores uitae suae statum recte disponere.

7.ª Propter rationes dictas et alias plerasque, in administrandis iis, quae ad propriam per-**77** sonam, conditionem, domum aut familiam pertinent, optimum ac securissimum est unicuique, distributionis curam subeunti, ut suae substrahat commoditati quantum potest, ac seipsum proxime conformet ad exemplar [2] Domini nostri Jesu Christi, summi pontificis [1]; quandoquidem in tertio etiam carthaginensi concilio, in

[1] Ps. CIX, 4; HEBR., II, 17; III, 1; IV, 14-15; V, 10; VI, 20; VII, 26; IX, 11; X, 21.

[2] Cf. MATTH., VIII, 20; XVI, 24; Jo., VIII, 12; XIII, 15; XIV, 6; II COR., VIII, 9; I PETR., II, 21.

VERSIO PRIMA

ctum totum illum inordinatum expulsum esse.

Sexta: quanquam non sit vllum peccatum assumere bona Domini Dei ad dispensandum [a], quando quis a Deo [b] est ad hoc ministerium uocatus; verum in quantitate eorum, quae assumi [c] debent, et [d] quam sibi applicare [e] ex iis, quae accepit ad dispensandum aliis [f], potest oriri dubium culpae et excessus; quare potest reformari in suo uitae statu, proponendo sibi ante oculos quatuor regulas assignatas, et ad illas se examinando.

Septima: ob rationes praedictas et multo **88v** plures alias, melius est ac securius in his, quae tam ad seipsum, quam quae ad familiam suam attinent, quantum potest sibi substrahere et diminuere, et quantum potest proximum fieri nostro summo pontifici [1] Jesv Christo, exemplari [2] et speculo totius uitae nostrae. Juxta quam doctrinam concilium carthaginense 3.[m] (cui interfuit S. Augustinus) [g] definit ac praecipit suppellectilem episcopi

a *Sequitur* aliis *oblitt.; est in A.*
b *Sequitur* non *oblitt. in B;* a Deo nostro *A.*
c assummi *B et A.*
d *Sequitur* in quantitate *oblitt. in B; est in A.*
e *Sequitur* debet *oblitt. in B; est in A.*
f *Prius in B* aliorum nomine, *quod exstat in A.*
g interfuit pr. Augustinus *A.*

VERSIO P. ROOTHAAN

donec conformiter ad illas [regulas] suam inordinatam affectionem omnino removerit et abjecerit.

Sexta: quamvis nulla sit culpa in assumendis bonis Dei Domini nostri ad ea distribuenda, quando quis vocatus est a Deo et Domino nostro ad tale ministerium: tamen in [determinanda] quantitate, quam debet sumere et applicare sibi ipsi, ex iis quae habet, ut det aliis, dubium [timor] est de culpa et excessu: proinde [qui in ejusmodi est ministerio] reformare se potest in vita sua et statu, per regulas supradictas.

Septima: propter rationes jam dictas, et alias multas, semper [tanto] melius est et securius in eo quod ad propriam personam et statum domus [v. familiae] pertinet, quanto magis se [quis] restrinxerit et [sibi] diminuerit, et quanto propius accesserit ad summum nostrum Pontificem [1], exemplar et regulam nostram [2], qui est Christus Dominus noster; juxta quam doctrinam tertium Concilium Carthaginense (cui interfuit S. Au-

AUTOGRAPHUM

obispo sea vil y pobre [1]. Lo mismo se deue considerar en todos modos de viuir, mirando y proporçionando la condiçión y estado de las personas; como en matrimonio tenemos exemplo del Sancto Joachín y de Sancta Anna, los quales partiendo su hazienda en tres partes, la primera daban a pobres, la segunda al ministerio y seruitio del templo, la terçera tomavan para la substentación dellos mismos y de su familia [2].

PARA SENTIR Y ENTENDER ESCRÚPULOS Y SUASIONES DE NUESTRO ENEMIGO, AIUDAN LAS NOTAS SIGUIENTES

1.ª nota. La primera: llaman vulgarmente escrúpulo, el que procede de nuestro proprio iuyzio y libertad, es a saber, quando yo líberamente formo ser peccado lo que no es peccado; así como acaeze

VULGATA VERSIO

quo interfuit S. Augustinus, decretum fuit supellectilem episcopi uilem ac pauperem debere esse [1]. Hoc idem in quolibet statu seu uitae genere prouideri conuenit, habita interim ratione personarum et statuum ipsorum; sicut in matrimonio exemplum praebent S. Joachimus et S. Anna, qui, diuisis per annos singulos facultatibus suis in tres partes, pauperibus unam erogabant, alteram dicabant in templi et diuini cultus ministerium, tertiam postremo necessitati suae reseruabant [2].

77v QUAEDAM NOTATU DIGNA DE SCRUPULIS, QUOS ANIMAE DAEMON INIICIT, DIGNOSCENDIS

Primum. Vulgo scrupulum appellant, quando ex proprio liberi arbitrii motu et iudicio aliquid concludimus peccatum esse, cum peccatum non sit; veluti si quis animaduertens se crucem, ex pa-

---

[1] «Ut episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum paupercm habeat, et dignitatis suae auctoritatem fide et vitae meritis quaerat.» Ita hic canon XV medio fere saeculo IX a PSEUDO-ISIDORO in sua *Collectione Decretalium* (Migne, P. L., CXXX, 341-350), et circa annum 1140 a GRATIANO in prima parte *Decreti* (c. IV, dist. 41) positus est. Deinde receptus in primam conciliorum collectionem a Jacobo Merlino factam, quae primum annis 1523-1524 Parisiis, deinde anno 1530 Coloniae et anno 1536 iterum Parisiis typis descripta est; item in posteriores collectiones conciliorum, ut in Jo. HARDUINI, S. J., *Acta conciliorum* (I, Parisiis, 1715, 975-986). Hi omnes dixerunt, hunc esse canonem XV concilii carthaginiensis quarti. Hoc autem concilium anno 398 a 214 episcopis habitum esse et 104 canones (Baluzius canonem 105 addidit) condidisse dicebatur, quibus etiam S. Augustinus subscripsisset. Verum cum jam Christophorus Justellus († 1649) acatholicus gallus, de hoc concilio dubitasset, et Harduinus quoque rem haud ita certam esse significasset, tandem Ballerinii synodum illam habitam non esse demonstrarunt. Canones illi 104 scribunt illi «non pertinent ad ullam synodum africanam. Sunt collectio seu abbreviatio antiquorum canonum, partim orientalium, partim occidentalium». Appendix ad S. Leonis Magni opera, curantibus Petro et Hiero-

VERSIO PRIMA

esse uilem ac pauperem [1]. Idem debet considerari in aliis uiuendi sortibus, cum ratione tamen et judicio, juxta quod fuerit status eorum qui debent hoc facere, sicut ii, qui matrimonio iuncti sunt, habent exemplar et exemplum Sancti Joachim et Sanctae Annae, qui partiebantur omnem suam facultatem in 3.es partes: primam errogabant in pauperes; 2.am dispensabant pro seruitio et ministerio templi; 3.am retinebant ad sui ipsorum et familiae sustentationem [2].

89r AD DISCERNENDUM ET INTELLIGENDUM SCRUPULOS ET SATHANAE SUGGESTIONES CONFERUNT ADNOTATIONES SEQUENTES

Prima adnotatio [a] est, quod comuniter vulgus vocat scrupulum illud dubium, quod oritur ex nostro proprio judicio et libertate, nempe quando libere reputo esse peccatum, quod peccatum non

VERSIO P. ROOTHAAN

gustinus) decernit et mandat, ut suppellex Episcopi sit vilis et pauper [1]. Idem debet considerari in omnibus vivendi modis [s. statibus], habita ratione conditionis et status personarum, servataque proportione: quemadmodum in matrimonio habemus exemplum Sancti Joachim et Sanctae Annae, qui dividentes facultates suas [s. reditus] in tres partes, primam dabant pauperibus: secundam ministerio et servitio Templi: tertiam sumebant ad sustentationem suam et suae familiae [2].

AD SENTIENDOS ET DIGNOSCENDOS SCRUPULOS ET SUASIONES INIMICI NOSTRI, JUVANT NOTAE SEQUENTES.

Prima: appellant vulgo scrupulum, illud quod procedit ex nostro proprio judicio, et libertate: scilicet, quando ego libere judico [mihi formo judicium] esse peccatum, quod peccatum non est: sicut

[a] nota *A*.

nymo fratribus Balleriniis, III, Venetiis 1757, LXXXVIII-XCI. Balleriniis assensit Jo. DOM. MANSI, *Conciliorum collectio*, III, Florentiae, 1759, 945-946. Canones illos a S. Hilario Arelatensi collectos esse censet H. LECLERQ, O. S. BEN., *Histoire des conciles, par C. H. Hefele*, trad. et augm. par un religieux bénédictin, II, Paris, 1908, 102-127. Canon ille XV confirmatus est a concilio tridentino: «Sancta synodus... exemplo Patrum nostrorum in concilio carthaginiensi, non solum jubet, ut episcopi modesta supellectili et mensa ac frugali victu contenti sint, verum etiam», etc. (Sessio XXV, c. I de Ref.).

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 90. Antiquissimum hujus rei testimonium esse illud videtur, quod in apocrypho Evangelio de Nativitate S. Mariae (quod a nonnullis Evangelium Pseudo-Matthaei vocatum est) invenitur. Cum autem multa in illo falsa narrentur, illa bonorum partitio, etsi sanctitate parentum B. Virginis dignissima est, fide omnino certa caret. Cf. *Acta sanctorum*, Julii, t. VI, 25 Julii, de sancta Anna, commentarius praevius, §§ 1 et 2; TISCHENDORF, *Evangelia apocrypha*, *Evangelium de Nativitate S. Mariae*, Lipsiae, 1853, p. 107.

AUTOGRAPHUM

que alguno después que a pisado una cruz de paja incidenter, forma con su proprio iuizio que a pecado; y este es propriamente iuizio erróneo y no proprio escrúpulo.

59v 2.ª nota. La segunda: después que yo he pisado aquella cruz, o después que he pensado o dicho o hecho alguna otra cosa, me viene vn pensamiento de fuera que he peccado; y por otra parte me paresçe que no he peccado, tamen siento en esto turbaçión, es a saber, en quanto dudo y en quanto no dudo: éste tal es proprio escrúpulo y tentación que el enemigo pone.

3.ª nota. La tercera: el primer escrúpulo de la 1.ª nota es mucho de aborresçer, porque es todo error; mas el 2.º de la 2.ª nota, por algún espaçio de tiempo no poco aprouecha al ánima que se da a espirituales exercitios; antes en gran manera purga y alimpia a la tal ánima, separándola mucho de toda aparençia de peccado, juxta illud Gregorii: bonarum mentium est ibi culpam cognoscere, vbi culpa nulla est [1].

4.ª nota. La quarta: el enemigo mucho mira si vna ánima es gruesa o delgada; y si es delgada, procura de más la adelgazar en

VULGATA VERSIO

leis humi figuratam, in transitu calcasse, crimini sibi uertat. Hoc autem non scrupulus proprie, sed iudicium potius erroneum uocari debet.

2.m Scrupulus proprie dicendus est, quoties post calcatam crucem eiusmodi uel post cogitationem, loquelam aut operationem aliquam, oboritur nobis extrinsecus peccati admissi suspitio; et quamuis altera ex parte ueniat in mentem nos minime peccasse, ambiguitatem tamen quandam atque animi perturbationem sentimus, a daemone uidelicet obtrusam.

3.m Prior scrupuli speties improprie sic dicti **78** prorsus abhorrenda est, ut erroris plena. Posterior uero, per tempus aliquod (dum praesertim recens est uitae melioris institutio) animam, rebus spiritualibus uacantem, non parum iuuat, cum eam mirum in modum purget, atque ab omni peccati specimine abducat, iuxta illud diui Gregorii: Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est [1].

4.m Callide obseruare solet inimicus, qualisnam sit animae cuiusuis conscientia, crassiorne an delicatior; et si quam inuenit delica-

[1] S. GREGORIUS MAGNUS, *Epistolarum libro* XI, ep. 64 (alias 31), resp. 10, Migne, P. L., LXXVII, 1195.

VERSIO PRIMA

est; sicut si alicui eueniret conculcare crucem aliquam ex palcis incidenter, reputare ex proprio iudicio quod peccaucrit, et est proprie iudicium erroneum, non autem proprie scrupulus.

Secunda: postquam conculcaui illam crucem, vel postquam cogitaui vel dixi vel egi aliquam aliam rem, superuenit cogitatio deforis quod peccauerim, et aliunde uidetur **89v** mihi quod non peccaucrim, sentio tamen perturbationem, quoniam [a] ex parte dubito et ex parte non dubito; et hoc proprie est scrupulus et suggestio, quam Sathanas ingerit.

Tertia: primus ille scrupulus descriptus in prima annotatione [b] est valde detestandus, quia est plenus erroris; 2.[us] autem, qui assignatus est in 2.[a] nota, per aliquod temporis spacium omnino *non* parum confert homini, qui omnino dedicauerit se spiritualibus exercitiis; quia miro modo purgat ac mundat animam, abstrahendo illum ab omni apparentia peccati, juxta illud Gregorii; bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi nulla culpa est [1].

Quarta: [c] Sathanas diligenter explorat qualitatem animae, quam tentare cupit, si uidelicet sit delicatae an grossae conscientie [d]; si-

VERSIO P. ROOTHAAN

accidit, ut aliquis, postquam calcavit incidenter crucem ex paleis [formatam], judicet suo proprio judicio se peccasse. Atque hoc est proprie judicium erroneum, non proprie [dictus] scrupulus.

Secunda: postquam calcavi illam crucem, vel postquam cogitavi, vel dixi, vel feci aliquid aliud, venit mihi extrinsecus cogitatio, me peccasse, et ex altera parte mihi videtur quod non peccaverim; tamen sentio in hoc turbationem, scilicet, in quantum dubito [s. timeo de peccato], et in quantum non dubito: istud est proprie scrupulus, et tentatio quam inimicus ingerit.

Tertia: primus ille scrupulus primae notae est valde abhorrendus, quia totus est error; sed secundus notae secundae, per aliquod spatium temporis, non parum prodest animae, quae se dat spiritualibus exercitiis: imo magnopere purgat et mundat talem animam, separando illam valde ab omni specie [apparentia] peccati, juxta illud Gregorii: Bonarum mentium est, ibi culpam cognoscere, ubi culpa nulla est [1].

Quarta: inimicus valde observat sitne anima crassa, an delicata: et si est delicata, procurat illam reddere magis delicatam ad extremum

a quia *A*.
b nota *A*.
c *Sequitur* est *oblitt. in B*.
d conscientiae et *A*.

AUTOGRAPHUM

extremo, para más la turbar y desbaratar: verbi gracia, si vee que vna ánima no consiente en sí peccado mortal ny venial ny aparençia alguna de peccado deliberado, entonçes el enemigo, quando no puede hazerla caer en cosa que paresca **60** peccado, procura de hazerla formar peccado adonde no es peccado, assí como en vna palabra o pensamiento mínimo; si la ánima es gruesa, el enemigo procura de engrossarla más, verbi gracia, si antes no hazía caso de los peccados veniales, procurará que de los mortales haga poco caso, y si algún caso hazía antes, que mucho menos o ninguno haga agora.

5.ª nota. La quinta: La ánima que desea aprouecharse en la vida spiritual, siempre deue proçeder contrario modo que el enemigo proçede, es a saber, si el enemigo quiere engrossar la ánima, procure de adelgazarse; asímismo si el enemigo procura de attenuarla para traerla en extremo, la ánima pro-

VULGATA VERSIO

tam, multo quoque delicatiorem efficere nititur, et in extremum quendam redigere anxietatis gradum; ut sic misere turbatam, a profectu spirituali tandem deiiciat. Puta si animam nouerit, quae peccato nulli consentiat mortali siue ueniali, immo ne umbram quidem (ut sic dicamus) uoluntarii peccati sustinere queat ; tunc , quoniam non potest ueram peccati rationem illi obiicere, eo satagit adducere, ut peccatum sibi esse credat, quod reuera non est, cuiusmodi est de uerbo aliquo uel cogitatiuncula **78v** repentina. Crassam e diuerso animam seu conscientiam reddere crassiorem studet, ut, quae negligebat prius uenialia peccata, mortalia quoque nunc parum curet, ac in dies minus respiciat.

5.ᵐ Vt anima progredi ualeat in uia spirituali, ad illius partis oppositum tendat necesse est, in quam inimicus tentat pertrahere: ut si laxiorem iste conscientiam facere adnititur, faciat illa strictiorem; aut relaxet e contra, si daemon [a] nimium uelit restringere. Sic enim continget, uitatis extre-

[a] *Hoc v. add. supra vers.*

[1] Ex *Autographo* supple venialia peccata.

VERSIO PRIMA

quidem inuenit animam deli-**90** catae conscientiae, nititur multo magis illam delicatiorem redere perducendo ad extremum, quo magis illam perturbet [a] et inquietet; verbi gratia, si uidet hominem non dantem consensum in aliquo peccato [b] mortali, nec veniali nec alicui alteri rei, quae habeat apparentiam peccati, tunc Sathanas laborat ut, quando non potest inducere illum, ut incidat in rem, peccati faciem gerentem, quod saltem formet falsum iudicium, quod ibi sit peccatum ubi non est, sicut in aliquo verbo uel cogitatione minima. Si autem anima grossioris conscientiae sit [c]; Sathanas laborat reddere illam grossiorem; verbi gratia, si antea non curabat peccata venialia, inducit quod nec mortalia admodum curet; et si antea aliquo modo illa [1] ponderabat, quod nullo modo vel minus modo.

Quinta: anima desiderans fructum facere **90v** in uita spirituali semper debet progredi contrario modo ac Sathanas; verbi gratia, si Sathanas laborat in reddendo eius conscientiam grossiorem, debet ipse laborare ut delicatiorem in dies reddat. Similiter, si Sathanas tentat extenuare et delicatiorem

VERSIO P. ROOTHAAN

usque, quo facilius eam turbet ac profliget [confundat]: v. g. si videt animam aliquam non admittere in se peccatum [nec] mortale, nec veniale, nec speciem [apparentiam] ullam peccati deliberati, tunc inimicus, cum non possit efficere ut illa cadat in aliquid quod speciem habeat peccati, procurat efficere ut ipsa judicet [esse] peccatum, ubi peccatum non est, ut in aliquo verbo, vel cogitatione minima. Si anima est crassa, inimicus procurat illam reddere magis crassam, v. g. si prius nihili faciebat peccata venialia, procurabit ut [jam] mortalia parvi pendat, et si prius [ea] curabat aliquantum, [procurabit] ut [ea] [1] nunc multo minus vel omnino non curet.

Quinta: anima quae desiderat proficere in vita spirituali, semper debet procedere modo contrario [ei], quo procedit inimicus; scilicet, si inimicus tentat crassiorem reddere animam, [ipsa] procuret reddere se delicatiorem: similiter, si inimicus procurat ipsam attenuare [delicatiorem reddere] ut in extre-

---

[a] perturbet illam *A.*— [b] consensus ullo modo peccato *A.*— [c] anima sit grossior conscientiae.

AUTOGRAPHUM

cure solidarse en el medio [1] para en todo quietarse.

6.ª nota. La sexta: quando la tal ánima buena quiere hablar o obrar alguna cosa dentro de la Iglesia, dentro de la intelligençia de los nuestros mayores, que sea en gloria de Dios nuestro Señor, y le viene vn pensamiento o tentación de fuera, para que ny hable ny obre aquella cosa, trayéndole razones aparentes de vana gloria o de otra cosa etc.; **60v** entonces deue de alçar el entendimiento a su Criador y Señor: y si vee que es su deuido seruicio o a lo menos no contra, deue hazer per diametrum contra la tal tentaçión, iuxta [a] Bernardum eidem respondentem: nec propter te incepi, nec propter te finiam [2].

PARA EL SENTIDO VERDADERO QUE EN LA YGLESIA MILITANTE DEBEMOS TENER, SE GUARDEN LAS REGLAS SIGUIENTES [3]

1.ª regla. La primera: depuesto todo juyzio, deuemos tener ánimae utriusque partis periculis [1], animam ipsam in medio quodam quieto et securo statu iugiter manere.

a iusta *ms.*

VULGATA VERSIO

6.m Quotiescunque homini, dicere aut agere aliquid uolenti, quod ab Ecclesiae usu uel maiorum nostrorum sensu non dissonat, quodque tendit in Dei gloriam, obuiat extrinsecus suggestio, dissuadens ne dicat aut agat illud propositum, adducta uel uanae gloriae, uel mali alterius cuiusuis fucata quadam ratione [a]. Tunc ad Deum eleuanda mens est; sique appareat ad eius gloriam spectare dictum aut factum eiusmodi, uel certe contrarium non esse, **79** tendendum recta erit aduersus talem cogitationem; atque obstrepenti nobis inimico respondendum cum diuo Bernardo: Nec propter te coepi, nec propter te finiam [2].

REGULAE ALIQUOT SERUANDAE, UT CUM ORTHODOXA ECCLESIA UERE SENTIAMUS [3]

Prima. Sublato proprio omni iuditio, tenendus est semper para-

a *Interpunctio haec in ms. est et in multis edd. v. g. rom. 1.ª, conimbr., burg., hispal., etc. In aliis recte sublatum est hoc punctum, v. g. in 2.ª rom., Inst., Ro. ceterisque recentioribus.*

1 Censemus doctrinam *Vu.* eamdem revera esse, atque doctrinam *Aut.*: ne tamen Ignatium putes vitiose relaxare conscientiam, «notatu dignum est, inquit *Ro.*, non poni a S. Patre, quod in vulgata versione legitur *relaxet contra*. Licet enim hoc videatur sequi ex generali propositione S. P., in initio hujus regulae, tamen id hoc loco in applicatione ejusdem regulae non dicit; sed potius vult animam, quam daemon in anxietates conjicere tentat, *in medio* firmiter ac *solide* consistere». *Ro.*, annot. 2, p. 185-186.

2 Ponitur haec sententia in *Flore Sanctorum, Vida de S. Bernardo*, in exemplo loyolaeo, f. 131r, col. 1.ª, sed hispane: «Ni por ti lo comencé, ni por ti lo dexaré.» In *Legenda Sanctorum*, anni 1493, legenda CXV, litt. G, dicitur, ita: «Nec per te incepi, nec

VERSIO PRIMA

reddere indecenti et extremo modo, animus laboret consolidari in medio [1], ut omnino quiescat.

Sexta, quando deuoto animo uolenti loqui vel operari aliquid intra Ecclesiam et intra intelligentiam maiorum nostrorum, quod sit ad gloriam Dei [a] et superuenerit cogitatio uel suggestio deforis, impediens ne loquatur vel ne operetur rem praecogitatam, ingerens rationes apparentes vanae gloriae vel alterius cuiuscumque rei, debet tunc, eleuato intellectu in Creatorem et Dominum, consyderare quod si fit eius debitum **91** seruitium, vel ad minus si non fit contra, debet, inquam, contradicere illi cogitationi per diametrum, juxta Bernardum eidem respondentem: nec propter te coepi, nec propter te finiam [2].

AD CERTE ET UERE SENTIENDUM IN ECCLESIA MILITANTI, SICUT TENEMUR, SERUENTUR REGULAE SEQUENTES [3]

Prima regula: expoliati omni judicio nostro, debemus esse prom-

VERSIO P. ROOTHAAN

mum deducat, anima procuret solide se firmare in medio [1] ut omnino quietam se reddat.

Sexta: quando talis anima bona vult dicere, vel operari aliquid intra Ecclesiam, intra intelligentiam Majorum nostrorum, quod sit in gloriam Dei Domini nostri, et venit [ingruit] ipsi cogitatio aliqua, vel tentatio extrinsecus, ut ne dicat, neve operetur illud, adducendo ei rationes apparentes vanae gloriae, vel alterius [mali] etc., tunc debet elevare mentem ad suum Creatorem et Dominum; et si videat [illud] esse ejus debiti servitii, vel saltem non [esse] contra [ejus obsequium], debet facere [procedere] per diametrum [recta] contra illam tentationem, juxta Bernardum eidem respondentem: nec propter te incepi, nec propter te finiam [2].

AD SENTIENDUM VERE, SICUT DEBEMUS, IN ECCLESIA MILITANTE, SERVENTUR REGULAE SEQUENTES [3].

Prima: deposito omni judicio [proprio], debemus tenere ani-

[a] *Deest hoc v. in A.*

per te dimittam.» Unde factum dictumque illud S. Bernardi B. Jacobus de Voragine hauserit, nobis non liquet, cum neque in operibus S. Bernardi, neque in antiquis illius historiis, quae in *Actis Sanctorum* sunt, neque in ejus vita a Vacandard gallice scripta et anno 1895 edita reperiatur. Fortasse Jacobus a Voragine usus est traditione aliqua aut monumento scripto, quod postea evanuit. B. Jacobus de Voragine mortuus est circa annum 1298, S. Bernardus anno 1153.

[3] Exponit has regulas MAUR. MESCHLER, S. J., italice in *Civiltà Cattolica,* 19 Maji et 2 Junii 1906; gallice in CBE, n° 7, *Les Regles du pur catholicisme selon saint Ignace de Loyola.* Probabilem earumdem regularum originem indicat H. WATRIGANT, S. J., in *La Genèse des Exercices,* p. 71 et sqq.

AUTOGRAPHUM

mo aparejado y prompto para obedescer en todo a la vera sposa de Xpo. nuestro Señor, que es la nuestra sancta madre Yglesia hierárchica.

2.ª regla. La segunda: alabar el confessar con saçerdote [1] y el resçibir del sanctíssimo sacramento vna vez en el año, y mucho más en cada mes, y mucho mejor de ocho en ocho días [2], con las condiçiones requisitas y deuidas.

3.ª regla. La terçera: alabar el oýr missa a menudo, *asímismo* [a] cantos, psalmos y largas oraciones en la yglesia y fuera della; **61** assímismo horas ordenadas a tiempo destinado para todo officio diuino y para toda oración y todas horas canónicas.

4.ª regla. La quarta: alabar mucho religiones, virginidad y continencia, y no tanto el matrimonio como ninguna destas.

5.ª regla. La quinta: alabar vo-

VULGATA VERSIO

tus promptusque animus ad obediendum uerae Christi sponsae ac sanctae matri nostrae, quae est orthodoxa, catholica et hierarchica Ecclesia.

2.ª Laudare conuenit solitam fieri sacerdoti [1] confessionem peccatorum, et eucharistiae sacrae sumptionem annuam ut minimum; cum sit laudabilius octauo quoque die [2], aut semel saltem in mense quolibet, seruatis interim conditionibus debitis, sacramentum ipsum suscipere.

79v 3.ª Commendare christifidelibus ut frequenter ac deuote missae sacrum seu sacrificium audiant; item cantus ecclesiasticos, psalmos et prolixas preces in templis uel extra templa recitandas; tempora etiam probare, determinata officiis diuinis et precationibus quibuscumque, vt sunt quas uocamus horas canonicas.

4.ª Laudare plurimum religionum status; atque caelibatum seu uirginitatem matrimonio praeferre.

5.ª Comprobare uota religio-

[a] *Add. supra vers.; deest in Do.*

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 92.

[2] V. supra, *Proleg.*, pp. 27, 28. Caeterum Ignatii tempora vix ferre potuissent, ut quotidiana communio publice commendaretur, cum etiam hebdomadalem multi reprehenderent. (Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 71; *Chron. Po.*, II, 121; *Epist. PP. Broëti...*, 477; P. TACCHI VENTURI, S. J., *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, t. I, pp. 213-214.) Socii tamen Ignatii, cum Parisiis in Italiam iter facerent anno 1536, sacerdotes quidem quotidie sacrum faciebant, reliqui communionem sumebant, cumque omnes

VERSIO PRIMA

pto ac parato animo ad obediendum in omnibus uere Jesv Christi Domini nostri sponsae. Hec autem est sancta mater Ecclesia hierarchica, quae romana est.

Secunda: [a] debemus laudare confessionem, quae fit in aure sacerdotis [1], et receptionem sanctissimi sacramenti eucharistiae semel in anno, et si fit frequentior, vt semel quolibet mense, **91v** est laudabilior; et adhuc multo laudabilior, si fiat singulis quibusque octo diebus [2], seruatis tamen debitis et requisitis conditionibus.

Tertia: debemus laudare quod quis intersit sacrificiis et missis frequenter, et audiat cantus et psalmos, longas orationes, quae sunt intra ecclesiam et extra ecclesiam materialem; laudare etiam debemus horas co[n]stitutas et praescripta tempora ad officium diuinum, orandum et ad expettendas [b] horas dictas canonicas.

Quarta: laudare debemus religiones, virginitatem, continentiam; et matrimonium non usque adeo laudandum est, ut aliquid praecedentium.

Quinta: laudare debemus vota,

VERSIO P. ROOTHAAN

mum paratum et promptum ad obediendum in omnibus verae Sponsae Christi Domini nostri, quae est nostra sancta Mater Ecclesia Hierarchica.

Secunda: laudare [commendare] confessionem [quae fit] Sacerdoti [1], et susceptionem sanctissimi Sacramenti semel in anno, et multo magis quovis mense, et multo melius octavo quoque die [2], cum conditionibus requisitis ac debitis.

Tertia: laudare [commendare] Missae auditionem frequentem: item cantus, psalmos, et longas orationes in Templo et extra illud: item [laudare] horas ordinatas tempore destinato ad omne officium divinum, et ad omnem orationem, et omnes horas canonicas.

Quarta: laudare multum Religiones, virginitatem et continentiam, et non adeo [tantum laudare] matrimonium, quantum ullum ex istis [praedictis statibus].

Quinta: laudare vota Religionis,

---

a Secunda est *A*.

b *Sic A et B; fortasse scribendum fuit* expendendas.

---

anno 1537 Venetiis Romam venirent, idem factitabant (*Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 111, 113, 115). Ignatius ipse quotidianam communionem Theresiae Rejadella commendabat (ibid., ser. 1.ª, I, 274-276). Lainius et socii, cum Florentiae annis 1548-1549 conciones haberent, quotidianae communionis consuetudinem in monasterium Stae. Mariae Angelorum induxerunt, quam consuetudinem perpetuo usque ad nostra tempora, inquit Tacchi Venturi, retinuerunt (ubi supra, p. 213, annot. 2).

AUTOGRAPHUM

tos de religión, de obediencia, de pobreza, de castidad y de otras perfectiones de supererrogación; y es de aduertir que como el voto sea çerca las cosas que se allegan a la perfectión euangélica, en las cosas que se alexan della no se deue hazer voto, así como de ser mercader o ser casado etc.

6.ª regla. Alabar reliquias de sanctos, haziendo veneração a ellas, y oración a ellos: alabando estaçiones, peregrinaçiones, indulgençias, perdonanzas, cruzadas y candelas ençendidas en las yglesias.

7.ª regla. Alabar constituciones çerca ayunos y abstinentias así com[o] de quaresmas, quatro témporas, vigilias, viernes y sábado; asímismo penitençias no solamente internas mas aun externas.

61v 8.ª regla. Alabar ornamentos y edeficios de yglesias; assímismo ymágines, y venerarlas según que representan.

9.ª regla. Alabar finalmente todos preçeptos de la Yglesia, teniendo ánimo prompto para buscar razones en su defensa y en ninguna manera en su ofensa.

VULGATA VERSIO

sorum de seruanda castitate, paupertate, obedientiaque perpetua, cum aliis perfectionis et super-[er]ogationis operibus; vbi obiter notandum est, quod cum uoti ratio ad ea pertineat, quae ad perfectionem ducunt uitae christianae; de aliis, quae ab ipsa perfectione potius auertunt, ut de negotiatione uel matrimonio, uotum nunquam emittendum sit.

6.ª Laudare praetcrea reliquias, uenerationem et inuocationem sanctorum; item stationes, peregrinationesque pias, indulgentias, iubilaea, candelas in templis accendi solitas, et reliqua huiusmodi pietatis ac deuotionis nostrae adminicula.

80r 7.ª Extollere abstinentiae ac ieiuniorum usum, ut quadragesimae, quatuor temporum, uigiliarum, sextae feriae, sabbati aliorumque pro deuotione susceptorum; item spontaneas afflictiones sui, quas poenitentias dicimus, non internas solum, sed etiam externas.

8.ª Laudare insuper templorum extructiones atque ornamenta; nec non imagines, tanquam, propter id quod repraesentant, iure optimo uenerandas.

9.ª Confirmare maxime omnia Ecclesiae praecepta; nec impugnare ullo modo, sed contra impugnantes, quaesitis undique rationibus, prompte defendere.

VERSIO PRIMA

quae emittuntur in religionibus, obedientiae, paupertatis, castitatis et aliarum rerum supererogationis, **92** quae conducunt ad perfectionem. Est hic aduertendum quod, cum uotum sit circa ea quae pertinent ad perfectionem euangelicam, in his, quae longe sunt ab illa, non debet fieri uotum, de hoc quod ero mercator vel vxoratus.

Sexta: laudare debemus reliquias sanctorum, venerationem illarum et orationes, quae ad illos funduntur, visitationes templorum ob gratiam obtinendae indulgentiae, peregrinationes, indulgentias, jubileos, candelas accensas in ecclesiis.

Septima: laudare debemus constitutiones circa jeiunia et abstinentias et jejunium [a] quadragesimale, et quatuor temporum, et vigiliarum, et abstinentiam a carnibus in die ueneris et in die sabati; item poenitentias, non tantum internas, verum etiam externas.

Octaua: laudare debemus ornamenta *et* edificia ecclesiarum; item imaginum vsum, quas etiam **92v** debemus venerari iuxta sanctum quem representant.

Nona: laudare debemus omnia praecepta ecclesiastica cum animo prompto et parato ad inquirendum et inuestigandum rationes in eius et suorum praeceptorum defensionem, et nullo modo in eius contemptum vel impugnationem.

[a] *Sic A;* iciuniorum *B.*

VERSIO P. ROOTHAAN

obedientiae, paupertatis, castitatis, et aliarum perfectionum supererogationis [a]. Et advertendum est, quod cum votum sit circa res quae propius accedunt [attingunt] ad perfectionem Evangelicam, in iis quae ab illa elongantur [recedunt], non debet fieri votum: v. g. de negotiatione exercenda, vel de matrimonio ineundo, etc.

Sexta: laudare reliquias Sanctorum, praestando illis [reliquiis] venerationem, et faciendo orationem ad illos [Sanctos]: laudando stationes, peregrinationes, indulgentias, jubilaea, cruciatas, et candelas accendi solitas in Ecclesiis.

Septima: laudare statuta [Ecclesiae] circa jejunia et abstinentias, ut quadragesimae, quatuor temporum, vigiliarum, feriae sextae et sabbati; item poenitentias, non solum internas, sed etiam externas.

Octava: laudare ornamenta, et aedificia Ecclesiarum, item imagines, easque venerari secundum id quod repraesentant.

Nona: laudare denique omnia praecepta Ecclesiae, animum gerendo promptum ad quaerendas rationes in ejus [b] [v. eorum] defensionem, et nullo modo in ejus [v. eorum] impugnationem.

[a] *Ita ed. 4.ª;* superogationis *1.ª*

[b] *Contexta oratio, hic et in sequenti membro, postulat potius* eorum *quam* ejus.

AUTOGRAPHUM

10.ª regla. Debemos ser más promptos para abonar y alabar assí constitutiones, comendaciones como costumbres de nuestros mayores; porque dado que algunas no sean o no fuesen tales, hablar contra ellas, quier predicando en público, quier platicando delante del pueblo menudo, engendrarían [a] más murmuraçión y escándalo que prouecho; y assí se indignarían el pueblo contra sus mayores, quier temporales quier spirituales. De manera que así como haze daño el hablar mal en absencia de los mayores a la gente menuda, así puede hazer prouecho hablar de las malas costumbres a las mismas personas que pueden remediarlas.

11.ª regla. Alabar la doctrina positiua y escholástica; porque assí como es más proprio de los doctores positiuos, assí como de Sant Hierónimo, Sant Augustín y de Sant Gregorio etc., el mouer los afectos para en todo amar y seruir a Dios nuestro Señor; assí es más proprio de los **62** escholásticos, así como de Sancto Thomás, San Bonaventura y del Maestro de las sentencias etc., el diffinir *o declarar para nuestros tiempos* [b] de las cosas neccessarias a la salud eterna, y para más impugnar y declarar todos errores y todas falacias.

[a] *Sic Aut.*; *supple nominativum* los que predicasen, *etc.*

[b] *Add. in marg.*

VULGATA VERSIO

10.ª Patrum etiam, seu superiorum decreta, mandata, traditiones, ritus et mores studiose probare; licet autem non reperiatur ubique ea, quae deberet esse, morum integritas; siquis tamen uel in publica concione, uel in populari commertio, ipsis obloquitur, generat potius [a] damna et scandala, quam aliquid adferat remedii aut utilitatis, cum nihil aliud sequatur, nisi exasperatio, et obtrectatio populi aduersus principes ac pastores suos. Temperan-**80v** dum est igitur ab isto inuectiuarum genere; veruntamen sicut damnosum est, primates ipsos absentes apud populum allatrare atque proscindere, ita rursus priuatim admonere eos, qui, si uelint, mederi huic malo possunt, operae pretium uidetur fore.

11.ª Doctrinam sacram plurimi facere, tum eam, quae positiua dici solet, tum quae scholastica. Sicut enim sanctis doctoribus antiquis Hieronymo, Augustino, Gregorio et consimilibus, scopus fuit ad amorem et cultum Dei amplectendum animos mouere; ita peculiare est beato Thomae, Bonauenturae, Magistro sententiarum et aliis recentioribus theologis, dogmata ad salutem necessaria exactius tradere atque definire, prout conuenit suis temporibus et posteris ad errores haeresum confutandos: siquidem doctores huius-

[a] *Seq.* scandalum *oblitt.*

VERSIO PRIMA

Decima: debemus esse paratiores ad defendendum et laudandum tam statuta et praecepta maiorum, quam etiam mores; quia licet ex parte in quibusdam nec sint talia praecepta nec tales mores, loqui tamen contra illos, vel publice predicando, vel particulariter conueniendo et colloquendo ad populum ignorantem, generaret magis murmurationem et scandalum quam fructum; et ita prouocaretur et irritaretur populus contra maiores, siue spirituales siue temporales [a]; itaque sicut nocet male loqui de maioribus ad populum in eorum absentia, ita potest **93** fructum facere alloqui de [b] malis ipsorum moribus eisdem ipsis, qui possunt morbo illi succurrere, si volunt.

Vndecima: laudanda doctrina scholastica et positiua; quia sicut magis proprium est doctorum positiuorum, vt Augustini, Hieronimi, Gregorii, etc. [c], excitare affectus, ut super omnia diligant Deum et illi inseruiant, ita doctorum scholasticorum, vt diui Thomae, Bonauenturae, Magistri sententiarum, etc., magis proprium est diffinire res necessarias ad salutem eternam, et impugnare et propalare omnem falsitatem et erroneam doctrinam cum suis fallaciis quibus tegitur; quia doctores scholastici, cum sint magis moderni, non so-

VERSIO P. ROOTHAAN

Decima: debemus esse magis prompti ad probandum et laudandum tam statuta, commendationes, quam mores nostrorum Majorum [i. e. Superiorum, quam ad reprehendendum]: quia etiamsi aliquando ea non sint, vel non essent talia [i. e. quae laude digna sint, tamen] loqui contra illa, sive praedicando in publico, sive sermonem habendo coram personis vulgaribus [ex vulgo], generaret potius murmurationes et scandalum, quam utilitatem; atque ita indignaretur populus contra Majores suos, sive temporales, sive spirituales. Itaque [v. verumtamen] sicut damnosum est, male loqui ad plebem de Majoribus absentibus, ita potest utile esse loqui de malis [eorum] moribus ad illas ipsas personas, quae possunt iis remedium adferre.

Undecima: laudare doctrinam Positivam et Scholasticam: quia sicut magis proprium est Doctorum Positivorum, ut Sancti Hieronymi, S. Augustini, et S. Gregorii etc. movere affectus ad amandum in omnibus [omnino] Deum Dominum nostrum eique serviendum; ita est magis proprium Scholasticorum, ut S. Thomae, S. Bonaventurae, et Magistri Sententiarum, etc. res ad salutem aeternam necessarias definire vel declarare pro nostris temporibus, et ad magis impugnandum, et declarandum omnes errores, et omnes fallacias:

---

a siue temporales, siue spirituales *A.*

b *Prius in B* facere alio quidē, *quod est in A.*

c *Hoc* etc. *add. in B; est in A.*

AUTOGRAPHUM

Porque los doctores escholásticos, como sean más modernos, no solamente se aprouechan de la vera intelligencia de la Sagrada Scriptura y de los positiuos y sanctos doctores; mas aun siendo ellos illuminados y esclarescidos de la virtud diuina, se ayudan de los conçilios, cánones y constituçiones de nuestra sancta madre Yglesia.

12.ª regla. Debemos guardar en hazer comparaciones de los que somos viuos a los bienauenturados passados, que no poco se yerra [a] en esto, es a saber, en dezir: éste sabe más que Sant Augustín, es otro o más que San Francisco, es otro Sant Pablo en bondad, sanctidad etc.

[**13.ª**] **regla**. Debemos siempre tener para en todo açertar, que lo blanco que yo veo, creer que es negro, si la Yglesia hierárchica assí lo determina, creyendo que entre Xpo. nuestro Señor, esposo, y la Yglesia su esposa, es el mismo espíritu que nos gouierna y rige para la salud **62v** de nuestras ánimas, porque por el mismo Spíritu y Señor nuestro que dió los diez mandamientos, es regida y gobernada nuestr[a] sancta madre Yglesia.

14.ª Dado que sea mucha ver-

[a] hierra *Aut.*

VULGATA VERSIO

modi, ut sunt tempore posteriores, non solum Scripturae sacrae intelligentia praediti sunt et ueterum auctorum iuuantur scriptis; sed etiam cum influxu diuini luminis, conciliorum sanctionibus, decretis et uariis Ecclesiae sancte constitutionibus, ad salutis nostrae subsidium foeliciter utuntur.

81r 12.ª Culpabilis est aut uitanda hominum, qui adhuc in terris uiuunt (quantunuis laudabilium) comparatio cum sanctis et beatis, ut dicendo: iste est doctior Sancto Augustino; ille est alter S. Franciscus; aequalis est Paulo sanctitate, aut aliqua uirtute non est inferior, etc.

13.ª Denique ut ipsi Ecclesiae catholicae omnino unanimes conformesque simus, si quid, quod oculis nostris apparet album, nigrum illa esse definierit, debemus itidem, quod nigrum sit pronuntiare. Indubitate nanque credendum est, eundem esse Domini nostri Jesu Christi et Ecclesiae orthodoxae sponsae eius Spiritum, per quem gubernamur ac dirigimur ad salutem; neque alium esse Deum, qui olim tradidit decalogi praecepta, et qui nunc temporis Ecclesiam hierarchicam instruit atque regit.

14.ª Aduertendum quoque est,

VERSIO PRIMA

lum muniuntur vera intelligentia Sacrae Scripturae et positiuorum doctorum doctrina, verum etiam ipsimet, illuminati et illustrati virtute diuina, vtuntur conciliis [a], constitutionibus et canonibus sanctae **93v** matris nostrae Ecclesiae.

Duodecima: debemus attendere ne faciamus comparationes, neue conferamus eos, qui nunc inter uiuos agunt, cum beatis iam uita functis, quoniam [b] non paruus error committitur dicendo, hic est doctior Augustino, est alter Franciscus vel plusquam Franciscus, est alter diuus Paulus in bonitate et sanctitate.

Decima tertia: debemus super omnia hoc seruare, ut recte sapiamus, quod id quod ego album video, credam esse nigrum, si ita Ecclesia hierarchica [c] diffiniret esse; cum credamus quod in Christo Domino et sancta Ecclesia idem resideat Spiritus Sanctus, qui nos docet et dirigit in salutem animarum nostrarum; quia per eundem Spiritum ac Dominum, qui dedit decem praecepta, regitur ac gubernatur sancta mater Ecclesia.

Decima 4.ª: quanquam ueris-

a *Sic A;* consiliis *B.*
b quia *A.*
c si ita Ecclesia hierarchica ita *A.*

VERSIO P. ROOTHAAN

quia Doctores Scholastici, cum sint recentiores, non solum proficiunt [fructuose utuntur] vera intelligentia sacrae Scripturae, et Positivorum ac sanctorum Doctorum [scriptis], sed etiam ipsi illuminati cum sint, et illustrati virtute divina, juvantur [auxilium sumunt] a Conciliis, Canonibus et Constitutionibus sanctae nostrae Matris Ecclesiae.

Duodecima: debemus attendere [notare] in faciendis comparationibus eorum qui [a] adhuc vivimus [nobiscum vivunt], cum Beatis vita functis, quod non parum in hoc erratur: v. g. cum dicitur: iste plus scit quam S. Augustinus; est alter vel major quam S. Franciscus; est alter S. Paulus virtute, sanctitate, etc.

Decima tertia: ut in omnibus veritatem assequamur [ne in ulla re erremus], debemus semper [fixum] tenere, ut album quod ego video, credam esse nigrum, si Ecclesia Hierarchica ita illud [esse] definiat, credendo inter Christum Dominum nostrum, Sponsum et Ecclesiam ejus Sponsam, eumdem esse spiritum, qui nos gubernat et regit ad salutem animarum nostrarum; quia per eumdem spiritum, et Dominum nostrum, qui dedit decem mandata, regitur et gubernatur sancta nostra Mater Ecclesia.

Decima quarta: licet verissi-

a debemus cavere a faciendis comparationibus inter nos qui *recte 4.ª ed.*; *cf. supra, Proleg., p. 177.*

AUTOGRAPHUM

dad [1] que ninguno se puede saluar sin ser predestinado y sin tener fe y gracia [a], es mucho de aduertir en el modo de hablar y comunicar de todas ellas.

15. No debemos hablar mucho de la predestinación por uía de costumbre [2]; mas si en alguna manera y algunas vezes se hablare, así se hable que el pueblo menudo no venga en error [b] alguno, como algunas vezes suele, diziendo: Si tengo de ser saluo o condemnado, ya está determinado, y por my bien hazer o mal, no puede ser ya otra cosa; y con esto entorpeçiendo se descuydan en las obras que conduzen a la salud y prouecho *spiritual* [c] de sus ánimas.

16.[a] De la misma forma es de aduertir que por mucho hablar de la fe y con mucha intensión, sin alguna distinctión y declaración,

a *Hic locus in quibusdam exemplaribus, quorum meminit Araozius (Epist. Mixtae, III, 672), sic legebatur:* Aunque sea claro y çierto que ninguno se salua sino siendo predestinado y teniendo fee y gracia. *Vide Prolegomena, ubi de hoc loco, ut est in Vulgata, copiose diximus.*

b eror *Aut.*

c *V. add. supra vers.*

VULGATA VERSIO

etiam si plane compertum definitumque esset [a] [1], nemini contingere salutem nisi praedestinato; circum-**81v** specte tamen super hoc loquendum esse, ne forte gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii uires et operum bonorum merita excludere uelle uideamur; vel e conuerso, ne plus aequo hisce tribuentes, illis interim derogemus.

15.[a] Similem ob causam frequens de praedestinatione [2] sermo habendus non est; sique incidat nonnumquam, ita temperari decet, ut nulla plaebi audienti detur occasio erroris, ac dicendi: si de salute mea uel damnatione iam definitum est, siue male siue bene agam, aliter euenire non potest: unde solent multi opera bona negligere, et alia subsidia salutis.

16.[a] Accidit etiam non raro, ut ex immodica fidei praedicatione et laude, [b] adiecta distinctione aut explicatione nulla, ansam arripiat

a *Hic locus emendatus jam est ante congregationem V generalem, legiturque* quamquam verissimum sit. *Vide Prolegomena, supra, pp. 154-158.*

b *Seq.* nulla *oblitt., positum paulo post.*

1 Loci hujus vel potius *Vulgatae* translationis ejusdem historiam vide in *Proleg.*, pp. 154-158.

VERSIO PRIMA

simum sit [1] neminem **94** saluari, non praedestinatum et priuatum gratia, est tamen multum aduertendum in modo loquendi, ne dum plurimum praedestinationi et gratiae tribuamus, uires et conatus liberi arbitrii infringamus; vel dum nimium extollimus liberi arbitrii vires, gratiae Jesv Christi derogemus [a].

Decima quinta: non debemus saepius de praedestinatione [2] facere sermonem ex vsu et consuetudine; sed si interdum id nos facere contingat, ita faciamus ne populus indoctus [b] in errorem aliquem incidat, sicut solet aliquando reputari secum: si saluari debeo vel condemnari, iam actum est et diffinitum apud Deum, nec propter mea bona vel mala opera mutari debet [c] voluntatis diuinae diffinitio; et ex hac doctrina torpescunt et fiunt negligentes ad bona opera, quae inducunt ad salutem et fructum animarum.

Decima sexta: eodem modo cauendum est ne ex **94v** frequenti et saepe repetito sermone de fide et intense inculcato, sine aliqua

VERSIO P. ROOTHAAN

mum sit [1], neminem posse salvari, quin sit praedestinatus, et quin habeat fidem et gratiam, [tamen] valde attendendum est in modo loquendi et disserendi de his omnibus.

Decima quinta: non debemus loqui multum de praedestinatione [2] per modum consuetudinis; sed si aliquo modo et interdum sermo de illa habebitur, ita habeatur, ut plebs non veniat in errorem aliquem, ut quandoque solet, dicendo: si debeo salvari vel damnari, jam determinatum est, et propter mea bona vel mala opera, jam non potest aliud evenire: et inde torpescentes negligunt opera, quae conducunt ad salutem, et profectum spiritualem animarum suarum.

Decima sexta: eadem ratione advertendum est, ne multum loquendo de fide, et cum multa intensione, sine ulla distinctione, et

---

[a] *Prius* deroges *B*, *quod est in A.*

[b] *Sequitur* ex plebecula *oblitt. in B: exstat in A.*

[c] potest *A.*

---

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 92.

AUTOGRAPHUM

no se dé ocasión al pueblo para que en el obrar sea torpe y perezoso, quier ante[s] de la fe formada en charidad o quier después.

63r 17.[a] Assímismo no debemos hablar tan largo instando tanto en la graçia, que se engendre veneno para quitar la libertad. De manera que de la fe y gracia se puede hablar quanto sea possible mediante el auxilio diuino, para maior alabanza de la su diuina maiestad, mas no por tal suerte ny por tales modos, mayormente en nuestros tiempos tan periculosos, que las obras y líbero arbitrio resçiban detrimento alguno o por nichilo se tengan.

[1]8. Dado que sobre todo se ha de estimar el mucho seruir a Dios nuestro Señor por puro amor, debemos mucho alabar el temor de la su diuina maiestad; porque no solamente el temor filial es cosa pía y sanctíssima, mas aún el temor seruil, donde otra cosa mejor o más útil el hombre no alcanze, ayuda mucho para salir del peccado mortal; y, salido, fácilmente viene al temor filial, que es todo acepto y grato a Dios nuestro Se-

VULGATA VERSIO

populus torpescendi circa bona quaelibet opera, quae fidem praeeunt aut sequuntur charitatis nexu efformatam.

82r 17.[a] Neque itidem praedicandae et inculcandae gratiae Dei usque adeo insistendum fuerit, ut serpere inde possit auditorum animis letalis error, negata [a] liberi arbitrii nostri facultate. De gratia ergo ipsa diffuse quidem loqui fas est, Deo adspirante, sed quatenus in gloriam eius uberiorem redundat; idque iuxta modum conuenientem, nostris praesertim temporibus tam periculosis, ne et liberi arbitrii usus, et operum bonorum efficacia tollatur.

18.[a] Quanuis summe laudabile sit atque utile, ex dilectione pura inseruire Deo; nihilominus tamen ualde commendandus est maiestatis diuinae timor: neque porro is timor solum, quem filialem appellamus, qui pius est ac sanctus maxime; uerum etiam alter seruilis dictus, quippe qui homini utilis est admodum et saepenumero necessarius, ut a mortali peccato, quando incidere contingit, resurgere **82v** prompte studeamus; a quo dum erimus immunes atque alieni, facilis patebit ascensus ad timorem illum filialem Deo peni-

[a] *Prius* pernegata.

VERSIO PRIMA

distinctione et declaratione, exhibeatur plebeculae indoctae occasio torpescendi circa bona opera, et illa negligendi, siue ante fidem charitate *fo*[*r*]*matam* [a] siue postea.

Decima 7.[a]: eodem modo non ita prolixe agendum in sermone, quem de gratia facimus, ut pariatur uenenum negandi libertatem; ita quod de fide et gratia, quantum fieri potest cum Dei auxilio, verba facere possumus ad maiorem Dei omnipotentis gloriam; sed non ita nec talibus uiis et modis, maxime in his nostris temporibus periculosis, quod operibus bonis ac libero arbitrio detrahatur et veniant [b] in despectum.

Decima 8.[a]: quanquam super omnia estimare debeamus seruitium quod propter purum amorem diuinae majestatis Deo ipsi impendimus, debemus tamen laudare timorem sanctum Dei **95** omnipotentis; quia non solum timor filialis est pius et sanctus, verum etiam timor seruilis, qui ubi nil aliud utilius et expedientius offeratur, confert ad detestandum peccatum mortale, a quo cum fuerimus alieni et iam expoliati, facile peruenitur ad timorem filialem omnino ac-

[a] fidem et charitate affectam *prius B;* fidem charitate affectam *A.*

[b] veniat *A.*

VERSIO P. ROOTHAAN

declaratione, occasio detur plebi torpescendi et pigritandi in operando, sive ante fidem charitate formatam, sive post [illam jam acceptam].

Decima septima: item non debemus loqui tam copiose insistendo tantopere gratiae, ut generetur venenum [falsum dictamen], quo tollatur libertas. Itaque de fide et gratia potest sermo haberi quantum fieri potest, cum auxilio divino, ad majorem laudem divinae suae Majestatis: sed non ita, neque iis modis, maxime in nostris temporibus tam periculosis, ut opera et liberum arbitrium capiant detrimentum aliquod vel pro nihilo habeantur.

Decima octava: licet super omnia aestimandum sit servire multum Deo Domino nostro ex puro amore: [tamen] debemus multum laudare timorem suae divinae Majestatis: quia non solum timor filialis est res pia et sanctissima, sed etiam timor servilis, ubi [si] quid aliud melius et utilius homo non assequatur: [quia] juvat multum ad emergendum e peccato mortali, et postquam ex hoc emersit [quis], facile pervenit ad timorem filialem, qui totus [s. omnino] acceptus et gratus est Deo Domino nostro, quia est simul [inseparabiliter

AUTOGRAPHUM

ñor, por estar en vno con el amor diuino [1]. Finis [a].

VULGATA VERSIO

tus acceptum, qui nobis cum ipso Deo unionem amoris [1] praestat et conseruat.

Legimus spiritualia haec exercitia, placentque nobis valde, et digna iudicamus, quae ab omnibus orthodoxae fidei cultoribus recipiantur et magni fiant.

J. CARDINALIS BURGENSIS.

Cum nequeat subsistere diu christiana religio sine exercitiis et meditationibus aliquibus spiritualibus, in meditatione enim, inquit uates, exardescit anima mea [2], nullas arbitror magis opportunas iis, quae proculdubio ex scripturarum studiis et longo rerum usu, natae sunt.

F. AEGIDIUS FOSCARARIUS,
Magister sacri palatii.

Concedimus ut opus hoc, omni laude dignum et xpianae. professioni ualde proficuum, imprimatur.

PH. VIC. [a]

[a] *Vocabulum alia manu et calamo scriptum, nec tamen videtur S. Ignatii.*

[a] *Aegidii Foscararii et Philippi Archinti testimonia et subscriptiones sunt autographae: cardinalis autem Burgensis sola subscriptio.*

[1] V. supra, *Proleg.*, pp. 92-93, 119-120.
[2] Ps. XXXVIII, 4.

VERSIO PRIMA

ceptum ac gratum Deo, quia simul [a] manet cum amore Dei [b] [1].

APPROBATIONES

Legimus omnia in volumine hoc digesta, nobisque valde placuerunt et ad animarum salutem imprimis conducibilia sunt visa.

CAR.LIS BURGEN.

95v Non poterunt tam sancta exercitia non maximum commodum praestare cuilibet studioso, ideo obuiis etiam ulnis amplectenda sunt.

F. EGIDIUS FOSCARARIUS,
Magister Sacri Pal.

Concedimus ut opus hoc omni laude dignum et xpiane. professioni ualde proficuum imprimatur.

PH. VIC. [c]

VERSIO P. ROOTHAAN

conjunctus] cum amore divino [1].

Finis.

---

[a] insimul *A*.

[b] *In A haec tantum sequuntur:* Laus Deo. | Scripta fuerunt ista Exercitia anno Domini 1541 | die nono Julii. Romae.

[c] *De his tribus testimoniis idem tenet quod in fine Vulgatae versionis dicimus, annot.* a.

APPENDICES

PRAEFATIO

ARTICULUS I

De Fabri recensione coloniensi

Breve rerum a B. Petro Fabro, S. J., gestarum compendium reperies in *Fabri Monumentis*, cum in praefatione, pp. VII-XI, tum praecipue in *Memoriali*, pp. 489-696. Quae ad rem praesentem faciunt, haec dixisse satis esto. Anno 1529 cum Ignatius Parisios studiorum causa pervenisset, Faber illi amicus et contubernalis fuit. Is quadriennio jam usu sacramentorum et conscientiae examinibus excultus, ad plena tandem exercitia admissus ab Ignatio est, quibus tantum profecit quantum et ipsius sanctitas declarat, et Ignatii sententia, primas in tradendis exercitiis Fabro deferentis, confirmat [1]. His enim tanquam instrumento praecipuo B. Faber usus est ad homines vel in salutis viam reducendos vel ad perfectam virtutem provehendos, quod legenti ipsius B. Fabri *Memoriale* et epistolas facile patebit. Mense Julio vel Augusto anni 1543 Coloniam (Cöln am Rhein) in Germaniam venit; unde mense Septembri in Belgium profectus est. Coloniam rediit mense Januario anni 1544, ibique usque ad mensem Julium mansit, quo in Lusitaniam abiit. Coloniae autem hospitio ac liberalitate usus Patrum Cartusianorum «excoluit ibidem religiosissimos Patres, inquit Reiffenberg, sacris Ignatii commentationibus; quas, ne animo continuo effluerent, in libellum sua manu retulit, quem uti hic in amoris gratique animi pignus perpetuum reliquit, ita magna ipsi in hunc usque diem cura asservant ac mecum aliquando communicatum sacris pene in rebus habent» [2].

Coloniae, in collegio Societatis Jesu, Reiffenbergii tempore complu-

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 263.

[2] *Historia Societatis Jesu ad Rhenum Inferiorem*, t. I, p. 12, Coloniae Agrippinae, 1764.

res epistolae autographae Fabri asservabantur; facile igitur Reiffenberg cognoscere poterat (si epistolas illas cum Exercitiis comparavit) utrum exemplum illud *Exercitiorum* manu Fabri scriptum esset necne. Quod quidem exemplar, nisi prorsus periit, in tenebris certe latet. Praesto tamen est Coloniae exemplum ex illo transsumptum, quod praefatione insigni munitum in lucem accuratissime dedit P. Paulus Debuchy, S. J., in CBE, mense Augusto anni 1914 [1].

Apographum nostrum P. Otto Braunsberger, S. J., ex eodem exemplo coloniensi summa diligentia exscriptum ad nos transmisit. Ejusdem etiam fere est tota codicis descriptio, quam suo loco ponimus, aliquibus rebus ex descriptione P. Debuchy desumptis, id quod jam in *Notitia codicum* diximus [2].

Caeterum inter omnes, qui scripta manu B. Fabri exarata noverunt, convenit exemplar *Exercitiorum* coloniense non esse autographum. Quod nisi ex forma litterarum constaret, summa tamen probabilitate ex ipso codice diligenter inspecto concluderes. Iis argumentis, quae ad hoc probandum affert P. Debuchy, pp. 10-11, nonnihil gratia confirmationis addimus.

Primum: annotationes viginti, quae in omnibus aliis exemplaribus ponuntur initio libri, suntque ejusdem veluti praefatio; in fine Exercitiorum, id est, post tres orandi modos in hoc codice reperiuntur, id quod Faber non videtur facturus fuisse. Omisit quidem librarius in ipso annotationum titulo membrum illud «quae sequuntur», quod est in reliquis exemplaribus antiquioribus, animadvertens fortasse falsum se dicturum secus, cum in hoc exemplo Exercitia sint ante annotationes; deinde tamen, consilii sui oblitus, scripsit in prima annotatione «sicut postea dicetur»; in quarta «quod ad sequentia Exercitia assignentur quatuor hebdomadae», et paulo post «de quatuor hebdomadis sequentibus»; quae omnia cum ipsius codicis ordine pugnant.

Secundum: quaedam identidem desiderantur, quorum omissio oscitanti librario, minime Fabro transcribenti tribuenda sunt. Exemplum esto petitio, quam prorsus omittit in contemplatione de nativitate, et primo membro privat in meditatione de duobus vexillis.

Tertium: regulas quinque postremas totius libri, quae sunt regulae XIV-XVIII ad sentiendum cum Ecclesia, non modo nova manus exscripsit, quae inceperat a media fere regula undecima, sed ita exscripsit, ut eas non ex codice, qui Fabrum habuerat auctorem, sed ex Vulgata versione depromeret. Nam cum caeteris locis plerumque Faber et Versio prima inter se conveniant, a regula decima quarta, quam diximus, usque ad finem, ut recte ait P. Debuchy, coloniense «ms. fideliter vulgatam refert, si levem mutationem ac duos versus omissos in ex-

---

[1] *Une ancienne copie des Exercices*, Lethielleux, Paris.

[2] V. supra, p. 206.

trema regula decima quinta excipias». Cum autem B. Faber ex Lusitania in Hispaniam, inde Romam profectus, in hanc urbem aegrotus pervenerit 17 Julii 1546, atque ibidem primo die Augusti ejusdem anni e vivis excesserit [1], quo tempore Frusius Vulgatam *Exercitiorum* versionem fortasse nondum inceperat [2]; clarum est non potuisse Fabrum ex Vulgata versione quinque illas regulas manu sua transcribere. Unde etiam illud conficitur, hanc ultimam partem, sin minus in hoc nostrum, at certe in primum ejus exemplum posterius quam caetera pervenisse.

Fabri quidem autographum, si nobis suppeteret, pluris certe faciendum esset, quam apographum. Neque tamen apographum hoc ullo modo est despiciendum, cum valde probabiliter, haec translatio sit inter antiquissimas omnino numeranda. Etenim ad Versionem primam, et ad reginensem, de qua jam dicemus, valde prope accedit.

Quod vero ad editionis nostrae modum pertinet, conamur quam fidelissime codicem exhibere, notatis etiam foliis, ut in eo notata esse diximus in descriptione codicis. Usum tamen minorum vel majorum litterarum, rationem item interpungendi nobis consuetam tenemus. Annotationes, quarum locus proprius est initio libri, post modos orandi, ut sunt in codice, collocamus.

ARTICULUS II

De codice Reginensi

Exemplar *Exercitiorum* in eo codice Bibliothecae vaticanae R. P. Petrus Tacchi Venturi, S. J., paucis ante annis, invenit. Ex iis quae in descriptione codicis et notationibus adjunctis diximus in *Notitia codicum*, **Codex 11** [3], aliquid erui potest de hujus transcriptionis auctore ac tempore.

Auctor se Joannem Helyarem, anglum, nominat. Quod si non dixisset, anglum natione fuisse suspicati essemus. Primo quidem quia praeter linguas latinam, graecam et hebraicam, sola utitur anglica, idque in iis rebus, ubi pronum est lingua patria uti, v. g. in sumptu quotidiano annotando; deinde quia res anglicas attingit studiose.

Quod vero ad tempus pertinet, animadverte, omnia praeter ultimas paginas tres, etsi diversissima, continenter scripta esse; quae res signo est probabili priora loco, priora etiam tempore esse, posteriora loco, etiam tempore posteriora. Jam vero epistola ad praeceptorem scripta Lovanii est postridie Stae. Gertrudis, et paulo post quam Reginaldus

---

[1] *Fabri Monum.*, 419, 481-482, 681.

[2] V. supra, *Proleg.*, p. 148.

[3] Supra, p. 207.

Polus creatus cardinalis esset; is creatus 22 Decembris 1536. Quoniam autem in Belgio praecipue colebatur S. Gertrudis abbatissa nivellensis (Nivelles), cui dies 17 Martii sacer est, non S. Gertrudis elpediana (Helfta) cujus dies festus 15 et 17 Novembris agi solet; existimamus scriptam epistolam esse die 18 Martii. Accedit illud, si 16 vel 18 Novembris data esset, non esset data paulo postquam Polus cardinalis creatus esset.

Ante hoc tempus itaque scriptum esse videtur hoc *Exercitiorum* exemplar, saltem igitur ineunte anno 1537. At vero Ignatius Parisiis profectus erat anno 1534, Faber autem sociique octo reliqui die 15 Novembris 1536 [1]. Itaque si ab exemplari, quod secum habebat Ignatius, hoc nostrum immediate pendeat, ad annum 1534 saltem rejicimur; si a Fabri prototypo saltem ad 1536. Atque id quidem si Parisiis exscriptum esse nostrum exemplar sumimus, id quod e mox dicendis verisimile est.

Haec, quae ex ipso codice aliisque monumentis de tempore hujus exemplaris et auctore facile eruuntur; cohaerent cum iis, quae de anglico viro, cui nomen John Helyar, continentur in opere *Dictionary of national biography*, vol. XXV, p. 381, unde haec desumimus. Natus vir ille anno fere 1503 in Hampshire, litteris operam dedit Oxonii (Oxford), ac bene peritus linguarum latinae, graecae et hebraicae evasit. Ante mensem Augustum anni 1535 Parisiis vitam degebat. Dicitur amicus Erasmi (ad quem exstant versus in nostro codice); item transtulisse e graeco in latinum Sti. Chrysostomi opus «De Providentia et Fato».

E quibus omnibus magna cum probabilitate conficimus hoc Exercitiorum exemplar ad annos 1534-1536 pertinere.

Difficilius non est constituere utrum sit hoc exemplar vera ignatianorum *Exercitiorum* imago necne, prout haec erant annis 1534-1536. In qua re tamen nisi ex conjectura nihil affirmare possumus.

Titulus «Praecepta utilia iis, qui spiritualium meditationum stadium ingressuri sunt» Ignatium nullo modo sapit, sive rationem dicendi elegantem, sive rem ipsam consideres, quae exiguae parti libelli convenit.

Exercitium de inferorum poenis, quod quintum est in prima hebdomade, ponit Hcliares ante tertium et quartum. Quo quidem loco illud non appellat «quintum», ut appellatur in Autographo et versionibus reliquis; post quartum tamen exercitium, ubi annotatur tempus, quo singula facienda sunt, ultimo dicit «quintum una hora ante coenam».

Additiones decem, quae certe pertinent ad primam hebdomadem, non modo suo loco absunt, sed extra librum omnino collocantur. Ut enim constat ex codicis descriptione, Exercitia nostra continentur a f. 24 ad 34v. Hinc incipit Chrysostomi translatio, folia implens viginti, post quae, in f. 54, tandem additiones hebdomadis primae Exercitio-

[1] *Fabri Monum.*, 496.

rum reperiuntur; in quibus tamen exscribendis plura menda crassiora facta sunt, quae vide suis locis notata.

Adde quod Heliares quaedam omittit necessaria ad ea ipsa intelligenda, quae non omittit. Meditationem de vexillis v. g. subjungit meditationi de nativitate, omissis meditationibus reliquisque rebus omnibus, quae in libro Exercitiorum duabus illis meditationibus interponuntur. Quare ne verbum quidem habet de Christi vita privata nec de Christo in templum ascendenti; nihil de praeambulo ad status considerandos nec de duplici vitae genere, quae omnia ad perspiciendum quid spectent vexillorum et binariorum meditationes necessaria sunt.

Nullam repetitionis facit mentionem neque in secunda neque in tertia neque in quarta hebdomade; cum tamen in prima repetitiones pro tertio et quarto exercitio faciendas praecipiat.

Post meditationem de binariis tribus omittit exercitia omnia, quae secundam hebdomadem complent; titulum tamen initio posuerat «Exercitia 2.ae hebdomadae sunt quae sequuntur».

Quae vero ad electionem pertinent, non solum jejuna prorsus et imperfecta, sed perturbata etiam proponuntur. Nam enumeratis brevissime eligendi modis tribus et regulis quatuor; atque occasione secundi modi quibusdam satis opportune interpositis de consolatione ac desolatione: tres occurrunt modi humilitatis, quorum tamen consideratio est ad electionem parandam; subjicitur quarto loco regula observanda in desolatione; quinto alia de electione, quae ad res eligendas pertinent, haec vero sine ulla dubitatione caetera omnia praecedere debebant; denique aliquid de vocatione ad hoc illudve vitae genus dicitur.

Postremo nonnulla adjungit non in notationibus modo, sed in ipso textu, quae ut brevissimo Ignatii libello tribuamus adduci non possumus. Confer e. c. loci compositionem in contemplatione de incarnatione, tertium praeludium in nativitate, colloquium ibidem et alia plura.

Illud in hoc codice operae pretium est monere, quod unus de industria tradit «quid faciendum sit post exercitia ad conservandum se ipsum» [1]: monita certe ipso Ignatio non indigna, quorum primum, de faciendo per mensem examine conscientiae bis quotidie, hominem industrium prodit, difficultatem ex temporis diuturnitate ortam arte quadam minuentem; ultimum, de quaerendis ac frequentandis ejusdem animi propositique sociis, in mentem revocat id quod primis Ignatii sodalibus in usu erat Parisiis, ut pulcherrime Ribadeneira enarrat [2].

Qua vero ratione Joannes Heliares illud exemplar invenerit, acquisierit, confecerit, otiosum fere est disputare, donec aliunde certi aliquid cognoscamus. Censemus tamen haec *Exercitia* (aut eorum exemplum) alia ex memoria scripta esse, alia aut ex aliquo exemplo transumpta, aut

---

[1] F. 32v.

[2] *Vida de San Ignacio*, l. II, c. IV.

c dictantis orc cxccpta. Quacdam enim eadem fere sunt atque in reliquis textibus, praesertim illa, in quibus puncta traduntur ad meditandum. Haec vcro puncta, monente Ignatio, aut dictanda erant, aut scripto tradenda [1]. Transcripta videntur in prima hebdomade exercitia quinque, examen particulare, additiones omnes praeter decimam; in altera hebdomade exercitia de regno Christi, de vexillis ac de tribus binariis, sublatis quibusdam rebus, quas exscriptae jam meditationi de vexillis Heliares videtur addidisse. Reliqua fere omnia ex memoria scripta essc suspicamur, verbi gratia contcmplationem de incarnatione ac de nativitate, decimam additionem seu de poenitentia etc. Eorum vero nonnulla ita in hoc codice recedunt a traditis textibus, ut tamen eum locum occupent, quem exercitiorum moderator illis tribucre in explicando debet. Ita cum de spiritibus discernendis codex paucissima doceat [2], agit tamen de consolatione et desolatione, ubi secundus eligendi modus explicatur, quo tempore illa maxime necessaria sunt [3].

Ac de rebus quidem satis. Quod ad dicendi formam pertinet, etsi nonnulla humaniorum litterarum cultorem et elegantiae studiosum redolent, multo plura tamen occurrunt quae ad Versionem primam quam proxime accedunt [4]. Imo in iis locis, quos non ex memoria scriptos, sed ex aliquo *Exercitiorum* exemplari desumptos esse diximus, plerumque codex Reginensis Versioni primae non emendatae, quam codici Coloniensi B. Fabri similior est. Multis vero locis tres hi codices pares inter sc sunt, quorum locorum nonnullos juvat hic apponere eosque cum Autographo conferre.

AUTOGRAPHUM	VE., FA., RE.
Andando tantas gentes para el infierno. F. 11.	Tot gentibus descentibus in infernum.
No comiesen del árbol. Ibid.	Ne comederent de arbore.
Ellos comiendo y assimismo pecando. Ibid.	Ipsis comedentibus et ex consequenti peccantibus. (Et ideo peccantibus, *Fa.*)
En comparación de Dios; pues yo sólo, ¿qué puedo ser? F. 12.	Respectu Dei; quid ergo erit de me solo. (Et quid ergo ego? *Fa.*)
Y por consiguiente si alguno no acceptase la petición de tal rey. F. 17.	Et ex consequenti si aliquis non acceptaret petitionem talis regis. (Si quis non acceptaret talis regis petitionem *Fa.*)
Los que más se querrán affectar y señalar. F. 17v.	Hi qui magis desiderabunt insigniri et illustrari. (*Fa. omitt.* hi.)

[1] Cf. *Di. Ignat. autographa* [2].
[2] In f. 33.
[3] *Di. Ignat. autographa* [3].
[4] Cf. supra, *Proleg.*, p. 162, et annotationes ad *Ve.*

Est igitur exemplum Reginense ad historiam textus *Exercitiorum* perspiciendam magni quidem momenti propter ejus antiquitatem; nec tamen, cum adeo imperfectum sit, per se sufficit ad aliquod quasi stadium operis Ignatiani nisi aliqua ex parte constituendum. Cumque tam multis in rebus Versio prima et codices Reginensis et Coloniensis inter se conveniant; has tres versiones ejusdem fere originis esse ac temporis recte concluseris. Atque hanc rationem sufficientem esse putavimus, cur textus Coloniesem et Reginensem huic nostrae editioni inserendos duxerimus.

Editionem hanc nostram ita concinnamus, ut italicis litteris ea exprimantur, non quae ab alio ignatiano textu quocumque, Versione prima v. g., recedunt; sed quae scripto jam textui ab ipso Heliare addita esse putamus. Additamenta vero hujusmodi modo ex loco, modo e scriptura conjicimus.

ARTICULUS III

Apologiae Exercitiorum antiquae

Tertium locum in his appendicibus obtinent, praeter alia tria nostrorum monumenta, apologiae Exercitiorum antiquae, quarum ultimam aliquis de Societate nobis adhuc ignotus, reliquas externi doctores Torres, Cuesta et Vergara confecerunt. De his breviter proloquendum.

Ac primum quidem monumenta haec omnia, praeter ultimum, ad exeuntem annum 1553 vel ineuntem 1554 pertinent, quo tempore, ut narrat Astráin [1], controversiae adversus Exercitia ignatiana revixerant.

Versabatur in Hispania, provinciarum S. J. inspector, P. Hieronymus Natalis, qui a P. Antonio Araozio, praeposito provinciali, de illis insectationibus certior factus [2], qua valebat animi fortitudine prudentiaque, Excrcitia defendenda suscepit. Monumentum hic damus Cordubae scriptum mense Januario 1554.

Secundum monumentum epistola est inscriptione et subscriptione carens; eam tamen a P. Emmanuele López ad P. Natalem datam esse opinamur. Litteras quidem P. López de eodem argumento ad S. Ignatium dedit, ad quas Polancus respondit epistola, quae est in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VI, 598. At haec epistola duos tantum Exercitiorum locos impugnatos referebat; anonymae vero litterae locos quatuor enumerant praeter longiorem catalogum, quem auctor promittit primum, dat in fine. Adde quod harum litterarum auctor eum, cui scribit, verbis «V. R.» (Vuestra Reverencia) alloquitur, cum P. Emmanuel López, scribens alias ad S. Ignatium, utatur «P. V.» [3] (Paternitas Vestra) ut plerique

---

[1] *Historia de la Compañía de Jesús*, t. I, pp. 370-384.
[2] *Epist. P. Nadal*, I, 212.
[3] *Epist. Mixtae*, III, 353.

alii [1]. Collatis vero rebus, de quibus Araozius ad Borgiam et Natalem scribit [2] cum his litteris, hae videntur illae ipsae esse, quas Araozius affirmat mitti ad Borgiam et Natalem a P. López. Lege subjectas adnotationes. Una est sententia, quae facilius fortasse intelligeretur, si epistola haec ad S. Ignatium missa Romam esset: «Lo que es vicio de stampa se encomiende [enmiende (?)] allá.» Sed cum haec sententia aliquantulum mira sit, ac bene etiam intelligatur ad Natalem scripta, qui auctoritate pollebat Exercitia interpretandi [3], nihil nos ad mutandam sententiam movet. Ideo epistolam scriptam putamus vel exeunte 1553 vel ineunte 1554.

Tertio et quarto loco apologias ponimus quas die 2 Januarii 1554 scripsit Bartholomaeus de Torres, adversariorum argumenta compluribus rationibus diluens, quarum alteri breve ejusdem testimonium subjicitur.

De hoc autem viro, quem nostri saepe Torrensem nominant, haec a Nicolao Antonio, *Bibliothecae Hispanae Novae* praeclarissimo auctore traduntur. Natus est «in oppido Revilla-Vallejera [4] burgensis dioecesis; sacrae theologiae doctor, in salmantina academia collegii ovetensis toga insignis, philosophiam professus est indeque Scotum, admissus in eam cathedram, docuit; postea in seguntino gymnasio per vicennium explicuit angelicum praeceptorem [S. Thomam Aquinatem]. Merito suo (quippe moribus fuit honestissimus eximiaque in Deum pietate, ad haec multa doctrina felicique ingenio praestans) a scholastico pulvere anno MDLXVI in canariensis ecclesiae praesulem translatus... E vivis cessit in sede sua mense Martio an. 1568» [5]. Quae autem illi cum Societate consuetudo fuerit, quanto fructu exercitiis operam dederit, narrat ipse in monumentis paulo post proferendis.

De aliquo duorum testimoniorum doctoris Torres agitur in sequenti seu quinto monumento ad finem, ex quo loco tempus hujus monumenti cognoscimus. Cum enim dicatur, Torrensem dedisse testimonium scriptum antequam proficisceretur (profectus erat die secundo Januarii), haec vero profectio quasi res nuperrima memoretur; perspicuum satis est, aut ipso die secundo Januarii aut paulo post esse hoc quintum monumentum scriptum. De auctore autem ac de viro, ad quem scribitur, en quae conjectura assequimur. Ex modo loquendi patet auctorem esse aliquem de Societate: dicit enim «nuestro Padre general», «nuestro Padre provincial»; ac de doctrina Exercitiorum «nosotros decimos»; «como si quisiésemos decir». Quod si superiores litteras ad P. Natalem

---

[1] *Epist. Mixtae*, 361, 392, 396, etc.

[2] *Epist. P. Nadal*, I, 212-215.

[3] Cf. hic, monumentum 1.

[4] *Rebilla-Balaguer* scripsit N. Antonius; mendose, cum oppidum hujus nominis nullum sit. Cf. MARTÍNEZ AÑÍBARRO, *Intento de un diccionario... de autores... de Burgos*. Madrid, 1889, p. 516.

[5] *Bibliotheca Hispana nova*, Matriti 1783, t. I, p. 202.

datas cum his conferre voles, reperies, quod ad rem pertinet, inter se simillimas; in modo autem, conscriptas illas ad superiorem aliquem Societatis, quem certiorem facit et auxilium rogat; has vero ad hominem non de Societate, amicissimum tamen, quique facile adversariorum invidiam agnoscat. Hunc autem fuisse doctorem Vergara suspicamur; quia in fine hujus monumenti ait auctor, dedisse operam Patrem provincialem qui erat Antonius Araoz, ut Exercitia mitterentur ad doctores Torres et Cuesta et ad abbatem majorem complutensem, nulla mentione facta doctoris Vergara, cui tamen scimus hac eadem occasione missa etiam esse Exercitia, id enim ex ejus verbis infra ponendis, constat. Hunc vero fuisse Societatis amicissimum notum est ex nostra illius temporis historia. Dederat etiam Exercitiis operam per dies viginti [1]; quam rem illi auctor in menten revocat.

Subjicimus nn. 6 et 7 testimonia doctorum Andreae Cuesta et Alfonsi Ramírez de Vergara, quorum primum promittit auctor monumenti praecedentis.

Doctori Alfonso Ramírez de Vergara natale solum fuit oppidum Cala, in provincia Huelva. Studiorum curriculo in academia complutensi magna cum laude peracto, canonicalem dignitatem, praemisso cum competitoribus certamine, obtinuit in conchensi cathedrali. Compluti tamen cum versaretur anno 1548, nostrorum hominum, Francisci praesertim Villanueva, colloquia frequentavit, exercitiis vacavit, complutensis collegii fautor insignis evasit [2].

Andreas vero Cuesta, tertius his socius in *Exercitiis* defendendis, in oppido Medina del Campo, in Hispania, natus, virtute doctrinaque insignis fuit. Canonicus primum ac magister complutensis, deinde episcopus legionensis creatus est. Quo tempore defensionem *Exercitiorum* conscripsit, canonicus erat ecclesiae complutensis sanctorum Justi et Pastoris [3].

Et Cuesta et Vergara suas apologias eodem tempore scripsisse, quo superiora monumenta scripta sunt, ex dictis facile colligitur, mense igitur Januarii anni 1554 [4]. Et Vergara quidem mero testimonio contentus est; Cuesta *Exercitia* probat laudatque; ait tamen nonnullos in libello esse loquendi modos, qui malevolis ansam calumniandi praebere possint.

Accedit, n. 8, tertia doctoris Torrensis defensio, quam non alicui de

---

[1] *Chron. Po.*, III, 348.

[2] Cf. ASTRAIN, l. c., p. 343. Multa de hoc viro continet *Chron. Po.*, locis collectis in indice t. VI, sub nomine *Ramírez de Vergara; Epist. Mixtae*, II-V; *Epist. P. Nadal*, I, II et IV; *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª a vol. II in omnibus; *Lainii Monum.*, II, III, V et VI; *Sanctus Franciscus Borgia*, I-IV.

[3] Cf. GIL GONZÁLEZ DÁVILA, *Teatro eclesiástico*, t. I, Madrid 1645, p. 416, et *Chron. Po.*, IV, 474, annot. 2. Doctoris Cuesta nomen fuit Andreas, minime vero Joannes, ut scripsit Orlandinus, *Historia Societatis Jesu*, l. XIII, n. 33, cujus errorem transcripserunt Bollandiani, Diertins, alii. Cf. *Chron. Po.*, l. c., annot. 4.

[4] Cf. *Epist. P. Nadal*, I, XLIII.

Societate, sed ordinis alius viro religioso, opinamur, dedit, ut declararet, quo sensu doctrinam *Exercitiorum* Societatis catholicam esse dixisset.

Caeterum ita erant hi tres, maxime Torrensis et Vergara, Societatis amicissimi, ut si argumentis amicitia vim auferret, merito essent eorum testimonia rejicienda, etsi tanquam alienum se Torrensis loqui profitetur. Quantum tamen ad sedandos animos tuendaque contra adversarios *Exercitia* nostra contulerit praesertim Torrensis, invenies apud Astrain [1]; vim argumentorum quae afferuntur, ipse per te, si monumenta haec perlegeris, videbis.

Extremum hujus partis locum occupat apologia quaedam a superioribus prorsus diversa. Aliqui enim de Societate, quinam illi fuerint ignoramus, nova quaedam exercitia commenti erant, quae Societatis alumni suo sibi profectui adhiberent; ignatiana enim externis, non nostris ex usu esse. Peregrinam sane sententiam refellit sine magno labore anonymus illius defensionis auctor. Scripta autem est sub Aquaviva, Societatis duce summo, ut colligitur ex iis locis ubi de Directorio *Exercitiorum* vel conficiendo vel jam absolvendo agitur [2]. Saltem itaque ante annum 1599, quo Directorium absolutum tandem prodiit; imo valde probabiliter ante annum 1593 vel etiam 1591. Imprimis enim auctor meminit congregationis quartae generalis [3], quae a Societate habita est anno 1581; non vero congregationis quintae, cujus tamen decreto quadragesimo quarto opportunissime rem suam confirmare potuit. Cum autem haec congregatio habita sit anno 1593-1594, recte concludes ante hunc annum esse nostrum monumentum conscriptum. Deinde loqui videtur auctor, ubi de Directorio agit, de Directorio nondum plene absoluto, imo ne ad experimentum quidem faciendum sociis misso; missum autem est anno 1591. Ait denique auctor n. [15]: «In principio Societatis tantum haec quinque exercitia tradebantur, ut ego expertus sum; postea vero in editione latina P. Ignatius posuit illam additionem» etc. Ex quibus verbis constat scripti hujus auctorem exercitia Societatis fecisse ante annum 1548, quo editio latina facta prima est. Jam post annum 1591 paucos reperias homines (ex iis quorum nomina nobis innotuerunt), qui haec praestare potuerint. In conventu autem generali quarto, anno 1581 habito, in quo electus est praepositus generalis Claudius Aquaviva, aderant ex antiquissimis Patribus praeter Salmeronem et Bobadillam (qui aliter, nisi fallimur, loquuti essent) multi quidem in Societatem Ignatio vivente cooptati; sed pauci qui ante annum 1548 exercitia fecissent. In his Hieronymus Domenech anno 1539 ea peregit Parmae, duce Fabro vel Lainio [4];

---

[1] L. c., pp. 379-384.
[2] In nn. [8-9].
[3] In n. [5].
[4] *Chron. Po.*, I, 82.

Benedictus Palmius et Annibal Coudretus sese exercuerant anno 1546 Bononiae [1]; Emmanuel López unus erat e tribus collegii complutensis hominibus qui anno 1542 [2] collegium complutense inchoaverant. Antonius Cordeses Barcinone Gandiam venit ut Societati nomen daret anno 1547 [3]. Oliverius quidem Manareus, qui hanc congregationem quartam ut vicarius generalis convocavit, exercitia fecerat Parisiis ipso anno 1548, duce Everardo Mercuriano [4]; quare vix dicere potuisset expertum se esse sola quinque illa exercitia, «postea» vero additam esse annotationem.

Cum vero hi omnes congregationi quartae diu superstites fuerint [5], difficile definias quis hujus apologiae auctor fuerit. Verisimile tamen dixeris fuisse Hieronymum Domenechum vel Benedictum Palmium vel Annibalem Coudretum; at nemo potiore jure quam Domenechus loqui de primis Societatis temporibus poterat, quippe qui nostris Patribus sese anno 1539 adjunxit, uno anno ante quam Societas auctoritate apostolica confirmaretur; nam Benedictus Palmius et Annibal Coudretus ingressi eam sunt anno 1546, cum et Societas esset ante sexennium approbata et ipsa Exercitia jam a Frusio in latinam linguam transferrentur [6].

Nisi forte Jacobus Miro auctor hujus operis fuerit, quippe qui anno 1542 Societatem ingressus mortem obiit anno 1590. Ejus enim directorium in manibus nostrorum versabatur, hominis certe in Exercitiis ignatianis versatissimi, cui proinde verisimile sit, eorum esse defensionem commissam. Suspicionem auget quod monumentum hoc in codice, in quo exstat, inter alia scripta Mironis reperitur, ita tamen ut scripta illa Mironi, hoc nemini tribuatur.

ARTICULUS IV

MONITUM DOCTORIS ORTIZ

Huic Monito haec praemittit P. Hieronymus Natalis: «Hoc documentum non fecit P. Ignatius, sed doctor Ortisius, magnus theologus et admodum deinctus Societati, qui a P. Ignatio accepit Exercitia» [7]. Fuit Petrus Ortizius ille hispanus, doctor parisiensis praeclarissimus, deinde Caroli V imperatoris apud Sedem apostolicam procurator in causa matrimonii Catharinae, Caroli materterae, cum Henrico VIII, Angliae

[1] *Chron. Po.*, I, 169.

[2] Ibid., 142.

[3] Ibid., 251.

[4] *De rebus gestis Societatis Jesu commentarius Oliverii Manarei*, Florentiae, 1886, p. 35.

[5] Domeneccus vita cessit 20 Decembris 1592; Palmius 14 Novembris 1598; Coudretus, post 8 Januarii 1595; cf. FOUQUERAY, *Histoire de la Compagnie de Jésus en France*, II, Paris 1913, p. 405.

[6] Cf. supra, *Proleg.*, pp. 148-149.

[7] In cod. *Vatic. I*, f. 159v.

rege. Cum Romae versabatur in benedictinum monasterium Montis Cassini secessit, ut spiritualibus exercitiis, Ignatio duce, operam daret, in quibus per dies quadraginta versatus est. In eo recessu «egregie, inquit Polancus,... profecit, quamvis propter corpus obesum et ad labores Societatis parum idoneum, eam ingressus non est» [1].

Cum autem illud Monitum in monumentis antiquae Societatis quibusdam inveniatur ac talem habeat auctorem, non putavimus omittendum.

Prudentissime certe docet Dr. Ortizius, illis praesertim temporibus, cum homines quidam «illuminari» se ab ipso Deo profiterentur, theologicas quaestiones sine sacrae scientiae adminiculo nemini esse solvendas. In qua re, etiamsi leviter inspicienti reprehendi ratio illa videatur, quam ante absoluta studia S. Ignatium ipsum tenuisse notissimum est; si tamen attentius et doctrinam Ortizii et agendi rationem Ignatii consideras, alteram cum altera plane cohaerere facile intelliges, cum neque Ignatius doctrinam ullam traderet, nisi quam omnes christifideles facile caperent [2], neque Ortizius omnem de rebus ad sacram doctrinam pertinentibus sermonem excludat, sed eum tantum, quo velint de vulgo homines difficultates theologiae tractare ac definire.

ARTICULUS V

Bibliographia Exercitiorum

Postremum in hac parte locum *Bibliographia Exercitiorum* tenet. Ne autem hujus libri volumen nimis excresceret, et quia caetera minoris momenti visa sunt, editiones tantum recensemus trium textuum, quos in hac nostra posuimus, editiones itaque textus hispani et versionum Vulgatae et Patris Roothaan (nam Versio prima nunquam antea edita est). Omittimus versiones anglicam, arabicam, armenicam, bohemicam, catalaunicam, croaticam, euzkericam, flandricam, gallicam, germanicam, hollandicam, hungaricam, indicam mexicanam, italicam, polonicam, sinensem, tamulicam, quarum notitiam qui velit, inveniet vel indicatas vel descriptas, praeter catalaunicam et croaticam, apud Carl. Sommervogel, S. J. [3], et E. M. Rivière, S. J. [4].

Catalaunicam versionem fecit P. Aloysius Vidal, S. J., quam edidit Barcinonc anno 1913. Est et recens versio euzkerica (praeter illam Patris Cardaveraz, quam affert Sommervogel) a P. Raimundo Olabide, S. J., facta; edita est in oppido Bilbao, in Hispania. Editionem croaticam curavit P. Josephus Celinscak, S. J.; eaque in lucem litographice prodiit Sarajevi anno 1910.

---

[1] *Chron. Po.*, I, 58, 64; RIBADENEYRA, *Vida de San Ignacio*, l. I, c. XII.

[2] Cf. *Monum. Ignat.*, ser 1.ª, I, 95.

[3] *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, V, 65-73; VII, 119-120; IX, 608.

[4] *Corrections et Additions à la bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, Toulouse, 1911-1917, col. 25, n. 117.

I

B. PETRI FABRI

Exemplar latinum Exercitiorum

A1v Exercitia R. P. Petri [a] | Fabri, Soc. JESV theo | logi, quibus vti solebat | ad alios instruendos et | manuducendos in vita spi | rituali, cum Coloniae ha | bitaret inter carthusianos.

A2 Sequuntur aliqua exercitia spiritualia ad hoc, quod aliquis se ipsum vincat et ordinet vitam suam absque aliqua affectione inordinata

Ad hoc quod tam qui tradit exercitia spiritualia quam is qui accipit, mutuo sese iuuent, notandum est, quod quiuis bonus christianus debet esse promptior ad saluandam propositionem a proximo prolatam, quam ad eam damnandam. Quod si eam saluare non possit, inquirat a proximo quo modo eam intelligat. Quo eam male intelligente, ipsum charitatiue corrigat. Ad quod si solus non suffecerit, quaerat tunc omnia media conuenientia ad hoc quod proximus sane propositionem illam intelligens saluetur.

Principium et fundamentum

Homo est creatus ad laudandum Deum **A2v** et ei exhibendum obsequium et reuerentiam, et ad saluandam his mediis suam animam. Reliqua autem omnia super terram existentia, creata sunt ad hoc, quod hominem iuuent ad prosecutionem finis ad quem conditus est. Ex quo consequens est, quod homo illis eatenus vti debet, quatenus ad eum finem ipsum iuuant; eatenusque ab eis abstinere, quatenus impediunt. Quocirca opus est ut simus indifferentes ad omnia creata, in quantum est concessum libertati nostrae et non prohibitum. Ita quod ex parte nostra nolimus plus sanitatem quam aegritudinem, nec diuitias quam paupertatem, nec honorem quam opprobria, nec longam vitam quam breuem et ita de aliis. Solum optemus et eligamus ea, quae magis nos iuuant, ad finem ad quem creati sumus, consequendum.

---

[a] *Emendatum antiqua manu ex* Jacobi.

A3 EXAMEN PARTICULARE ET QUOTIDIANUM CONTINENS IN SE TRIA TEMPORA, BIS QUOTIDIE FACIENDUM

Primum tempus est matutinum, quo cum primum quis surrexerit, debet proponere se diligenter cauturum peccatum particulare seu defectum quem corrigere et emendare cupit. Secundum tempus est pomeridianum, in quo petet primum gratiam a Domino recordandi quoties illum particularem defectum incurrerit, et ad id deinceps corrigendum. Et consequenter faciat primum examen, exigens ab animo suo de re proposita et particulari rationem, et discurrens de hora in horam, incipiens ab hora qua surrexit vsque ad praesentem, et pungat in figura subsequentis lineae tot puncta, quot vicibus in illud peccatum particulare inciderit. Et inde proponat se denuo correcturum vsque **A3v** ad tempus secundi examinis, quod ad formam praedicti fiet post coenam [1], et pungat in secunda linea quoties in idipsum incurrerit peccatum particulare.

Sequuntur quatuor additiones ad citius tollendum particularem defectum

Prima additio est, quoties inciderit homo in illum defectum, admoueat pectori manum et doleat quod ceciderit. Et id fieri potest coram multis, absque hoc quod sentiant quid fecerit.

2.ª Cum prima linea primum examen significet, et 2.ª 2.ᵐ, consideret si plura puncta sint in primo examine quam in secundo.

3.ª Conferat primum diem cum secundo, examina praecedentis diei cum examinibus hodierni.

4.ª Conferat praecedentem hebdomadam cum praesenti, vtra perfectius transacta fuerit et emendatius.

A4

(_____)

(_____)

(_____)

(_____)

(_____)

(_____)

(_____)

[1] Hoc est tertium tempus, quod effert compendio.

Notandum est quod figura prima maiuscula significet diem dominicum. Secunda, lunae; tertia, martis, etc.

A4v EXAMEN PURGANDAE CONSCIENTIAE GENERALE ET AD RECTIUS CONFITENDUM

Supponendum est tres esse cogitationes: quasdam internas, quae scilicet ex nostra voluntate prodeunt, alias vel a bono angelo uel a malo.

Circa cogitationem ab angelo malo venientem quater nos habere possumus. Primum si statim ut praesentiscimus aduenientem, resistamus, nec intromittamus eam, bene meremur.

Secundo si cogitationem huiusmodi, cum in animam nostram irrepserit, siue ex leui negligentia nostra [1], siue ex violentia, inuitis nobis, expellere nitimur, nec desistimus illi resistere donec abierit; et tunc quoque meremur.

Tertio autem venialiter peccamus, quando scilicet aduenienti tali cogitationi peccandi mortaliter, non statim resistimus, sed aures **A5** praebemus, vel aliquantulum immoramur vel percipimus aliquam delectationem sensualem.

Quarto mortaliter peccamus, quando consentimus ad opere patrandum malum illud, quod cogitationi suggeritur; vel etiam quando in ipso affectu immorantes consentimus in ipsum; puta quod odio afficiamur et rancore, vel libidine mala in cogitatione fornicationis, etiamsi nec fratrem opere occidere nec actu fornicari vellemus. Haec de cogitationibus.

Sequitur de verbis

Primum, iuramentum bene considerandum, nec tantum est cauendum ne falsum iuremus, sed ne omnino iuremus, neque per Deum neque per creaturam, nisi adsint tres comites, veritas, necessitas **A5v** (ut pro salute animae vel pro conseruatione corporis aut bonorum temporalium), et reuerentia. Quamquam vero sit de se grauius iurare male per Deum quam per creaturam, est tamen difficilius in iurando per creaturam seruare tres dictos comites, quam in iurando per Deum, quia ex ipsa nominatione Dei redditur homo magis attentus ad veritatem et ad reuerentiam Domini. Deinde quia iurando per creaturam maius periculum est idololatriae [a] ipsis rudibus, qui nesciunt Deum in creaturis

[a] idolatriae *ms. hic et paulo post.*

[1] Intellige «levem negligentiam», non circa admissionem talis cogitationis, tunc enim in illa levi negligentia esset leve peccatum, sed circa rationem agendi vel cogitandi; ex quo fit, ut nihil agentibus nobis nec cogitantibus (en levem negligentiam) irrepat non violenter illa cogitatio.

relucentem apprehendere. Ideoque magis prohibetur idiotis quam doctis iurare per creaturam, ne illi assuescentes in idololatriam incidant.

Non est dicendum verbum ociosum. Ociosum est quicquid dicimus non intento aliquo fine, siue ad salutem animae, siue ad salutem corporis, siue ad vtilitatem non respicientes, etiamsi quod dicimus sit de se salutiferum aut vtile, veluti cum **A6** loquimur de bellis aut de mercimoniis non intendentes debitum finem.

Tertium in verbis cauendum est ne detrahamus proximo, obloquendo in diffamationem eius, quia si sic peccatum mortale alias occultum reuelauero [pecco] [a] mortaliter; si veniale, venialiter. Potest autem duobus modis quis cum intentione bona peccatum alterius loqui. Primo quando peccatum est publicum, sicut est publicae meretricis, etiamsi in loco vbi hoc refero nesciatur.

2.° Quando peccatum alicuius occultum reuelatur ei qui corrigat et retrahat a peccato, modo probabiles sint coniecturae, quod sic futura sit emendatio.

De opere tria sunt examinanda. Primum praecepta decalogi. Secundum praecepta Ecclesiae; si festos dies coluerimus; si dominicis et festis missam audierimus; si ieiunia Ecclesiae seruauerimus; si **A6v** in festo paschae confessi fuerimus; si eodem tempore quotannis communicauerimus. Tertium est de his quae quisque tenetur facere ratione sui status et officii.

Modus faciendi examen generale continens in se quinque puncta

Primum est agere gratias Deo pro omnibus suis beneficiis.

2.m Petere ab eo gratiam cognoscendi proprios defectus.

3.m Exigere ab anima rationem ab hora surgendi vsque ad horam nonam. Et sic de aliis temporum spaciis: primum de cogitatione, 2.° de locutione, 3.° de opere, secundum praescriptum ordinem in examine particulari.

Quartum est a Deo [petere] [b] veniam de defectibus.

Quintum est proponere cum gratia Dei emendationem.

A7 De confessione generali cum communione

In confessione generali inter alia multa inuenientur tria commoda: primum, licet qui singulis annis confitetur non teneatur generalem confessionem facere; si fecerit tamen, maiorem gratiam et meritum inueniet ob maiorem dolorem omnium iniquitatum totius vitae suae; secundo, quia in istis exercitiis spiritualibus maiorem cognitionem et maiorem detestationem iam adquirit peccatorum suorum, quam prius habuerit iunior et inexpertior et inaduententior; 3.° quia melius confessus, aptior

---

a *Hoc v. deest in ms. Illud supplemus ex Ve.*—b *Hoc v. omiss. in ms. supplemus ex Ve.*

et dignior erit ad sacramentum eucharistiae suscipiendum; cuius receptio non solum facit ne recidamus in peccata, sed etiam vt augeatur et crescat gratia. Et haec confessio generalis melius fiet post exercitia primae hebdomadae.

A7v PRIMUM EXERCITIUM EST MEDITATIO TRIUM ANIMAE VIRIUM CIRCA PRIMUM, 2.^{m} ET 3.^{m} PECCATUM. ET CONTINET, VLTRA ORATIONEM PRAEPARATORIAM, DUO PRAELUDIA, TRIA PRAECIPUA PUNCTA CUM VNO COLLOQUIO

Oratione praeparatoria petendum est a Domino, vt omnes intentiones nostrae et actiones dirigantur pure ad eius laudem et obsequium.

Praeludium primum est compositio videndo locum. Vbi annotandum est, quod in contemplatione visibili, vt est contemplatio Christi Domini nostri, compositio erit videre oculo imaginationis locum corporeum in quo res est contemplanda, sicut templum vel mons in quo Christus manebat. In inuisibili autem, sicut est contemplatio peccatorum, compositio erit videre oculo imaginationis animam corpori corruptibili tanquam carceri inclusam, et totum compositum ex anima et corpore inter bruta animalia hic exulare coactum.

A8 Secundum praeludium est petere a Domino Deo nostro quod subiectae materiae congruat. Si est contemplatio de resurrectione Christi, petendum est gaudium, quo gaudeamus cum illo, gaudio pleno. Si est de passione eius, petamus poenas et lachrymas et afflictiones cum Christo afflicto. Hic autem petenda est et verecundia et confusio sui ipsius, qua consideremus quam multi sint ob vnicum peccatum mortale damnati, et quoties nos meruimus [a] damnari, quorum tot et tanta peccata.

Notandum quod ante omnes meditationes fieri debeat supradicta oratio praeparatoria, absque mutatione aliqua et duo dicta praeludia, aliquando mutando ea iuxta subiectam materiam.

Primum punctum erit exercere memoriam super primum peccatum, scilicet angelorum, et circa idem intellectum, et consequenter volun-**A8v** tatem volendo talia memorari et intelligere ad maiorem meam confusionem, comparando vni peccato angelorum mea tam multa et tam magna scelera, considerando quoties ob illa infernum merui, si angeli ob vnicum peccatum infernum meruerunt. Circa memoriam autem peccati angelorum recordari debemus quod cum ipsi creati essent in gratia, et nollent libertate sua gratiam iuuare ad exhibendam Deo reuerentiam et obedientiam, eleuati sunt in superbiam, et ceciderunt a gratia in malitiam, et depulsi sunt e celo in infernum. Et ita discurrendum est consequenter particularius cum intellectu et mouendi sunt magis affectus voluntatis.

---

[a] *Sic ms. et paulo ante* sint. *Eadem mutatio modorum est in Ve.*; sunt *et* merui *Re.*

Secundum est idem quod supra facere, hoc est, exercere tres potentias circa peccatum Adae et Euae, reducendo ad memoriam qualiter ob tale peccatum per tantum tempus **B1** poenituerunt, et quanta corruptio [a] est secuta genus humanum, tot gentibus descendentibus in infernum. Item circa peccatum secundum eorundem, qualiter postquam Adam creatus fuit in campo damasceno, et positus in paradiso terrestri, et Eua de eius costa formata, post prohibitionem ne comederent de arbore scientiae boni et mali, ipsis comedentibus et ideo peccantibus, tandem datae sunt eis pelliceae vestes et expulsi de paradiso vixerunt sine iustitia originali, per totam vitam suam in multis laboribus, in multa poenitentia. Et consequenter discurrendum intellectu particularius, vtendo etiam voluntate sicut dictum est.

Tertium punctum est, idem facere circa 3.[m] peccatum cuiusuis, qui ob vnicum mortale damnatus est, et aliorum sine numero damnatorum ob pauciora peccata quam sint mea. Dico autem idem facere circa 3.[m] peccatum cuiusuis, reducendo ad memoriam grauitatem **B 1v** et malitiam peccati contra Creatorem et Dominum, discurrendo intellectu qualiter peccando et agendo contra bonitatem infinitam iuste damnatus sit in aeternum. Et tandem finiat [b] cum voluntatis actibus.

Colloquium demum fiet imaginando Christum Dominum coram me crucifixum. Fiat colloquium considerando qualiter Creator exinaniuit se, vt homo fieret, et vita aeterna [1] voluit temporaliter mori pro peccatis meis. Considerabo etiam quid pro ipso fecerim, quid facere debeam. Et ita pendentem in cruce videns, discurram per ea quae sese obtulerint.

Colloquium autem proprie fit quando amicus amicum alloquitur, vel seruus dominum suum, nunc aliquam gratiam petendo, nunc demum sua Domino communicando, et circa ea [c] consilium quaerendo. Pater noster.

B2 SECUNDUM EXERCITIUM EST DE MEDITATIONE PECCATORUM. ET CONTINET POST PRAEPARATIUAM ORATIONEM ET DUO PRAEAMBULA, QUINQUE PUNCTA ET VNUM COLLOQUIUM

Oratio praeparatoria sit eadem quae supra. Primum praeambulum erit eadem quae supra compositio.

2.[m] est petere gratiam quam desidero, magnum videlicet et intensum dolorem de peccatis.

Primum punctum est circa processum peccatorum, reducendo ad memoriam omnia peccata vitae, discurrendo mente de anno in annum,

---

[a] *Sic Ve.*; corrupta *ms.* — [b] fiat *ms.*; finiat *Ve. et Re.*; acabar *Aut.* — [c] eum *ms.*; ea *Ve. et Re.*

[1] Vide emendationes hujus loci in *Ve.*, supra, p. 283.

vel quouis alio tempore in aliud. Ad quod tria potissimum iuuant: primum respicere domum vel locum in quo habitauimus; 2.° conuersationem nostram cum aliis; 3.° nostrum statum vel conditionem.

Secundum est ponderare peccata; et singula [1] quantam deformitatem contineant quaeque mortalia, **B2v** etiamsi lege diuina specialiter non fuerint prohibita.

Tertium est considerare me ipsum, quis ego sim, adductis exemplis diminutionem inquirendo: primo quam parum ego sim in comparatione omnium hominum; secundo quam parum sim in comparatione totius mundi; 3.° quam parum sit omnis creatura respectu Dei. Et quid ergo ego? 4.° cogitare omnem corruptionem corporalem. 5.° me ipsum respicere tanquam sordidissimum apostema, vnde tot et tanta pullularunt peccata, tam turpes iniquitatum foeditates et abominationes et venena.

Quartum est considerare quis sit Deus contra quem peccaui, considerando eius attributa et oppositis in me illa comparando. Sapientiam ejus ignorantiae meae; omnipotentiam eius meae impotentiae; bonitatem eius meae malitiae; iustitiam meae iniquitati.

Quintum est exclamatio quaedam admiratiua ex magno affectu procedens, discurrendo per **B3** omnes creaturas, admirans quomodo dereliquerunt me viuere et in vita conseruauerint me. Quomodo angeli, qui sunt gladius diuinae iustitiae, me sustinuerint et conseruauerint. Quomodo etiam sancti fuerint pro me intercessores apud Deum. Coeli, sol, luna, stellae, pisces et aquae et animalia et terra quomodo hactenus me sustinuerint. Quomodo me aperta non absorbuit terra. Quomodo non sunt creati noui inferni, vt me in aeternum punirent.

Conclude tandem vno colloquio, colloquendo et gratias agendo Domino, quod concesserit tibi hactenus vitam, vt possis deinceps corrigere eam mediante sua gratia; et ita proponens dic Pater noster.

Tertium exercitium est repetitio primi et secundi faciendo tria colloquia

Post orationem praeparatoriam et duo praeambula faciam repetitionem primi et secundi exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis, in quibus **B3v** maiores consolationes vel desolationes, vel maiorem gustum spiritualem habuero. Post quae faciam tria colloquia.

Primum colloquium fiet ad Dominam nostram, vt obtineat mihi gratiam a Filio suo ad tria: primo ut habeam internum sensum peccatorum meorum et integrum eorum odium; secundo vt sentiam deordinationem mearum operationum, quatenus me ipsum odio habens

---

[1] Conjunge hoc v. cum *quaeque*, quod est paulo post, ut sit *singula quaeque mortalia quantam* etc.

corrigar et me ordinem; 3.° petam cognitionem mundi, ad hoc ut illum [a] horrens vana et mundana repellam. Et dicam Aue Maria. Secundum colloquium eodem modo fiat ad Filium, vt eadem obtineat mihi a Patre. Et postea Anima Christi, sanctifica me etc. Tertium eodem modo fiat ad Patrem, ad hoc quod ipsemet Dominus aeternus illa eadem concedat. Et post Pater noster.

B4 QUARTUM EXERCITIUM EST REPETITIO ISTIUS TERTII

Fiat ergo repetitio tertii ad hoc quod intellectus discurrat assidue absque diuagatione reminiscendo contemplata in aliis exercitiis praeteritis, faciendo eadem tria colloquia.

QUINTUM EXERCITIUM EST MEDITATIO INFERNI. ET CONTINET IN SE POST PRAEPARATORIAM ORATIONEM QUINQUE PUNCTA ET VNUM COLLOQUIUM

Oratio praeparatoria sit eadem quae supra.

Primum praeambulum erit compositio, quae hic erit imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni.

2.m praeambulum erit petere quod ad praesens volo, nempe internam cognitionem poenae infernalis, quatenus si ob scelera [1] mea oblitus fuero amoris aeterni Domini, saltem timor poenarum me adiuuet ne in peccatum incidam.

B4v Primum punctum est oculo imaginationis videre ingentes focos et animas, quae ibi patiuntur quasi corporibus igneis alligatae.

Secundum punctum est auribus imaginationis audire eiulationes et blasphemias contra Christum et sanctos eius.

Tertium est olfacere fumum ardentis picis et sulphuris et sentinam foetidorum et putidorum.

Quartum est gustare amaritudinem lachrymarum et dolorum et vermis aeterni.

Quintum est tactu imaginationis percipere qualiter ignis tangit et comburit animas.

Colloquium finale fiat ad Christum Dominum reducendo ad memoriam animas quae in inferno sunt; quarum aliquae non crediderunt aduentum Domini nostri; aliquae vero, quae credendo non operatae sunt iustitiam. Et omnium harum triplex est status: primus earum quae fuerunt ante aduentum Christi; secundus existentium tempore vitae mortalis eius; 3.us earum quae [sunt] [b] post ascensionem eius. Tandem

[a] *4 vv. praeced. sumimus ex Re.:* illum ad huc *ms.*; ad hoc quod illum horrens *Ve. prius.*—[b] *Hoc v. omiss. in ms. supplemus ex Ve. et Re.*

[1] «Scelera» non sunt hic peccata mortalia; secus enim diceret paulo post «saltem timor poenarum me adjuvet» ut a peccatis surgam, non «ne in peccatum incidam». Cf. *Aut.* et *Ro.*, supra, pp. 294, 295.

agam ei gratias, quod non **B5** permiserit me vitam finire in statu huiusmodi, et quod erga me hactenus tam pius et misericors extiterit; et finiam cum Pater noster.

Primum exercitium fiet nocte; secundum statim cum surrexeris a lecto; tertium ante prandium, siue sit ante missam siue post; 4.^{tum} in vesperis vel in earum hora; quintum vna hora ante tempus coenae. Et haec temporis diuisio intelligatur etiam in sequentibus hebdomadis; quod potest augeri vel minui vel mutari, secundum quod aetas et dispositio et temperatura eius qui exercetur exigit vel iuuat.

B5v SEQVUNTUR ADDITIONES QUIBUS COMMODIUS FIANT EXERCITIA, ET MELIUS OBTINEATUR QUOD QUIS DESIDERAT

Prima est post cubitum, antequam dormire incipiam, per spacium vnius Aue Maria cogitare qua hora surgam et ad quid, reuocando ad memoriam exercitium quod sum facturus, et in illo desiderio bene hoc implendi, dormiam.

Secunda est, cum expergefactus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim aduertere ad id quod contemplaturus sum, prouocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et adducendo exempla, veluti si nobilis quis esset coram rege suo et coram eius curia tota cum rubore et verecundia quod regem offendisset, multis gratiis benemeritum. Similiter in altero exercitio, quod est de vita mea, considerabo tanquam reum cathenis vinctum me venire ad iudicem summum et aequissimum, solum timendum **B6** et tremendum prae cunctis huius seculi iudicibus. Talia, inter induendum me, cogitabo [a] ne diuager ad extranea, etiam alioqui bona. Nec enim tempori luctus congruit aliquid letitiae, sed omnia etiam laetissima (si acciderint) applicanda sunt ad tristitiam. Illae potissimum scripturae congruunt exercitia subeunti, quae dolorem et poenitentiam suscitant. Vt, Domine ne in furore tuo arguas me [1] etc. Quod si in lectione horarum inciderit aliqua scriptura gaudium et laetitiam spiritualem designans, veluti est psalmus, Dominus regnauit, decorem indutus est [2]: et aliae multae scripturae gaudium resurrectionis et gloriae coelestis significantes, vertam mihi eas in amaritudinem. Vt si dixero, Dominus decorem indutus est, sed heu ego confusionem indutus sum; Laetamini iusti in Domino [3], sed ego infelix peccata mea defleam.

[a] *Quae sequuntur usque ad* Tertia est *desunt in Aut. hoc loco; indicantur autem paulo post, minus tamen copiose, in sexta additione, quam omittit Fa. Is proinde nonam vocat, quam Aut. decimam; deinde tamen loquitur de sexta et decima, quasi et ipse decem distinxisset.*

[1] Ps. VI, 2.
[2] Ps. XCII, 1.
[3] Ps. XCVI, 12.

Tertia est, vno vel duobus passibus ante **B6v** locum vbi contemplaturus sum, stabo ad spacium Pater noster et Aue Maria, ac eleuata sursum mente, considerabo Dominum intuentem me, et illi reuerentiam exhibebo.

Quarta, initium contemplationis eo situ faciendum est, in quo plus deuotionis inuenietur (presertim si non in publico fiat) siue genibus flexis, siue prostrato corpore toto, siue stando, siue supinando, siue sedendo id fiat [a].

Quinta, post exercitium factum, ad quartam horae recolligam quomodo me habuerim; et si male, causa cognita, deinceps cauebo, et veniam postulabo. Si bene, Deo gratias agam et sic perseuerare proponam.

Sexta est fugere claritatem, fenestras et ostia claudere, excepto tempore legendi horas aut comedendi.

Septima est cohibere risum et non proferre quae risum prouocent.

B7 Octaua, cohibere visum ne respiciat faciem alicuius, nisi cum primum salutat aut vltimum vale dicit.

Nona est poenitentiae adhibitio. Quae duplex est, externa et interna. Interna est dolor de peccatis cum firma deliberatione non iterum eadem vel alia committendi. Externa (quae fructus est internae et valet etiam ad acquirendam internam, quando nondum habetur) est punitio peccatorum, quae praecipue in tribus attenditur.

Primo in cibo et potu, in qua re si tantum superflua subtrahimus, non est poenitentia, sed temperantia, in omni tempore seruanda. Sin autem de conuenienti et necessario aliquid subtrahimus, poenitentia est, et eo maior, quo fit huiusmodi subtractio maior, dummodo non corrumpatur subiectum, vel notabilem infirmitatem incurrat.

2.° in sommo subtrahendo, non in superfluitatis **B7v** solius, nec etiam temporis conuenientis et naturaliter necessarii (ne die toto somnolenti simus), sed in modi conuenientis subtractione, ne tam molliter et delicate iaceamus. Et quanto fuerit haec subtractio maior, tanto poenitentia potior, si per hoc non corrumpatur subiectum aut notabilem incurrat infirmitatem.

3.° in flagellatione vel castigatione corporis sensibili, vt per cilicia, per flagella, per funes, per vectes ferreos vel similibus aliis asperitatibus. Inter haec commodius et securius videtur, sic carnem affligere, vt ossa non penetrentur, et dolorem quidem, non infirmitatem, incutere. Cui rei conuenientissimum videtur funiculos adhibere. Adhibent enim huiusmodi flagella dolorem et non notabilem interius infirmitatem [b].

---

a *Desunt hic duo advertenda quae sunt in Aut. Vide supra, p. 302.*— b *In Aut. sequuntur quatuor notanda. Supra, p. 306.*

B8 SECUNDA HEBDOMADA

VOCATIO REGIS TEMPORALIS IUUAT AD CONTEMPLANDAM VITAM REGIS AETERNI, TAMQUAM IN PARABOLA

Oratio praeparatoria erit eadem quae solet esse.

Primum praeambulum est compositio loci, quae hic erit oculo imaginationis considerare templa, villas, castella, in quibus Dominus noster praedicabat.

Secundum est petere gratiam, quam desidero et volo: quod ad praesens erit petere gratiam a Domino ne obsurdescam suae vocationi, sed euadam diligens ad implendam suam diuinam voluntatem.

Primum punctum est considerare ante me ipsum regem quendam humanum electum a Domino Deo nostro, cui subdantur omnes principes christiani.

2.m punctum est considerare hunc regem sic alloquentem omnes suos subditos: Voluntas mea est ex- ‹ **8v** pugnare omnes terras infidelium. Propterea si quis vult me comitari, debet eodem cibo et potu et vestimento quo ego vtar contentari. Item debet laborare interdiu, et noctu vigilare sicut ego, vt particeps victoriae mecum fiat, sicut et laborum fuit.

3.m est considerare responsum, quod a bonis subditis regi tam liberali et tam humano reddi debeat. Et ex consequenti, si quis non acceptaret talis regis petitionem, quanto vituperio dignus esset, et quam degener a vero et fideli subdito apud totum vniuersum.

Secunda pars exercitii huius consistit in applicatione praedicti exempli de rege temporali ad Christum Dominum nostrum, regem aeternum, in illis tribus punctis.

Quantum ad primum quidem, si consideramus edictum illius regis temporalis ad subditos suos, quanto magis consideratione dignum est contemplari Christum regem aeternum, ante quem est totus hic mundus; quem totum et ipsius **C1** vnumquemque vocat sigillatim et dicit: Voluntas mea est expugnare totum vniuersum et omnes hostes, et ita intrare in gloriam Patris mei. Propterea si quis vult comitari me, debet et mecum laborare, vt qui sequitur me in labore, sequatur me et in gloria etc.

Secundum est considerare quod omnes subditi rationis capaces ac judicii, offerunt se totos huic labori, etc.

Tertium, quod qui magis desiderabunt insigniri et illustrari in omni seruitio sui regis aeterni et Domini vniuersalis, non solum offerunt [a] se labori, sed etiam certando contra propriam sensualitatem, si quam habuerint, et contra omnem amorem carnis et mundi, facient [b] oblatio-

---

[a] *Sic ms. pro* offerent.—[b] *Sic Ve. et Re.*; facientque *ms.*

nes preciosiores et pluris momenti dicentes: Aeterne Domine omnium rerum mearum oblationem facio, cum vestro fauore et auxilio, in conspectu vestrae infinitae bonitatis, et in conspectu vestrae Matris gloriosae, et omnium sanctorum sanctarumque curiae coelestis; **C1v** quia opto, volo ac firma determinatione delibero (modo sit in hoc maior tui laus et seruitium) imitari te in tolerantia iniuriarum et vituperiorum et totius paupertatis, tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima maiestas velit me eligere ac recipere in talem vitam et in talem statum.

Hoc exercitium fiet bis in die: in aurora et per horam ante coenam vel ante prandium [a].

DIE LUNAE [b] PRIMA CONTEMPLATIO FIET DE INCARNATIONE

Oratio praeparatoria erit quae in aliis.

Primum praeambulum est adducere historiam eorum, quae debeo contemplari. Quod ad praesens erit considerare quomodo tres Personae diuinae contemplantur totum orbem plenum hominibus, ac considerantes quod omnes homines ad infernum descendant, deliberant inter se, quod secunda persona assumat naturam hominis ad salutem humani generis: quapropter mittitur Gabriel **C2** archangelus ad Mariam virginem.

Secundum erit compositio loci. Quae hic erit attendere magnam capacitatem ac planiciem mundi inhabitatam a tot et tam diuersis gentibus. Similiter locum attendere et cubile Virginis Mariae in ciuitate Nazareth prouinciae Galilaeae.

Tertium est petere quod volo. Id in praesenti erit interior huius rei cognitio, quod pro me Dominus hominem assumpserit, vt ego illum ardentius diligam ac sequar.

Expedit hic adnotare quod haec eadem erit [oratio praeparatoria] [c]; sed tria praeambula seruabuntur cum mutatione iuxta subiectam materiam.

Primum punctum est videre omnes personas, tam has quam illas. Et primo inhabitantes faciem terrae in tanta varietate morum et gestuum, considerando hos albos, illos nigros; hos in pace, illos in bello; hos ridentes, illos flentes; hos sanos, illos aegros; **C2v** hos nascentes, illos morientes. Deinde considera tres Personas in diuinis et inde circumspectantes orbem vniuersum ac sedentes [d] omnes homines in superficie terrae in tanta caecitate morientes et ad inferos descendentes. 3.° considerare Mariam dominam et angelum salutantem eam. Et reflectere haec in me, vt possim aliquem fructum capere.

---

[a] *Deest annotatio, quam hic habet Aut. Supra, p. 322.*—[b] el primer día *Aut.*; *deinde tamen Fa. loquitur etiam de die secundo etc.*— [c] *2 vv. praeced. supplemus ex Ve.* — [d] *Hoc v.* sedentes *non cohaeret cum* tres personas *sed cum* omnes homines. *Forte indicatur Ps. CVI, 10; et Luc., I, 79. Sed vide annotationem hujus loci in Ve., pp. 325-327.*

2.m est auditu percipere quaenam loquantur homines inhabitantes faciem terrae: quomodo iurent, maledicant, blasphement. Item quid loquantur tres Personae, puta, operemur salutem ac redemptionem humani generis. Item quomodo loquantur inter se Virgo et angelus. Haec ad me reflectam ad capiendum fructum.

3.m est considerare facta hominum terrenorum, pugnas, caedes, descensum ad infernum. Item quid faciant Personae in diuinis, scilicet incarnationem sanctissimam. Item quid ange-**C2** lus, nempe officium legati exhibens. Quid Maria, scilicet se humilians et agens gratias diuinae maiestati.

Colloquium fiet, cogitando cui loquamur, diuinis Personis, aut Verbo incarnato, aut Virgini matri, petendo quod iuuare norint [?] [a] ad imitandum Christum incarnatum. Pater noster.

2.a CONTEMPLATIO EST DE NATIVITATE

Oratio praeparatoria quae solet.

Primum praeambulum est adducere historiam in medium. Quae hic erit considerare exitum Beatae Virginis a Nazareth, quasi per nouem menses quibus grauida erat, insidentis asinae; et Joseph; et ancillae cum boue [b], vt pergerent Bethlehem propter edictum Augusti Caesaris.

2.m erit considerare iter illud a Nazareth **C2v** vsque Bethlehem, videndo longitudinem, latitudinem itinerum, si planum, si asperum et montosum sit iter. Item attendendo hospitium, si altum an humile et quomodo paratum [c].

Primum punctum est considerare personas, scilicet Dominam nostram, Joseph, ancillam et paruulum Jesum iam natum; aestimando me pauperculum et seruulum indignum, attendentem illos, contemplantem illos, inseruientem eorum necessitatibus, ac si praesens adessem, cum omni honore et reuerentia mihi possibili. Postea haec ad me refleetam et hauriam aliquem fructum.

2.m est videre quid loquantur et inde mihi fructum haurire.

3.m est considerare eorum facta, vt viam quam faciunt, cum labore tanto, vt Dominus naseatur in summa paupertate, vt post finem tantorum laborum, et famis ac sitis, caloris et fri-**C3** goris, iniuriarum et improperiorum, moriatur in cruce. Et haec pro fructu meo super me reflectam.

Finiam eum vno colloquio sicut in praecedenti.

---

[a] *Sic ms.; at ex Aut. videtur legendum* norit. *i. e.* qui se exercet.—[b] bouae *ms.* — [c] *Desideratur hic tertium praeambulum, seu petitio, probabiliter ex librarii omissione.*

TERTIA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO PRIMI [ET SECUNDI] [a] EXERCITII

Post orationem praeparatoriam et praeambula eadem quae in praecedenti, fiet repetitio primi et secundi exercitii, adnotando semper aliquas partes principaliores, vbi plus desolationis vel consolationis vel cognitionis [invenerit] [b], addendo colloquium in fine et Pater noster.

Seruabitur idem ordo procedendi in ista repetitione, qui in superiore hebdomada, mutata tantum materia et forma seruata.

QUARTA CONTEMPLATIO ERIT REPETITIO SECUNDAE [c]
QUINTA ERIT TRAHERE V SENSUS SUPER PRIMAM [d] ET SECUNDAM

C3v Primum punctum erit oculo imaginationis videre personas cum particularibus circumstantiis, et eruendo inde fructum pro oculis.

2.[m] auribus percipere quae loquantur vel loqui possint. Et similiter reflectere ad fructum.

3.[m] naribus odorare ac lingua gustare infinitam suauitatem Christi secundum Diuinitatem suam, secundum animam et vires eius et virtutes et gratias, et omnia quae fructuose pro persona contemplante poterunt applicari.

4.[m] est amplexu et osculo tangere loca, quae tales personae contemplatae contingunt, referendo semper ad fructum hauriendum.

Finietur hoc vno colloquio cum Pater noster sicut 3.[m] [?] [e].

Prima nota pro tota hac hebdomada et sequentibus, quod solum debeam legere mysterium illius contemplationis, quam immediate debeo facere, ita quod pro tunc non legam aliud mysterium quam illud quod illa die vel illa **C4** hora debeo facere, ne consideratio vnius impediat considerationem alterius.

2.[a] primum exercitium incarnationis fiet media nocte; secundum in aurora; 3.[m] tempore missae; 4.[m] tempore vesperarum; 5.[tum] vna hora ante coenam. Et oportet singulis horum quinque exercitiorum immorari per horam.

3.[a] aduertendum est quod si is qui exercitatur est senex vel debilis, vel fortis quidem, sed ex prima hebdomada debilitatus; consultius erit in hac secunda hebdomada, saltem aliquando, quod non surgat

---

[a] *2 vv. praeced. addimus ex Ve., quae quidem paulo infra in ipso Fabri textu leguntur; unde suspicamur titulos tertiae hujus et quartae sequentis contemplationis a librario esse immutatos.*—[b] *Hoc v. omiss. in ms. supplemus ex Ve.*—[c] *Vide annot.* a.—[d] trahere super V sensus primam *ms., quod emendauimus ex priore lectione in Ve. Cf. quae dicuntur infra:* trahendi sunt 5 sensus (p. **D2**), exercitium trahendi super praedictis quinque sensus (p. **E3**), auferendo quinque... sensuum attractionem (p. **E4v**), adducendo 5 sensus super... exercitia (p. **E7v**).—[e] *Scribendum fuisse videtur* sicut 1.[m] et 2.[m], *id est* sicut in prima et secunda contemplatione, *quod quidem est in Ve.*

media nocte, sed mane vel in aurora faciat vnam contemplationem; 2.am sub missa; 3.am vna hora ante prandium.

4.ta In hac 2.a hebdomada ex decem [a] additionibus primae hebdomadae mutari debent secunda, sexta, septima et ex parte etiam decima. In secunda statim excitatus ponam ante oculos contemplationem quam debeo **C4v** facere, ardentius desiderando cognitionem Verbi incarnati, vt plus illi inseruiam et illud sequar. In sexta [b] frequenter in memoriam reducam vitam ac mysteria Jesu Christi Domini nostri, ab incarnatione vsque ad locum vel mysterium incumbentis mihi contemplationis. In 7.ma tantundem amabo laetum tempus ac triste, claritātem atque obscuritatem, quantum aeque sensero expedire contemplationibus eo tempore faciendis. In decima is qui exercitatur ita se habeat sicut sunt mysteria, quae contemplatur; quia aliqua petent poenitentiam, aliqua non; ita quod diligenter et accurate [c] fiant decem additiones.

5.ta In omnibus exercitiis, praeter illud quod fiet media nocte et id quod in aurora, sumatur aequiualens 2.ae additioni, modo hoc sequenti. Statim ut cognouero horam esse faciendi exercitium, antequam accedam, considerabo prius mecum quo tendo, et coram quo, resumendo ex parte exercitium **C5** quod volo facere. Postea cum fecero tertiam additionem accedam ad exercitium.

In 2.° die accipiam pro prima et 2.a contemplatione praesentationem in templo et fugam in Aegyptum. Et super his fient duae repetitiones et exercitium trahendi super [eisdem] [d] quinque sensus.

Interdum vtile est ac expediens, quamuis qui exercetur sit fortis, facere mutationem ab hoc 2.° die inclusiue vsque ad quartum, ad melius inueniendum quod quis desiderat, accipiendo solum vnam contemplationem in aurora, alteram sub missa, tertiam sub vesperis duas illas repetendo. Et postremo exercitium trahendi quinque [e] sensus hora quinta.

Die 3.° contemplabitur qui exercitatur quomodo puer Jesus erat parentibus obediens in Nazareth. Deinde quomodo fuit inuentus in templo. 3.° faciet **C5v** horum repetitionem. 4.° trahet 5 sensus [f].

Praeambulum ad considerationem statuum

Postquam considerauimus exemplum quod Christus Dominus noster nobis tradidit pro primo statu custodiae mandatorum Dei, cum ipse obediret parentibus; item similiter pro 2.° statu perfectionis euangelicae, cum relicto patre et matre, vt purius Dei seruitio vacaret, [re-

---

[a] *Vide supra, p. 587, annot.* a.—[b] *Vide supra, ibid.*—[c] *Sic Ve.;* acute *perperam ms.*—[d] *Hoc v. deest in ms., et exstat in Ve.*—[e] *Ita Ve.,* trahendi super quinque *perperam ms.*—[f] trahet ad 5 sensus *ms.;* traham quinque sensus *Ve.*

mansit in templo][a]; incipiemus (simul contemplando eius vitam) inuestigare ac petere a Domino, in quemnam vitae huius statum placeret suae diuinae maiestati nos vocare. Et ita pro aliqua istius rei introductione in exercitio sequenti videbimus intentionem Christi, et ex opposito illam quae est inimici naturae humanae, et quomodo nos disponere debemus, vt perueniamus ad perfectionem in ea vita et in eo statu ad quem Deus noster nos elegerit.

C6 Quarto igitur die fiet meditatio duorum vexillorum, alterius Christi, summi ducis nostri, alterius Luciferi, capitalis inimici humanae naturae, etc.

Oratio praeparatoria erit quae solet.

Primum praeambulum continet historiam, quae hic erit considerare Christum volentem ac vocantem omnes sub vexillo contra Luciferum [1].

2.[m] erit compositio loci, quae hic erit considerare magnum campum totius regionis Hierusalem, vbi summus dux bonorum est Christus Dominus; alium in regione Babylonis, vbi dux omnium prauorum est Lucifer.

3.[m] petere cognitionem verae vitae, quam summus ac verus dux docet et gratiam imitandi illum [b].

Primum punctum est imaginari caput et ducem illum hostium, sedentem in illo magno campo Babylonis, non aliter quam in cathedra ignis et fumi in figura horrenda **C6v** ac terribili.

2.[m] est considerare illum vocantem innumerabiles daemones et spargentem eos, hos in hanc ciuitatem, illos in aliam. Et ita per totum vniuersum, nulla prouincia, nullo loco, statu, persona (etiam in particulari) relicta intacta.

3.[m] est considerare sermonem, quo illos exhortatur, vt retibus et cathenis vinciant homines. Et quod primo tentent cupiditate diuitiarum, quo facilius impingant in vanum mundi honorem. Deinde ad arrogantem superbiam, ita quod primus gradus sit diuitiarum, 2.[us] honoris, 3.[us] superbiae. Et his tribus progreditur ad omnia alia vitia.

Secunda pars exercitii huius ex opposito Christum ducem respiciat et consideret.

Primum punctum est considerare Christum sedentem in magno campo Hierusalem **C7** in loco humili specioso et amoeno [c].

2.[m] considerare Dominum vniuersi eligentem tot personas in apostolos et discipulos et mittentem illos per vniuersum orbem; vt seminent sacram doctrinam eius omni statui, omni conditioni hominum.

---

[a] 3 *vv. praeced. omissa in ms. supplemus ex Ve.*—[b] *Desideratur in ms. primum petitionis membrum. Vide Aut. hoc loco, supra, p. 350.*—[c] *Cf. supra, pp. 352-353.*

---

[1] Lucifer, ex *Aut.* caeterisque translationibus, vult etiam et vocat omnes sub suum vexillum.

3.m est considerare sermonem, quem Christus Dominus noster habet ad seruos suos et amicos, quos in talem delegationem mittit, committens illis curam omnium, atque vt eos trahant ad summam spiritus paupertatem, vel, si etiam diuinae maiestati ad aliud magis placuerit eligere, trahant eos ad paupertatem actualem. Secundo exhortentur ad desiderium opprobriorum et vituperiorum, ex quo nascitur humilitas; ita quod sint tres gradus: primus paupertatis contra diuitias; 2.us opprobriorum contra honorem mundi; 3.us humilitatis contra superbiam et ab his tribus gradibus inducant ad omnem aliam virtutem.

C7v Colloquium fiet ad Dominam nostram, vt impetret [mihi] [a] gratiam a Filio suo ac Domino, quod ego recipiar sub vexillo eius; et primo in summa paupertate spirituali; et, si diuinae maiestati magis ad aliud placuerit eligere, etiam in paupertate actuali; 2.° in tolerandis opprobriis et iniuriis in quibus maior est illius imitatio, modo possim illa tolerare (absque tamen peccato alterius) et cum beneplacito diuinae maiestatis. Addam Aue Maria.

Idem petam a Filio, vt id ipsum a Patre mihi poscat. Addam Anima Christi.

Petam et a Patre, vt mihi id concedat. Addam Pater noster.

Hoc exercitium fiet media nocte. Et iterum post in aurora; et fient duae repetitiones eius in hora missae et in hora vesperarum. Et finientur haec cum tribus praenotatis colloquiis.

D1 Eodem quarto die hora ante coenam
fiet meditatio trium binariorum, vt meliorem quis eligat

Oratio praeparatoria [b] quae solet.

Primum praeambulum est adducere historiam, quae continet tres binarios hominum quorum vnusquisque acquisiuit sua industria decem milia scuta, non puro ac debito amore Dei. Et vult quilibet saluari [et] inuenire [c] Dominum Jesum in pace, in expellendo a se grauitatem et obstaculum affectionis circa rem acquisitam.

2.m compositio loci, quae hic erit considerare me ipsum stantem coram Domino Deo nostro et omnibus sanctis eius, vt desiderem cognoscere [1] quod erit gratius suae diuinae bonitati.

3.m est petere gratiam eligendi id quod magis erit ad gloriam diuinae maiestatis et salutem [d] animae meae.

Primus binarius vellet expellere affectum, **D1v** quem ad rem acquisitam habet, ut inveniret Dominum Deum et saluaretur, sed non applicat media vsque ad horam mortis.

[a] nobis *ms.;* mihi, *melius quidem ex contexta sententia, Ve. et Re.* — [b] propria *ms.;* praeparatoria *Aut. Ve. etc.* — [c] saluari in inuenire *ms.;* et *sumimus ex Ve. et Re.* — [d] salutis *ms.;* salutem *Ve.*

[1] Cf. not. 1, supra, pag. 358.

Secundus binarius vult quidem affectum expellere, sed ita dumtaxat vt retineat rem acquisitam, ita quod eo veniat Deus vbi vult ipse; nec deliberat relinquere illam vt ad Deum tendat, etiamsi esset pro illo status melior.

Tertius vult expellere affectum, sed ita vt etiam non habeat affectionem retinendi rem acquisitam vel non retinendi; solum intendit aut velle illam aut nolle, secundum quod Deus magis illi inspirauerit, aut illi magis visum fuerit in gloriam et obsequium diuinae maiestatis conuenire. Interim cogitat secum quod omnia relinquat affectu, huic maxime rei innitendo, non desiderandi illam vel quamcunque etiam aliam, nisi mouerit illum Domini Dei nostri seruitium ad retinendum vel non retinendum, accipiendum vel non accipiendum.

D2 Fient tria colloquia sicut in meditatione vexillorum.

Annotandum est quod quando sentimus affectum vel repugnantiam contra actualem paupertatem vel ad diuitias, multum confert ad extinguendum talem affectum inordinatum, petere in colloquio (quamuis sit contra carnem) a Domino, quod eligat nos ad paupertatem actualem, dummodo sit seruitium et laus diuinae bonitatis.

Quinto die fiet contemplatio super profectione Domini nostri a Nazareth ad Iordanem, et super baptismo eius.

Haec contemplatio fiet semel in medio noctis, et in aurora, et hora missae et vesperarum fiet repetitio eiusdem. Deinde ante coenam trahendi sunt 5 sensus, in singulis quinque exercitiorum horum praeponendo solitam orationem praeparatoriam et tria praeambula, sicut in contemplatione incarnationis. Et finientur cum tribus colloquiis trium binariorum vel secundum notam illis subiectam.

Examen particulare post prandium et post **D2v** coenam fiet super defectibus et negligentiis circa exercitia illius diei. Sic fiet etiam in sequentibus.

Sexto die fiet contemplatio super profectione Christi a Iordane vsque ad desertum inclusiue secundum formam quinti.

Septimo die fiet contemplatio super sequela Andreae et aliorum, qui eum secuti sunt.

Octauo, fiet contemplatio super sermone Domini in monte continens 8 beatitudines.

Nono, super ambulatione Domini super vndas maris.

Decimo, de praedicatione Domini in templo.

Vndecimo, de suscitatione Lazari.

Duodecimo, de historia dominicae palmarum.

D3 Prima nota est quod in contemplationibus istius 2.ae hebdomadae potest quis diutius vel breuius immorari, prout is qui exercitatur voluerit vel expedire putauerit. Et si quidem diutius immorari libuerit, poterit sumere mysteria visitationis Beatae Virginis, historiam pasto-

rum, historiam circumcisionis, historiam trium regum. Si breuius, relinquet aliqua ex praedictis, quia hoc est tantum proponere quandam introductionem ac methodum, quo melius ac diligentius possit quis contemplari.

2.ª Materia electionum debet inchoari a contemplatione proficiscentis ad Iordanem a Nazareth, includendo eandem diem, quae est quinta, sicut infra declarabitur.

3.ª Antequam quis aggrediatur electiones, vt possit Christi Domini verae doctrinae affici, summe expedit considerare et aduertere **D3v** in sequentes [a] tres species humilitatis, quas considerabit interdum per totum diem, et ita similiter faciet colloquia sicut infra dicetur.

Prima species humilitatis est necessaria ad consequendam aeternam salutem, scilicet, ita humiliari ac deprimi quantum fieri potest, vt in omnibus obediam legi Domini Dei nostri, ita quod quamuis dominus omnium creaturarum euaderem, vel periculum perdendae vitae temporalis instaret, nullo modo debeam transgredi mandatum ullum siue humanum siue diuinum, obligans ad peccatum mortale [b].

2.ª species perfectior est praecedenti, scilicet ita se humiliare, vt nolit homo nec affectet diuitias magis quam paupertatem, honores quam opprobria, vitam longam quam breuem, si modo aequale sit seruitium Domini Dei nostri. Item quod pro nulla re creata, nec etiam pro vitanda morte deliberabo committere vnum peccatum veniale.

D4 3.ª perfectissima est quando videlicet (modo aequaliter seruitium Domini et salus animae resultet) ad conformandum me perfectius Christo Domino, volo et eligo magis paupertatem cum Christo paupere quam diuitias; et opprobria cum Christo saturato opprobriis, quam honores; et desidero magis dici et reputari insipiens et stultus pro Christo, qui est et ipse talis reputatus, quam sapiens et prudens in hoc mundo.

Aduerte quod pro eo qui desiderat consequi hanc tertiam humilitatem ad perfectius illum imitandum, multum expediat facere praedicta tria colloquia binariorum, petendo vt Dominus velit eum ad hanc tertiam speciem eligere ad perfectius illum imitandum, modo sit aequale seruitium vel maius, aequalis gloria vel maior diuinae maiestatis.

Praeambulum ad electionem faciendam

In omni bona electione, quantum est ex nobis, **D4v** oculus noster debet esse simplex, solum attendendo finem propter quem creatus sum, scilicet ad laudem et gloriam Domini Dei nostri et ad salutem animae meae. Et ita quicquid id sit, quod elegero, debet iuuare me pro obtinendo fine ad quem creatus sum; non finem ad media, sed media ad

---

[a] *Sic, ex Aut.;* sequentibus *perperam ms. et Ve.*—[b] *Sic, pro* sub peccato mortali *ex modo loquendi hispano* obligue a pecado mortal.

finem ordinando. In qua re peccant quamplurimi, veluti qui primo eligunt ducere vxorem, deinde eligunt secundario seruire Deo, quod tamen finis et non medium est matrimonii. Item qui primo eligunt beneficia habere, deinde seruire in illis Deo, volentes videlicet non accedere ad Deum, sed quod Deus perueniat recte ad ipsorum inordinatos affectus et peruersos, e medio nimirum finem et e fine medium facientes. Primum enim obiectum, quod respicere et nobis proponere debemus, est seruire Deo, quod est finis; deinde secundario accipere beneficium et vxorem, si magis mihi expe-**D5** dient; quod est medium ad finem. Tandem nihil debet me mouere ad accipiendum talia media vel ad illa reiiciendum nisi solum seruitium et laus Domini Dei nostri et salus animae meae.

AD ACCIPIENDAM ALIQUALEM COGNITIONEM, QUARUMNAM RERUM FIERI DEBEAT ELECTIO SUNT QUATUOR PUNCTA ET VNA NOTA

Primum punctum: necessarium est omnia quorum facere volumus electionem, indifferentia esse vel bona in se, et quae versantur intra sanctam Ecclesiam catholicam.

2.^{m}: sunt quaedam quae cadunt sub electione immutabili, vt sacerdotium, matrimonium etc. Alia sub mutabili, vt assumere beneficia vel relinquere, accipere bona temporalia vel non accipere.

3.^{m}: in electione immutabili iam semel facta non est amplius quod eligamus, quia **D5v** non potest solui; solum aduerti debet, quod si electio non est debite facta ac ordinate sine curuis affectibus, cum primum quis poenituerit, laboret vitam componere in sua electione. Quam electionem non possumus nominare vocationem, quia fuit inordinata et obliqua. Omnis vocatio autem diuina est pura et munda sine carnis admixtione vel cuiuscunque sinistri affectus. Vnde fit vt plurimum errent multi, suam obliquam electionem asserentes esse suam vocationem.

4.^{m}: si quis fecit electionem debitam et ordinatam earum rerum, quae sunt electionis mutabilis, absque aliqua admixtione mundi vel carnis, non est cur de nouo fiat electio, sed in illa curemus perfici quantum possumus.

Nota. Aduertendum est, quod si talis electio mutabilis scilicet non est facta syncere ac ordinate satis, tunc expedit facere **D6** electionem debitam ei qui expetit producere fructus notabiles et gratos Domino Deo nostro.

TRIA TEMPORA AD FACIENDUM ELECTIONEM DEBITAM

Primum tempus est quando Dominus Deus noster ita trahit ac mouet voluntatem, quod sine dubitatione et sine potentia dubitandi, talis

anima deuota sequitur id quod sibi pracmonstratum est, sicut diuus Paulus et Matthaeus [a] fecerunt sequendo Christum.

2.[m] tempus est quando sumitur et percipitur multum claritatis et cognitionis, partim per experientiam consolationum et desolationum, partim per experientiam discretionis spirituum.

3.[m] tempus est tranquillum, quando quis considerat finem propter quem creatus est, scilicet ad laudandum Deum et saluandam animam suam; et hoc desiderando eligit pro medio hanc vitam vel statum contentum infra limites **D6v** Ecclesiae, quo possit iuuari in seruitio Dei et salute animae. Vocatur hoc tempus tranquillum, quia anima non agitatur aduersis spiritibus, sed libera vtitur suis potentiis naturalibus tranquille. Si in primo vel 2.° tempore non fit electio, sequuntur circa hoc tres modi faciendi illam.

Primus modus faciendi optimam huiusmodi electionem continet in se sex puncta

Primum est proponere ante mentis oculos rem super qua volo facere electionem, vt (exempli causa) officium seu beneficium, quod acceptare volumus aut reiicere, vel aliquid aliud cadens sub electione mutabili.

2.[m] Oportet intueri pro obiecto finem propter quem creatus sum, quod est ad laudandum Deum et ad saluandam animam meam, quia [?] [b] oportet me esse indifferentem sine aliquo affectu inordinato, ita quod non sim inclinatus magis vel affectus ad acceptandum rem propositam, quam ad refutandum, sed sim in **D7** aequilibrio ad prosequendum illud quod sensero magis esse ad laudem Dei et ad salutem animae meae.

3.[m] Petam a Domino Deo nostro, quod dignetur mouere voluntatem meam et suggerere animae meae id quod facere debeo, quodque magis sit in gloriam eius, circa rem propositam, recte discurrendo ac fideliter intelligendo, et eligendo conformiter ad sanctissimum beneplaciti eius propositum.

4.[m] Considerabo per rationis ductum quotnam fructus et commoda oriantur ex acceptione rei propositae, ad solam laudem Dei et salutem animae. Et e contrario considerabo incommoda et pericula, quae oriuntur ex acceptatione vel retentione. Similiter considerabo fructus et commoda, iacturam et incommoda, quae ex refutatione vel reiectione eiusdem orirentur.

5.[m] Postquam ita inuestigaui et ratiocinatus sum ad vtrasque partes, considerabo quonam **D7v** magis flectatur ratio, et ita prout maior fue-

---

[a] P. et Matt. *ms.* — [b] *Sic apogr. nostrum, sed mendum videtur pro* quin. *Cf. Ve. et Aut. Hispana locutio* con esto *significat* más aún, quinimo *vel* quin. *Recte etiam Ro.* simul.

rit motus rationalis et sensualis nullus [a], poterit et debet fieri deliberatio super re proposita.

6.[m] Facta tali electione seu deliberatione, debet is qui eam fecit diligenter ad orationem recurrere ante conspectum Domini Dei, et illam electionem offerre ei, vt diuina maiestas dignetur ipsam recipere et confirmare, modo redundet in sui maius seruitium et laudem.

Secundus modus faciendi sanam et optimam electionem quatuor habet regulas et vnam notam.

Prima regula est, quod ille amor mouens et incitans me ad eligendum alterum, desursum sit ex amore Dei, ita quod prius sentiam in me quod ille amor intensior vel remissior ad rem propositam eligendam, sit propter Dominum suum et Creatorem.

2.[a] est considerare hominem, quem nunquam vidi nec cognoui, cuius ego plenam perfectionem desidero, et attendere quidnam suaderem illi **D8** ad maiorem Dei laudem et animae suae salutem. Dehinc considerabo me, obseruando pro me regulam, quam pro alio seruabam.

3.[a] Considerare me ac si essem in articulo mortis; et formam atque regulam, quam tunc vellem tenuisse in materia praesentis electionis, illam praeferam regulando me ad eam. Ita faciam in omni mea determinatione.

4.[a] Attendere et considerare me in [die] [b] iudicii, et quod tunc vellem elegisse, eligam modo, vt tunc possim plene gaudens esse et laetabundus.

Nota est: assumptis quatuor illis regulis praedictis pro salute mea et quiete aeterna, faciam electionem meam. Et oblationem mei faciam Domino Deo nostro sicut in sexto puncto primi modi peractum est.

D8v AD REFORMANDAM PROPRIAM VITAM ET STATUM

Aduertendum est, quod circa constitutos in praelatione vel in matrimonio (siue abundent bonis [temporalibus] [c] siue non) qui non habent locum vel promptam voluntatem faciendi electionem eorum quae cadunt sub electione mutabili, expedit plurimum quod loco electionis detur forma aliqua emendandi propriam vitam et statum. Quod fiet proponendo illorum creationem, vitam et statum debere esse ad gloriam et laudem Domini Dei et ad salutem propriam. Et ut perueniant ad hunc finem, debet quis multum ruminare in exercitiis et modis eligendi, quantam domum aut familiam habere debeat, quomodo regenda ac gubernanda, quomodo erudienda verbo et exemplo. Similiter ex facultatibus suis quantum debeat insumere alendae familiae, quantum eleemosynis faciendis et aliis operibus piis, nil aliud inquirendo et inue-

---

[a] nulla *ms.*— [b] *Hoc v. omitt. ms.: supplemus ex Ve.*— [c] spiritualibus *ms. mendose recte Ve. et Aut.* temporalibus.

stigando in omnibus et vbique quam Dei gloriam: vt quisque secum reputet quod tantum progressum faciet in spiritualibus omnibus, quantum expoliauerit se proprio amore, affectu et commoditate.

E1 TERTIA HEBDOMADA

Prima contemplatio, quae fit in medio noctis, erit super egressu Christi e Bethania in Hierusalem, vltimam coenam includendo

Post orationem praeparatoriam, primum praeambulum est considerare historiam egredientis Bethania [a] et mittentis duos discipulos Hierusalem ad praeparandam coenam. Et deinde coenantis cum XII, quibus, peracta coena paschalis agni, lauit ipse pedes, ac dehinc corpus suum et sanguinem preciosum iisdem tradidit; post quae [b] Iudas exiit ad tradendum eum.

2.m Praeambulum est compositio loci, quae hic erit considerare viam a Bethania vsque Hierusalem, an plana sit an aspera; ampla an angusta. Similiter quale et cuius figurae fuerit coenaculum.

3.m Petam dolorem, sensum [c] et confusionem meiipsius, quia propter peccata mea Christus pergit ad passionem.

E1v Primum punctum est considerare oculo imaginationis coenantes, et eniti aliquem fructum ex tali visione capere.

2.m Audire quid illi loquuntur, et ita similiter reflectam ad fructum.

3.m Considerare eorum facta et gesta, et inde fructum colligere.

4.m Considerare quae Christi humanitas patitur vel pati desiderat, prout fuerit locus quem quis contemplatur. Et hic incipiam cum magna violentia [1] ad condolendum, contristandum et plangendum, et ita laborando per puncta cetera [d] quae sequuntur.

5.m Considerare latentem diuinitatem, hostes destruere potentem et nolentem, sed permittentem ac tolerantem sacerrimam suam humanitatem crudelissime affligi.

6.m Considerare quod haec omnia patitur propter mea peccata. Et quid ego debeam facere ac pati propter ipsum.

E2 Colloquium fiet ad Christum. Addam Pater noster.

Nota. Est aduertendum, sicut supra iam ex parte declaratum est, quod in colloquiis debemus ratiocinari ac petere secundum subiectam materiam, prout fuero uel tentatus vel consolatus, et prout desidero

---

[a] Bethaniam *ms.* — [b] *In ms. desunt illa vv. Aut. et Vu.* postreme sermonem ad eos habuit. — [c] dolorem sensuum *ms., quod quidem mendose scriptum censemus et emendamus ex Ve. et Aut.* — [d] circa *ms., quod mendum videtur pro* cetera; alia *Ve.*

---

[1] Hanc *violentiam* ita intellige, ut diligentiam et conatum significet, quem in rebus, quas magni momenti ducimus, adhibere solemus; non quasi corporea vi lacrymas effundere velis.

acquirere hanc virtutem vel aliam, et prout opto et volo me disponere ad hoc vel ad illud, ad dolendum vel laetandum, circa rem quam contemplor. Tandem petam id quod magis efficaciusque circa aliqua particularia desidero. Et ita seruando hanc formam potes dirigere vnum colloquium ad Christum. Vel si materia et deuotio eius te excitat, potes tria facere; primum ad Matrem Mariam; 2.m ad Filium; 3.m ad Patrem, seruando formam praescriptam in 2.a hebdomada, in meditatione duorum [a] binariorum, cum notula binariis subiecta.

SECUNDA CONTEMPLATIO IN AURORA FIET DE EGRESSU A COENACULO IN HORTUM INCLUSIUE

E2v Oratio praeparatoria sicut solet.

Primum praeambulum est considerare historiam, videlicet Christum comitatum vndecim discipulis descendentem de monte Sion, vbi prius coenarat, per vallem Josaphat. In cuius vallis particula relictis octo discipulis, et in parte horti tribus reliquis, ad orationem se accinxit, vbi et sanguinem sudauit, ac post trinam orationem discipulos excitauit; sua voce hostes prostrauit, post quae Judas eum osculo tradidit. Petrus abscidit auriculam, quam restituit Christus, comprehendentibus eum inimicis saeuis quasi malefactorem, ac ducentibus per descensum vallis Josaphat ad ascensum domus Annae.

2.m erit compositio loci a monte Sion ad vallem Josaphat, et ipsius horti, iuxta latitudinem et arctitudinem et figuram. .

3.m est petere dolorem cum Christo doloribus sauciato, confractionem cordis cum Christo lacerato, lachrymas et internam tristitiam **E3** super poena, quam Christus pro me patitur.

Prima nota. Post orationem praeparatoriam et praeambula, in hac 3.a hebdomada seruabitur idem ordo procedendi per puncta et colloquia, qui prima contemplatione de coena Domini. Hora missae et vesperarum fient repetitiones primae et 2.ae Hora ante coenam fiet exercitium trahendi super praedictis quinque sensus.

2.a nota. Expedit iuxta aetatem et complexionem exercitantis, singulis diebus facere exercitia quinque vel pauciora.

3.a nota. In hac 3.a hebdomada mutabuntur ex parte secunda et sexta [1] additio. Statim vt excitatus fuero, voluam ob oculos meos quonam pergam et quorsum, resumens parum contemplationem quam volo facere, prout fuerit mysterium, elaborando quamdiu surgo et induor, in concitanda in animo meo tristitia et dolore super tristitia et dolore et passione Domini nostri Jesu Christi.

E3v Sexta mutabitur, scilicet non admittentur vllae cogitationes

[a] *Sic, pro* trium. *Cf. annot.* a, *sub Aut., supra, p. 398*

[1] V. supra, p. 587, not. a.

letitiae et gaudii, licet sancti et optimi, vt sunt resurrectionis et gloriae; sed potius inducam meipsum ad dolorem et poenam, adducendo frequenter in memoriam labores et dolores, quos Christus tulit ab hora suae natiuitatis vsque ad mysterium suae passionis.

[4.ª] nota. Examen particulare super exercitiis et additionibus praesentibus fiet sicut dictum est praecedenti hebdomada.

Secundo die fiet prima contemplatio super egressu ad domum Annae inclusiue.

Secunda ab egressu de domo ad Caipham inclusiue.

Tertia et caetera erunt repetitiones more consueto.

Tertio die prima contemplatio erit super egressu ad Pilatum inclusiue.

Secunda a Pilato ad Herodem inclusiue. Deinde fient repetitiones.

E4 Quarto die prima contemplatio erit super regressu ab Herode ad Pilatum, includendo partem gestorum in domo Pilati.

Secunda erit de reliquo mysterio in domo Pilati facto. Post haec fient repetitiones.

Quinto super gestis Pilati vsque ad crucifixionem inclusiue erit prima contemplatio.

Super gestis in cruce vsque ad expirationem erit 2.ª Deinde repetitiones.

Sexto die, prima super gestis a depositione de cruce vsque ad monumentum exclusiue.

Secunda erit super sepultura eius vsque ad domum, quo Virgo Mater diuertit sepulto Filio.

Septimo die [1] loco exercitiorum fiet toto die frequentissima consideratio sanctissimi corporis dissoluti et separati ab anima, vbi et quomodo sepultum sit. Item soli-**E4v** tudinis Dominae nostrae, tanto dolore et desolatione oppressae. Similiter discipulorum quid agant meminero.

Nota. Est aduertendum, quod is qui vult plus immorari in passione, debet pauciora mysteria singulis contemplationibus considerare, verbi gratia: in prima solum coenam; in 2.ª lotionem pedum; in 3.ª collationem sacramenti; in 4.ª sermonem, quem habuit ad discipulos. Item postquam contemplatus fuerit totam passionem, accipiet de integro contemplandam medietatem; et 2.º die reliquam partem; tertio die totam simul.

Per oppositum, qui volet breuius absoluere, accipiat primo coenam, 2.º hortum, tertia hora domum Annae, 4.ª domum Caiphae, 5.ª domum Pilati; auferendo videlicet repetitiones et quinque sensuum attractionem; et singulis diebus quinque distincta mysteria contemplando. Postea sic absoluta passione, poterit vno die totam repetere.

---

[1] Cf. *Aut.*, et *Ve.*; supra, pp. 406-409.

E5 REGULAE AD REFORMANDUM DEINCEPS HOMINEM IN CIBO ET POTU

Prima regula est, quod circa panem minus decet abstinentiam facere, quia non est cibus super quo appetitus soleat adeo deordinari et tentari sicut fere in aliis cibis.

2.ª In potu videtur commodior abstinentia quam in pane. Ideo debet quisque multum aduertere, vt quod est fructuosum admittat, et quod nociuum expellat.

3.ª In aliis cibis debet diligentius et integrius seruari abstinentia, quia in illis solet magis deordinari appetitus et tentatio promptius insistere. Et ita potest in illis dupliciter abstinentia seruari: primo cibis grossioribus assuescendo; 2.º delicatis (si illis vescimur) parcius vtendo.

4.ª Quanto magis homo subtraxerit sibi de cibo conuenienti, modo infirmitatem non incidat, tanto citius consequetur medium quod in comedendo seruandum est. Primo quia **E5v** qui se sic disponit ac praeparat, sentit saepius internas illustrationes, consolationes et diuinas inspirationes ad agnoscendum illud medium. Secundo quia si sic abstinens non sit tanta cum dispositione et fortitudine corporis quam [a] sufficiat exercitiis spiritualibus, facile intelligit quid sustentationi corporis conducat magis.

5.ta Tempore prandii poterit considerare Christum cum discipulis suis comedentem et bibentem, et alios respicientem et alloquentem, ac illum nitetur imitari, ita quod praecipua pars intellectus sit detenta et occupata consideratione Domini nostri Jesu Christi, et minor pars sustentando corpori, vt ita quilibet capiat fructum [b] et ordinem gubernandi se.

6.ta Tempore prandii rursus potest considerari vita sanctorum, vel aliqua pia contemplatio fieri super negotio spirituali expediendo, vt sic spiritui intenti, minus sentiamus delectationem cibi corporalis.

E6 7.ª Super omnia caueas ne nimis intentus sis cibo, nec festinanter sumas cum impulsu appetitus, sed in omnibus elabores tui ipsius dominium plenum possidere, tam in modo comedendi quam in mensura.

8.ua Ad expellendum inordinationem multum confert quod post prandium, vel alias quando non sentis appetitum comedendi, consideres tecum et deliberes de refectione proxime futura. Ita singulis diebus quantitatem praescribes, quam nullo modo excedas quocunque appetitu seu tentatione instigante. Imo ut magis vincas omnem appetitum inor-

---

[a] *Sic ms. pro* quanta *vel* quae; quae *Ve.*—[b] *Sic ms., at hoc v. non exprimitur quod habet Aut.* concierto. *Forte pro* fructum *legendum est* formam, *quod est in Ve.*

dinatum et tentationem inimici, si tentaris ad plus capiendum, cape minus.

E6v Prima contemplatio quartae hebdomadae sit super prima Christi apparitione, qua videlicet Matri suae Virgini apparuit

Primum praeambulum post orationem praeparatoriam, est considerare, Christum, a tempore quo expirauit in cruce, et separatum est corpus ab anima, non tamen a Diuinitate, secundum animam Diuinitati vnitam descendentem ad inferos. Vnde primum sanctorum animas educens et ad sepulchrum rediens suscitansque seipsum apparuit primo benedictae Matri suae in corpore et anima.

2.m Est compositio loci, puta sepulchri, domus Virginis, et cubiculi ejus singulas illorum partes in particulari considerando.

3.m Petere gratiam collaetandi intense [a] gloriae et triumpho Domini nostri Jesu Christi.

E7 Primum punctum, secundum et tertium sint iuxta modum trium primorum de coena Domini.

Quartum est considerare Diuinitatem, quae latuerat in passione, apparentem et demonstrantem se miraculose in sanctissima resurrectione et effectibus eius verissimis.

5.m est considerare officium consolandi quod Dominus exercet, sicuti moris est amicis se inuicem consolari.

Finietur vno vel tribus colloquiis iuxta subiectam materiam sicut in 3.a hebdomada.

1.a nota. In contemplationibus sequentibus procedendum est per omnia mysteria resurrectionis sicut inferius statim declarabitur, vsque ad ascensionem inclusiue, seruando in reliquis eandem formam et methodum quam in 3.a hebdomada seruauimus: ita quod per hanc primam contemplationem resurrectionis regulentur [b] reliquae iuxta subiectam **E7v** materiam. Quantum ad quinque puncta sint eadem. Additiones quoque subsequentes sint eaedem. Et ita in reliquis seruabitur idem modus qui in 3.a hebdomada, tam in repetitionibus [et] [c] in exercitiis quinque sensuum, quam in prolongando vel [abbreuiando] [d] mysteria.

2.a nota. Vniuersaliter in hac 4.ta hebdomada conuenientius et expeditius quam in aliis est facere tantum 4.or exercitia in die: primum in aurora; 2.m sub missa; 3.m sub vesperis; 4.m ante coenam, adducendo 5 sensus super tria illius diei exercitia, adnotando et pausam faciendo circa principaliores partes in quibus sensero maiores motiones et gustus spirituales.

3.a nota. Quamuis in singulis exercitiis puncta tradantur in certo

---

[a] *Sic Ve.;* intensae *ms.*— [b] rehabentur *ms.;* regulentur et mensurentur *Ve.*— [c] *Hanc particulam supplemus ex Ve.*— [d] *Sic Ve.; perperam* protrahendo *ms. Cf. Aut. hoc loco.*

numero, potest nihilominus exercitans plura vel pauciora puncta ponere, prout melius ac vtilius sibi viderit hoc esse. Quapropter multum **E8** conducet illi, priusquam ad contemplationem accedat, coniicere et signare puncta quae volet assumere in certo numero.

4.ª nota. Ex additionibus debent mutari hic 2.ª, 6.ta, 7.ma, 10.ma [1]. Secunda, vt excitatus fuero ponam ante mentis oculos contemplationem faciendam, contendens et affectans collaetari tanto gaudio et gloriae Christi Domini. 6.ta in memoriam adducam et cogitabo res motiuas gaudii et letitiae spiritualis, vt sunt gloria coelestis etc. 7.ma vtar claritate et commoditate temporis, tempore veris rebus amoenis; hyeme vero, sole et calore, quantum [a] quisque coniicit posse iuuari ad congaudendum suo Creatori et glorioso Redemptori. 10.ª loco poenitentiae, attendatur temperantiae et sobrietati, nisi tempore quo praecipit Ecclesia ieiunare, quia tunc ieiunandum est semper, si non obstat iustum impedimentum.

E8v CONTEMPLATIO AD OBTINENDUM AMOREM

Primo oportet aduertere in duobus: primum est quod amor monstrari debeat et lucere magis in operibus quam in verbis; 2.m quod in communicatione duorum consistat amor, scilicet in hoc, quod amans communicet amato id quod habet, et ex his quae potest; et ita etiam vicissim amatus amanti; ita quod habens scientiam, impertiatur non habenti. Ita etiam si honores, si diuitias possideat. Et ita vnus alterum mutuo foueat.

Primum praeambulum post praeparatoriam orationem est compositio loci, quae erit considerando se praesentem coram Deo et angelis ac sanctis pro misero [b] intercedentibus.

2.m est petere cognitionem internam tantorum bonorum receptorum, vt ego integre cognoscens illa, possim in omnibus amare illum et inseruire diuinae maiestati eius.

F1 Primum punctum est in mentem adducere beneficia recepta, creationis, redemptionis et donorum particularium, ponderando cum magno affectu, quantum fecerit Dominus Deus pro me, et quantum mihi communicauerit ex bonis suis et quantum insuper desideret se mihi communicare, in quantum potest, prout diuina ordinatione est sancitum. Et reflectam ad me ipsum, rationabiliter et iuste considerans quid ego ex parte mea debeam illi offerre, et quid communicare suae diuinae maiestati, scilicet omnia mea et me ipsum, sicut qui offert alteri cum magno affectu dicens: Sume et recipe, Domine, totam meam liber-

[a] *Sic Ve.*: quo tum *perperam ms.*— [b] *Sic ms.* por my *Aut.*: pro me *Ve.*: *sed Ant. et Ve. efferunt praecedentia in prima persona* considerando me; *Fo. in tertia* considerando se.

[1] V. supra, p. 587, not. a.

tatem, totam memoriam, totum intellectum, totam voluntatem meam, quicquid habeo et possideo de manu tua recepi, et eadem tibi reddo, dispone de illis iuxta beneplacitum voluntatis tuae. Infunde mihi amorem et gratiam, quae sola mihi sufficit.

2.m est considerare modum quo Deus inhabitat **F1v** creaturas, elementis communicando esse, plantis vegetari, animantibus sentire, hominibus intelligere; et ita mihi communicando esse, animam, sensum, intellectum, faciendo me templum suum creatum ad imaginem et similitudinem diuinae maiestatis. Tantundem reflectam ad meipsum modo praedicto in primo puncto, vel alio modo meliori quem inuenero. Similiter fiet super quolibet puncto sequenti.

3.m est considerare [Deum] [a] laborantem pro me in omnibus rebus creatis super faciem terrae vel habentem se ad modum laborantis, caussando in illis esse et conseruando, vegetando, sensum infundendo, etc.

4.m est considerare quod omnia bona descendunt desursum, vt meam terminatam potentiam, ab illa summa et infinita quae sursum est. Et ita iustitiam, bonitatem, pietatem, misericordiam, etc., sicut a sole radii, aquae ex fonte oriuntur.

Postea finiam sicut est dictum reflectendo, etc.

Et vnum vel tria subiiciam colloquia.

F2 SEQUUNTUR TRES MODI ORANDI; PRIMUS SUPER PRAECEPTIS

Primus igitur modus versatur circa praecepta, circa septem peccata mortalia, circa tres potentias animae et circa quinque sensus. Qui modus est potius forma ac methodus exercendi et praeparandi animam vt in illis fructum faciat, et vt oratio fiat acceptior, quam aliqua forma et modus orandi.

Primum fiat aequiualens 2.ae additioni secundae hebdomadae, scilicet antequam accedat ad orationem, quiescat parum spiritus, sedendo seu deambulando, prout melius iudicauerit, considerando quo tendo. Eadem additio fiet circa modos [omnes] [b] orandi.

Oratio praeparatoria fiet petendo a Domino gratiam cognoscendi defectus meos circa praecepta, etc. Et ita similiter petetur gratia et auxilium, me deinceps emendandi, et perfecta intelligentia praeceptorum, quo melius ea seruem ad laudem et gloriam Dei.

F2v Pro primo hoc orandi modo considerandum est, quomodo primum praeceptum seruauerim et in quo defecerim, assignando regulam manendi in hac consideratione per spacium trium Pater noster et Aue Maria. Et hic quoque modus seruetur in quolibet decem praeceptorum.

Est aduertendum quod quando quis considerauerit super vno prae-

---

[a] *Sic Aut. et Ve.;* Jesum *ms.* — [b] *Suppletum ex Aut. et Ve.*

cepto in quo non inuenit se habere aliquem habitum peccandi, non est necesse tamdiu immorari, sed prout inuenit quiuis se magis vel minus deficere, magis vel minus immoretur illius scrutinio. Similiter fiet circa peccata mortalia.

Finito discursu super 10 mandata, accusabo me et petam gratiam emendandi me. Finietur vno colloquio iuxta subiectam materiam ad Dominum nostrum.

Circa 7 peccata capitalia seu mortalia idem fiet exercitium quod circa praecepta, nisi quod oratio iuxta materiam in hoc mutanda sit, vt pro vitandis mortalibus [oremus] [a], qui supra pro praeceptis implendis orabamus.

F3 Ad melius cognoscendos defectus circa peccata mortalia, considerentur eorum contraria: et ita quo diligentius caueantur, proponat ac laboret quilibet studiosus exercitiorum sanctorum acquirere virtutes illis contrarias.

2.° super tribus potentiis seruabitur is ordo qui super praeceptis, faciendo additionem, praeparationem et colloquium.

3.° circa 5 sensus seruabitur idem ordo, mutata tantum materia.

Qui desiderat imitari Christum Dominum in vsu sensuum suorum, commendet se in oratione praeparatoria diuinae maiestati. Postea singulos eorum considerando dicat Aue Maria, vel Pater noster. Et qui in vsu sensuum desiderat imitari nostram Dominam, in oratione praeparatoria commendet se ei, vt impetret illam [b] gratiam a Filio suo. Et post cuiuslibet sensus considerationem dicat Aue Maria.

F3v SECUNDUS MODUS ORANDI EST CONTEMPLARI SIGNIFICATIONEM CUIUSLIBET VERBI IN ORATIONE CONTENTI

Eadem additio quae fuit in primo modo orandi seruata, seruabitur et in hoc secundo.

Eadem erit et oratio praeparatoria [1].

Secundus igitur modus orandi est quod quis seu genuflexus seu sedens (prout magis ad hoc vel ad illud erit dispositus, vel prout maiorem deuotionem inuenerit), clausis oculis, vel [fixis] [c] in vnum locum sine aliqua mutatione, dicat Pater noster etc. immorans singulis verbis tanto tempore quanto inuenerit significationes, comparationes, gustus, consolationes in considerationibus ad ipsa pertinentibus. Similiter fiet in aliis orationibus huiusmodi.

Prima regula est quod in oratione Pater noster immorabitur per

---

[a] *Hoc v. omnino supplendum videtur.* — [b] *Sic ms. Legendum forsan* illi *ut est in Ve. et magis congruit cum Aut.* — [c] *Hoc v. omitt. ms.; supplemus ex Ve.*

[1] Ex natura hujus secundi modi et ex *Aut.* facile constat, aliam debere esse orationem praeparatoriam.

horam praedicto modo verbis singulis immorando. Quo facto, dicet Aue Maria, Credo, Anima Christi, Salue Regina [a], vocaliter aut mentaliter.

F4 2.ª regula. Quod si contemplans orationem dominicam inueniet in vno aliquo verbo vel duobus fertilem materiam cogitandi, et consolationem gustandi, non curabit ad caetera transire. Quod si in illis insumpserit horam, tunc quod superest, leget [b] iuxta communem modum.

3.ª In sequenti exercitio modo communi transcurret illud vel illa verba quibus immoratus fuit et reliquis verbis immorabitur modo praescripto.

Prima nota. Aduertendum est, quod finita oratione dominica, vno vel pluribus diebus, idem faciendum est in Aue Maria et aliis orationibus, vt per aliquod tempus semper exercitetur in aliqua earum.

2.ª Finita oratione, conuertat se orans ad eum ad quem fit oratio, et ab eo petat virtutes et dona quibus magis eget.

F4v TERTIUS MODUS ORANDI

Additio et oratio praeparatoria erunt eadem quae in secundo modo orandi.

Tertius modus igitur est, quod qui orat, in singulo anhelitu seu respiratione oret mentaliter tantum dicendo vnicum verbum orationis, ita quod inter vnam respirationem et alteram proferatur solum verbum, et quamdiu durauerit tempus vnius respirationis, praecipue attendatur persona ad quam funditur oratio, vel inferioritas orantis, vel differentia tantae celsitudinis et tantae inferioritatis propriae. Et similiter procedendum ad reliqua orationis verba.

Pater noster, Aue Maria.

Prima regula est quod in alio die et alia hora in qua elegerit orare, dicit Aue Maria secundum modum praedictum: sic et caeteras orationes.

2.ª quod qui exoptat immorari plus temporis in hoc modo orandi, potest dicere omnes supradictas orationes vel partem earum, seruando eundem ordinem respirationis.

F5 ANNOTATIONES ALIQUOT AD HABENDAM ALIQUALEM INTELLIGENTIAM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM; TAM EUM QUI TRADIT EXERCITIA, QUAM ILLUM QUI RECIPIT, ADIUUANTES

Prima annotatio est quod nomine exercitiorum spiritualium intelligitur quiuis modus examinandi conscientiam vel meditandi vel con-

[a] *In ms. seq. iterum* Anima Christi.— [b] *Pro hoc v. Aut. habet* dirá, *quod est* dicet, *ut habet Ve. Forte illud* leget *e germano* lesen *ortum est, dicunt enim v. g.* Messe lesen *quod hispani dicimus* decir misa.

templandi vel orandi, vocaliter seu mentaliter, vel alterius spiritualis operationis, sicut postea dicetur. Sicut enim deambulare, iter agere et currere sunt exercitia quaedam corporalia; ita etiam omnis modus praeparandi et disponendi animam ad expellendos omnes inordinatos affectus, et, eis expulsis, ad quaerendam et inueniendam diuinam voluntatem circa dispositionem proprii status ad salutem animae, dicitur spirituale exercitium.

Secunda est, quod is qui alteri tradit modum et ordinem meditandi vel contemplandi, narret fideliter [historiam] [a] talis meditationis aut contemplationis discurrendo dumtaxat [per] [b] principalia puncta **F5v** breui quadam et compendiosa declaratione adiecta, quia eo qui contemplatur accipiente verum fundamentum historiae, et propria industria discurrente ac ratiocinante, si quid inueniatur quod aperiat historiam vel eam gustari [faciat] [c] (siue id inueniatur ex proprio, siue ex illustratione diuinae gratiae) maiorem habet gustum et fructum spiritualem, quam si is qui tradit exercitia multum declarasset et dictasset [d] sensum historiae. Non enim multa intelligere [satiat] [e] animum, sed sentire et gustare interne ipsas res.

Tertia est, quod cum in omnibus exercitiis spiritualibus vtamur actibus intellectus dum discurrimus, et voluntatis dum afficimur, debemus aduertere quod in actibus voluntatis, dum Deum alloquimur vel sanctos eius, siue id mentaliter siue etiam vocaliter fiat, requiritur ex parte nostra maior reuerentia quam ex intellectus parte.

Quarta sit quod ad sequentia exercitia assignentur quatuor hebdomadae, vt respondeant quatuor partibus, in quas diuiduntur exercitia, quae sunt: prima quidem contemplatio peccatorum; **F6** 2.ª est contemplatio vitae Christi vsque ad dominicam in ramis palmarum; 3.ª est contemplatio Passionis Domini nostri Jesu Christi; 4.ª est contemplatio resurrectionis, cui adduntur tres modi orandi. Licet autem haec ita habeant, non tamen ita accipiuntur quasi quaeuis hebdomada necessario habeat praecise dies octo; quia cum interdum eueniat quod in prima hebdomada quidam sint tardiores ad inueniendum id quod quaerunt; nempe contritionem, lachrymas et dolorem de peccatis suis; et cum aliqui econtra sint diligentiores, et magis exercitati et probati a diuersis spiritibus; expedit aliquando abbreuiare tempus, quandoque protendere. Et ita faciendum est de quatuor hebdomadis sequentibus prolongandis et decurtandis iuxta rerum et subiectae materiae exigentiam. Nihilominus tamen poterimus finire exercitia in 30 diebus, paucis adiectis vel subtractis.

---

[a] *Hoc v. omiss. in ms. supplemus ex Ve.*—[b] *Deest in ms.; supplemus ex Ve.*—[c] *Omiss. in ms. supplemus ex Ve.*—[d] *Sic ms.; videtur scribendum fuisse* dilatasset, *quod est in Ve. et Aut.*—[e] *Deest in ms.; supplemus ex Ve.*

Quinta est, quod ei qui accipit exercitia, **F6v** admodum prodest illa aggredi animo quodam lato et liberali erga Creatorem et Dominum suum, committendo illi omne velle proprium, omnem libertatem, vt diuina maiestas tam de se quam de suis disponat iuxta sanctissimum suum beneplacitum.

Sexta. Qui tradit exercitia, cum aduertit quod is qui exercetur non mouetur spiritualibus motionibus, veluti sunt consolationes vel desolationes, nec agitatur a variis spiritibus, debet eum diligenter interrogare de exercitiis, si ea facit congruis temporibus, et quomodo ea facit. Item etiam de additionibus, si eas debite praestet, exigatque particulariter omnium horum rationem, scilicet consolationum et desolationum et additionum.

Septima. Quod qui tradit exercitia, cum videt eum qui exercetur desolatum et tentatum, tum non agat cum eo dure neque moleste, sed dulciter et suauiter, confortetque eum et exhortetur ad ea quae restant, aperiatque astutias inimici naturae humanae, et hortetur vt se praeparet ad futuram consolationem.

F7 Octaua. Qui tradit exercitia iuxta [necessitatem] [a] illius qui recipit, circa desolationes et astutias inimici, item et circa consolationes, poterit tradere regulas primae et 2.ae hebdomadae ad discernendos spiritus.

Nona. Aduertendum est quod is qui exercetur, cum versatur circa exercitia primae hebdomadae, si non est versatus in rebus spiritualibus, sed tentatur crasse et aperte, veluti cum ei daemon repraesentat impedimenta ad vlterius progrediendum in via Domini, scilicet labores, verecundiam et timorem, ob mundanum timorem [b], ob mundanum honorem; tunc qui tradit exercitia, non declaret regulas discretionis spiritus secundae hebdomadae, quia quantum ei proderunt regulae primae, tantum ei oberunt 2.ae, quum materia subtilior sit et altior quam queat facile intelligere.

Decima est quod quando qui tradit exercitia aduertit recipientem tentari sub speciebus boni, tunc declaret ei regulas 2.ae hebdomadae, **F7v** quia communiter inimicus humanae naturae tentat sub specie boni eum qui versatur in via illuminatiua, quae correspondet exercitiis secundae hebdomadae, et non ita eum qui versatur in via purgatiua, quae correspondet exercitiis primae hebdomadae.

Vndecima. Vtile est ei qui versatur in prima hebdomada, vt nihil eorum sciat quae facturus est in 2.a; sed ita laboret in prima ad obtinendum id quod quaerit, ac si in 2.a nihil boni speret se inuenturum esse.

Duodecima. Quod qui tradit exercitia debet admonere illum qui re-

---

[a] *Sic Ve.*; mentem *ms.*—[b] *Tria vv. praecedent. non sunt in Aut. neque in Ve; videtur error librarii.*

cipit ad hoc quod, cum in quouis quinque exercitiorum quotidianorum debeat permanere vnius horae spacium, ita id faciat, vt eius animus contentus remaneat, dum putat quod per horam integram, vel eo amplius, et non minus perstiterit in exercitio. Quia inimicus non parum curare solet, vt tempus contemplationis minuatur.

Tertiadecima. Aduertendum quod, sicut tempore consolationis facile est manere horam integram **F8** in contemplatione, ita tempore desolationis difficillimum est. Ideo is qui exercetur, vt desolationi repugnet et tentationes vincat, debet permanere plusquam per horam, vt imbibat consuetudinem non solum resistendi, sed etiam prosternendi aduersarium.

Quartadecima est, quod qui tradit exercitia, si videt recipientem consolatum et valde feruidum, debet, eum praemonere ne promissionem aliquam vel votum inconsideratum emittat: et quo magis eum cognouerit esse facile mobilem vel leuem, eo magis eum praemoneat. Quia quamuis alium possit quis iuste ad religionem exhortari, in qua votum paupertatis, castitatis et obedientiae intelligitur [a], et quamuis bonum ex voto factum melius sit magisque meritorium quam sine voto, valde tamen consideranda sunt conditio et subiectum vouentis, et commoda vel impedimenta ad praestandam rem quam vult promittere.

Quintadecima. Tradens exercitia non debet recipientem plus inuitare ad paupertatem vel ad **F8v** eius promissionem, quam ad contrarium statum; nec magis ad hunc viuendi modum quam ad illum. Quia licet extra exercitia licite et meritorie possimus exhortari omnes, qui ad id idonei probabiliter videntur, ad eligendum continentiam vel religionem et omne aliud commodum ad obtinendam perfectionem euangelicam; in exercitiis tamen est conuenientius et melius multo quod, quaerendo diuinam voluntatem, ipsemet Dominus et Creator seipsum communicet sibi deuotae animae, eam acceptando ad suum amorem ac laudem, et disponendo eam via et modo conuenientiori ad hoc quod in futurum possit ei melius seruire. Itaque tradens exercitia non inclinet plus ad vnam partem quam ad aliam, sed in aequilibrio consistens ponat Dominum in tali deliberatione immediate operarium cum sua creatura, et creaturam cum suo Creatore.

Sextadecima. Ad hoc quod Creator operetur in sua creatura, si forte inordinate afficitur animus ad aliquam rem, conuenientissimum est niti totis viribus vt perueniat ad contrarium rei **G1** cui afficitur. Veluti si affectus est ad quaerendum officium aliquod vel beneficium, non ob amorem vel gloriam Domini aut salutem animarum, sed ob propria commoda temporalia, debet instare et vrgere, ut in contrarium afficiatur, orationibus et aliis spiritualibus exercitiis, petendo a Domino contrarium proponendoque se nolle tale officium vel beneficium vel quid-

---

[a] *Ex Aut. supple* fieri, *quod etiam V^e. omitt.*

uis aliud, nisi diuina maiestas ordinauerit prius suos affectus, et mutauerit primum affectum et finem mouentem ad optandum rem talem. Ita quod causa desiderandi vel habendi rem aliquam sit solum obsequium et honor diuinae maiestatis.

Septimadecima. Multum conducit quod tradens exercitia, nolens scire peccata nec petere, informetur fideliter de cogitationibus et agitationibus immissis ab vtroque spiritu. Quia sic iuxta quod magis expedire videbit, poterit ei tradere aliqua exercitia conuenientia necessitatibus animae.

Octauadecima. Secundum dispositionem eorum **G1v** qui exercentur, vel secundum literas eorum, secundum aetatem vel ingenium, debent eis aptari exercitia, ne crasso ingenio et delicatae complexionis tradantur res, quas suauiter ferre non possit, vel quibus non possit proficere.

Secundum etiam quod quis voluerit se disponere, tradantur ei plura vel pauciora prout magis expedierit. Ideo illi qui vult se tantum disponere ad hoc quod instruatur vsque ad certum gradum satisfaciendi animo suo, potest tradi examen particulare et examen generale; et item modus orandi circa praecepta et peccata mortalia, quod fiet mane per dimidium horae; poteritque exhortari ad confessionem peccatorum octauo quoque die faciendam; et si potest, ad communicandum quintodecimo quoque vel, si magis afficiatur, octauo quoque. Iste est modus conueniens rudibus et illiteratis, quibus declarabuntur praecepta Dei et Ecclesiae et peccata 7 mortalia, et quinque sensus et opera misericordiae.

Occupato in rebus publicis seu in aliis ne-**G2** gociis necessariis, siue literatus sit siue ingeniosus, accipienti horam cum dimidia [a] ad exercitia faciunda, praemisso prius fine ad quem homo conditus est, potest etiam tradi per dimidiatam examen particulare et post illud generale.

Nota, quod ei qui pro viribus expeditus est et pro viribus optat proficere, tradantur omnia exercitia spiritualia ordine suo, in quibus via ordinaria eo plus proficiet quis, quo plus segregauerit se ab omnibus amicis et notis et ab omni [sollicitudine] [b] terrena; quod fit relinquendo pristinam domum et aliam vel aliud cubiculum accipiendo, in quo possit secretius habitare, ita quod sit ei liberum quotidie ire ad missam, ad vesperas sine hoc quod timeat impedimenta. Ex hac segregatione sequuntur tria potissimum commoda inter alia.

Primum est quod ita separando se ab amicis et negociis non bene ordinatis, ut melius seruiat Deo, non parum mereatur coram diuina maiestate.

---

[a] *Sic Ve., id quod congruit cum Aut. et Vu.;* horarum dimidia *ms. Cf. supra, pp. 244, 245.*—[b] *Sic Ve., quod cohaeret cum Aut.;* societate *ms.*

G2v 2.m est quod ita separatus nec habens intellectum in plura diuisum, sed apponens omnem curam circa Dei gloriam et animae suae salutem, melius vtitur suis naturalibus potentiis ad liberius et diligentius quaerendum quod optat.

3.m est quia animus quo magis est separatus et solus, eo est aptior vt Deo Creatori suo appropinquet; et quo magis appropinquat, eo magis disponitur ad recipiendum gratias et dona Spiritus Sancti a diuina et summa bonitate.

SEQUUNTUR ALIQUOT REGULAE AD DISCERNENDOS VARIOS SPIRITUS ANIMAM AGITANTES, AD HOC UT BONI RECIPIANTUR, MALI VERO EXPELLANTUR. QUAE QUIDEM MAGIS PROPRIAE SUNT PRIMAE HEBDOMADAE [1]

Prima regula est quod his qui occalluerunt et habituati sunt in peccatis, ita vt ex vno peccato mortali in aliud corruant, solet communiter proponere Satanas voluptates et delectationes sensus ante illorum imaginationem, quo magis **G3** confirmentur et obstinatiores euadant. Contrario modo solet in iis agere bonus spiritus. Pungit enim illos per remorsum conscientiae a synderesi rationis causatum, et continuo stimulat.

Secunda est, quod in his qui diligenter et cum feruore progrediuntur ad plenam suorum peccatorum purificationem, ac in Dei seruitio quotidie proficiunt, ascendendo de virtute in virtutem, euenit contrarium eius quod in prima regula dictum est; quia tunc consueuit maxime impedimentis conscientiae multis omnem profectum obstruere, et tandem falsis et apparentibus rationibus mentis tranquillitatem depellere, ne ad plenum virtutum progressum pertingere valeant. Contrario modo tum bonus spiritus solet vires suggerere, animos facere, fortitudines subministrare, consolationes, lachrymas, inspirationes et animae quietem suppeditare, omnia impedimenta et obstacula leuigando et praecidendo, quo in bene coeptis prospere ac **G3v** feliciter progrediatur.

3.a est, quae continet consolationes spirituales. Voco autem consolationem omnem motum animae internum, per quem anima accenditur in Dei et Conditoris sui igneo amore: quando etiam nihil creatum in se diligere valemus, sed quicquid id sit, in Deo omnium illorum autore, diligimus. Item quando talis motus excitat lachrymas egredientes ob Dei amorem, vel ob suorum peccatorum deplorandam memoriam, vel ob memoriam acerbissimae passionis dominicae, vel ob quamcunque aliam rem in Dei laudem et reuerentiam rite ordinatam. Voco tandem consolationem, omnem profectum et augmentum in fide, spe et charitate et gaudio interiori, quod impellit et excitat ad celestia et aeterna

[1] Nonnulla sunt in his regulis paulo uberius declarata quam in *Aut.*

et ad propriam salutem, ad pacem et concordiam omnem erga Creatorem suum.

4.ta continet desolationes. Est autem desolatio contrarium omnino consolationis iam declaratae; puta, mentis caecitas, perturbatio animae, motus ad infima et terrena, inquietudo ex diuersis impulsibus et agitationibus oborta, modo sollicitans ad diffidentiam, modo ad torporem **G4** et tepiditatem, modo ad tristitiam, quasi volens separare animam a Conditore suo. Sicut enim consolatio opposita est et contraria desolationi, ita etiam eodem modo cogitatus, qui oriuntur ex ea, contrarii sunt prorsus iis, qui a desolatione progrediuntur.

5.ta Tempore desolationis et siccitatis non oportet aliquo modo mutationem facere, sed decet firmo et infracto animo esse in eo proposito et deliberatione, in qua prius erat, in praecedenti consolatione, vel in qua prius erat firmatus. Quia sicut bonus spiritus dirigit nos ac docet in consolatione, ita in desolatione spiritus malignus insidiosis et fraudulentis consiliis agit, vt delusi nequeamus viam rectam percipere.

6.ta Quamuis tempore desolationis non debeamus vllo modo prioris propositi mutationem facere, non tamen parum confert sancta et constans mutatio contra desolationem ipsam; sicut vehementius instare orationi et meditationi, diligentius examinare conscientiam, protrahere et congeminare conuenienti aliquo modo poenitentiam.

G4v 7.ma Quando quis permanet in desolatione, debet considerare quod Dominus ei ad tempus se absconderit, derclinquens eum sibi ipsi eiusque viribus naturalibus ad probationem, vt addiscat resistere et contradicere agitationibus et tentationibus Sathanae, cum auxilio Dei, quod quidem non est simul subtractum, quamuis clare et aperte non possit illud cognoscere, eo quod Dominus tantum subtraxit donum illud feruoris et vehementis amoris accensi: relinquit tamen gratiam sufficientem, qua quis potest ad salutem aeternam pertingere [1].

8.ua Desolatus laboret totis viribus possidere animam suam in patientia, quae contraria est omnibus vexationibus ingruentibus. Consideret etiam consolationem cito affuturam, si modo contendat diligenter contra desolationes, sicut est dictum in 4.ta [a] regula.

9.a Propter tria maxime incidimus in desolationem. Primo quia tepidi et negligentes sumus in nostris operationibus et exercitiis spiritualibus, propter quod solet Dominus spirituales deserere consolationes **G5** et nobis longe fieri. Secundo vt probemur et noti fiamus nobisipsis quantum ex nobis simus, et quantum sine vllo [b] stipendio consolationis et gratiae in Dei seruitium et laudem nosipsos extendimus. 3.o vt plene intelligamus et interius experiamur, quod non est nostrum

---

[a] *Sic pro* sexta. *Vide Aut. hoc loco emendatum manu S. Ignatii.*— [b] *Aut.* sin tanto, *i. e. sine tam magno;* sine ullo *Ve.*

---

[1] V. supra, not. 2, pag. 518.

habere vel habitam [a] retinere deuotionem hanc et amorem feruentem, lachrymas vel aliquam consolationem spiritus, quia haec omnia donum sunt liberalitatis diuinae. Et vt etiam in nulla re aliena quiescamus, exaltando intellectum in superbiam et vanam gloriam, et asscribendo nobisipsis deuotionem et consolationem.

10. Consolatus consideret desolationem imminentem sibi, et ex tunc incipiat muniri armis constantiae, fortitudinis et patientiae contra illam.

11. Consolatus laboret in humiliando seipsum ac deprimendo: considerans quam parum potest in tempore desolationis, priuatus gratia illa consolationis, quia tunc afficitur contrario modo. Desolatus **G5v** consideret quam multum potest cum Dei gratia, ad resistendum omnibus hostibus quando in suo Conditore roboratur.

12. Satanas tentator non aliter est debilis per uim et fortis sponte ac mulier. Sicut enim naturale est et proprium sexui muliebri, quando contendit et rixatur cum viro, debilitari ac fugere, si vir in faciem ei resistat: et e contrario, si vir debilitetur et fugiat, solet tum [b] mulier cum magna ira et vehementi ferocitate in illum insurgere: sic et non aliter, proprium est Satanae debilitari ac fugere, quando is qui exercitatur in rebus spiritualibus insurgit vehementer contra tentationes hostis, opponendo se illi per diametrum. Ideo Paulus ait: Resistite diabolo et fugiet a vobis [1]. Contrario modo, si is qui exercitatur incipiat timere ac cadere ab animi constantia et a patientia perferendarum imo et prosternendarum tentationum, non est bestia super faciem terrae adeo efferata, ac est Satan hostis capitalis humani generis. Tunc enim prosequitur sua malignissima intentione ac damnata **G6** malitia omnes peruertere. Iccirco recte dixit Job de illo: Non est potestas super terram, quae comparetur illi [2].

13. Satanas, iuxta similitudinem amantis puellam aliquam, non vult vllo modo manifestari et venire in publicum. Sicut enim iuuenis vanitatis studiosus venenis lasciuiae alliciens puellam aliquam honorati viri filiam aut fidelis alicuius vxorem, vult ac desiderat quod sua verba et suasiones lateant et non manifestentur; et contrarium summe illi displicet, si videlicet filia propalaret patri vel vxor viro vana illius verba et intentionem, quia facile intelligit quod sic non poterit ad optatum finem peruenire: sic etiam non aliter diabolus ingerens inuisae sibi humanae naturae, verba astutiae et suasiones fraudulentas, vult ac desiderat ita tegi vt lateant. Verum quando manifestantur confessori vel alteri personae in spiritualibus versatae, habenti peritiam astutiarum et fraudum

---

[a] *Sic Ve.; idque exigit Aut.*; habitum *ms.*—[b] eum *ms., quod perperam scriptum videtur pro* tum *vel* tunc.

---

[1] Locus est JAC., I, 7, quod jam observavit *Po.* in *Ve.* Cf. supra, p. 525, not. a.

[2] JOB, XLI, 24.

daemonis, multum illi displicet, quia colligit quod non poterit **G6v** ad optatam metam suae malitiae pertingere, cum semel sint sui laquei et astus declarati.

14. Idem Satan iuxta similitudinem alicuius principis belli volentis expugnare aliquod castrum ad vastandum et diripiendum, se habet. Sicut enim dux alicuius exercitus expugnaturus castrum, considerat repugnantiam, vires ac dispositiones castri, vt per minus munitam partem et minus fortem aggrediatur; ita prorsus humanae naturae hostis aggrediens nos, considerat omnem nostram virtutem et theologalem et moralem. Et vbi videt nos debiliores ac minus fortes ad vitae aeternae salutem acquirendam, illinc nos aggreditur vt expugnet.

G7 QUAEDAM REGULAE AD DISCERNENDUM SPIRITUS, QUAE SERUIUNT MAGIS 2.ae HEBDOMADAE

Prima. Proprium est pientissimi Dei et sanctorum angelorum in suis motionibus conferre veram laetitiam et gaudium spiritus, subtrahere omnem tristitiam et perturbationem, quas solet Satan ingerere. Daemonis autem proprium est agere contra talem laetitiam et consolationem Spiritus Sancti, repraesentando rationes apparentes et subtiles ac difficiles.

2.a Solius Dei est conferre consolationem animo absque aliqua causa praecedenti. Quia proprium est Conditoris ingredi et egredi et mouere animum illumque fouere amore suae sanctae maiestatis. Dico absque aliqua causa vel [a] sine aliquo praeuio sensu vel cogitatione alicuius obiecti, propter quam cognitionem veniat ad nos diuina consolatio mediis actibus intellectus et voluntatis.

3.a Ex causa praecedente potest tam bonus quam malus angelus consolationem conferre, diuersos tamen ob fines. Bonus quidem angelus ad profectum animae, vt progrediatur cotidie in melius **G7v** ascendendo de virtute in virtutem. Malignus autem angelus opposito modo, vt adducat animam ad suam sinistram intentionem.

4.ta Proprium est maligni angeli transformare se in angelum lucis, illabi in animam deuotam, finire tamen in seipso, vel [b] adducere cogitatus bonos ac sanctos, quos anima deuota desiderat. Postea tamen paulatim conatur egredi perducendo cautissime animam ad suas fallacias palliatas ac sinistras intentiones.

5.ta Debemus diligenter aduertere discursum cogitationum nostrarum. Et quidem, si et principium et medium cum fine sanctum sit et ad sanctitatem tendens, signum est boni spiritus. Verum, si discursus cogitationum, quae ingeruntur nobis, terminatur in aliqua re mala vel dis-

---

[a] *Pro* vel *habet* id est *Ve.: nihil vero Aut.*—[b] *Pro* vel *habet* et *Ve.:* es a saber, *Aut., quod respondet latino* id est.

tractiua vel minus bona, quam esset illa quam animus [a] proposuerat facere, vel debilitat, vel inquietat et perturbat subtrahendo pacem, tranquillitatem et quietem de medio, quam antea habebat, signum est procedere **G8** a maligno spiritu inuidente nostro profectui et saluti.

6.ta Quando hostis humanae naturae fuerit nobis deprehensus et cognitus e cauda sua serpentina et sinistro fine quem inducebat, confert non modicum ei qui fuit ab eo tentatus, considerare discursum cogitationum quas inducebat, et illarum principium, et qualiter paulatim laborauit deprimere illum et frustrari suauitate et gaudio Spiritus Sancti, quo ante reficiebatur, vt perduceret illum ad prauam intentionem; quatenus experientia considerata et cognita inseruiat nobis in posterum ad vitandum suos solitos astus.

7.ma Eorum qui progrediuntur de bono in melius animos, solet angelus bonus tangere dulciter et suauiter, non aliter quam aqua descendens super spongiam. Sinister autem tangit cum strepitu et inquietudine et acriter, vt aqua cadens in lapidem. Eorum autem animos qui progrediuntur de malo in peius, tangunt praedicti spiritus contrario modo. Cuius rei ratio est non alia quam **G8v** [quod] [b] vel animae dispositio contraria vel similis inuenitur praedictis spiritibus. Quia quando contraria tanguntur, sonitu et strepitu percipiuntur. Quando vero similima, tacite et cum silentio fit influxus, sicut si quis apertis ianuis in domum propriam ingrediatur.

8.ua Licet consolatio non habeat aliquam causam, licet in illa non possit esse aliqua illusio, cum sit a solo Deo, veritate summa, sicut praetactum est; verum persona spiritualis, cui Deus confert talem consolationem, debet vigilanter et attente considerare ac discernere proprium tempus actualis consolationis consequens, in quo animus permanet feruidus, deuotus et ex praecedentis consolationis fauore et reliquiis dilatatus [1], quia saepe in hoc secundo tempore solet vel proprio marte et discursu habituum et consequentiarum, vel a malo agitatus, formare diuersas sententias et intentiones, quae non sunt immediate illatae a Deo. Quapropter egent maturo et frequenti examine antequam credantur, aut executioni mandentur.

H1 REGVLAE OBSERVANDAE IN DISTRIBVTIONE ELEEMOSYNARVM

Prima est. Si dispensatio fiat in parentes, notos ac amicos, vel in quosuis alios quibus ego sum affectus, attendendum est circa quatuor iam praedicta in materia electionum. Primum est quod amor ille im-

---

[a] *Sic Ve.;* animae *ms. Cf. Ve., supra, p. 533, not. a.*—[b] *Hoc v. omiss. in ms. sumimus ex Ve.*

---

[1] Haec clariora sunt in *Aut., Vu.* et *Ro.* Hic nempe obscure exprimuntur duo tempora discernenda: tempus actualis consolationis et proxime sequens. V. supra, pp. 534-535.

pellens me ad erogandum elecmosynam illam, descendat desursum ex amore Dei, ita quod prius sentiam, amorem illum et affectum illum, quem gero ad illos, esse maxime propter Deum Deique gloriam manifestandam.

2.ª Considerabo hominem ignotum omnino antea mihi, cuius ego plenum in spiritu profectum desiderarem in eo statu vitae quem haberet. Considerabo etiam quod sicut ego desiderarem quod ille distribueret ac dispensaret suas facultates ad maiorem Dei omnipotentis gloriam et ad sui ipsius perfectionem; ita ego laborabo facere, seruando pro me ipso, quod pro aliis iudico expedientius esse.

3.ª Considerabo meipsum morti proximum, et quam **H1v** tunc vellem seruasse regulam et formam dispensandi et administrandi facultates, eandem nunc enitar seruare.

4.ta Considerabo meipsum iudicio finali praesentem, et cogitabo prudenter quomodo tunc voluissem dispensasse et ministerium hoc implevisse; ac iuxta id quod tunc perfectius et expedientius iudicarem, id modo facere contendam.

5.ta Quando quis sentit se affectu aliquo duci in alios in quos erogare vult aliquid, immoretur et secum prius diligenter ruminet quatuor regulas praemissas, probando affectum suum ad illas, neque prius eleemosynam largiatur, quam senserit in hac parte affectum totum illum inordinatum expulsum esse.

6.ta Quanquam non sit vllum peccatum bona Domini Dei ad ministrandum aliis accipere, quando quis a Deo nostro est ad hoc vocatus; verum in quantitate eorum quae assumi debent, et in quantitate quam sibi applicare debet, ex iis quae accipit ad dispensandum aliorum nomine, potest oriri dubium **H2** culpae et excessus. Quare potest reformari in suo vitae statu, proponendo sibi ante oculos quatuor regulas praedictas et ad illas se examinando.

7.ma Ob rationes praedictas et multo plures alias, melius est ac securius in his quae tam ad seipsum quam ad familiam suam attinent, quantum potest sibi subtrahere et diminuere, et quantum potest proximum fieri nostro summo pontifici Christo Jesu, exemplari et speculo totius vitae nostrae. Iuxta quam doctrinam Concilium Carthaginense tertium, cui interfuit Pater Augustinus [1], definit ac praecipit, supellectilem episcopi vilem esse ac pauperem. Idem debet considerari in aliis viuendi sortibus, cum ratione tamen et iudicio, iuxta quod fuerit status eorum qui hoc debent facere. Sicut hi qui matrimonio iuncti sunt, habent exemplar et exemplum Sancti Joachim et Sanctae Annae, qui partiebantur omnem substantiam suam in tres partes: et primam erogabant in pauperes, secundam dispensabant pro seruitio et ministerio templi; tertiam retinebant ad suiipsorum et familiae suae sustentationem.

---

[1] V. supra, p. 542, not. 1.

H2v AD DISCERNENDUM SCRUPULOS ET SATANAE SUGGESTIONES, QUAE SEQUUNTUR ANNOTATIONES

Prima nota est quod communiter vulgus vocat scrupulum illud scilicet dubium, quod oritur ex proprio nostro iudicio et libere: vt quando ego libere reputo peccatum quod non est. Sicut si alicui eueniret conculcare crucem aliquam ex straminibus in via, ac ideo reputare ex proprio iudicio se peccasse. Et est proprie iudicium erroneum, non autem proprie scrupulus.

2.ª Postquam conculcaui illam crucem, vel postquam cogitaui vel dixi vel egi aliquam rem huiusmodi, superuenit deforis cogitatio quod peccauerim; sentió tamen perturbationem, quia ex parte dubito et ex parte non dubito. Hic demum est proprie scrupulus et suggestio quam ingerit Satanas.

3.ª Primus ille scrupulus improprie dictus, est valde detestandus, quia est plenus erroris. Secundus autem, de quo in secunda nota egimus, per aliquod temporis spacium non parum confert homini, qui omnino dedicauit se spiritualibus exercitiis, **H3** quia miro modo purgat ac mundat animum, abstrahendò illum ab omni apparentia peccati, iuxta illud Gregorii: Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere vbi culpa non est.

4.ta Satanas diligenter explorat qualitates animae, quam tentare cupit, si videlicet sit delicatae an grossae conscientiae. Et si quidem inuenit animum delicatae conscientiae, nititur multo magis illum delicatiorem reddere, perducendo ad extremum, quo magis perturbet illum et inquietet. Verbi gratia: si videt hominem nullo modo dantem consensum peccato mortali, neque veniali neque vlli alteri rei, quae habet speciem peccati, tunc Satanas laborat, vt, quando non potest illum inducere in rem peccati faciem gerentem [a], quod saltem formet falsum iudicium quod sibi peccatum sit, vbi peccatum non est, sicut in aliquo verbo vel cogitatione animae minima. Si autem animus sit grossioris conscientiae, Satanas laborat illum grossiorem reddere. Verbi gratia: si non curabat peccata venialia, inducit vt nec mortalia multum curet; et si aliquo modo **H3v** antea illa ponderabat, vt iam nullo modo vel minus ponderet.

5.ta Anima desiderans facere fructum in vita spirituali, semper debet contrario modo progredi ac Satanas. Verbi gratia: si Satanas laborat in reddendo conscientiam grossiorem, debet homo laborare, vt delicatiorem eam reddat in dies. Similiter si Satanas tentat extenuare et indecenti extremoque modo delicatam reddere, animus laboret consolidari in medio, vt omnino quiescat.

6.ta Quando deuoto animo volenti loqui vel operari aliquid intra

---

a *Sic Ve.*; gerentis *ms.*

Ecclesiam et intra intelligentiam maiorum nostrorum, quod sit ad gloriam Dei, superuenit cogitatio vel suggestio deforis, impediens ne loquatur vel ne operetur rem praecogitatam, ingerens apparentes rationes vanae gloriae vel alterius cuiuscunque rei; debet tunc, eleuato intellectu in Creatorem et Dominum, considerare quod si sit eius debitum seruitium vel ad minus si non sit contra, debet, inquam, contradicere illi cogitationi et per diametrum iuxta Bernardum eidem respondere: Nec propter te incepi, nec propter te finiam.

H4 AD VERE SENTIENDUM IN ECCLESIA MILITANTI, SICUT OPORTET, SERUENTUR REGULAE SEQUENTES

Prima est. Deposito proprio iudicio nostro debemus esse prompto paratoque animo ad obediendum in omnibus Jesu Christi Domini nostri sponsae, sanctae matri nostrae Ecclesiae catholicae.

2.ª Debemus laudare confessionem, eam quae fit in aurem sacerdotis. Et receptionem sancti sacramenti eucharistiae semel in anno. Et si fit frequentior, vt semel quolibet mense, est laudabilior. Si fiat singulis quibusque octo diebus, seruatis semper debitis et requisitis conditionibus, multo adhuc laudabilior est.

3.ª Debemus laudare quod quis intersit sacrificiis missarum frequenter, et audiat cantus, psalmos, longas orationes, quae sint intra et extra ecclesiam. Laudare etiam tenemur horas constitutas et praescripta tempora ad diuinum officium et horas canonicas rite peragendum.

4.ta Laudare debemus religiones, virginitatem, continentiam. Et matrimonium non vsque adeo laudandum est, vt aliquod praecedentium.

H4v 5.ta Laudare debemus [vota] [a], quae emittuntur in religionibus, obedientiae, paupertatis, castitatis, et aliarum rerum supererogationes, quae conducunt ad perfectionem. Est autem hic aduertendum, quod cum votum sit circa ea quae pertinent ad perfectionem euangelicam, in his quae longe sunt ab illa, non debet fieri votum, sicut de hoc quod ero mercator vel vxoratus.

6.ta Laudare debemus reliquias sanctorum, venerationem illarum et inuocationes eorum et visitationes templorum ob gratiam obtinendae indulgentiae, peregrinationes [b], indulgentias, iubileos [c], candelas in ecclesiis accensas.

7.ma Laudare debemus constitutiones circa ieiunia et abstinentias: vt ieiunium quadragesimale, et quatuor temporum et vigiliarum. Et abstinentiam a carnibus in die veneris et sabbati. Item poenitentias, non tantum internas, sed et externas.

---

[a] *Hoc v. omiss. in ms. supplemus ex Ve.*— [b] *Sic Ve.;* peregrinationis *ms.*— [c] *Sic etiam Ve.*

8.[a] Laudare debemus ornamenta et aedificia ecclesiarum. Item imaginum vsum, quas etiam debemus venerari, iuxta sanctum, quem repraesentant.

H5 9.[a] Laudare tandem tenemur omnia praecepta ecclesiastica [a], cum animo prompto et parato ad inquirendum et inuestigandum rationem in eius et suorum praeceptorum defensionem, et nullo modo in eius contemptum vel impugnationem.

10. Debemus esse paratiores ad defendendum et laudandum tam praecepta et statuta maiorum, quam eorum mores. Quia licet ex parte in quibusdam nec sint talia praecepta, nec tales mores, loqui tamen contra illos vel publice praedicando vel particulariter conueniendo et colloquendo ad populum ignorantem, generaret magis murmurationes et scandala quam fructum: et ita prouocaretur et irritaretur populus contra maiores, siue temporales, siue spirituales. Itaque, sicut nocet male loqui de maioribus ad populum in eorum absentia, ita potest fructum facere loqui de malis illorum moribus iisdem ipsis, qui possunt morbo illi succurrere, si velint.

11 [a]. Laudanda est doctrina scholastica et positiua. **H5v** Quia sicut est magis proprium doctorum positiuorum, vt Augustini, Hieronymi, Gregorii et similium, affectus exercere, vt super omnia Deum diligant et illi seruiant: ita doctorum scholasticorum, vt diui Thomae, Bonauenturae, Magistri Sententiarum, etc., magis proprium est definire res necessarias ad salutem aeternam et impugnare et propalare omnem falsitatem et enormem doctrinam cum suis fallaciis quibus tegitur. Quia doctores scholastici cum sint magis moderni [b], non solum muniuntur ex vera intelligentia Sacrae Scripturae et positiuorum doctorum doctrina, verum etiam ipsimet illuminati et illustrati virtute diuina vtuntur conciliis, constitutionibus et canonibus sanctae matris Ecclesiae.

12. Debemus attendere ne faciamus comparationes neue conferamus eos qui inter viuos nunc hic agunt, cum beatis vita defunctis. Quia non paruus error committitur dicendo: Hic est doctior Augustino; iste est alter Franciscus vel plus quam Franciscus; est alter D. Paulus in sanctitate et bonitate.

H6 13. Debemus super omnia hoc seruare, vt recte sapiamus, quod id quod ego album video, credam esse nigrum, si Ecclesia ita definierit hierarchica. Cum credamus quod in Christo Domino et sancta Ecclesia resideat idem Spiritus, qui nos docet et dirigit in salutem animarum nostrarum. Quia per eundem Spiritum ac Dominum, qui dedit decem praecepta, regitur et gubernatur sancta Ecclesia.

14. [1] Aduertendum quoque est, etiam si plane compertum defini-

[a] *Sic etiam Ve.; melius tamen diceretur* Ecclesiae, *quia sequitur* in ejus et suorum praeceptorum defensionem; Ecclesiae *Aut. et Vu.*—[b] *Post hoc v. alia manus incipit, quae scribere pergit usque ad finem Exercitiorum* (DEBUCHY).

[1] V. *Proleg.*, pp. 154-158.

tumque esset nemini contingere salutem nisi praedestinato: circumspecte tamen super hoc loquendum esse, ne forte gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii vires et operum bonorum merita excludere velle videamur, vel e conuerso, ne plus aequo hisce tribuentes, illis interim derogemus.

15. Similem ob causam frequens sermo de praedestinatione habendus non est; sique incidat nonnunquam, ita temperari decet, vt nulla plebi [a] audienti detur occasio erroris ac dicendi: Si de salute mea vel damnatione iam definitum est, siue malum siue bonum agam, aliter euenire non potest.

16. Accidit etiam non raro, vt ex immodica fidei praedicatione et laude, adiecta distinctione aut explicatione nulla, ansam **H6v** accipiat populus torpescendi circa bona quaelibet opera, quae fidem praeeunt aut sequuntur charitatis nexu efformatam.

17. Neque itidem praedicandae et inculcandae gratiae Dei vsque adeo insistendum fuerit, vt serpere inde possit auditorum animis lethalis error, negata liberi arbitrii nostri facultate. De gratia ergo ipsa diffuse quidem loqui fas est, Deo aspirante; sed quatenus in gloriam eius vberiorem redundat; idque iuxta modum conuenientem, nostris praesertim temporibus tam periculosis, ne et liberi arbitrii vsus et operum bonorum efficatia tollatur.

18. Quamuis summe laudabile sit atque vtile ex dilectione pura inseruire Deo; nihilominus tamen valde commendandus est maiestatis diuinae timor. Neque porro is timor solum, quem filialem appellamus, qui pius est ac sanctus maxime; verum etiam alter seruilis dictus, quippe qui homini vtilis est admodum et saepenumero necessarius, vt a mortali peccato, **H7** quando incidere contingit, resurgere prompte studeamus; a quo dum erimus immunes atque alieni, facilis patebit ascensus ad timorem illum filialem Deo penitus acceptum, qui nobis cum ipso Deo vnionem amoris praestat et conseruat.

FINIS

---

[a] *Sic Vu.;* plebei *ms.*

II

EXEMPLAR LATINUM EXERCITIORUM

IN COD. VATICANO, REGINA LAT. 2.004

24 PRAECEPTA VTILIA IIS,

QUI [a] SPIRITUALIUM MEDITATIONUM STADIUM INGRESSURI [b] SINT [1]

Primo debemus ingredi ad laudem Domini, seu spiritualia exercitia magno et liberali animo [incipere] [c], ita quod omnia nostra tam [d] interiora quam exteriora, *memoriam*, *intellectum*, *voluntatem et affectum*, *totam denique animam et corpus ac membra ipsius omnia*, *et alia bona* dimittamus in manibus eius; ut ipse disponat tam de me quam de omnibus meis ad suam beneplacitam voluntatem, absque velle, absque nolle proprio [2].

Secundo: homo est creatus ad laudem Domini et ad salutem animae suae. Item omnia quaecumque creata sunt super faciem terrae, sunt creata propter hominem, ut ipse laudet Deum, et saluet seipsum. Ex iis sequitur, quod homo tantum debet accipere de huiusmodi rebus creatis, quantum poterit [ipsum] [e] iuuare ad laudem Domini et ad salutem animae suae; et tantum debet ea repellere, quantum sibi noceant ad eiusmodi finem. Ex quibus manifestum est, quod nos debemus esse indifferentes circa ista creata; verbi gratia, vt ego absolute nec secundum quid debeo velle magis *prospera quam aduersa*, *quietem et ocium quam negocia et labores*, paupertatem quam diuitias aut contra; honores quam opprobria, vitam longam quam breuem, *sanitatem quam morbum*, *vitam quam mortem* et econtra, nisi in quantum iudicauero hoc vel illud esse mihi melius ad laudem Domini et ad salutem animae meae, absque affectione aliqua carnali aut sensuali.

Tertio: quacumque propositione prolata habente sensus diuersos, semper debeo habere animum meum magis paratum ad saluandam *illam* quam ad condemnandam. Et quando non potero saluare, petam ab eo, quomodo intelligat; tandem si ille male intelligat, *sentiat et deteriorem*

---

[a] *Prius* quia.—[b] *Prius* ingressuris *vel* ingressurus.—[c] *Hoc verbum aut simile aliquod ipsa sententia exigit.*—[d] *Sequitur* ex *oblitt.*—[e] *Suppletum ex Fa.*

---

[1] Vide descriptionem codicis, supra, p. 207.

[2] Haec est annotatio quinta ex viginti primis.

partem sustineat, post aliquas interrogationes corrigam eum; et si noluerit corrigi, quaeram omnia media honesta et possibilia ad saluandam huiusmodi animam et ad deponendum huiusmodi errorem ab eo [1].

24v EXAMEN VNIVERSALE

Sunt in me tres cogitationes: prima quidem propria egrediens ex libero arbitrio et voluntate tamquam ab intus ad foras; aliae duae egrediuntur a foris ad intus, idest a bono [a] et malo angelo ad me.

Duplex meritum: primum quando, veniente [b] aliqua cogitatione [c] praua, repello eam statim absque aliqua morula. Secundum quando post magnam pugnam tandem eam repello. Et hoc 2.[m] est maius meritum.

Peccatum veniale efficitur, quando facio aliquam morulam in illa prava cogitatione, vbi notatur aliqua negligentia vel delectatio sensualitatis.

Peccamus dupliciter mortaliter: primo, consensu, scilicet, si ego possem, ego facerem; vel si potero, faciam; secundo, quando ponitur in actu, et *sic* efficitur maius ratione temporis, *quia diutius continuatur actus;* ratione intensionis circa obiectum; et ratione damni vtriusque, *mei videlicet et alterius, cui fit iniuria, damnum, aut opprobrium. Nam ego semper postea ero in maiori periculo peccandi et procliuior ad committendum idem scelus. Et proximus leditur vel in bonis vel in vxore. Item ratione scandali et mali exempli.*

DE VERBO

Non possumus *licite* iurare per Creatorem nec per creaturam, nisi cum veritate, necessitate, *quae non est in quavis re leui, sed quoties agitur de salute animae cuiuspiam* [2], et reuerentia [d]. Et licet sit maius peccatum iurare *male et inordinate* per Creatorem quam per creaturam; tamen difficilius est iurare debite per creaturam quam per Creatorem; quia nomen ipsius Dei nos magis ducit ad reuerentiam quam nomen creaturae. Vnde magis conceditur perfectis iurare per creaturam quam imperfectis; etiam ut non ueniant ad aliquam idololatriam ipsi imperfecti. Nam [e] perfecti per assuefactionem contemplantur Creatorem esse in creaturis secundum essentiam, praesentiam et potentiam.

---

a *Prius* bona.—b *Prius* veniens.— c *Prius* cogitatio.—d *In marg.:* Hiere. Jurabis, dicit Dominus, in veritate et iustitia ac iudicio, id est, discretione, vt nec temere nec irreuerenter iuretur. *Vulgata versio Sacrae Scripturae nunc habet:* «Jurabis: vivit Dominus in veritate, et in judicio et in justitia» (JER., IV, 2).—e *Sequitur* ipsi *oblitt.*

---

1 Reperies haec in *Aut.* aliisque exemplaribus ante principium et fundamentum.

2 Quae hic de necessitate adduntur, manca sunt et rigida. Cf. *Aut.*, supra, p. 262.

Ociose loqui est quando nec sibi nec alteri prodest, nec ad talem intentionem ordinantur verba.

Perniciose loqui intelligitur satis per hanc regulam, id est, si ego aperio aliquod peccatum mortale coopertum, pecco mortaliter; si veniale, venialiter; si defectum, sum defectuosus. Tamen ad adiuuandum proximum motus charitate potero aperire tale peccatum alicui alteri, dum ego habeam coniecturas et rationes probabiles, quod ille talis poterit prodesse et non obesse existenti in peccato.

Mendacium jocosum, officiosum, perniciosum.

25 DE OPERIBUS

Circa opera oportet respicere treis lineas: per primam intelligo decem mandata; per secundam praecepta Ecclesiae; per tertiam commendationes seu exhortationes maiorum. Igitur quicquid fecero secundum magis aut minus contra [a] ista, ita et consequenter magis vel minus peccabo.

Omissio.

MODUS EXAMINANDI CONSCIENTIAM

Primum: agere gratias Deo pro beneficiis receptis.

Secundum: petere gratiam a Deo ad cognoscenda peccata et repellenda.

3, petere rationem ab anima, ab ipsa hora in qua surrexeras [b], de hora in horam, usque ad horam praesentis examinis; et primo de cogitatione, deinde de locutione, postremo de opere. *Aut de tota vita, ab aetate in aetatem ascendendo, usque ad praesentem diem. Vide primum punctum secundi exercitii.*

4, petere veniam.

5, proponere emendationem vitae; et semel Pater noster.

Hoc examen fiet semel post prandium et semel post coenam.

PRIMUM EXERCITIUM

Est meditatio trium animae uirium circa primum et secundum et tertium peccatum; et continet vltra orationem praeparatoriam, duo praeludia, tria praecipua puncta, cum vno colloquio.

Oratio praeparatoria

In oratione praeparatoria petenda est gratia a Domino ad hoc, ut omnes meae intentiones et actiones pure ordinentur in obsequium et laudem diuinae maiestatis eius.

---

[a] *Sic Vex* circa *ms.*—[b] *Prius* surrexerat.

Primum praeludium est compositio circa locum; ubi est annotandum quod in contemplatione vel meditatione uisibili, sicuti est contemplatio Christi Domini nostri, qui visibilis est, compositio erit videre oculo imaginationis locum corporeum, in quo res contemplanda est, sicut templum vel mons ubi Christus Dominus manebat. In inuisibili autem, sicuti est contemplatio peccatorum, compositio erit videre oculo imaginationis, animam corpori corruptibili tanquam carceri inclusam, et totum compositum ex anima et corpore in hac valle miseriae inter bruta animalia exul.

Secundum praeludium est petere a Domino Deo nostro; et petitio debet congruere subiectae materiae, hoc est, si contemplatio est de resurrectione, oportet petere gaudium cum Christo ploeno gaudio; si est de passione, oportet petere lachrymas, poenam et afflictiones cum Christo afflicto; hic autem petenda est verecundia et confusio **25v** mei ipsius, considerans quam multi damnati sunt ob vnicum peccatum mortale, et quoties ego merui damnari in aeternum propter multitudinem meorum peccatorum. *Qualem poenitentiam ageret, si cui ex damnatis liceret, relicto inferno, huc in meum locum venire.*

Ante omnes contemplationes seu meditationes debet fieri supradicta oratio praeparatoria, absque mutatione aliqua, et duo dicta praeludia, ea quandoque mutando iuxta materiam subiectam.

Primum punctum erit exercere memoriam supra primum peccatum angelorum, et circa idem exercere intellectum; et consequenter uoluntatem, volendo supradicta memorare et intelligere ad maiorem meam confusionem, comparando vnico peccato angelorum mea tam multa et magna scelera, considerando quoties ego ob illa infernum merui, si angeli ob vnicum peccatum in infernum ceciderunt. Circa memoriam autem peccati angelorum recordari debemus, quod cum ipsi creati essent in gratia, et nollent sua libertate gratiam [juuare] [a] ad exhibendam reuerentiam et obedientiam suo Creatori et Domino; leuati sunt in superbiam et ceciderunt a gratia in maliciam, et depulsi de coelo in infernum [b] [1]. Et ita consequenter discurrendum est particularius cum intellectu, et mouendi sunt magis affectus voluntatis.

Secundum punctum est idem quod supra facere, hoc est, exercere treis potentias circa peccatum Adae et Euae, reducendo in memoriam

---

[a] *Hoc v. sumpsimus ex Ve. et Fa. pro* inuenire, *quod est in ms.*—[b] *In marg.*: Juxta Barnardi [*sic*] sententiam peccatum angelorum fuit superbia cum inuidia coniuncta. Nam suam naturam, non humanam a Filio Dei assumi, et ab hominibus pariter atque angelis adorari volebant, sic affectantes similitudinem Altissimi. *V. annot. 1.*

---

[1] S. Bernardus in sermone XVII in *Cantica*, n. 5 (Migne, P. L., CLXXXIII, 857) dicit, Luciferum per superbiam cum invidia conjunctam hominibus unionem hypostaticam invidisse, neque tamen dicit eam sibi appetivisse. Suárez vero censet, Bernardum eosque Patres, qui simili ratione loquuti sint, hunc appetitum sub illa superbia et invidia comprehendisse. *De Angelis*, l. VII, c. XIII, n. 21.

qualiter ob tale peccatum per tantum tempus poenituerunt, et quanta corruptio secuta est genus humanum, tot gentibus descendentibus in infernum. Voco autem reducere ad memoriam secundum peccatum nostrorum primorum parentum, memorari qualiter postquam Adam fuit creatus in campo damasceno et positus in paradiso terrestri, et Eua de eius costa formata, post prohibitionem ne comederent de arbore scientiae, ipsis comedentibus et ex consequenti peccantibus, tandem vestiti tunicis pelliceis et expulsi e paradiso, vixerunt sine iustitia originali per totam vitam suam in multis laboribus, in multa poenitentia; et consequenter discurrendum est intellectu particularius, vtendo etiam voluntate sicut antea dictum est.

Tertium punctum est idem facere circa tertium peccatum cuiusuis, qui ob vnicum mortale est damnatus, et aliorum sine numero damnatorum ob pauciora quam mea peccata. Dico autem idem facere circa tertium peccatum privatum cuiusuis, reducendo ad memoriam gravitatem et malitiam peccati contra Creatorem et Dominum, discurrere intellectu, qualiter peccando et agendo contra bonitatem infinitam, iuste damnatus est in aeternum. Et tandem finiat mouendo magis ac magis voluntatis affectus, *scilicet*, *dolorem*, *pudorem*.

Colloquium demum fiet imaginando Christum Dominum coram me cruci fixum; fiat colloquium considerando qualiter Creator exinaniuit se, vt homo fieret, et voluit temporaliter mori [a], quum esset immortalis, pro peccatis meis. Idem faciam considerando me ipsum, quid fecerim pro Christo, **26** quid faciam, et quid debeam facere; et ita uidens illum pendentem in cruce, discurram per ea, quae sese obtulerint.

Colloquium proprie fit sicuti si amicus amicum alloquatur, uel seruus dominum suum; sed nunc aliquam gratiam petendo, nunc se ipsum incusando ob aliquod malum commissum, nunc demum sua desideria Domino communicando et circa ea consilium quaerendo. Et in fine dicatur Pater noster.

SECUNDUM EXERCITIUM

Est de meditatione peccatorum, et continet post orationem praeparatoriam et duo praeludia, quinque puncta et vnum colloquium.

Oratio praeparatoria sit eadem, quae supradicta est.

Primum praeludium erit eadem supradicta compositio, *de anima corpori tanquam carceri inclusa*.

Secundum praeludium est petere gratiam, quam desidero a Domino obtinere; et erit petere magnum et intensum dolorem et lachrimas ob peccata mea.

Primum punctum erit circa processum peccatorum, reducendo ad

---

[a] *Sequitur* pro *oblitt.*

memoriam omnia peccata uitae meae, mente discurrendo de anno in annum, vel quouis alio tempore in aliud; ad quod tria potissimum iuuant: primum respicere domum uel locum, in quo quis habitauit; secundum respicere conuersationem, quam cum aliis habuit; tertium artem viuendi, quam habuit.

Secundum punctum est ponderare multitudinem [1] peccatorum, respiciendo deformitatem et maliciam, quam quoduis peccatum mortale in se continet, esto quod non fuisset prohibitum specialiter [2] lege diuina.

Tertium punctum est *nosse te ipsum*, cogitare quisnam ego sim, meipsum diminuendo, adductis exemplis *ac comparationibus*. Primo quam parum sim in comparatione *centum aut mille aut* omnium hominum; secundo quam parum sint homines huius mundi collatione omnium angelorum et sanctorum coeli; tertio cogitando quam parum sit omnis creatura respectu Dei; quid ergo erit de me solo? Quarto cogitare omnem corruptionem et deformitatem meam corpoream *et corpus morbis ac morti obnoxium*. Quinto, respicere meipsum quasi vulnus et apostema, vnde tot pullularunt peccata et tot iniquitates et tantum ac tam turpissimum venenum.

Quartum punctum est considerare, quis sit Deus contra quem ego tantum peccaui, secundum sua attributa, comparando illa suis oppositis in me: summam Dei sapientiam meae ignorantiae, magnam Dei omnipotentiam meae impotentiae, ingentem Dei iustitiam meae iniquitati, magnam Dei bonitatem meae malitiae.

Quintum punctum est exclamatio quaedam admiratiua ex magno affectu procedens, discurrendo per omneis creaturas, admirans quonam modo me dereliquerunt viuere, et me in uita conseruauerunt; quomodo angeli, qui sunt gladius diuinae iustitiae me sustinuerint et conseruauerint et pro me orauerint; sancti etiam quomodo mei fuerunt intercessores apud Deum; coeli, sol, luna, stellae, elementa, aves, pisces, animalia quaeque **26v** quomodo me hactenus conseruauerunt; terra quomodo non aperta est, et me absorpsit? Quomodo non sunt creati noui inferni, ut me in aeternum punirent?

Conclude tandem vno colloquio, colloquendo et agendo gratias Domino, quod concesserit mihi hactenus vitam, ut eam possim deinceps corrigere, mediante sua gratia, et ita proponendo dicatur Pater noster.

---

[1] Non de multitudine in hoc puncto, sed de foeditate ac malitia peccatorum agitur. V. supra, pp. 286-287.

[2] Ita etiam legitur in *Fa.*; in *Ve.* prius eodem modo legebatur.

SEQUENS EXERCITIUM EST MEDITATIO POENARUM INFERNI, ET CONTINET IN SE POST UNAM ORATIONEM PRAEPARATORIAM ET DUO PRAELUDIA, QUINQUE PUNCTA ET UNUM COLLOQUIUM

Oratio praeparatoria est eadem solita.

Primum praeambulum est compositio seu consideratio inferni. Hic erit imaginari longitudinem, latitudinem et profunditatem inferni.

Secundum praeludium est petere id quod volo; quod erit ad praesens petere internam cognitionem poenae, quam patiuntur damnati, quatenus, si ob scelera [1] mea oblitus fuero amoris diuini, saltem timor poenarum me adiuuet, ne incurram in peccatum.

Primum punctum est oculo imaginationis uidere ingenteis focos et animas, quae [a] in inferno patiuntur, quasi corporibus igneis alligatas.

Secundum punctum, auribus imaginationis audire magnos planctus, eiulatus, voces et inauditas blasphemias contra Christum Dominum et sanctos eius.

Tertium punctum est olfacere sulphur, fumum et alia fetida et putrida, quae sunt in inferno.

Quartum est gustare amara, veluti lachrimas, tristitiam, vermem conscientiae inextinguibilem.

Quintum est tactu imaginationis percipere, qualiter ignis tangit et comburit animas.

Colloquium finale fiet ad Christum Dominum, reducens ad memoriam animas, quae in inferno sunt, quarum aliquae ibi detinentur quae [b] non crediderunt aduentum Domini nostri Jesu Christi; aliquae vero, quae credendo non custodierunt eius praecepta. Et omnium harum animarum triplex est status: primus earum, quae fuerunt ante Christi aduentum; secundus existentium tempore eius vitae mortalis; tertius earum, quae sunt post eius discessum a nobis. Tandem agam gratias Altissimo, quod non permiserit me finire vitam in statu harum, et quod erga me hactenus tam pius et misericors extiterit. In fine dicam Pater noster.

27 TERTIUM EXERCITIUM EST REPETITIO PRIMI ET SECUNDI EXERCITII, FACIENDO TRIA COLLOQUIA

Post orationem praeparatoriam et duo praeambula faciam repetitionem primi et 2.[i] exercitii, notando et moram faciendo in punctis illis, in quibus maiorem consolationem vel desolationem, vel maiorem gustum spiritualem sensi.

---

[a] *Sic correximus ex Ve. et Fa. pro* qui, *quod est in ms., nisi forte intelligendum sit* animas eorum, qui.—[b] *Sic emendamus ex Ve. pro* qui, *quod habet ms.*

---

[1] Cf. *Fa.*, supra, p. 586, annot. 1.

Post haec omnia faciam tria colloquia modo sequenti. Primum colloquium fiet ad Dominam nostram, vt obtineat mihi gratiam a Filio et Domino suo ad tria potissimum: primum ut habeam internum peccatorum meorum sensum, et integrum odium peccatorum meorum; secundum ut sentiam deordinationem mearum operationum, quatenus meipsum odio habens corrigar, et in melius uitam meam disponam; tertium pctam cognitionem mundi, ad hoc ut illum horrens, vana et mundana repellam. Post haec Aue Maria.

Secundum colloquium eodem modo fiet ad Filium, ut eadem obtineat mihi a Patre; et post dicam aliquam orationem dedicatam Filio pro mea deuotione.

Tertium eodem modo fiet ad Patrem ad hoc, ut ipsemet aeternus Dominus meus illa eadem mihi concedat. Et in fine dicam Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM EST REPETITIO [a] TERTII EXERCITII

Fiat repetitio tertii exercitii ad hoc, ut intellectus discurrat assidue absque diuagatione, reminiscendo contemplata in exercitiis praeteritis, faciendo eadem tria colloquia.

Primum exercitium fiat media nocte; secundum statim cum surrexero a lecto; tertium ante prandium, siue ante missam, siue post missam; quartum in vesperis vel in hora earum; quintum [1] vna hora ante tempus coenae [2].

27v EXERCITIA 2.ae HEBDOMADAE SUNT QUAE SEQUUNTUR

Primum exercitium est consideratio uocationis cuiusdam temporalis regis, quae ad contemplandam vitam aeterni regis plurimum iuuat.

Oratio praeparatoria est eadem, que solita est fieri.

Primum praeludium est compositio loci. Hic erit considerare oculo imaginationis templa, castella, ciuitates, in quibus Christus Dominus praedicauit.

Secundum praeludium est petere gratiam, quam desidero et volo; et erit petere hoc beneficium a Domino, ne obsurdescam ad suam vocationem [b], scd euadam promptus et diligens ad implendam suam sanctissimam voluntatem.

---

[a] *Sequitur* istiusmet *oblitt.; 2 rv.* tertii exercitii *subducta linea notantur, et super ea haec scripta sunt:* trium exercitiorum predictorum.—[b] *Prius* suae vocationi.

---

[1] Quintum exercitium in libro Exercitiorum est de inferorum poenis; sed in hoc codice perperam ante tertium et quartum positum est.

[2] De additionibus primae hebdomadis, quae hic esse debebant, confer supra, pp. 570-571.

Primum punctum est considerare ante me regem quemdam humanum a Domino Deo nostro electum, cui obediant vniuersi principes, et homines christiani subiiciuntur; *hunc omnes suos conuocare.*

Secundum punctum est considerare hunc regem ita alloquentem omnes suos subditos dicendo: Voluntas mea haec est, expugnare omneis terras infidelium; propterea si quis vult comitari me, debet eodem cibo, potu et vestimento, quo ego vtor, contentari; item debet laborare interdiu, et vigilare noctu, sicut ego; ut ita particeps fiat victoriae mecum sicut fuit et laborum.

Tertium punctum est considerare responsum, quod debet reddi ab omnibus subditis regi tam liberali et tam humano. Et ex consequenti si aliquis non acceptaret petitionem talis regis, quanto uituperio dignus esset apud totum vniuersum [a], qui tantum degeneraret a vero et fideli subdito.

Secunda pars huius exercitii consistit in aplicando exemplum regis temporalis ad Christum Dominum nostrum in tribus illis punctis praedictis.

Et quantum ad primum punctum, si huiusmodi vocationem subditorum suorum, quam facit rex temporalis, consideramus, quanto dignius consideratione est, contemplari Christum Dominum nostrum, regem aeternum, ante quem est totus hic mundus, quem totum et vnumquemque ipsius sigillatim vocat ac dicit: Voluntatis meae est expugnare vniuersos hosteis, et ita intrare in gloriam Patris mei. Propterea quicumque vult comitari me, debet et mecum laborare, vt qui sequitur me in labore, ita etiam me in gloria sequatur.

Secundum punctum est considerare quod omnes subditi rationis ac iudicii capaces [b] offerent se totos huic labori.

Tertium, quod hi qui magis desiderabunt insigniri et illustrari in omni seruitio sui regis aeterni et vniuersalis Domini, non solum offerent se ipsos labori, verum etiam certando contra propriam sensualitatem, et contra omnem amorem carnis et mundi, facient oblationes preciosas et magni momenti suo Creatori dicentes: Aeterne Deus, omnium rerum mearum oblationem cum vestro fauore et auxilio facio, in conspectu vestrae infinitae bonitatis et in conspectu vestrae Matris gloriosae et omnium sanctorum ac sanctarum curiae caelestis; quia opto, volo ac firma determinatione delibero, modo sit in hoc maior tui laus et seruitium, imitari [c] te in tolerantia iniuriarum ac vituperiorum et totius paupertatis tam actualis quam spiritualis, si tua sanctissima maiestas velit me eligere ac recipere in talem vitam et in talem statum. In fine Pater noster.

Hic possunt fieri tria suprascripta colloquia, mutando materias, pe-

---

[a] *Sequitur* is *oblitt.*—[b] *Supra* capaces *scriptum est* compotes *neutra voce deleta.*—[c] *Prius* imitandi.

tendo gratiam, vt imitemur Christum in tolerantia iniuriarum, vituperiorum et totius paupertatis tam actualis quam spiritualis, si illud fuerit ad maiorem laudem et gloriam Dei.

Notam fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam [1].

Vias tuas, Domine, demonstra mihi et semitas tuas edoce me [2].

Dirige me in via tua [3].

Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu [4].

28 PRIMA CONTEMPLATIO INCARNATIONIS

Continet in se vnam orationem praeparatoriam, tria praeludia, tria puncta et vnum colloquium.

Oratio praeparatoria est solita.

Primum praeludium est in memoriam reuocare historiam rei, de qua futura est contemplatio. Hic erit considerare treis Personas diuinas respicientes totam mundi planitiem hominibus ploenam, qualiter homines descendebant ad inferos. Decreuit Pater, uidens calamitates et miserias hominum, mittere secundam Personam, ut carnem assumeret humanam, et ita genus hominum redimeret, et ita legatum Gabrielem angelum misit ad Mariam Virginem, ut patet in discursu euangelii Lucae Missus est etc.

Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit contemplari magnam mundi planiciem, et fenestras adornatas in coelo, ut commodius res valeam contemplari; et domum Virginis Mariae mente etiam componam, ut solet architectus. Dixi superius videre magnam mundi planiciem ad hunc finem, ut cum maiori facilitate possim considerare et imaginari tantas et tam diuersas gentes super planitiem mundi, non ut terra plana sit, sed rotunda, ut doctores ostendunt. Dixi etiam fenestras adornatas esse in coelo, non ut sint nec illis egeant tres Personae diuinae, vt in illis manendo valeant melius videre res istas inferiores; sed hoc dixi ut commodius res contemplemur et imaginemur; considerando eas hoc uel illo modo, ut magis ad eas afficiamur; contemplabimur tres illas Personas diuinas in illa forma, in qua magis ab amore terreno nos distrahant.

Tertium praeludium est petere quod desidero. In hac parte quod summe opto est petere a Domino instantissime internam sui Filii cognitionem, quando pro me factus est homo, ut magis illum amem et illi seruiam.

Primum punctum est oculo imaginationis uidere utrasque personas,

---

[1] Ps. CXLII, 8.
[2] Ibid., XXIV, 4.
[3] Cf. ibid., XXIV, 5.
[4] Ibid., CXLII, 2.

et diuinas scilicet et humanas; et prius considerabo eas, quae supra mundi planitiem sunt, in magna quadam diuersitate, ita in ornamentis sicuti in figuris vultuum, alias considerabo personas quasdam albas, quasdam nigras; alias in pace, alias in bello; alias flendo, alias ridendo; aliquas sanas, aliquas morienteis [a]. Deinde considerabo treis beatissimas illas Personas diuinas existenteis in fenestris illis coeli ita adornatis, vel in solio regali aut throno illo summae et diuinae maiestatis, quomodo respiciant totam illam planiciem hominibus ploenam, in tanta coecitate manentem, et quomodo moriantur miserrime et descendant ad inferna. Tertio aduertam ad humilitatem Virginis Mariae, et ad Gabrielem angelum eam salutantem, verum praestando legationis officium, et reflectam visum, tum ad nostram Dominam, tum ad Gabrielem angelum, quos imaginationis oculo videor videre, vt aliquem fructum colligam ex simili visione [b].

Secundum punctum est aduertere diligenter ad ea, quae loquuntur homines in planicie mundi in tantis aerumnis existentes, videlicet quomodo alii contra alios loquantur, quomodo iurent, qualiter nomen Domini blasphement, etc. Similiter aduertam diligentissime ad ea, quae inter se loquuntur Personae illae diuinae, dicentes: Tempus est [c] redimendi genus humanum in tanta calamitate constitutum. Et consequenter aduertam ad sermones inter Virginem Matrem et angelum Gabrielem, vt colligam vtilitatem aliquam ex simili colloquio.

28v Tertium punctum: aduertam circa ea, quae faciunt homines in planicie constituti. Hic erit considerare quomodo verbis contendunt et armis; et quomodo ad inuicem se interficiant; et ita descendant ad infernum. Similiter etiam aduertam diligentissime ad ea, quae tres illae caelestes et diuinae Personae faciunt, videlicet operando diuinum illud incarnationis mysterium; et consequenter aduertam ad ea, quae faciunt Gabriel angelus et Virgo Maria: Gabriel angelus faciendo officium suae legationis et Virgo Maria humilians se, magnas agens gratias diuinae maiestati.

Colloquium. In fine harum omnium contemplationum aduertam diligenter, qualiter debeo magna quadam reuerentia considerare treis illas Personas diuinas et Verbum aeternum nouiter incarnatum et Matrem Virginem, petendo gratiam, ut possim me ipsum praeparare ad imitandum Christum Dominum nostrum ita nouiter pro me incarnatum.

In fine Pater noster.

---

[a] *Aut., versiones omnes et ipse contextus suadent, ut suppleantur verba* aliquas aegras, aliquas nascenteis. *Cf. supra*, pp. 326-327.—[b] *Sequitur* et colloquio *oblitt.*—[c] *Nota bene S. Ignatium omisisse hoc loco verba* tempus est; *addidisse vero in historia* en la su eternidad. *V. supra, pp. 322 et 326.*

De natiuitate

Secunda contemplatio est de natiuitate; continet in se post orationem praeparatoriam et tria praeludia, tria puncta et vnum colloquium.

Oratio praeparatoria est eadem, quae solita est fieri in omnibus aliis exercitiis.

Primum praeludium est consideratio historiae, de qua futura est contemplatio. Hic erit contemplari quomodo e Nazareth exierunt nostra Domina iam grauida quasi nouem mensium, humillime equitans super asinam, et Joseph et vna ancilla, vt irent ad Bethleem ad soluendum tributum debitum Caesari; vna secum ducebant bouem.

Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit oculo imaginationis uidere viam e Nazareth ad Bethleem, considerando longitudinem et difficultatem viae, vtrum montuosa fuerit uel plana aut alio quouis modo difficilis. Similiter aduertam diligentissime ad Virginem Matrem, qualiter difficultates viae patienter toleret. Item aduertam etiam ad diuersorium, in quo Christus natus est, an magnum fuerit vel paruum et qualiter ornatum.

Tertium praeludium: petam a Domino instantissime, ut dignetur mihi concedere internam suae natiuitatis cognitionem [a], quando pro me natus est in loco tam humili et tam abiecto, ita ut non haberet ubi caput reclinaret. Bos et asina anhelitu praesepe calefaciebant [1], ita ut animalia rationis expertia Creatorem mundi cognoscerent, ubi *nec* Israel nec ego cognoui [2]. Ad haec diligenter aduertam, ut magis illum amem, et magis illi studeam placere.

Primum punctum erit videre personas; videlicet nostram Dominam, Filium eius unigenitum, Joseph et ancillam, ac si praesens tunc ego fuissem in Domini natiuitate tanquam pauperculus quidam et indignus, qui in tali essem societate, seruiendo illis, aduertendo et contemplando Christum, multitudinem angelorum praesentem, cantantem Gloria in excelsis. Considerabo etiam qualiter Pater aeternus e sede sua coelesti et throno diuinae maiestatis, respicit Filium suum nouiter in mundo natum. Haec omnia contemplabor ac si praesens fuissem in illo natiuitatis mysterio.

Secundum punctum erit aduertere summa quadam diligentia, et alta quadam mente contemplari dulces sermones et suauia colloquia inter Matrem et Filium, **29** et quid talis Filius tali Matri diceret, et quam diligenter Mater praestabat officium maternum, pannis inuoluendo Fi-

[a] *Sequitur* et *oblitt.*

[1] Quae de calefactione dicuntur, non apud Ludolfum, sed in *Vita Christi*, quae cum nomine S. Bonaventurae circumferebatur, reperiuntur (c. VII).

[2] Is., I, 3.

lium suum. Curabo nunc, reflectendo me ad verba et sermones, aliquem fructum colligere.

Tertium punctum est considerare et aduertere, quid Christus nouiter in mundum natus facturus sit; considerabo illius fugam in Aegyptum, summam illam paupertatem, quam secutus est; et in fine tantorum laborum, famis, sitis, caloris, frigoris, iniuriarum, pro me moritur in cruce; quid nunc ego pro tali Domino deberem facere?

Colloquium. Reuerenter considerabo Christum nouiter in mundo natum, et Matrem studiose illum ornantem et alloquentem; et mecum considerabo, si praesens tunc fuissem, quanta reuerentia Christum, Matrem ipsius et caeteras personas allocutus fuissem; petens gratiam et beneficium, ut dignaretur mihi significare uiam, in qua illi magis placere potuissem, affectando, quantum possum, voluntatem in ista petitione.

In fine Pater noster [a].

EXERCITIUM DUORUM VEXILLORUM

Alterius, Christi summi ducis ac Domini nostri, *qui hic nihil iucundum aut laetum pollicetur, sed continuum bellum, omnia aspera, dura et amara, si internum conscientiae gaudium excipias* [1]*; at in futuro cuncta iucundissima, gaudium, pacem et foelicitatem aeternam et quae nec auris audiuit nec* [2] *etc.;* alterius, Satanae capitalis inimici humanae nostrae naturae, *qui hic laeta et iucunda pollicetur, mox in aeternum exilium ducit. Stipendium peccati mors* [3].

Oratio praeparatoria eadem, quae solita est.

Primum praeludium continet historiam, super quam futura est contemplatio. Hic erit considerare Christum volentem ac vocantem omneis sub suum vexillum [b]; et contra, Satanam vocantem omneis sub suum vexillum.

Secundum praeludium est compositio loci. Hic erit considerare magnum campum totius illius regionis Hierusalem, ubi summus dux omnium bonorum est Christus Dominus; alterum [c] campum in regione Babylonis, vbi dux omnium prauorum est Lucifer.

---

[a] *Omittit Re. omnia, quae in libello Exercitiorum sunt post contemplationem nativitatis usque ad exercitium de duobus vexillis.*—[b] *Hic et paulo post emendatum in ms. ex* suo vexillo.—[c] *Prius* alium.

---

[1] Haec prout hic habentur, certe existimamus Ignatii non esse. Nam praeter internum conscientiae gaudium, multiplex consolationum genus sequentibus se promittit et largitur Christus. Cf. MARC., X, 29-30 et LUC., XII, 31; XVIII, 29-30. Vide quoque Regulas ad spiritus discernendos in libello Exercitiorum, supra, pp. 514, 520, 528, et *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 101, ubi dicit Ignatius: «Los solaces y consolaciones tantas que el Señor acostumbra dar a los tales».

[2] Is., LXIV, 4; I COR., II, 9.

[3] ROM., VI, 23.

Tertium erit petere quod volo. In hac parte desidero intelligere cognitionem deceptionum Satanae et eorum omnium, qui sunt sub suo vexillo; *dolus diabolicus est praesentis voluptatulae, opum, honorum dulcedine inescare homines, nulla facta mentione nec penarum infernalium nec breuitatis huius vitae; ac sepe non prestat promissa*; et auxilium petam a Domino, ut illos uitem et superem; item cognitionem verae vitae petam a Domino, quam docet summus ac verus dux. Et pariter petam gratiam imitandi [a] illum.

Primum punctum est imaginari congregationem illam hostium *collectam et Satanam illorum ducem* veluti sedentem in illo magno campo Babylonis, non aliter quam in cathedra ignis ac fumi in figura horrenda ac terribili. *Et tamen diuitiarum, honorum ac cupiditatum praestigiis perstringit eorum oculos, et mentem excaecat quos suis blandis promissis decepit, vt illum pulcherrimum ac optimum iudicent.*

Secundum punctum: considerare Luciferum vocantem innumerabileis daemones, et spargentem eos, alios in hanc ciuitatem, alios in illam, et ita per totum vniuersum, nulla prouincia, loco, statu, persona (etiam in particulari) relicta intacta. *Vnicuique assignatus est malus angelus a diabolo sicut bonus a Deo.*

Tertium est considerare sermonem, quem ad illos facit exhortatorium, quo retibus et catenis vinciant homines, *funiculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur;* et quod primo tentent cupiditate diuitiarum, *radix omnium malorum avaritia* [1], quo facilius moueant ipsos in vanum mundi honorem, *quo excecati non considerant nec curant aeternum honorem, nec cogitant de celesti gloria vel de altera vita, et miseros putabunt eos, qui in vera via seruiunt Christo, se solos beatos, qui hic triumphent, immemores futurorum cruciatuum.* Post haec ad arrogantem superbiam, *quod est crimen diaboli;* ita quod primus gradus sit diuitiarum, secundus honorum, tertius superbiae, *vt Deum et homines contemnant, se nimis ament;* et ex iis tribus gradibus progrediantur ad omnia alia vicia.

Ita ex opposito oportet nos contemplari ac considerare summum ac verum ducem Christum Dominum nostrum.

29v Primum punctum est considerare Christum Dominum nostrum sedentem in magno campo Hierusalem in loco humili, specioso et ameno.

Secundum punctum, considerare Dominum vniuersi *dantem vnicuique bonum angelum*, eligentem tot personas in apostolos et discipulos, mittentem illos per totum vniuersum, vt seminent suam sacram doctrinam omni statui et conditioni hominum.

---

[a] *Huic v. subducta est linea, supra scriptum* sequendi.

---

[1] I TIM., VI, 10.

Tertium punctum est considerare sermonem, quem Christus Dominus noster habet ad suos seruos et amicos, quos in talem delegationem [a] mittit, committens illis omnium curam, atque ut eos trahant ad summam spiritus paupertatem, vel si etiam diuinae maiestati ad aliud magis [b] placuerit eligere, trahant eos ad paupertatem actualem; deinde exhortentur ad desiderium *patiendi pro Christo iniuriarum et afflictionum*, opprobriorum; ex quo nascitur *contemptus sui*, humilitas; ita vt sint tres gradus: primus paupertatis contra diuitias; secundus opprobriorum et vituperiorum contra honorem mundi; tertius humilitatis contra superbiam; et ab iis tribus gradibus inducant ad omneis alias virtutes.

Fiat colloquium ad Dominam nostram, ut impetret mihi gratiam a Filio suo ac Domino meo, ut ego recipiar sub eius vexillo, et primo in summa paupertate spirituali; et si diuinae maiestati ad aliud maius placuerit eligere, etiam in paupertate actuali; secundo in tolerandis *pro Christo* opprobriis et iniuriis, in quibus est maior illius imitatio, modo possim illa tolerare absque peccato tamen alterius *(vt ego neminem provocem ad inferendum, nec cuiquam dem occasionem peccandi in me)* et cum beneplacito diuinae maiestatis. In fine dicam Aue Maria.

Idem petam a Filio, ut illud idem mihi obtineat a Patre. In fine dicam orationem aliquam ad Filium pro mea deuotione.

Illud idem petam a Patre, ut concedat mihi. Dicam in fine Pater noster.

EXERCITIVM TRIVM HOMINVM BINARIORVM

Continet in se post solitam orationem praeparatoriam, tria praeambula, tria puncta et vnum colloquium.

Oratio praeparatoria eadem est, quae solita est fieri.

Primum praeambulum est adducere historiam, quae continet in se treis binarios homines, quorum vnusquisque sua industria acquisiuit decem millia scuta non puro ac debito amore Domini Dei, sed per astutias humanas ac fallacias [1], amore cupiditatis adinuentas; et vult quilibet saluari et inuenire in pace Dominum Deum nostrum, expellendo a se grauitatem et obstaculum affectionis circa rem acquisitam.

Secundum praeambulum, compositio loci, quae ad praesens erit considerare me ipsum stantem coram Domino Deo nostro et sanctis suis desiderantem cognoscere id quod erit gratius diuinae suae voluntati.

Tertium praeambulum est petere quod volo; quod ad praesens erit

---

[a] *Prius* legationem.—[b] *Re nulla deleta, impositum est* ius *supra* gis. *ut sit* magis *vel* majus; ad aliud magis *dicebat prius Ve.*: magis ad aliud *Fa.*

---

[1] Hae fallaciae hujusmodi fuerint oportet, quibus justitia, quam commutativam vocant, laesa non sit. Secus, ut alia omittamus, non agendum esset de inordinato affectu expellendo, quod unum agitur hoc loco, sed de pecunia restituenda.

petere gratiam eligendi id, quod magis erit ad gloriam diuinae maiestatis et salutis animae meae.

Primum punctum est considerare quomodo primus binarius uelit expellere affectum, quem ad rem acquisitam habet, vt inueniat in pace Dominum Deum nostrum, et possit saluari; nec tamen applicat media usque ad horam mortis.

Secundum punctum erit considerare quomodo secundus binarius velit expellere affectum, sed ita vult expellere, ut retineat rem acquisitam; ita quod eo veniat Deus, vbi vult ipse, nec deliberat relinquere rem illam acquisitam, ut ad Deum tendat, **30** etiamsi esset pro illo melior status.

Tertium punctum erit considerare quomodo tertius binarius uult expellere affectum, sed ita vult expellere, ut etiam non habeat affectionem retinendi rem acquisitam vel non retinendi; solum intendit vel velle illam, vel nolle, secundum quod Deus illi magis inspirauerit per aliqua signa interiora, mouendo nos semper ad maiora; uel secundum quod illi magis visum fuerit pertinere ad laudem, gloriam et obsequium diuinae maiestatis. Interim cogitet secum, quod omnia relinquit affectu, huic rei maxime innitendo, non desiderare illam vel aliam rem quampiam, nisi mouerit ipsum seruitium Domini Dei nostri, ita quod desiderium inseruiendi Domino Deo moueat illum ad retinendum uel non retinendum.

Colloquium. Fiant tria illa colloquia, quae facta sunt in praecedenti duorum vexillorum contemplatione.

De electione

Tres sunt modi electionis: primus est quando ipse Creator ostendit se per suos effectus ad ipsam animam tam abundanter, ut ipsa anima libere sequatur illud ostensum absque electione [1], scilicet sequar vel non sequar, vt Paulus *et apostoli;* secundus, quando accipimus experientiam ratione consolationis diuinae, vocantis ad se, et ratione desolationis aduersarii remouentis a Deo, uel ab eo quod nobis ostensum est a Deo. Voco consolationem, quando est in anima uolente Deo seruire gaudium spirituale, fides in augmento et sic spes, charitas et feruor [a]. Similiter quando animus eleuatur circa superiora ad ea amanda ac desideranda, et maxime quando est cum abundantia lachrimarum. Voco desolationem omne illud quod est contrarium consolationi, scilicet, tur-

---

a *Sequitur* quo quidem *oblitt.*

---

[1] Rectius dixisset «absque deliberatione, qua secum inquirat, sequar an non sequar». Sed ut hispane utitur Ignatius vocibus «deliberar, deliberación» pro «elegir, elección». sic habes hoc loco electionem pro deliberatione.

bationem contra gaudium, diffidentiam contra fidem, et sic quando minuitur [a] spes, feruor, charitas.

Tertius modus est, quando nos utimur nostris [potentiis] [b] naturalibus libere absque ulla agitatione nec a bono nec a malo spiritu. Et tunc mere propter laudem Domini et salutem nostram absque aliqua affectione inordinata eligimus hanc uel illam viam.

QUATTUOR REGULAE AD ELIGENDUM

Sunt quatuor regulae ad eligendum, quarum prima est, quando causa electionis est ipse amor Dei et [c] amor salutis animae, ita quod nihil me moueat nisi amor Dei.

Secunda respicere aliquem in aliqua regione, in cuius saluatione esset mea saluatio, et in cuius perfectione esset mea perfectio, et in cuius damnatione esset mea damnatio; et respiciendo experientiam, quam habuit in secunda electione, quid illi dicerem, seu quod consilium darem illi ad accipiendum vnum uel alium statum; *et idem nunc ego sequar.*

Tertia: in articulo mortis uenturae quid uellem me tunc fecisse, et nunc idem faciam.

Quarta: in die iudicii quum essem coram Christo, quid uellem tunc, me fecisse nunc.

30v HUMILITATIS TRES SUNT GRADUS

Primus est ad necessitatem salutis, scilicet, quod pro toto mundo non committerem vnum peccatum mortale contra legem Domini.

Secundus est perfectior, scilicet, quando ego sum indifferens ad omnia siue honores siue opprobria; et cum hoc non committerem vnum peccatum veniale pro toto mundo.

Tertius est includens primum et secundum gradum et cum hoc affectatur magis, vt similis sit Christo, in opprobriis, in iniuriis, in paupertate actuali; etc., si Dominus velit vocare.

REGULA OBSERUANDA IN DESOLATIONE

In desolatione nunquam faciamus [d] mutationem, sed manebimus constanter in eo proposito seu determinatione, in qua eramus ante talem desolationem quum in ipsa desolatione maxime vigeant cogitationes a daemone.

---

[a] *Huic v. subducta linea, supra scriptum est verbum* deest; *at* minuitur *melius respondere videtur menti S. Ignatii. Cf. supra, pp. 516, 517.*—[b] *Suppletum ex Ve. et Fa.*—[c] *Sequitur* causa *oblitt.*—[d] *Imposuit* e *supra secundum* a, *ut alterutrum eligas*, faciemus *vel* faciamus; *sub littera* a *sunt duo puncta.*

ITEM ALIA DE ELECTIONE

Aliqua sunt sub electione immutabili, de quibus non est eligendum [1], ut matrimonium, sacerdotium. Sed tantum est respiciendum si fecerunt electionem suam per primum vel secundum uel tertium modum electionis, vel per alium modum rectum. Quod si non fecerunt, est poenitendum, et agere oportet bonam vitam in eo statu, in quo est.

Sunt alia sub electione mutabili, de quibus est eligendum, verbi gratia habere diuitias uel paupertatem, quum aliquis non est alligatus; habere beneficium vel non habere, habere officium uel non habere.

Vocatio Dei est simplicissima absque mistione alicuius sensualitatis uel desiderii mundani. Electio vero quandoque [a] recta quandoque [b] obliqua seu mista cum quibusdam desideriis mundanis. Vnde non omnis vxoratus est vocatus a Deo, quum plurimi vxorentur propter diuitias, sensualitatem, etc., magis quam propter meram laudem Dei.

31 CONTEMPLATIONES DE PASSIONE, ET PRIMA A BETHANIA USQUE AD COENACULUM INCLUSIUE

Hec potest fieri quum itur cubitum.

Oratio praeparatoria est illa solita.

2. Historia, scilicet, quomodo a Bethania Dominus miserit duos discipulos et omnia, quae contigerunt in coenaculo.

3. Compositio loci, seu uidere locum, scilicet, iter et ipsum coenaculum.

4. Petere quod volo, scilicet, dolorem, lachrimas et confirmationem mei status.

IN CORPORE MEDITATIONIS

1. Videre personas, tam bonas quam malas.
2. Videre quid loquantur, tam boni quam mali.
3. Videre quid faciant, tam boni quam mali.

Et postea ex vnoquoque istorum exhaurire aliquem fructum.

4. Quomodo humanitas patitur, et propter nostra peccata.
5. Quomodo Diuinitas absconditur, cum posset vlcisci.

SECUNDA MEDITATIO

Haec potest fieri media nocte.

A coena usque ad hortum inclusiue.

---

[a] *Sequitur* bona *oblitt.*—[b] *Sequitur* mista *oblitt.*

---

[1] Cum vitae genus immutabile sis amplexus, electioni alius generis vitae jam non est locus.

TERTIA, QUAE POTEST FIERI SUMMO MANE

Ab horto usque ad domum Caiphae inclusiue cum omnibus ibidem gestis.

QUARTA ANTE PRANDIUM FACIENDA

A domo Caiphae usque ad domum Pilati, et deinde Herodis inclusiue.

QUINTA POST PRANDIUM

A domo Herodis usque ad domum Pilati, et inde usque ad montem Caluariae cum omnibus, quae ibi contigerunt usque ad emissionem spiritus Christi, quem sic relinques mortuum in cruce.

SEXTA, VESPERI

Contemplari poteris depositionem corporis Christi de cruce et sepulturam eius ac reditum Mariae cum Joanne in Hierusalem.

31v DE RESURRECTIONE

Oratio praeparatoria consueta.

Historia: incipiendo ab exhalatione animae Christi vsque ad inferos et sepulchrum et apparitionem Matri suae. *Et hic considera quomodo Christi anima ceu quaedam alba avis magna evolaverit, alias secum comites ducens.*

3. Videre locum, scilicet, infernum, sepulchrum et domum Matris.
4. Petere gaudium et laetitiam cum Christo de suo gaudio.
5. Videre personas, quid loquantur, et quid faciant.

Quomodo est visitans, ut solet amicus amicos.

Quomodo gaudet humanitas.

Quomodo apparet Diuinitas per suos effectus.

Colloquium cum Christo, ut sit mea consolatio, meum gaudium, ne vlla alia re gaudeam.

32 DE ORATIONE

Tres sunt modi orandi.

Primus autem magis est ad emendationem vitae quam ad formandum modum orandi. *Hic modus omnibus etiam illiteratis conuenit.*

Oratio praeparatoria, et simul fiat petitio, scilicet, petendo gratiam, ut possim cognoscere in quibus deficio circa mandata Domini. Similiter et gratiam vt ea in omnibus adimpleam.

Posito ante oculos primo mandato, diliges Dominum Deum

tium [1], etc., *an dilexerim Deum super omnia propter se, et proximum propter Deum*, manebo in consideratione eius per spacium trium Pater noster et Aue Maria. Et si inuenero culpam, petam veniam, et dicam Pater noster. Eumdem modum procedendi habebo in omnibus praeceptis. Aduertendo tamen quod in his praeceptis, in quibus non inuenio tam malum habitum, non oportet tamdiu manere quam in aliis, in quibus saepe deficio. In fine [a] faciam colloquium iuxta subiectam materiam.

Eumdem ordinem habebo circa praecepta Ecclesiae, peccata mortalia, potentias animae, sensus corporaleis.

Nota. Si ante oculos accipiam ad [b] imitationem Christi circa potentias animae et circa quinque sensus corporaleis; dicam (Anima Christi) loco Pater noster; sin ad imitationem Dominae nostrae, dicam Ave Maria.

Secundus orandi modus est contemplando in vnoquoque verbo; scilicet, post orationem praeparatoriam, manebo per vnam horam in ipso solo Pater noster, ad hunc modum: quando dico (Pater) afferam comparationes, *considerando officium patris et charitatem talis Patris, qui proprio Filio non pepercit* [2], etc., et synonyma, quantum animus poterit habere gustum seu solatium spirituale. Hoc idem faciam super secundum verbum, scilicet Noster. Et sic consequenter de aliis. Finita autem hora, dicam Aue Maria, Anima Christi et Salue Regina, solito more.

Alia vero vice dicam (Aue Maria) contemplando ad eumdem modum. Postea vero alias orationes sequenteis solito modo. Alia die Salue Regina contemplando, et sic alias orationes solito modo.

Aduertendum quod si mansero in primo verbo, Pater noster, et afferendo [c] synonyma, comparationes, invenero dulcedinem seu gaudium spirituale; non transibo vlterius contemplando; sed finita hora, perficiam Pater noster et alias orationes more solito. Et alia die incipiam a secundo verbo contemplari, et deinceps a tertio ac quarto; quotidie tamen incipiam a Pater percurrens usque ad dictionem, supra quam facturus sum contemplationem. Idem modus in aliis orationibus est obseruandus.

Tertius modus orandi est mentaliter per certum ordinem secundum anhelitum.

In primis fiat oratio praeparatoria.

Deinde inter anhelitum et anhelitum, dicam vnum verbum, videlicet, Aue, et cogitabo quattuor, si potero, scilicet, significationem verbi, per-

[a] *Sequitur* omnium mandatorum *oblitt.*—[b] *Praepositio* ad *hic et paulo post videtur esse delenda, ut sententia grammatice constet.*—[c] *Emend. ex* inueniendo.

[1] Deut., VI, 5; Matth., XXII, 37; Marc., XII, 30.

[2] Rom., VIII, 32.

sonam quam alloquor, me ipsum indignum et distantiam loci [1] inter ipsam et me. Sed quia omnia quattuor non possumus in tam paruo tempore complecti, semper aduertam ad significationem verbi. Et per eumdem ordinem faciam per reliqua verba orationis. Post finitum Ave Maria seu Pater noster, dicam alias orationes solito modo. Alia vice dicam per anhelitum Pater noster, et reliquas orationes more solito. Et sic deinceps.

Adiuuat maxime, quando volumus dicere Aue Maria, facere prius aliquod parvum colloquium cum Beata Virgine, paucis exponendo quod volumus.

Itidem faciendum ante quamcumque aliam orationem, siue ad Patrem, siue ad Filium.

32v QUID FACIENDUM POST EXERCITIA AD CONSERUANDUM SE IPSUM

Fiat per vnum mensem examen bis in die. Item octauo quoque die laicus confiteatur et accipiat eucharistiam; sacerdos saltem bis in hebdomade celebret.

Contemplationes item fiant quotidie per vnam horam, scilicet, per mediam partem orando, et per mediam contemplando. Et contemplari possumus duobus modis: primum per illa mysteria Christi relicta, videlicet, circumcisionem, *baptismum*, *magorum adorationem*, *praesentationem in templo*, *transfigurationem etc.*

Secundo: die veneris de passione; sabbato de Domina nostra, *vel aliquando de descensu ad inferos;* dominico de resurrectione; die lunae de ascensione; die martis de adventu Spiritus Sancti, vel de gloria beatorum; die mercurii de inferno et poenis damnatorum; die jouis de iudicio vniuersali, *vel aliquando de coena Domini aut de proditione Judae.*

In fine fiat semper aliquod colloquium.

Praecipuum est ad conseruationem et ad augmentum spiritualium acquisitorum, accipere conversationes similes ad suum propositum seu deliberationem, eligendo meliores ac magis spirituales, et a contradicentibus recedendo.

33 DE DISCRETIONE SPIRITUUM

Dupliciter consolatur anima: primo modo, solum ex Deo, sine causa; secundo modo, cum causa. Et hoc modo poterit consolari ex Deo et ex bono angelo et ex malo angelo.

Intelligo sine causa, sine aliqua praeuia dispositione seu cogitatione;

---

[1] Intellige «altitudinem ejus qui oratur, et inferioritatem mei ipsius orantis», id quod est in *Ve.*

et ad hoc requiritur potentia infinita. Cum causa intelligo *consolari*, cum aliqua praeuia dispositione, cogitatione seu locutione; et hoc modo poterit consolari tam ex Deo quam a bono angelo, et tam a malo angelo quam a quocumque homine.

Igitur quando cum vno proposito in electione circa vnam materiam proueniunt consolationes, et non econtra, et postea circa aliam materiam diuersam in vno proposito ueniunt consolationes et non econtra; non est inferendum, scilicet, si primae consolationes sunt a Deo, etiam secundae.

Prima ratio: aliquae sunt consolationes sine causa, aliquae vero cum causa.

Secunda ratio: quando aliquis est in vna uoluntate [a], scilicet, habendi [1] [b], idque ex habitu, et postea aduenit consolatio *sine causa* ad contrariam partem, ad extinguendum primum propositum, non poterit esse nisi a Deo. Quando autem venit consolatio cum lachrimis conformiter ad illud quod est in mea uoluntate vel in habitu, sufficit causare illam consolationem siue bonus siue malus spiritus.

34 EXAMEN PARTICULARE ET QUOTIDIANUM; CONTINET IN SE TRIA TEMPORA; BIS QUOTIDIE FACIENDUM [c]

Primum tempus est matutinum, in quo quum primum quis surrexerit, debet proponere, se diligenter cauturum peccatum particulare seu defectum, quem corrigere et emendare cupit.

Secundum tempus est pomeridianum, in quo petet a Domino nostro id quod cupit, nempe gratiam ad hoc ut recordetur quoties illud particulare peccatum uel defectum incurrerit, et ad id deinceps corrigendum; et consequenter faciet primum examen, exigens ab anima sua rationem de re proposita et particulari, quam corrigere et emendare vult, discurrens de hora in horam, seu de tempore in tempus, incipiens ab hora qua surrexit, usque ad horam praesentis examinis; et pungat in prima linea subsequentis figurae tot puncta quot [d] in illud peccatum particulare seu defectum incurrerit. Et postea proponat de nouo correctionem usque ad secundum examen faciendum.

Tertium tempus est post coenam, in quo fiet secundum examen, discurrendo etiam de hora in horam incipiens [e] a primo examine usque ad secundum praesens, et pungat in secunda linea praedictae figurae tot puncta, quoties inciderit in id peccatum seu particularem defectum.

---

[a] *Sequitur* et ex habitu ven[it] *oblitt.*—[b] *Sequitur* uel non habendi *oblitt.*—[c] *Sic correximus ex Ve et Fa.;* facienda *ms.*—[d] *Pro* quot *corrige aut* quoties *ex Ve., aut* quot vicibus *ex Fa.*—[e] *Sic etiam in Ve., pro* incipiendo.

---

[1] Possidendi bona temporalia vel beneficium, etc.

SEQUUNTUR QUATTUOR ADDITIONES AD CITIUS TOLLENDUM ILLUD PECCATUM SEU DEFECTUM ILLUM, QUEM ABOLERE VOLUMUS

Prima additio: quoties homo incidit in illud peccatum seu defectum, a quo abstinere cupit, admoueat pectori manum, et doleat quod ceciderit; quod quidem etiam potest fieri coram multis sine hoc quod sentiant quid fecerit.

Secunda additio: cum superiores virgulae [a] significent primum examen et inferiores [b] secundum, respiciat noctu si est aliqua correctio in secunda linea plus quam in prima, hoc est in secundo examine plus quam in primo.

Tertia est conferre secundum diem cum primo, hoc est duo examina praesentis diei cum duobus praecedentis, et respicere si in dies se corrigit.

Quarta additio est conferre vnam hebdomadem cum alia et respicere, si se in praesenti hebdomada correxerit respectu primae praeteritae.

Adnotandum quod prima figura maiuscula, *linea longiuscula*, quae sequitur, significat diem dominicum; secunda minor diem lunae; tertia diem martis, et sic consequenter de aliis.



55v ADDITIONES [1]

Sequuntur additiones, quibus commodius fiant exercitia, et melius obtineatur id, quod quis desiderat.

Prima additio est, post cubitum ante quam dormire incipiam, per spacium aliquod cogitabo, qua hora debeam surgere, et ad quid faciendum, reuocando ad memoriam exercitium, quod sum facturus.

Secunda est, quum experrectus fuero, non dare locum extraneis cogitationibus, sed statim aduertere ad id, quod contemplaturus sum in

[a] *Linea subducta est verbis* prima linea, *scriptum supra* superiores virgulae.—[b] *Prius* secunda.

[1] Vide dicta in *Praefatione*, supra, p.570.

primo exercitio mediae noctis, prouocando me ad erubescentiam et confusionem ob tam multa peccata mea, et adducendo exempla, ueluti si nobilis quispiam esset coram rege suo et vniuersa eius curia, erubescens et confusus, quod regem nimium offenderit, a quo prius multa dona et gratias acceperat. Similiter in secundo exercitio, videndo me gravem peccatorem, et considerando me quasi reum catenis ligatum, et euntem ut comparcam in conspectu summi et aeterni iudicis, considerando quomodo rei carceribus et catenis detenti et morte digni, apparent coram temporali iudice. Et has cogitationes vel similes secundum materiam subiectam, versabo, interim dum induor.

Tertia: vno uel duobus passibus ante locum, in quo contemplaturus sum, stabo spacio vnius Pater noster et Aue Maria; et eleuata sursum mente, considerando quod Dominus noster cum tota sua curia caelesti, me respicit, et faciam coram eo genuflexionem quamdam seu humiliationem.

5. Quarta [a]. *Quinta.* Post finitum exercitium, per quartam horae uel sedens uel deambulans, respiciam qualiter me habuerim in contemplatione; et si male, respiciam causam unde procedit, et dolebo, et proponam emendationem in futuro. Si bene, agam Deo gratias, et deinceps eodem modo contemplationem faciam.

6. Quinta. Non cogitare de rebus laetis, ut de gloria et resurrectione, natiuitate et caet. Quia ad sentiendum poenam, dolorem uel lachrimas de peccatis nostris impedit quaeuis consideratio solatii et laetitiae. Sed plus prodest proponere coram me velle dolere et poenam sentire, reducendo ad memoriam mortem vel iudicium vel damnatorum poenas.

7. Sexta est fugere claritatem ad eumdem finem, ut magis possim dolere et tristari, dolendo talia peccata commisisse, claudendo fenestras et ianuas, interea dum fuero in cubiculo, nisi excepto tempore recitandi officium, legendi, et sumendi cibum.

8. Septima est cohibere risum, et non proferre verba risum prouocantia.

9. Octaua est cohibere uisum, ne respiciat faciem alterius, nisi quum primum eum salutat vel dicit ei vale.

4. Quarta. [Initium contemplationis debes facere] [b] quandoque genibus flexis quandoque prostratus, supinus, sedens, stans eleuatis oculis et extensis brachiis, mutando interim locum, si quis non invenit quod quaerit. In hoc tamen duo sunt respicienda: primum, si inuenero quod volo, genibus flexis, non mutabo locum vlterius ex necessitate;

---

[a] *Haec est quinta additio; ideo interjecit* quinta *deleto v.* nona; *signum* 5 *addidit in margine, ubi etiam est signum* 9 *non deletum, nec delevit* quarta. *Quae additio deinde dicitur* quinta, *est sexta et sic deinceps usque ad octavam, quae nona est. Post hanc posuit quartam, ut infra. Itaque discrepant inter se numerorum nomina et signa.*—[b] *4 vv. praeced. supplemus ex Ve.; haec vel similia sententia ipsa requirit.*

alterum, in quocumque puncto contemplationis inuenero quod volo, non quaeram aliud punctum ex necessitate.

56 POENITENTIA

Decima. Poenitentia est duplex: interna et externa. Interna est flere peccata, et flenda non committere, seu propositum firmum non peccandi habere.

Externa est fructus internae poenitentiae, seu satisfactio peccatorum. Tripliciter maxime fit poenitentia externa. Primo circa cibum et potum; quando tamen remouemus superfluum, non est poenitentia, sed temperantia. Cum vero remouemus aliquid a conueniente necessitate, tunc est poenitentia; et quanto plus remouemus, tanto maior est poenitentia ac melior, vbi tamen non veniatur ad corruptionem subiecti nec ad notabilem infirmitatem. Secundo circa lectum et alia, quae pertinent ad dormiendum, habentes eamdem rationem. Tertio circa mortificationem ac castigationem corporis, et fit per ieiunia, cilicia et flagellationem, seruato eodem ordine; tamen circa flagella magis laudatur chorda tenuis aut corium, quo inferatur dolor, non infirmitas.

Praeterea triplici de causa fit poenitentia: prima propter satisfactionem peccatorum; secunda, propter abnegationem sui ipsius; tertia, ad inueniendum aliquod donum vel solutionem alicuius dubii.

III

APOLOGIAE EXERCITIORUM ANTIQUAE

1

P. HIERONYMUS NATALIS P. ANTONIO ARAOZIO

CORDUBA, MENSE JANUARIO 1554 [1]

Ait se pro officio a P. Ignatio sibi injuncto in Exercitiis institutoque Societatis defendendis auctoritatem Sedis apostolicae, a qua haec approbata sunt, vindicaturum esse.

✠

JHS

Hieronymus Natalis, Societatis Jesu in Hispaniis commissarius generalis.

Rdo. Patri in Christo Antonio Araoz, eiusdem Societatis in Hispania prouinciali, salutem in Jesu X.° sempiternam.

Quandoquidem intelleximus esse in istis regionibus, qui in nostris exercitiis spiritualibus dubitare incipiant atque instituto, quod facile nobis persuaderi non potest, viros plane doctos ac vere christianos ea reuocare in dubium posse, quae sancita sacrosanctae sedis auctoritate ac confirmata sunt, vbi praesertim de rebus, quae ad fidem ac bonos mores pertinent, per primarios sedis apostolicae magistratus, examine ac disquisitione facta, legitime definitum est; zelantes zelauimus [2] pro auctoritate ac magestate primae ac omnium ecclesiarum magistrae sanctae sedis romanae. Quis nobis tribuat vt pro huius defensione atque auctoritate superimpendamur? Qua in re diuini consilii suspicimus ac veneramur misterium: vbi erat futurum in Hispania vt de exercitiis atque instituto dubitaretur ab externis, iam ante nouem menses missit Rdus. noster in Christo P. Ignatius comissarium suum [3], etsi

---

[1] Ex apographo coaevo, in *Cod. Rom. II*, 1 f., n. LXII. De hac epistola dicit Natalis ipse in suis ephemeridibus: «Hic [Cordubae] intellexi ex literis Araoz et P. Francisci delata esse exercitia apud inquisitores. Scripsi ad Araoz acrem epistolam, quam posset exhibere legendam quibus vellet. Illa epistola id agebat, nos exercitia esse defensuros, non iam vt nostra, sed vt a Sede apostolica confirmata». *Epist. P. Nadal*, II, 21.

[2] Cf. III REG., IX, 10.

[3] Hieronymum ipsum Natalem. Cf. *Epist. P. Nadal*, I, VIII.

prorsus eo munere indignum, plena facultate, qui exercitia interpretetur ac constitutiones declaret; det rationem de ea, quae in nobis est, religionis gratia, per apostolicam sanctam sedem romanam approbata ac confirmata; nostros in eo sensu, quem semper habuerunt, confirmet ac instruat. Quod hactenus, Christo Jesu duce, egimus in domibus Societatis ac collegiis Portugalliae, atque in hoc collegio cordubensi agimus, idem acturi in reliquis domibus ac collegiis Hispaniarum, eodem Jesu Christo propitio.

Tametsi hactenus pacata omnia inuenimus, tantum vero consensum omnium ordinum in recipienda atque amplificanda Societate, tantam charitatem ac deuotionem ad institutum, vt solum hoc nobis fuerit curandum, quae aliis ingerere difficultatem possent, ea nostris loca exponere, indicare quae vitio typographi ex archetypo sunt restituenda; in reliquis, quae manu sunt conscripta, examinare, ac corrigere, si quid per varias scriptorum manus variatum est.

Spero igitur in Christo Jesu, hac ratione visitatis ac confirmatis reliquis domibus ac collegiis Hispaniae, nihil preterea nobis futurum negotii, tametsi parati semper simus ad propugnandam sacrosanctam sedem apostolicam, cuius auctoritate omnia nostra instituta confirmata atque approbata sunt.

Datis Cordubae in collegio Societatis. Januarii MDLIIII.

Conseruus et frater in Christo,

HIERONYMUS NATALIS,
comissarius qui supra.

In principio epistolae. Sobre los Exercicios. Via 2.ª

2

P. EMMANUEL LÓPEZ P. HIERONYMO NADAL

EXEUNTE ANNO 1553 VEL INEUNTE 1554 [1]

Adversarios quosdam Societatis in Exercitiis insectandis Societatem petere. Quos Exercitiorum locos illi improbent.

✠

Ihs

Pax Christi. Acá hemos entendido que el enemigo nuestro no deja de procurar de hazer de las que suele, máxime en buscar ocasión para contraminar, si pudiese, esta casita de la Compañía. Los tiros son a los exerçiçios impresos, y en ellos piensan achacarnos que rauiamos: gloria al Señor, que él nos librará. Ay sospecha, según las señales que se

[1] Ex autographo (?) in *Cod. Vatic. 4.*, 1 f., n. 8. Vide supra, p.573.

muestran, que los condes [1], por lo que ellos se saben, querunt ocasiones ut recedam [a] ab amicis [b], y por grande y muy familiar han tenido al P. Mançio [2], y entre ellos han tratado y detratado de cosas de los exerçitios, poniéndoles ruín nombre. Después que lo hemos entendido acudimos a Mançio a ver qué era; y, después de averle hablado por dos vezes, hanos dado pasos, señalados en los exerçiçios, que sonavan a su pareçer mal [3].

El uno, de que es de hazer caso alguno, es vicio de stampa, y es en la penúltima hoja y regla 14, en donde dize: Etiam si plane compertum definitumque esset, ha de dezir sit, porque en romançe dice: dado que sea mucha verdad [4].

Otros lugares ay señalados, que si uviere tiempo los escriuiera a V. R., para que los comunicara con personas que puedan a su tiempo dar su uoto. Y este trabajo a de tomar V. R. en tener comunicados los exerçiçios a personas tales, que sus letras y autoridad pueda hazer fe a los que no entienden. Essos serán otros dineros [5], y V. R. lo tenga en cuidado. Lo que es vicio de stampa se encomiende [c] allá.

Tanbién nos calumnian el Presupuesto, en lo que diçe que hemos de estar indiferentes a las criaturas, diçiendo esto es malo [6]. Y en las reglas que están luego acabados los misterios de la resurrectión, la terçera que empieça: Quod spiritualis, lo que dice al fin: nisi propter ipsum potest diligere; y en el del amor de Dios, lo que dize que Deus habet se ad modum laborantis.

El arçobispo [7] diçen que trata de esto todo, e yo con mi simplicidad he hallado en manos de Mançio los exerçiçios que se mostraron en días pasados al arçobispo y él nos los hizo perdidizos, que es señal que todos hazen vna masa.

Agora están los condes en Toledo [8]: harán consejo de tres; sed etiam funiculum triplicem Dominus fortis rumpet [9]. Yo creo que los celos del

---

[a] *Sic; legendum videtur* recedant.—[b] *Obscurum utrum scriptum sit* amicis *an* amico.—[c] *Sic pro* enmiende (?).

---

[1] Comites melitenses, Didacus Hurtado de Mendoza ejusque uxor. Cf. *Epist. P. Nadal*, I, 252.

[2] Fr. Paschalis Mancio, O. P., vulgo Magister Mancius appellatus.

[3] Haec videntur eadem esse, quae narrat Araozius, *Epist. P. Nadal*, I, 212.

[4] Vide *Prolegomena*, pp. 154-158.

[5] Subsidia sive opes generis sublimioris, ideoque diversae a pecuniis, quas pro collegio romano Natalis conquirebat. Cf. *Epist. P. Nadal*, I, VIII.

[6] Non in «Prosupuesto» haec sunt, sed post illud, in «Principio y fundamento», supra, p. 250.

[7] Joannes Siliceus, archiepiscopus toletanus. Cf. ASTRÁIN, *Historia de la Compañía de Jesús*, I, 375-379.

[8] Idem ait Araozius, *Epist. P. Nadal*, I, 214.

[9] Cf. ECCLE., IV, 12.

señor Ruygómez [1] mueven todas estas tempestades contra nosotros; pero el Señor las amansará.

Summa de los lugares que han notado en los exerçiçios

En la primera hoja [2]: Pastoralis officii cura etc. Dilectus filius Ignatius de Loyola [a] praepositus generalis Societatis Jesu; que dizen que es esto como blasfemia.

A la quinta hoja, en la cara que empieça: Haec documenta, se nota lo que dice, que non tam [b] a libris quam ab unctione, y lo que dize: ab idiomate hispanico; y lo que diçe: constat non eo animo, etc.

A las ocho hojas [3] lo que dize: tempus triginta dierum.

A las diez hojas, regla undécima, lo que diçe: expedit nescire etc.; y lo que abajo en la duodécima regla diçe: debeat unius horae tempus.

A las onze hojas, en regla décimaquinta: non alterum [c] debet impellere, etc.

A las hojas diez y seis, en el fundamento [4], lo que dize: oporteat per effectum, ex Dei amore, etc.; y lo que dize: persentiscere in se ipso [*quod*], quidquid affectionis, etc.

A las hojas setenta y dos [d], que es en la consideraçión para alcançar amor de Dios [5], lo que dize: operantem et laborantem quoddammodo.

A las hojas nouenta y ocho [e], la regla terçera [6], lo que diçe: nisi propter ipsum potest diligere.

A las hojas ciento y doze [7], que es la penúltima, lo que dice en la décima quarta regula: Etiam si plane compertum deffinitumque esset, etcétera.

Esto es de lo que paresce que se avía de hazer más caso; pero véese ser vicio de stampa, pues en los exerçiçios de romançe diçe: dado

---

[a] Layola *ms.*—[b] no tan *ms.*—[c] altero *ms.*—[d] *Sic pro* setenta y una; *id est in pag. 141.* —[e] *Dicere debuit* noventa y siete, *pag. 194.*

---

[1] Rodericus Gómez de Silva, de quo multa in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª V-XII, sub nomine Gómez, in vol. V, Gomes. Cf. etiam *Chron. Po.*, III, 337, a n. 748, et Araoz in *Epist. P. Nadal*, I, 212.

[2] Citantur folia editionis romanae anni 1548, recte plerumque, non numerato fol. 1, in quo est titulus. In hac autem editione nec folia nec paginae numeris signatae sunt, ut videre est infra, in *Bibliographia Vulgatae versionis*, nn. 1 et 54.

[3] In fine annotationis quartae, supra, p. 228.

[4] Fundamentum est in ff. 15-16; quae autem hic dicuntur, non in Fundamento sunt, sed in eo qui dicitur «Modus posterior bene eligendi», fol. 57, pag. 113, hic, supra, p. 386. Cf. monumentum, infra, sub n. 5 positum: videbis, hic esse omissum locum quemdam ab adversariis reprehensum; unde forte etiam conjicies hanc et illam collectionem cognatas inter se esse.

[5] In tertio puncto, supra, p. 432.

[6] Inter regulas ad spiritus discernendos in prima hebdomade, supra, p. 514.

[7] Pag. 223; hic, supra, p. 558.

que sea mucha verdad; de manera que en lugar de esset avía de estar: sit.

3

DOCTOR BARTHOLOMAEUS DE TORRES DEFENDIT IGNATIANA EXERCITIA

2 JANUARII 1554 [1]

Miratur quod quidam Exercitia ignatiana reprehendant, postquam per Summum Pontificem approbata sunt; est enim, inquit, doctrina catholica, non posse Papam errare in rebus quae ad fidem, mores et sacramenta pertinent.—Blasphemiam non esse, quod Ignatius praepositus generalis Societatis Jesu appelletur.—Quod si duo, alter homo privatus, alter Summus Pontifex, diligentiam adhibuerint in Exercitiis examinandis, non esse ambigendum utrius judicium amplectendum sit —Percurrit deinde locos nonnullos, quos adversarii sugillabant, eosque explicat et defendit; sunt autem loci, in quibus agitur de origine Exercitiorum ac de libello in vulgus non communicando; item ubi traduntur monita et praecepta circa tempus exercitiis et orationi tribuendum et circa modum agendi cum eo qui se exercet; denique ubi agitur de indifferentia, de electione generis vitae ex Dei amore, de actione Dei, de amore Dei et rerum creatarum, de praedestinatione.

†
Jhs

DOCTORIS TORRENSIS, QUI FUIT CANARIAE EPISCOPUS, APOLOGIA PRO EXERCITIIS [a]

Primum omnium miror admodum de his, qui audent latrare contra exercitia sanctissimae Societatis Jesu, postquam omnia et singula in eis contenta autoritate summi pontificis sunt approbata, vt patet in approbatione Pauli 3.[i] qua approbauit praedicta exercitia, quae habetur in principio et fronte libri exercitiorum. Verba summi pontificis sunt: exercitia praedicta, ac omnia et singula in eis contenta autoritate praedicta tenore praesentium ex certa scientia nostra approbamus, collaudamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, etc. Ergo qui dicit esse errorem aliquem contentum in exercitiis certe lutheranus est, postquam dicit summum pontificem errasse, et per consequens

[a] *Hunc titulum exaravit P. Natalis.*

[1] Ex apographo coaevo, Natalis manu annotato, in *Cod. Vatic. 2*, ff. 54-63r. Integrum fere f. 54 latine, caetera interdum latine, maxima ex parte hispane scripta sunt. Complura vocabula perperam scripta sunt in hoc monumento, v. g. missit, preterea, creature, persone, comissarius, suficiens, afectus, atribuatur, equaliter, impresa, aprehendere, equilibrio, estercora, calumniant (arch. pro calumniantur) et alia, quae prudens lector facile emendare poterit. Ea tantum fere corrigimus, quae sensum obscuriorem reddunt; tunc vero lectorem monemus.

[1] Ex apographo coaevo in cod. *Vatic. 2*, ff. 67-70. P. Natalis hunc titulum apposuit: «Ejusdem [doctoris Torrensis] pro eisdem exercitiis». Alia vero manus, quae videtur P. Nathanaëlis Sotuelli, scripsit in margine: «Hoc scriptum non est doctoris Torres, sed alterius. Vide ubi est hoc signum ⁜.» Hoc autem signum cernitur in extremo fere scripto, juxta paragraphum «E querido escrebir a V. md.» ubi agitur de doctoribus Torres et Cuesta. Causa erroris P. Natalis videtur fuisse, quod huic monumento aliud quoddam, a doctore Torres compositum, adjunctum est et ita signatum: «El doctor Torres». Cf. *Epist. P. Nadal*, I, XLIII, et Praefationem appendicis, art. III, p. 574. Menda aliquot scripto huic irrepserunt, de quibus intellige ea quae diximus supra, p. 653, annot. 1.

[2] Breve est, non bulla, documentum, quo Paulus III approbat Exercitia. Vide supra, pp. 215-218.

Dominum, propter me, in creaturis suis operantem, et *laborantem quodammodo*, quatenus dat ipsis conseruatque id quod sunt, habent, possunt atque [a] agunt; quae omnia, vt supra, in mei considerationem reflectenda erunt. Nótase en esto el laborantem quodammodo, como si quisiésemos dezir que Dios se fatiga [b] obrando. Desta manera no podríamos dezir que Dios se aýra, y que requievit [c] die septima [1], que se an dentender dél, que haze los efectos del que se ira [2] y descansa etc.

En la hoja XC°VIII[a] en las reglas para conoçer varias motiones del spiritu en la regla 3.ª, que dize ansí: Tertia est: quod spiritualis proprie consolatio tunc esse noscitur, quando per internam quamdam motionem exardescit anima in amorem sui Creatoris, nec jam creaturam vllam, nisi propter ipsum, potest diligere. Notan en esta el potest, diziendo que se quita el libre alvedrío, o que se da estado en que el honbre sea inpecable. En esto, primeramente, en los exercicios de romançe, que son el original y a de ser la interpretación de los de latín, está clara la intentión del autor que los volbió en latín; porque allí no dize: non potest, sino no quiere amar o no ama [d], como Vd. lo podrá ver en los suyos de romançe, si los tiene. Y allende desto, estando en el rigor y la verdad, esta proposición es muy cathólica, y de la misma manera que muchas de la Escriptura sacra, como aquella: non potest arbor bona malos fructus facere [3]; entendiendo, quandiu est bona, que de otra manera sería falso; y lo de San Juan en su epístola: qui ex Deo natus est non potest peccare, semen enim Dei habet in se [4]; et tamen puede caer de la gracia, y perder la simiente y pecar. Y ansí acá se a dentender. Y también entendiendo el non potest pro: dificile est, como S. Pablo dize: imposibile est eos, qui semel etc. ad Hebraeos, 6 [5]; y otros pasos semejantes.

En la hoja penúltima, en las reglas para el sentido verdadero en la Iglesia, en la regla X4 [e] que dize ansí: Advertendum quoque est, etiam si plane compertum definitumque esset nemini contingere salutem nisi praedestinato, circunspecte tamen super hoc loquendum esse, ne forte, gratiam seu praedestinationem Dei nimis extendentes, liberi arbitrii vires et operum bonorum merita excludere velle videamur, vel e conuerso, ne plus aequo hisce tribuentes, illis interim derogemus. En esto notan aquel esset, que haze dubda en donde no la ay. Este es mani-

---

[a] adq. *ms.*—[b] fatigo *ms.*—[c] requiebit *ms.*—[d] *In Aut. nostro* «ninguna cosa... puede amar»; *supra, p. 514.*—[e] X4j *ms. obscure. Est autem regula decima quarta.*

---

[1] GEN., II, 2; EXOD., XX, 11; HEBR., IV, 4.
[2] *Irarse* arch. pro *airarse.*
[3] MATTH., VII, 18; cf. MATTH., XII, 33; LUC., VI, 43.
[4] I Jo., III, 9.
[5] HEBR., VI, 4.

fiesto error de stampa [1]; y en los exercicios de romance se ve que dicen ansí: dado que sea mucha verdad que nadie se pueda saluar sin ser predestinado etc. Y del contexto desta misma regla se ve la intentión sana; y mucho más de la regla, que luego se sigue, dézima quinta, que dize ansí: Similem ob causam frequens de predestinatione sermo habendus non est; si incidat nonnumquam, ita temperari decet vt nulla plebi audienti detur occasio erroris ac dicendi: *si de salute mea vel damnatione* jam definitum est, siue male siue bene agam, aliter euenire non potest; vnde solent multi opera bona negligere et alia subsidia salutis.

E querido escrebir a V. md. todo esto, porque vea quán grande mal es la passión humana, pues tanto ciega. Nuestro Padre provincial [2] para satisfación de los de fuera a hecho que el doctor Torres de Sigüença, que aquí a estado, los mirase con todo rigor, y tanbién los a dado al doctor Cuesta para el mesmo efecto, y al abad mayor [3]; y todos no sólo an dicho que todo quanto en los Exercicios ay es cathólico, pero que es vna doctrina celestial, y que ansí lo darán firmado de sus nombres. El doctor Torres lo a firmado antes que se fuese, y es lo que va en las spaldas desta; los otros [4] lo darán oy o mañana firmado [a].

---

[a] *Sequitur brevis declaratio Torrensis, quam vide supra*, p. 674. *Sed huic declarationi subjungitur dies* «17 de Henero 1554», *cum in originali a nobis edito legatur* «2 de Henero de çinqüenta y quatro».

---

[1] Vide *Proleg.*, pp. 154-158.

[2] P. Antonius Araozius.

[3] Abbas complutensis erat hoc tempore Ludovicus de la Cadena. Id colligimus ex cod. *Alcalá | Libro | de | Actos | y | Grados | 1544 | 1562*, qui exstat in archivo nationali matritensi. Hic enim cod. continet aliquos titulos collatos mense Decembri anni 1553 et mensibus Januario et Februario anni 1554, subscripto nomine Ludovico de la Cadena, abbate complutensi et cancellario. Codex non habet signata ff.

[4] Judicia duo Torrensis habes supra, pp. 653-671; doctorum Cuesta et Vergara, infra, post quae sequitur tertium quoddam monumentum doctoris Torres; abbatis vero majoris complutensis responsum invenire non potuimus. In *Historia del Colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá de Henares*, ms., l.IV, c. V, narrat Christophorus de Castro, S. J., hujusmodi responsiones datas esse a doctoribus Torres, Cuesta, Vergara «aliisque compluribus», quorum nomina non profert.

6

DOCTOR ANDREAS CUESTA P. IGNATIO DE LOYOLA

MENSE JANUARIO, 1554 (?) [1]

Exercitia probat laudatque; ait tamen quosdam esse in libello dicendi modos, qui malevolis ansam calumniandi praebere possint.

✠ Yo he uisto este libro de la Compañía de Jesús, intitulado Exercitia spiritualia, impresso año de MDXLVIII, en cuyo principio está vn breue de nuestro muy santo padre papa Paulo, que comiença: Pastoralis officii cura in vniuersum Xpi. gregem, etc., cuyo fin es, qui nobis cum ipso Deo vnionem amoris prestat, et conseruat. Romae apud Antonium Bladum XI.° Septembris 1548 [2]; y en el dicho libro dentro ay exercicios y annotationes o addiciones sobre ellos; y después desto la vida de Jesuchristo; y después ocho reglas que seruen para distinguir entre spiritus buenos y malos [3]; y otras siete para distribuír limosnas; y otras seys notables para cognoçer scrúpulos; y otras diez y ocho reglas para que los hombres no hierren, antes se conformen con la determinaçión de la madre santa Iglesia; y otras cosas. En lo qual, todo sub censura de quien mejor sintiere, mi pareçer es (aunque en cosas semejantes de tanto spíritu y comunicación con Dios no es razón que sea juez quien tan fuera está de todo), que ay doctrina cathólica y santa, y theología puesta en esta obra y exercitio; y que los que conforme a lo que en el libro está obraren y se exercitaren, necessariamente han de sacar grande prouecho spiritual; porque aun leerlo y passar por ello con el pensamiento, sin obrar nada, mueue grandemente y confunde, dando a entender a hombre quán fuera anda de donde debría andar, y quán poca qüenta tiene con lo que era razón tuuiese mucha. Y ansí entiendo que es obra digna de ser ayudada y faborescida como cosa muy prouechosa para quien della se quisiere ayudar.

Bien alcanço que están algunas cosas y maneras de hablar, que si algunos las quieren tomar en el rigor de las palabras, y no quieren aduertir al intento y sentido que lleuan, cogiendo de lo que antes y después se diçe, podrían tomar occasión de offenderse y calumniar, como es en el quarto y vltimo notable ante hebdomadam secundam, donde diçe: quartum quod particulare examen fiat ad tollendas culpas et ne-

---

[1] Ex originali, in *Cod. Rom. II*, 1 f, n. LXIII (2.° loco). Exstat hujus scripti apographum exemplum coaevum in *Cod. Vatic. 2*, ff. 75v-76. Scriptum monumentum videtur esse mense Januario 1554. Cf. *Chron. Po.*, III, 337; *Epist. mixtae*, IV, 44; et *Epist. P. Nadal*, I, XLIII.

[2] Prima ed. Vulgatae versionis latinae.

[3] Omittit in hac enumeratione regulas ejusdem generis quatuordecim, ad primam hebdomadem magis accommodatas.

gligencias, quae circa exercitia et additiones solent obrepere», etc., diçiendo que paresce que quiere sentir que los exercicios y addiciones obligan sub pena peccati a que se hagan con aduertençia, y bien fechos, pues diçe culpas [1] y negligençias; pero si aduierten, no toma el libro culpa en ese rigor que sea peccado, sino que examine hombre si tuuo inaduertençias y descuidos para que otra vez lo haga [a] bien y adquira [2] hábitos para se exercitar recta y perfectamente. Ansímesmo en la antecedente foja, aut dubii alicujus quod nos angit resolucionem [3] etc., acaso tomará ocasión alguno a pensar que pide a Dios manifestación de algún secreto o reuelación, etc., pero no ua a ese fin, etc.; y en otras partes que diçe, que es manifiesto que tal o tal tristeza y desconsuelo viene del demonio, y otras cosas, etc. Pero si con ánimo limpio lo leen y aduierten todo, estoy cierto, a mi juiçio, que los tales caerán destas y otras semejantes imaginaciones, y juzgarán que el que en las cosas deste libro a las derechas se exercitare, hará poco caso de las cosas que ordinaria y regularmente todos hazemos mucho, y mucho de las que nos acordamos poco.

Dr. CUESTA.

Inscriptio: ✠ Al muy Rdo. en Chro. P., el Padre M. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesús, en Roma. 2.ª vía.

Sigilli vestigium.

7

TESTIMONIUM DOCTORIS VERGARA DE EXERCITIIS

MENSE JANUARIO, 1554 (?) [4]

Ait nihil Exercitia ignatiana erroneum continere posse, quod typographorum vitio adscribendum non sit, postquam illa sunt a Pontifice Summo approbata.

Vistos los exercicios spirituales de la Compañía de Jesús, y el examen y paresceres del cardenal de Burgos, y del vicario del papa, y del maestro del sacro palacio; y vista la approbación hecha por la sede apostólica, según que [e]n la bula se contiene, a la qual me remitto, donde aprueua omnia et singula in eis contenta: digo que dezir y affirmar que contienen cosa herética, errónea, scandalosa o mal sonante o qualquiera otro error, que no se pueda y deua atribuír al impressor, es error de lutheranos, pues el vicario de X.º determina lo contrario.

El doctor VERGARA.

---

[a] hagan *ms.*

[1] Hispanus textus habet «defectos y negligencias», supra, p. 312.

[2] Vide supra, p. 182, l. 2.

[3] In fine primi notandi post decimam additionem, supra, p. 310.

[4] Ex originali, in *Cod. Rom. II*, 1 f, n. LXIII (1.º loco). Aliud exstat exemplum antiquum in *Cod. Vatic. 2*, f. 75v.

8

ALIA EXERCITIORUM DEFENSIO AUCTORE BARTHOLOMAEO DE TORRES

4 MARTII 1554 [1]

Exposito discrimine inter articulos de fide, propositiones de fide ac doctrinam catholicam; ostendit doctrinam Exercitiorum S. Ignatii esse doctrinam catholicam, eumque qui id neget post eorum approbationem a Summo Pontifice, accedere ad lutheranos.

Muy reverendo mi Señor [2]. Nuestro Señor le pague la merced que me hizo con su carta; y en ésta sólo quiero responder a vn punto della. En su carta me escriue V. md. estas palabras que se siguen: Aquí me embiaron vuestro paresçer y viéronlo otros religiosos, de los quales algunos dizen que no todo lo que el pappa aprueua y confirma, avnque sea acerca de las costumbres christianas, es su yntinçión hazerlo como pappa ni para que se tenga como artículo de fe, pero todo lo otro les paresçe bien. Las dichas palabras son de V. md. en su carta, y açerca dellas quiero hablar todo quanto dixere en esta carta.

Quanto a lo primero, digo que me huelgo mucho en que esto se aya ofresçido para que esos sanctos religiosos me saquen de ignorantia, si la tengo; porque este es ofiçio de christianos, enseñar al que no sabe; y deseo muy mucho ser enseñado de personas tan sanctas y tan doctas; y porque son tales, en lo que hablare y dixere no alegaré authoridades de Sagrada Scriptura, ni de conçilios, ni de pappas, ni de sanctos, por no les ser molesto, y porque me paresçe, según la eminençia de su doctrina, hazerles injuria, pues tan al cabo están de todo quanto yo les puedo alegar; pero si acaso esos señores quieren que pruebe yo todo quanto aquí dixere con authoridades de la Sagrada Scriptura, conçilios y sanctos, V. md. me lo scriua, porque yo alegaré tanto al propósito, que sé que tengo de ser molesto a esos señores, a quien yo desseo seruir, por ser sieruos de Jesu X°.

Quanto a lo 2.do digo que aquí abemos de suponer vna doctrina cathólica, conviene a saber, que el pappa en quanto pappa no puede herrar, avnque lo contrario tienen algunos, como vn Padre francisco doc-

---

[1] Ex originali in *Cod. Vatic. 4*, ff. 6, 7, 10 et 11. Quinque postremi versus, qui incipiunt a «Nuestro Señor sea con la ánima», sunt autographi. Est etiam autographum postscriptum. Cf. *Epist. P. Nadal*, I, XLIII.

[2] Quis ille fuerit non constat. Ex contextu tamen suspicamur, eum ordinis alicujus religiosi sodalem fuisse. Hos enim appellare solebant «Reverendos», et auctor litterarum, ad quas respondet Dr. Torres, ajebat: «Aquí me embiaron vuestro parecer y viéronlo otros religiosos». Quos Torrensis quoque appellat «esos sanctos religiosos».

tíssimo y de muy gran vida, que a poco [a] que scriuió [1]: empero absit a nobis tantus error et tam periculosus, precipue temporibus nostris. Y también avemos de presuponer aquí que yo hablo contra los que dizen que ay errores en los exerçiçios [2].

Quanto a lo 3.° digo, que se a mucho de considerar y notar vna cosa que haze mucho a mi propósito, y es doctrina común de todos los doctores, y muy clara, conviene a saber, que ay muchos grados de proposition cathólica, y que todo artículo de fe es proposiçión dc fe y no al contrario; y toda proposiçión de fe es cathólica, y no al contrario; porque artículo de fe es vna proposiçión de fe, la qual están obligados a saber todos los christianos, so pena de peccado mortal; y digo que son obligados a saberla en particular, como que Dios se hizo hombre. Proposiçión de fe es vna proposiçión cathólica, que está formalmente en la Sagrada Scriptura [b], o en la determinatión de la Iglesia, o claramente se deduze y infiere de la tal proposiçión o determinaçión; y ansí digo que todo quanto ay en la Sagrada Scriptura, afirmado por el scriptor della, es de fe; empero quasi innúmeras proposiçiones de fe [3] ay, que no son obligados los christianos a crcer en particular, avnque bien son obligados a creerlas en general, conviene a saber todo lo que cree la madre sancta Yglesia. Proposiçión cathólica es proposiçión de fe o muy conforme a la fe, como dezir que vno es obligado a confesar sus peccados antes que reçiba el sancto sacramento, y que no basta tener contriçión de los pecados, esta es proposiçión cathólica, porque es muy conforme a la fe. Probet autem scipsum homo [4], etc. Empero esta proposición no es artículo de fe, ni proposiçión de fe; porque la contraria que es error de Cayetano [5], no está determinada por heregía, ni el sancto conçilio tridentino por tal la quiso determinar, avnque manda sanctíssimamente que ninguno la defenda so pena de descomunión [6]; y lo que determina el conçilio, antes de la determinaçión y confirmaçión del pappa, es cathólica doctrina, empero no es artículo de fe ni proposiçión de fe, y dezir que vna religión aprobada por el summo pontífice es sancta, y que vn sancto canonizado como S. Francisco, Sancto Domingo,

---

[a] *Attrita est charta; unde difficulter leguntur superiora 3 vv.*—[b] *Sequentia 7 vv. in marg., auctoris manu, addita sunt.*

---

[1] ALFONSUS DE CASTRO in opere *Adversus omnes haereses*, l. II, c. III; in ed. operum omnium matritensi anni 1773, t. I, p. 6, col. 2.ª; 1.ª ed. facta est Parisiis, anno 1534.

[2] Ex horum numero erat Fr. Thomas de Pedroche, O. P. Cf. *Chron. Po.*, III, 503-524; et *Epist. P. Nadal*, IV, 820-875.

[3] Quid sit propositio catholica, propositio de fide, non omnes theologi eodem modo declarant. Nec tamen hoc loco vacat has quaestiones longius persequi.

[4] I COR., XI, 28.

[5] In *Summula de peccatis*, Lugduni 1565, p. 68. Cf. ejusdem *Epistolae Pauli et aliorum apostolorum*, in I COR., XI, 28, in ed. Jean Petit, 1532, fol. LXXIIIr.

[6] Sess. XIII, de eucharistia, c. VII, et can. 11. Cf. etiam SF. PALLAVICINO, *Istoria del Concilio di Trento*, l. XII, c. II.

S. Benito, S. Jerónimo, S. Bernardo, etc.. [es sancto] [a], es cathólica doctrina, empero no es artículo de fe. De todo lo dicho consta que ay muchas proposiçiones y doctrinas cathólicas que no son artículos de fe, ni proposiçiones de fe [b], ni artículos de fe.

Quanto a lo 4.º digo que yo nunca dixe que la doctrina de los exerçiçios es artículo de fe: ni proposición de fe; y suplico mucho a los señores que adviertan a mis palabras: yo dixe, y lo que dixe torno a dezir y afirmar, que todos los exerçiçios son cathólicos, y todo quanto ay en los exerçiçios es cathólico; y dezir lo contrario digo que es grandíssima themeridad y error que sabe a lutherano, pues el pappa así lo determina en la bulla [1] que está al principio de los exerçiçios: documenta et exercitia praedicta ac omnia et singula in eis contenta authoritate praedicta thenore praesentium ex certa scientia aprobamus, collaudamus ac praesentis scripti patrocinio communimus. Adonde claro está que aprueua el pappa la doctrina de los exerçiçios por cathólica, y que su intençión es aprobarla por tal, pues la intençión del pappa se declara por sus palabras, y sus palabras dizen que la aprueua por cathólica. Y anse de notar a este propósito muchas cosas: lo primero que dize que aprueua los exerçiçios authoritate praedicta; lo segundo que dize que los aprueua ex certa scientia; lo tercero que como paresçe en la bulla le propusieron la dubda al summo pontífice que determinasse si la doctrina de los exerçiçios era cathólica o no; lo quarto, que lo cometió a personas doctas, de grande authoridad, letras y religión, como fueron dos Padres dominicos [2]; y después de hecha esta diligençia determinó [c] los exerçiçios por cathólicos y todo quanto en ellos ay [d].

Lo quinto se a de notar que amonesta el summo pontífice a todos los xristianos que abraçen y se aprouechen de la doctrina de los exerçiçios. Agora pido yo, ¿por qué todas las cosas dichas no bastarán por tener vna doctrina por cathólica?, no digo por artículo de fe ni de fe. Y si ansí fuese que en la doctrina de los exerçiçios obiese errores [3], ella sería doctrina diabólica y de el demonio, y por el consiguiente los tales an de confesar que el pappa una doctrina diabólica determinó por cathólica, y que el pappa vicario de Jesu X° exhorta a los xianos. que siguan doctrina del demonio, lo qual sería cosa diabólica y blasfema; y están los tales obligados a conçeder esto. Si dizen que la intençión del papa no fué allí determinar la tal doctrina por cathólica, pregunto: o la

[a] *Haec supplenda esse intelligitur et ex parallelismo cum sententia superiore* (...es sancta...) *et ex communi catholicorum theologorum doctrina.*—[b] *Sequentia 4 vv. addidit auctor, immemor dictum hoc jam antea esse.*—[c] determinó *ms.*—[d] *Hoc v. addidit auctor in marg.*

[1] Scribendum fuit «en el breve» hic et infra. Vide supra, pp. 215-218.

[2] Joannes Alvarez de Toledo, cardinalis et episcopus burgensis, et Aegidius Foscararius, Sacri Palatii Magister. Cf. eorum de Exercitiis judicia in fine *Vu.* et *Ve.* (supra, pp. 562, 563) et ea quae de his viris diximus in pp. 215-216.

[3] Errores intellige fidei vel bonis moribus contrarios.

determinó por cathólica, o la determinó por diabólica: no por diabólica, luego por cathólica. Si dizen que la determinó por verdadera; luego no ay errores en ella. Si dizen que ay algunos errores y que lo otro que ay en ellos es cathólico; contra: que el pappa dize quod singula et omnia in eis contenta aprobat. Quando aprobat singula et omnia, argumentor sic: o lo aprueua todo por cathólico o por diabólico: no por diabólico, luego por cathólico. Y si dizen que todo lo aprueua por verdadero; luego no ay errores en los exerçiçios: quanto más que aprouar el pappa vna cosa por verdadera, si pertenesçe ad fidem, mores et sacramenta, es aprouarla por cathólica.

Iten pregunto: supuesto que la doctrina de los exerçiçios sea cathólica, si el pappa la puede determinar por tal, o no? no me dirán que no. Y si la puede determinar por tal, ¿qué más ha de hazer el pappa de lo que hizo? Y ¿por qué palabras más claras la puede determinar por cathólica, que son las palabras dichas? Si me dizen que el pappa la determinó, no como pappa sino como doctor particular; quanto a lo primero digo que, avnque ansí fuese, sería themeridad dezir vno lo contrario sin evidencia o grandíssima çertidumbre de que el pappa se engañó; quanto más que esta respuesta es dar ansa a que jamás se tenga por cathólico lo que dize el pappa; porque podrían dezir a cada cosa, que la determina como hombre y particular doctor, y no como papa.

Yten: y a esto que quiero dezir suplico que me respondan esos señores: o ay alguna regla, por la qual podemos conosçer quándo el pappa determina vna cosa en quanto pappa, o no ay la tal regla. Si no ay, es imposible que se tenga vna proposición por cathólica por ser determinada por el summo pontífice; y ansí cosa vana sería dezir que el papa en quanto pappa puede determinar vna cosa por de fe o cathólica. Si ay alguna regla para conosçer quándo el pappa habla en quanto pappa, digo que me la den, porque por ella yo probaré ser cathólica la doctrina de los exerçiçios. Si me dizen que entonçes habla en quanto papa, quando su determinación se pone en el cuerpo del derecho, esto es falso; porque no es cathólico y de fe por estar en el cuerpo del derecho, sino por estar primero determinado por el papa.

Yten: que en el cuerpo del derecho están algunas extrauagantes del papa Juan 22, adonde determina que los frailes menores tienen dominio de las cosas que poseen, y esto no es de fe, y lo contrario tiene otro summo pontífice, Nicolao; y entrambas determinationes están en el cuerpo del derecho [1]. Si dizen que entonces habla en quanto pappa

[1] Significantur constitutiones Nicolai III «Exiit qui seminat» 15 Augusti 1279 et Joannis XXII «Ad conditorem canonum» 8 Decembris 1322, et «Quia quorumdam mentes» 10 Novembris 1324 datae, quae sunt in *Corpore Juris Canonici* (Sexti Decret., l. V, tit. XII, c. III, et Extravag. Joan XXII, tit. 14, cc. III et V), quibus constitutionibus pontifices illi de paupertate Fratrum Minorum agunt. Sed has constitutiones in dogmate

quando determina vna cosa y prohibe lo contrario sub anathemate, contra; que muchas decretales ay, que se tienen por cathólicas y de fe, como son açerca del matrimonio muchas determinationes, y en ellas el pappa no haze más de simplemente determinar, sin prohibir lo contrario sub anathemate.

Yten: el pappa Joán en las dichas extrauagantes determina muchas cosas, y manda sub anathemate que ninguno affirme lo contrario; empero lo que allí se determina no se tiene por de fe; y muchas cosas que allí dize, no son cathólicas, porque non pertinent ad religionem [1]; no digo que no sean verdaderas.

Cierto que, si alguna regla ay para conosçer quándo el pappa determina alguna cosa en quanto pappa, esta es, conviene a saber: quando le proponen vna dubda que pertinet ad religionem, id est, fidem vel mores, vel sacramenta; y el pappa haze su diligençia para saber la verdad consultando personas sanctas y doctas, y él por su persona trabaja de inquirir la verdad, lo que después determinare, determinará en quanto pappa, por de fe o cathólico. No digo que esta regla siempre sea necessaria, sino que basta y sobra para conosçer quándo el pappa determina en quanto papa una cosa; quiero dezir que por ventura menos que lo que e dicho basta para que determine alguna cosa por cathólica en quanto pappa; pero lo dicho no solamente basta, empero sobra; y si esta regla me dan, como me la an de dar, por ella claramente prueuo que todo quanto ay en los exercicios es cathólico y aprouado por el pappa en quanto pappa, como claramente paresçe en la bulla;

---

fidei contrarias inter se non esse, ostendit praeter alios Natalis Alexander, O. P., *Historia ecclesiastica saeculi* XIII *et* XIV, Dissert. XI, art. 1, in ed. veneta anni 1776, t. VIII, p. 435. Accedit, id quod praecipuum est, quod neque Nicolaus, neque Joannes de paupertate Fratrum Minorum definitionem fidei edere volebant. «So hoch, inquit Josephus Hergenröther, die Regel des heiligen Franziscus als eine von der Kirche genehmigte und empfohlene Anleitung zur vollkommenen Nachfolge Christi steht, so ist sie doch keineswegs an sich und in ihrer richtigen Erklärung Gegenstand der Offenbarung, des depositum fidei». *Anti-Janus*, Freiburg i. Br., 1870, p. 58.

[1] Pertinent potius ad philosophiam et juris scientiam. «In his et similibus decretis» inquit Petrus Ballerinius, egregius potestatis pontificiae defensor, «potissimum cavendum, ne idem esse credatur, aliquid pertinere ad materiam fidei, et decreta, quae a pontificibus eduntur, ut respondeant interpellantibus apostolicam sententiam et auctoritatem, si quo hujus auctoritatis charactere muniantur, semper esse definitionem fidei. In re enim, quae referri queat ad jus naturale vel divinum, respondere possunt quod ex opinione probabilius judicant vel tutius, nisi exprimant aliquid credendum aut damnandum ex catholica fide, idque possunt, etiamsi ad compescendas acriores contentiones sub excommunicationis poena vetent constitutis glossas addere et aliter interpretari». *De vi ac ratione Primatus Romanorum Pontificum*, c. XV, § X, n. 41, p. 317, ed. Veronae, 1766. Quomodo dignosci possit, definitionem aliquam pontificiam esse «ex cathedra» factam, ideoque infallibilem, accuratius declararunt theologi recentiores. Cf. CHRIST. PESCH, S. J., *Praelectiones dogmaticae*, I, ed. 5.ª, Friburgi Brisgoviae, 1915, nn. 507, 519, 521; JOAN. MUNCUNILL, S. J., *Tractatus de Christi Ecclesia*, Barcinone, 1914, disp. II, c. III, pp. 365-452.

porque los exerçiçios pertenesçen a las costunbres, y propusieron la dubda al papa, y el pappa hizo su diligençia por saber la verdad, y después determinó la doctrina de los exerçiçios ser cathólica y sancta.

Y si todavía dizen que aun esto no basta, contra: que muchas decretales de los pontífices se tienen por de fe; y quando el pappa las determinó no hizo más, ni aun tanta diligençia; y si toda esta diligençia hecha por el summo pontífice no basta para que se tengan los exerçiçios por cathólicos, también dirá vno que ni basta para que se tengan por cathólicas las decretales de los summos pontíficcs, lo qual dezir sería eregía; y no ay más razón de lo vno que de lo otro.

Yten: error será dezir que vn sancto canonizado como los dichos, y que vna orden aprovada por el summo pontífice no es buena; y claro es que el papa para aprouar vna orden, para canonizar vn sancto no haze más diligençia que hizo para aprobar la Compañía de Jesú, y sus exerçiçios [1]; luego dezir que la Compañía de Jesú no sea sancta orden, y que los exerçiçios no son buenos, es error.

Yten: si la diligençia dicha no bastasse para que el pappa determinasse una cosa por cathólica, siempre dudaríamos de todo quanto determina el papa; porque, pregunto: ¿qué mayor diligençia puede hazer que la dicha?

Y ansí torno a dezir que todo [lo que] [a] ay en los exerçiçios es cathólico, y dezir lo contrario es error de lutheranos y dar ansa a [que] [b] lo que el pappa haze sea tenido en nada; et precipue his temporibus, quando impugnatur potestas summi pontificis, es cosa peligrosíssima dezir lo contrario.

Y digo más: que si alguno dixese que es de fe que los exerçiçios son cathólicos, este tal hablaría seguríssimamente, pues el pappa con tanta diligençia los determinó por cathólicos, y la sancta inquisición le daría graçia por ello, porque es fundada por el Spíritu Sancto y tracta sanctíssimamente de defender las cosas del summo pontífice como de Padre nuestro, y de Vicario de Jesu X°. Y créanme que el que trata de contradecir las determinaçiones del pappa, precipue quae pertinent ad fidem, mores et sacramenta, o es herege o camina para allá [c].

Nuestro Señor sea con la ánima de vuestra merced, y le dé su gracia, para que en ella siempre viua y muera; y le suplico me encomiende

---

[a] *Sententia exigit, ut haec duo vv. suppleantur.*—[b] *Hanc particulam constructio postulat.*—[c] *Quae sequuntur sunt autographa.*

---

[1] Canonizationis processus operosiores plerumque sunt quam fuit approbatio Societatis Jesu vel Exercitiorum. Et tamen recte procedit conclusio; quia certitudo rei constitutae vel approbatae a Summo Pontifice, non a labore hominum vel diligentia, sed a Spiritu Sancto assistenti pendet.

de veras a Nuestro Señor, y lo mesmo suplico a todos essos señores, porque, cierto, tengo grande necesidad. De Sigüença, a 4 de Março.

Su servidor,

El doctor TORRES.

A tergo. Apologia exercitiorum doctoris Torres.

Post scriptum. Esta carta s[e] emvíe al P. Tablares con toda la brevedad posible; y va abierta, porque la vean todos los Padres de la Compañía, si la quisieren ver.

9

DEFENSIO EXERCITIORUM INCERTO AUCTORE S. J.

CIRCA FINEM SAECULI XVI [1]

Impugnatur tractatus de quibusdam exercitiis paulo ante Directorium confectus, in quo nonnulli Societatis Patres contendebant Exercitia S. Ignatii communiter saecularibus hominibus, minime vero viris Societatis esse tradenda; hos vero aliis exercitiis, quae ipsi composuissent, excoli debere.

✠ De Exercitiis spiritualibus

[1] Pater Ignatius in libro exercitiorum, in quodam titulo ante principium et fundamentum, ponit finem eorundem exercitiorum spiritualium, quae ipse composuit, cum dicit: Exercitia quaedam spiritualia, per quae homo dirigitur, ut uincere seipsum possit, et uitae suae rationem, determinatione a noxiis affectibus libera, instituere. Hinc manifeste colligitur, quod haec exercitia conueniant omni homini, siue religioso siue seculari, et tam nostris quam externis, qui se a prauis affectibus exuere uelint, imo plus nobis qui id magis curare debemus. Nihilominus, in quodam tractatu [2] de exercitiis nuper confecto, dicitur, § I, quod exercitia Patris nostri Ignatii communiter non sunt tradenda nostris, sed alia nescio quae de nouo composita; et assignant rationem: quia illa, inquiunt, Patris nostri, ut plurimum, sunt uniuersalia et applicata communiter secularibus qui sunt in peccato, aut qui statum mutare aut uitam reformare uolunt; itaque, ex eorum sententia, neque nostris, neque uiris perfectis et bonis tradenda sunt.

[2]. Mirandum est homines de Societate nostra talem censuram de exercitiis dedisse; sed in eodem § uidentur sibi contradicere, cum dicant, quod exercitia Patris Ignatii plene continent modum perfectum faciendi orationem et reformandi interiora uniuscuiusque. Si igitur talia sunt haec exercitia, quare potius non sunt danda nostris, qui hunc perfectum modum facilius consequi poterunt, quam secularibus, de quibus

[1] Ex apogr. antiquo in cod. *Miscell. de Instit. S. J.*, III, n. 2, pp. 1-10.

[2] Qui fuerit ille tractatus, quive illius auctores, ignotum.

bis dicitur in Constitutionibus [a] quod eis comuniter tantum sunt tradendi exercitia primae hebdomadae, omnia uero raris hominibus, inter quos comprehenduntur qui statum mutare aut reformare uolunt. Igitur ad nostros praecipue pertinet uti iis exercitiis, praesertim cum in Societate, post tempus tradendi et faciendi ea, frequens illorum usus apud nos esse debeat iuxta 4.am regulam praefecti rerum spiritualium, in qua dicitur: Det operam ut orandi et meditandi modos, quos docuit Pater noster Ignatius in libro exercitiorum retineant, et ut illo libro familiarissime utantur.

[3]. Nec potest dici quod haec exercitia sint uniuersalia, cum ad particularia quae oportet, tam in prima hebdomada de purganda anima, quam in reliquis de perfecta imitatione Christi, non possint descendere ad magis particularia quam descendunt. Sermones autem uniuersales in materia morali parum prosunt; tamen gratia Dei haec exercitia, experientia teste, multum profuerunt. Nec hoc probatione indiget, cum dicatur in constitutionibus quod hoc genus exercitiorum ad Dei obsequium tantopere conferre cernitur [1], id est, ualde multum.

[4]. Item, P. Ignatius ponit primum experimentum in Examine [b], uersari per mensem in exercitiis spiritualibus; et uoluit nostros, quando ingrediuntur Societatem, primum in illis institui, id est, in confessione generali facienda, et in contemplatione misteriorum vitae, mortis, resurrectionis et ascensionis Christi Domini nostri. Clarum est quod P. Ignatius in hoc loco expresse loquitur de spiritualibus exercitiis ab ipso factis, et de eisdem intelligendum est in eodem Examine [c] quando nostri post biennium, ante quam faciant vota, per hebdomadam exercitia facere debent.

[5]. Et hoc etiam manifeste ostenditur in constitutionibus, P. 4, c. 8, § 5, ubi dicitur [: Ad][d] exercitia spiritualia aliis tradenda postquam quisque in se ea fuerit expertus, assuescant, et dent operam omnes, [ut etc.][e] et hic nemo dubitabit quod de suis exercitiis ipse loquatur. Posset tamen aliquis dicere: verum est; sed ut nostri tradant ea externis et non nostris. Sed hoc dubium tollitur per illa uerba, postquam quisque in se ea fuerit expertus; eadem namque sunt exercitia quae dari debent externis et experiri a nostris, nam antequam nostri ea aliis tradant in scriptis, ea experiri debent; itaque nostris tradenda non sunt nisi ipsamet exercitia Patris nostri Ignatii, ut ipsi postea ea aliis tradere possint, et non alia de nouo composita. Et praedictae constitutiones ponuntur in regulis prouincialis, et praepositi, et rectoris, et magistri

[a] *In marg.* c. 8, E; et c. 4, F. *Plenior autem notatio fuisset:* P. IV, c. VIII, E; et P. VII, c. IV, F.—[b] *In marg.* 4, § 10.—[c] *In marg.* 4, § 41.—[d] *Hoc v. ex memorato Constitutionum loco supplemus.*—[e] *Haec ut suppleantur, et idem Constitutionum locus, et res ipsae exigunt.*

[1] Part. IV, c. VIII, n. 5.

nouitiorum, et praefecti rerum spiritualium; imo et in decretis quartae congregationis generalis [1].

[6] Item, Patres isti in suo tractatu, § 2.°, allegant Patrem nostrum Ignatium in libro exercitiorum, ad probandum quod ipsi possint addere alias meditationes; cum ille dicat quod iis meditationibus possunt aliae adiici, ut de morte et aliis peccati poenis, et judicio. In primis hoc intelligitur iuxta materiam subiectam, scilicet de compunctione peccatorum, ut ipsemet Pater innuit cum dicit, ut de morte et aliis peccati poenis [2]. Et antiqui Patres et usus communis hactenus ita interpretati sunt, ut solam meditationem de morte, de judicio, exercitiis Patris nostri addiderint. Et Pater Polancus, qui copiosissime scripsit hac de re, addidit aliam tertiam de peccati poenis [3], et bene quidem iuxta eundem contextum Patris nostri Ignatii; et si huiusmodi meditationes in hoc loco adiici possunt iuxta praedictam adnotationem, sed ibidem non dicitur quod omnes meditationes Patris nostri, tam praecedentes quam sequentes, mutandae sint, quod quidem isti Patres libere faciunt, qui non solum innumeras alias addunt, sed exercitia eiusdem mutant, et cum suis miscent et confundunt, quasi utraque essent equalis authoritatis.

[7]. Item, isti Patres in primo § sui tractatus dicunt quod non excludunt dari posse exercitia Patris Ignatii in propria forma, quando quis illis indigeret, aut ex deuotione. Itaque praecipua exercitia Patris nostri erunt illae meditationes, quas ipsi composuerunt, ut communiter nostris tradantur, secundaria uero erunt illa, quae ipsi dicunt Patrem Ignatium scripsisse in propria forma, et per accidens aliquando nostris tradi poterunt. Sed nescio qua authoritate id dicunt, aut quomodo probare poterunt hanc esse ideam, ut ipsi dicunt, aut mentem Patris Ignatii. In primis eiusmodi eorum meditationes exercitia Patris Ignatii dici non possunt, quia reuera non sunt; nam sicut qui componeret concionem aliquam, quam accepit a diuersis libris Patrum, postquam fuerit illa iam perfecta non dicimus eam esse alicuius ex illis Patribus, sed eius qui eam compillauit, ita hae meditationes pertinere uidentur ad eos, qui eas a Patre Ignatio et ab aliis compillauerunt, et non dicentur Patris Ignatii; quamquam hi Patres non multa acceperunt ab exercitiis illius; nam cum illorum meditationes sint fere quinquaginta, magna earum pars nihil fere continent de exercitiis Patris Ignatii. Igitur, quomodo in

---

[1] Provincialis regula 70, praepositi regula 41, rectoris regula 67, magistri novitiorum regulis 23 et 28, praefecti rerum spiritualium regula 4, et in decreto 67 (in ms. 78) quartae congregationis generalis anno 1581 habitae. Exercitia vero non solum in constitutionibus, sed etiam in prima instituti Societatis Jesu formula Paulo III oblata continentur.

[2] Haec a Polanco addita sunt in versionibus Vulgata et prima, sine dubio Ignatio probante. Cf. supra, *Proleg.*, p. 152, et imaginem II phototypicam post has appendices

[3] Habes haec inferius, in fine Directorii ipsius Polanci.

ueritate hae dici poterunt exercitia Patris nostri Ignatii? Si eius scripta redigerentur in breuiorem formam, etiamsi uerba transmutentur (ut aliquando fit), illius exercitia dici possent; sed tam multa iis addere et miscere cum uerbis Patris nostri, auferunt authoritatem exercitiorum, et fiunt illa componentis, et non Patris Ignatii. Cum ergo nostri intelligerent exercitia non esse illius, sed alicuius particularis, facile ea contemnere possunt, et multi forsan aegre ferent [a], nec libenter ea facerent.

[8]. Item, sicut Constitutiones Patris Ignatii conseruantur, nec mutandae sunt, ita nec illius exercitia; et hoc praesupponitur in Constitutionibus [b], ubi dicitur: Ad exercitia spiritualia aliis tradenda... assuescant; et dent operam omnes, [ut] [c] et eorum reddere rationem, et in hoc armorum spiritualium genere tractando... dexteritatem habere possint. Si nostra exercitia mutantur, haec constitutio ad ea seruanda aut facienda non obligaret, nam loquitur expresse Pater Ignatius de exercitiis a se factis, quod quidem significatur per illa uerba, in hoc armorum spiritualium genere tractando, ubi modeste etiam commendat sua eadem exercitia cum dicit, quod Dei gratia ad ipsius obsequium tantopere conferre cernitur. Et in declaratione huius loci ostendit Pater Ignatius modum, quem in dandis exercitiis tenere debemus, cum dicit, possent ad exercitia aliis tradenda assuescere, conferendo cum aliquo magis exercitato suum procedendi modum, etc. Hinc colligitur, quod modus tradendi exercitia sumendus est ab illis, qui eum acceperunt a Patre Ignatio aut ab aliis quos ipse docuit, et de quo modo dicitur in constitutione, quod tantopere conferre cernitur, et in eodem fuerint exercitati; nam eo spiritu, quo sunt instituta et facta exercitia, eodem et conseruanda sunt. Sicut optime fecit Pater noster generalis [1], qui pro conficiendo Directorio horum Exercitiorum Patris Ignatii consuluit antiquissimos quosque Patres de Societate, ut de modo ea tradendi et de tota re, quod eis uidebatur, ad eum scriberent. Spiritus igitur Societatis, praesertim in nostris exercitiis faciendis, sicut etiam in constitutionibus exequendis, conseruandus est, nam sunt prima rudimenta et fundamenta spiritualia nostri instituti, quibus dirigendi sumus in omnibus nostris ministeriis exercendis, quae oportet ut magnae sint authoritatis; et ideo authoritas exercitiorum fundatoris nostri multum iuuat, et uerba illa formalia magnam uim habent, sicut et constitutionum.

Et quemadmodum Pater Ignatius huiusmodi uerbis et non aliis mouebat homines, et in animabus eorum magnum fructum faciebat, ita et nos, qui eodem spiritu ducendi sumus, eisdem uerbis et modis, quan-

[a] *Contextus exigit ut dicatur* contemnere possent, et multi forsan aegre ferrent.— [b] *In marg.* P. IV, c. 8, § 5.—[c] *Allatus Constitutionum locus et sententia ipsa exigit ut hoc v. suppleatur.*

[1] P. Claudius Aquaviva. Cf. *Praefationem in Directoria*, art. III.

tum fieri potest, uti debemus; alioquin meditationes et alia, quae a particularibus adducuntur, ea facilitate qua proponuntur, ab aliis, qui aliter sentiunt, refutantur; et sepe continget ut res spirituales unusquisque suo modo intelligat, iuxta quem facile componet sua exercitia et modum ea tradendi; et ita fiet ut quisque regatur a suo spiritu, ita ut nulla sint certa exercitia spiritualia in Societate, et tandem celebre nomen exercitiorum et eorum magnus fructus facile perire poterit.

Sed Dominus per sanctam obedientiam prouidebit meliora; nam credo quod cito Pater noster generalis imponet finem Directorio Exercitiorum, et mittet illud ad prouincias, ut omnes de Societate in dandis exercitiis praescriptum in eo modum seruent ad maiorem gloriam Dei.

[9]. Item hi Patres frequenter allegant, et tanquam ad suum refugium confugiunt, quod experti sunt fructum spiritualem in nostris fieri suis istis meditationibus et in modo eas tradendi. Fateor, sed hoc nihil est; nam etsi, ordine transuerso ab exercitiis Patris Ignatii illis hae darentur, etiam consolationem spiritualem sentirent; nam res spirituales si considerentur et ruminentur, praesertim in loco separato et per multos dies, solent mouere et consolari homines sicut comuniter contingit multis bonis uiris et religiosis, qui uacant suis meditationibus, in quibus eos Dominus consolatur; imo, si alius de Societate nostra fecisset alia exercitia suo modo, et traderet nostris ita reclusis, sperandus etiam esset similis fructus. Sed nunc modus tradendi exercitia non est querendus ex fructu uel consolatione, quae sentitur, quia haec regula est incerta, qua unusquisque sua exercitia probare et commendare poterit; ad nos autem non pertinet eiusmodi curam habere. Pater noster Ignatius pro nobis assumpsit, tradendo nobis sua exercitia et modum illa dandi sicut in libro exercitiorum continentur [a] et in Constitutionibus approbantur, ut dictum est, et in eorum Directorio, a Patre nostro generali conficiendo, magis explicabuntur; ad quem pertinet declarare ea quae fuerint dubia in nostro instituto, et condere regulas iuxta nostros canones [1]; reliqui uero de Societate, praesertim superiores, si quid dubii habent, circa constitutiones, exercitia, canones, regulas, ordinationes generales, uel totius prouinciae, illum consulere debent et eius sententiam sequi; nam ea, quae ad institutum nostrum pertinent, sicut est mutare exercitia Patris Ignatii, sarta tecta esse oportet. Credendum est quod isti Patres in hac re fecerint ea quae ad eos attinent, et Pater noster generalis, in Domino, quae opus erunt, etiam prouidebit.

[10]. Item, hactenus tandem in hac re uarie erratum est, et in dandis exercitiis nimia libertate usi sumus, ita ut unusquisque pro suo arbitrio saepe ea traderet, ideo nunc cum maiore obseruantia et rigore modum

[a] *Sic corrigendum esse* continetur, *quod est in ms., ostendunt verba sequentia.*

[1] Congregationis IV decretum 19 et canon 21. Cf. etiam Congr. I, decr. 133, et Congr. II, decr. 66.

praescriptum a Patre nostro Ignatio tenere debemus, ne iterum turpius erremus; et simul curare ut nullae meditationes inter nostros circunferantur, quae uocant exercitia spiritualia, nisi fuerint Patris Ignatii iuxta librum exercitiorum illius, neque tempore, quo fiunt exercitia Patris Ignatii intermisceantur [a] aliorum meditationes, etiamsi separatae sint, aut intermixtae cum exercitiis illius; neque loco exercitiorum Patris Ignatii assumantur aliae meditationes faciendae iuxta tempus, dies, modum et ordinem quo illius exercitia fiunt. Haec enim omnia possent auertere nostros ab amore, desiderio ac uoluntate faciendi nostra exercitia, quae sunt ualde necessaria, et ratione instituti etiam nobis a Deo data; quae quanto exactius tradentur iuxta regulas libri exercitiorum et uniuscuiusque dispositionem, tanto magis proficiemus in Domino. Priuatim uero, extra tempus exercitiorum, in quotidianis meditationibus aliquando aliae contemplationes fieri possunt ab iis, qui fuerint bene instructi et uersati in modo meditandi Societatis, qui eas ad modum exercitiorum interdum reducere poterunt.

[11]. Item, isti Patres non bene uidentur componere suas uiginti meditationes in prima hebdomada ad modum Patris Ignatii; nam additiones exercitiorum uix conuenire poterunt omnibus suis meditationibus; nam 1.ª et 2.ª additio applicantur 1.° et 2.° exercitio; tamen nomina primi et 2.i exercitii ab illis sunt mutata, et de additionibus uix fit mentio; et extra rem uidetur, iuxta Patrem Ignatium, dum agitur de compunctione peccatorum adducere in medium contemplationem de amore Dei et de eius beneficiis et de paradiso. In sexta enim additione dicitur subterfugiendas esse cogitationes quae gaudium afferunt, et in 7.ª dicitur quod debemus nos lucis claritate priuare. Tamen isti Patres hic in prima hebdomada agunt de gloria et de beneficiis Dei, quae duo iuxta eundem Patrem pertinent ad quartam hebdomadam, in qua dicitur quod sexta et septima additiones praecedentes uariantur, ita quod in 4.ª hebdomada in his duabus meditationibus oppositum fieri debet, scilicet memoriae obiicere quae laetitiam spiritualem cient, ut cogitatio de gloria, et lucis et coeli uti commoditate; hae igitur meditationes non bene accommodantur additionibus libri exercitiorum.

[12]. Item, examen generale faciunt pro nostris minutissimum, inter alia si uacillauit quis in uocatione, quasi haec tentatio esset communis; imo hoc poterit esse occasio, ut qui nunquam de hac re cogitauit, incipiat iam uacillare. Item, si habuit uehementem tentationem circa institutum Societatis, et media quibus ipsa uti solet; et si legerit libros prohibitos sine facultate, et si adhuc illos habet; quasi habere uehementem istam tentationem et hoc aliud facere sint defectus etiam communes. Item, si orauit pro his qui ei commendantur. Sed haec et similia, quiuis de Societate per se ipsum cogitare aut inuenire poterit, et eorum quae fecit

---

[a] intermiscerentur *ms.*, *quod ex contextu emendandum videtur.*

recordari, cum bis quotidie suam conscientiam examinet. Nec reliqua uidentur necessaria, quia nostri habent bonos confessarios, et sunt in huiusmodi rebus bene instructi; et alioquin unusquisque nostrorum habere debet secum summarium constitutionum, et regulas quae ad illum pertinent, ex quibus est iam confectus libellus [1]; legat illum statutis temporibus iuxta regulas [2] et quoties opus fuerit, ubi notare poterit defectus, quos in obseruatione nostri instituti commiserit, et hoc satis erit, absque nouo isto examine extra ordinem et modum P. N. Ignatii confecto.

[13]. Item, isti Patres ponunt suum quartum exercitium de peccatis commissis in religione, quasi in prima hebdomada non sint consideranda alia peccata, nisi quae quis commisit in religione; quare non etiam considerabimus in meditationibus peccata totius uitae nostrae in genere? Et cum soleant esse grauiora quae fecimus in seculo, possent etiam nos iuuare ad habendam maiorem compunctionem de peccatis nostris; et hoc praesupponitur in primo exercitio, ubi peccata propria uniuscuiusque conferuntur cum peccatis multorum qui sunt in inferno; et in 2.° etiam dicitur quod peccata totius uitae in memoriam reuocentur, sed intelligitur in genere in meditationibus; et hoc quidem potest fieri quanuis nostri in particulari non essent facturi confessionem generalem totius uitae, quam quidem qui repetit exercitia non tenetur facere, nisi alioqui esset necessaria. Hoc itaque uidetur consonum meditationibus et additionibus primae hebdomadae et nostris regulis iuxta mentem Patris nostri Ignatii.

[14]. Item, isti Patres ponunt uiginti exercitia in prima hebdomada, in qua solum deberet fieri consideratio de peccatis, ut dicitur in quarta adnotatione ex primis uiginti libri exercitiorum; tamen [a] fit de aliis multis rebus: et quomodo est possibile intra spatium unius hebdomadae et aliquando breuiori tempore iuxta eandem adnotationem, posse fieri uiginti meditationes cum suis repetitionibus, et unde colligunt iuxta mentem Patris Ignatii pro obtinenda contritione peccatorum tot esse faciendas meditationes: scilicet de nobilitate animae, de vocatione, de annihilatione, de malis habitibus, de judicio particulari, de ingratitudine, de expropriatione, et iterum de propria expropriatione, de oblatione, de donatione, de dedicatione etc? Haec omnia uidentur aliena esse ab idea Patris Ignatii; nam nomina harum meditationum sunt exquisita, et difficile earum formalitates et distinctiones a nostris intelligi poterunt: et cum is qui exercetur in prima hebdomada precipue uacare debeat

[a] *Ita videtur legendum pro* tum, *quod est in apographo.*

[1] Libellus hic regularum Societatis Jesu jam ante annum 1591 minimum quindecies linguis latina, italica, polonica, germanica, gallica, lusitanica editus erat, quas editiones recenset Sommervogel, *Bibliothèque*, t. V, 99-108; IX, 611.

[2] Ita praecipiunt Constitutiones, p. X, n. 13, id quod est in Summario Constitutionum n. 52. Cf. etiam p. IV, c. X, litt. F, et n. 49 e Regulis communibus.

compunctioni peccatorum, uix poterit haec uocabula meditationum scire, uel earum recordari, et multo minus eas contemplari, quia nemo duobus et tam multis [*sic*]. Qui autem assecutus fuerit ueram compunctionem et lacrimas de peccatis suis, quam pro fine primae hebdomadae in praedicta adnotatione posuit Pater Ignatius, praedictas omnes uirtutes uirtualiter habet, etiamsi explicite eas nesciat, uel ill[a]e ei non occurrant, uel de illis non fiat specialis mentio.

[15]. Item, Pater Ignatius in prima hebdomada ponit quinque exercitia, quae pro uno die meditanda traduntur, praescribendo ut in sequentibus diebus eadem etiam fiant [1], quousque perueniatur ad finem primae hebdomadae, scilicet ad dolorem et lacrimas de peccatis propriis: expiscatur enim ille hunc sensibilem dolorem et lacrymas [2] per haec quinque exercitia; nec putauit alia necessario addenda; nam illa adnotatio, quae ponitur in libro exercitiorum, in [q]ua [a] dicitur posse addi meditationes de morte et judicio et aliis peccati poenis, et non reperitur in contextu exercitiorum hispanico; et in principio Societatis tantum haec quinque exercitia, quae expresse describuntur in libro exercitiorum, tradebantur, ut ego expertus sum; postea [3] uero in editione exercitiorum latina Pater Ignatius posuit illam additionem [4] in qua continentur praedictae meditationes de morte et judicio, quia ad eundem scopum de compunctione pro peccatis habenda, cum sit res magni momenti, etiam iuuare possent; et poterat ad idem plures alias addere; sed, ut ipse dicit, in 2.ª adnotatione ex uiginti primi[s] libri exercitiorum, non abundantia scientiae, sed sensus et gustus rerum interior desiderium animae explere solet; quod quidem fit, non multiplicando meditationes, sed efficaci uoluntate paucas retinendo et ruminando; ut, cum intellectus illas magis possederit, ipsamet uoluntas liberius agat, et cum gustu moueatur et, feruenter exequendo id quod queritur, suas [b] quodammodo faciat; et ideo ille uoluit ut in his paucis exer-

---

[a] *Attrita charta.* — [b] suam *ms.*

---

[1] Id quidem non praescribitur in libro Exercitiorum; attamen quinque tantum exercitia traduntur, neque dicitur, ea esse exercitia primi diei, cum id aut planis verbis aut tacite dicatur de primis quinque exercitiis hebdomadum secundae et tertiae ac de quatuor primis hebdomadis quartae. Caeterum ex Directoriis antiquissimis colligitur, in more fuisse olim ut quinque illa exercitia compluribus diebus repeterentur. Cf. infra, *Di. Ignat. tradita*, [2], *Di. Po.*, n. 53 et *Di. Gra.*, cap. 3.°

[2] Dolor ille sensibilis et lacrymae ad verum et vehementem de peccatis dolorem in nobis excitandum necessaria certe non sunt; conferunt tamen summopere ut verus hic dolor altius in animo infigatur, suntque Dei donum sanctissimis hominibus plerumque collatum, alacri ac demisso animo optandum et exquirendum. Sic locum hunc et similes quosdam paulo inferius occurrentes intelligendos putamus. Cf. tertium externae poenitentiae finem, supra, pp. 310, 311.

[3] Ex hoc loco patet scripti hujus auctorem exercitia fecisse ante annum 1548, quo prodiit in lucem prima editio latina.

[4] Cf. supra, p. 686, annot. 2.

citiis repetendis (ubi exercetur magis uoluntas quam intellectus) sensus doloris et lacrimarum de peccatis nostris esset quaerendus. Et ut haec prima hebdomada esset breuior, si is qui exercetur promptior est ad consequendum hoc quod in ea quaeritur, et etiam esset longior, si ille ad idem fuerit tardior, ut dicitur in 4.[a] adnotatione ex primis uiginti iam dictis. Unde colligi potest quod Pater noster etiam uoluerit quod, post assecutionem huius finis, nemo amplius detineatur in exercitiis primae hebdomadae, sed post confessionem factam et perceptam communionem transiret ad secundam hebdomadam, in qua, cum recenti sensu compunctionis peccatorum obtento, imitationem uitae Christi feruenter aggrediatur. Et merito quidem; nam eradicatis per contritionem in agro cordis nostri spinis peccatorum, bonum semen uirtutum ad exemplum uitae Christi faciendum est. Tandem non uideo quomodo isti Patres cum suis uiginti meditationibus in prima hebdomada haec omnia ad praedictum modum Patris Ignatii obseruare possint.

[17]. Item, aliqui forsan hanc primam hebdomadam contemnunt tanquam rem facilem et nostris non necessariam, qui iam peccata reliquerunt et de illis confessi sunt; sed hac ratione nec uiris bonis secularibus tradenda esset [a], qui etiam idem fecerunt atque nostri; ergo solum illis conueniret, et danda esset [b] his, qui sunt in statu peccati, ut per exercitia, quae in ea continentur, ad Dominum conuertantur, et postea peccata confiterentur. Verum hoc est manifeste falsum, ut constat ex usu ipso, et libro exercitiorum, et ex constitutionibus, nec alia probatione indiget [c]; et exercitia Patris nostri omnibus hominibus tradi possunt, ac potissimum nostris, ut antea in initio dictum est. In prima uero hebdomada precipue quaerendum est ut consequamur contritionem, dolorem et lacrimas de peccatis propriis, ut in quarta adnotatione ex uiginti primis libri exercitiorum, et in multis aliis locis dicitur, hoc est, per illius exercitia mouere et excitare uoluntatem nostram ad obtinendum cum Dei gratia praedictum sensibilem dolorem et lacrimas ex compunctione cordis: et peruenire ad hunc sensum doloris non est res facilis, cum multa bona intelligamus, quae in opere et executione non sentimus; aliud est enim intelligere et aliud est sapere, ut quidam ait; sed potius haec res magna et profundissima est; nam haec compunctio multos gradus habet, et iuxta uniuscuiusque dispositionem plures uel pauciores obtineri, et fructus maiores uel minores percipi possunt, ita ut, qui maiorem [vel minorem] [d] diligentiam ad illam assequendam adhibet, plus uel minus de ea accipiet. Magnum hunc dolorem, siue compunctionem insignem, sanctus Arsenius habuit, qui toto tempore uitae suae pannum habebat propter lacrimas quae crebro ab oculis eius

---

[a] essent *ms.*—[b] essent *ms.*—[c] indigent *ms.*—[d] *Haec supplenda esse, ex sequentibus intelligitur.*

cadebant [1]. Et de Patre nostro Ignatio dicebatur quod lacrimas et deuotionem in manica habebat; ac si diceretur quod facile illi erat lachrimas et deuotionem habere. Sancti denique hac compunctione et humilitate cum magna deuotione et feruore orabant, et commoditates huius uitae respuebant, ac famem, paupertatem et aduersa multa propter Christum patiebantur. Si hunc sensum compunctionis perfecte assequeremur, non essemus ita frigidi et tepidi in obsequio Dei et obseruatione nostri instituti, et non tantum laboraremus in oppugnandis nostris passionibus, sed libentius et facilius mortificantes nosmetipsos eas uinceremus. Haec est res magni momenti, ad quam, si perfecte nostro modo peruenire uolumus, exercitiis primae hebdomadae faciendis diligenter incumbamus, cum exacta obseruatione omnium additionum illius, adhibitis etiam poenitentiis, quantum fieri poterit, iuxta decimam additionem. Antiquitus nostri multo plures huiusmodi poenitentias in prima hebdomada faciebant, ut se ad consequendum hunc dolorem sensibilem magis disponerent [a], quam nunc nos facimus, et hac de causa exercitia Patris nostri, experientia teste, non tantum nobis prosunt. Pater Ignatius non praecepit in exercitiis has penitentias exteriores omnino faciendas esse, quia expedit uoluntarie, et non coacte, fieri; sed ille alioqui ad profectum nostrum ita eas explendas esse praescribit atque si praeciperet; ideo decenter inducendi sunt, qui exercentur, ad eas faciendas, si tamen [b] commode fieri possint. Voluit autem Pater Ignatius ut ponamus, quantum in nobis est, totum conatum nostrum ad assequendum hunc sensibilem dolorem ac compunctionem per media omnia bono modo possibilia, uidelicet per meditationes et additiones primae hebdomadae, in quibus continetur exactissima diligentia et modus ad hunc finem inueniendum et assequendum: igitur, si relinquimus obseruantiam uel unius additionis, iam non adhibemus totum conatum nostrum nec media omnia quae possumus ad eum assequendum; propterea non solum additiones, sed etiam adnotationes omnes exercitiorum exacte, si commode fieri possit, obseruandae sunt, praesertim si sint de Societate, quibus exercitia eo, quo procedunt, ordine, atque etiam exacte secundum uniuscuiusque dispositionem [tradi debent] [c] iuxta regulam 28 magistri nouitiorum, et uigesimam adnotationem libri exercitiorum, in qua dicitur quod ei qui fructum spiritualem consequi optat quam possit maximum, tradenda sunt omnia

---

[a] disponerentur *ms.*—[b] *Ita videtur legendum pro* tum, *quod est in apographo.*—[c] *Haec aut similia supplenda esse patet ex contextu.*

---

[1] Εὐκατάνυκτος ἦν ὁ Ἅγιος, προχέων ἀεννάως τὸ ἱερὸν ἐκείνου δάκρυον· ὅλον γὰρ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ καθεξόμενος εἰς τὸ ἐργόχειρον, ῥάκος εἶχεν ἐν τῷ κόλπῳ [Acta SS. πόλπῳ] χάριν τῶν δακρύων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ita de S. Arsenio Magno, eremita (circa 354-449) narrat S. Theodorus Studita († 826) in ejus Vita *(Acta Sanctorum* Julii, t. IV, p. 623).

exercitia eo quo procedunt ordine; quod maxime nostris conuenit, qui hunc fructum maxime prae aliis ualde desiderare debent. In 18.ª et 19.ª adnotatione eiusdem libri ponuntur alii modi exercitia faciendi iuxta uarias dispositiones hominum, ut unusquisque suum gradum compunctionis assequi possit; qui uero de Societate sunt conari debent ad gradum illius quam possint maximum ob maiorem gloriam Dei peruenire. Et quia sensus iste compunctionis et deuotio quotidianis occupationibus a suo feruore solet remitti, expediret aliquando intra annum per aliquot dies exercitia repetere, adhibendo praedictum conatum, ut non solum remissum feruorem adducamus, sed etiam nouum adquirere possimus.

[17]. Quod dictum est de exercitiis primae hebdomadae circa suum finem, etiam de exercitiis et additionibus reliquarum hebdomadarum circa suos fines et suo modo intelligendum est, ut iuxta librum exercitiorum omnia fiant et exacte obseruentur; sed postquam iam semel peracta fuerit prima hebdomada, si reliquae post longum tractum temporis sint de nouo faciendae siue repetendae, a meditationibus primae hebdomadae, saltem per unum aut paucos dies, inchoandum uidetur, nam oratio humiliantis se coelos penetrabit [1]. Tandem uidetur quod isti Patres in his manifeste decepti fuerint, cum in sua censura de exercitiis Patris nostri Ignatii asserant illa ut plurimum uniuersalia esse, et applicata communiter secularibus qui sunt in peccato, aut etc., ut in principio diximus.

[18]. Item isti Patres dicunt: in uita illuminatiua Pater Ignatius mirabili artificio disponit animam secularem ad reformationem interiorem, incipiendo a regno Christi. Si itaque illorum iudicio non solum prima hebdomada comuniter facta est pro secularibus, sed etiam et secunda, cum in hac dicant Patrem Ignatium in uia illuminatiua ad interiorem reformationem animam secularem disponere, quasi uia illuminatiua propter puritatem cordis quam requirit, non magis pertineat ad religiosos quam ad seculares; sed simpliciter dicendum quod non solum hic disponitur anima secularis, sed etiam religiosa; et Pater Ignatius [a] hanc meditationem de regno Christi posuit in principio secundae hebdomadae tanquam fundamentum omnium meditationum uitae Christi, ut per eam ad eius imitationem in uniuersum excitemur, tam seculares quam religiosi, tam qui facturi sunt [b] electionem quam ii qui eam non sint [c] facturi; nam omnes cum magna indifferentia suae uoluntatis ad omnia, quae Deus uoluerit, et cum ingenti desiderio attingendi id quod perfectius et gratius illi fuerit, meditari uitam Christi debent, faciendo iuxta uniuscuiusque dispositionem quod melius et conformius uitae

[a] Patrem Ignatium *ms. perperam.*—[b] *Vide annotationem seq.*—[c] *Aut hoc loco legendum est* sunt, *aut paulo ante* sint.

[1] Cf. Eccli. XXXV, 21.

Christi fuerit, siue eligendo statum uocationis, siue aggrediendo alia bona opera ad maiorem Dei gloriam; et ita omnibus suo modo haec exercitia uitae Christi possunt conuenire, nec restringenda sunt ad disponendum praecipue seculares in uia illuminatiua, quae alioqui magis conuenit, ut dictum est, religiosis, qui comuniter passiones magis domitas habent et animum magis a uitiis purgatum, ut Christi uitam per haec exercitia perfectius et melius contemplari ac imitari possint.

[20]. Item, isti Patres fingunt nescio quas electiones pro nostris, non admodum solidas nec bene fundatas, et extra mentem Patris nostri Ignatii; nam in primis ea, quae ad electiones pertinent, non sunt tradenda nostris, iuxta regulam 28 magistri nouitiorum, quia clarum est quod de nouo non debent eligere statum nec reuocare in dubium suam uocationem; neque etiam de aliis rebus electionem facere possunt, nam nos iam elegimus nostrum institutum, et iuxta illud constitutiones et regulas, et in omnibus obedientian seruare debemus, et sine ulla noua electione hoc, quod elegimus, facere tenemur. Et Pater noster Ignatius, in libro exercitiorum, in primo puncto introductionis ad electionem, dicit: res omnes, quae sub electione cadunt, necessario bonae esse debent, aut certe non malae; et in 2.° puncto primi modi faciendi electionem etiam dicit quod eligens debet in medio quodam equilibrio subsistere, paratus et indifferens ad utramque partem ferri: nos igitur, qui elegimus seruare nostrum institutum, non possumus esse indifferentes ad illud seruandum uel non seruandum, quia non seruare illud malum est, et non debemus esse indifferentes ad malum, sed simpliciter seruare tenemur id quod elegimus; et in 2.° puncto 2.di modi eligendi dicitur quid eligens de huiusmodi electione amicissimo homini esset consulturus: manifestum est quod hoc non competat nostris; nam si iste amicissimus esset de Societate, teneretur eligens, non solum consulere sed sine ullo dubio ei dicere ut seruaret suas regulas et institutum quod professus est. Itaque quae ad electiones spectant nostris tradenda non sunt, nam nullo modo eis conueniunt, nisi essent alioqui superiores, qui iuxta commissionem eis datam, in rebus dubiis aliquando iis modis eligendi uti possunt iuxta decimam sextam regulam prouincialis: et idem etiam aliquis particularis de Societate facere potest in iis, quae ei a suo superiore relicta uel commissa fuerint. Et quamuis Pater Ignatius in ultima adnotatione 2.ae hebdomadae agat de reformatione status aliquorum, qui noluerunt notabilem aliam electionem facere, et quod iis etiam possint applicari hi modi eligendi: nihilominus [a] electiones, quae hic occurrunt, semper etiam fiunt inter res bonas, uel non malas, uerbi gratia, praelatus aliquis de reformatione domus suae cogitans, inter modos quos se habere amplam familiam uel minus amplam aequum [b]

---

[a] nihilhominus *ms.*—[b] egum *ms.*

esse' existimat, illis adhibet [1] has rationes eligendi ad hoc, ut ipse eligat id quod melius est et gratius Deo fuerit; et sic in aliis eiusmodi rebus reformandis fieri potest. Si aliquis uero a malis se reformare uult, non indiget iis modis eligendi, quia ei iam constat quod contraria bona debet [a] eligere; indiget potius meditationibus, ut per eas ille excitetur ad penitentiam, et ad amorem ac imitationem Christi, ut sic relinquat quod malum est et faciat bonum. Denique sic agendum et loquendum est de electionibus iuxta nostrum institutum, nec aliae impropriae electiones ab unoquoque in Societate introducendae sunt, quae alioqui confundunt, et excrescere in infinitum possent.

[21]. Item, etsi quae ad electionem spectant nobis tradenda non sint, nihilominus meditationes uitae Christi (quod potissimum est in secunda hebdomada) et aliqua alia, quae ad eos, qui faciunt electionem, etiam pertinent, nostris dari possunt, quia omnibus conueniunt; et hoc ita fieri nihil obstat; et antiquus usus tradendi exercitia id ipsum confirmat: ut meditatio de regno Christi, qua in uniuersum ad imitationem uitae Christi omnes excitamur, de qua in alio superiori paragrapho dictum est; et meditatio de duobus uexillis, qua etiam excitentur nostri ad seruiendum Christo sub eius uexillo, et ut faciant sibi animos ad amplectendas egregias uirtutes, quas Dominus docet, et ad fugienda uitia, ad quae demon instigat; et consideratio illa de tribus modis humilitatis, ut etiam, quae perfectiora sunt, nostri intelligentes, ea magis desideremus et efficacius a Domino petamus: reliqua uero quae ad electiones pertinent, quia non ad nos, sed solum ad electionem faciendam spectant, iuxta nostrum institutum non sunt tradenda nostris, ut in praecedenti paragrapho diximus [2].

[22]. Item, in secunda hebdomada tradenda sunt duo misteria uitae Christi quotidie meditanda, et tempore electionis potest dari unum tantum, iuxta ordinem Patris nostri Ignatii: meditationes uero horum Patrum non possunt simul cum illis misteriis contemplari, quia fere semper uariant, et diuersa sunt ab illis, cum non ad eandem rem pertineant, nec tot ac tanta etiam uariis temporibus eodem die possunt me-

---

[a] debent *ms.*

---

[1] Locus obscurus intelligi forte ita potest: Praelatus ille, faciens electionem inter modos quos existimat, aequum esse se habere amplam familiam vel minus amplam; illis modis adhibet has rationes etc.

[2] Status electio facienda certe non est alumnis Societatis neque aliis quibuscunque, qui religiosam vitam amplexi jam sint, dummodo tamen illud vitae genus «debite et ordinate» seu iis de causis electum sit, quae «carnis et mundi nihil habeant» ut dicit S. Ignatius, supra, pp. 376, 378. Nihilominus Exercitiorum doctrina de electione ac de vitae emendatione, quorum debet esse usus frequentissimus, reliqua omnia quae in secunda hebdomade traduntur, omnibus utilissima sunt, ac proinde in omnium usum adhiberi possunt ac debent. Cf. *Di.* c. X, nn. 7-9 et 13, et c. XXXIV, n. 3; item *Ro.* annot. 83, p. 110 ed. 4.ae rom. Vide supra, p. 356, annot. 2.

ditari; incipiunt enim illi a meditatione regni Christi, et ab eius incarnatione ac natiuitate; deinde non tradunt alia Christi misteria meditanda, saltem in cathalogo suo exercitiorum de illis non fit mentio, sed dantur meditationes aliae ab eis confectae. Si igitur exercitia Patris Ignatii relinquntur aut mutantur, quomodo possunt hae meditationes, quas ipse non fecit, dici exercitia eiusdem Patris? Numeraui, ni fallor, uiginti octo meditationes horum Patrum in secunda hebdomada, quae uix multis mensibus possunt contemplari, presertim si intermisceantur misteria uitae Christi meditanda, nam tanta ac tam uaria, nisi multo tempore non possunt ab intellectu nostro penetrari et a uoluntate amplecti. Sed multum hi Patres aberrant ab scopo et uia Patris nostri Ignatii, qui, a Spiritu Sancto edoctus, tempus exercitiorum per quatuor hebdomadas aut circiter limitauit, singulis suos fines constituens. In exercitiis secundae hebdomadae, de qua agimus, finis est ut curemus mouere affectum nostrum et uoluntatem in Deum per meditationes uitae Christi, ut ardentius illum amemus et studiosius imitemur. Et ad hoc, quantum in nobis est, per unam hebdomadam paulo plus minus totum conatum nostrum adhibere debemus, diligenter obseruando etiam eius additiones. Aliqui tamen sunt tardiores uel promptiores ad hunc finem assequendum, iuxta quartam adnotationem ex primis uiginti, ita ut, experientia teste, si quis tempus sibi conueniens transeat, saepe se non ita feruentem et deuotum atque antea in elapsa septimana sentiat. Et forsan hoc accidit quia a praedicto conatu ac diligentia iam ille cessauit defessus, uel tedio aliquo affectus, aut alia de causa. Hoc autem certum est, quod aliqua iuxta rationem [a] Pater Ignatius uoluit ac constituit ut per hebdomadam unam tantum haec misteria uitae Christi, tempore exercitiorum durante, meditaremur; cum alioqui meditationes misteriorum uitae Christi per annum, et etiam per spatium totius uitae nostrae, contemplari possimus. Ad haec, quantum assequor, responderi potest [1], quod Pater Ignatius per haec exercitia 2.ae hebdomadae exactissime facta intendebat inflammare uoluntatem nostram ad Christum et ad eius imitationem; et quia iuxta imbecillitatem nostrarum uirium, ultra hebdomadam adhibere maximum hunc conatum erat difficile, uoluit hunc terminum unius hebdomadae constituere. Et similis ratio dari potest de reliquis hebdomadis exercitiorum in ordine ad suos fines: postea uero, cum animus Dei amore fuerit accensus, facile multa opera bona, etiam difficillima, feruenter aggredi et perficere potest; et ideo exercitiorum tempore non est opus descendere ad considerationes multarum uirtutum et regularum, ut isti Patres faciunt; nam si uera de-

[a] *Sic ms., forte pro* aliqua justa ratione.

[1] Sibi objecit auctor: quare spatio unius hebdomadis secundam hebdomadem concludimus, cum alii, aliis tardiores sint in inveniendo id quod quaerunt? Respondet: quia conatum illum nemo fere diutius sustineat.

uotio praedicta hominem possideat, non solum haec, sed et alia multo maiora paratus erit facere. Haec enim omnia eminenter in illa gratia et dono deuotionis continentur; et hac bona dispositione homo affectus exercitiis praelibatis, reliquo uitae empore facilius et deuotius poterit rebus spiritualibus uacare, et ad res huiusmodi particulares iuxta formam exercitiorum descendere, et feruenter eas considerare et opere exercere, et de uirtute in uirtutem cum Dei gratia ascendere. Hoc autem breui exercitiorum tempore haec et alia commode fieri non possunt; imo et Pater noster Ignatius, qui in hac secunda hebdomada tradidit considerandas meditationes uitae Christi omnibus commodissimas et ut tales ab ipso selectas, nihilominus statuit ut per hebdomadam unam tantum fierent et durarent, ut dictum est. Igitur multo minus istae aliae meditationes particulares eo tempore faciendae sunt.

Finis.

IV

MONITUM DOCTORIS ORTIZ [1]

Etiamsi quis in contemplationibus et exercitiis spiritualibus multum versatus sit, non debere eum de difficilibus theologiae quaestionibus judicare, nisi studiis theologiae probe sit excultus.

✠

EXERCITIA SPIRITUALIA EX EXEMPLARI P. N. IGNATII EXSCRIPTA [a]

✝

IHS [b]

DOCUMENTO PARA TODAS CONUERSATIONES Y MODOS DE PROCEDER SPIRITUALES [c].—Con mucha humilldad y uigilantia deuemos enteramente guardar por fundamento este presente documento [d], para alcançar y caminar con toda seguridad por el camino de la uerdad, es a saber [e], que ninguna persona que no sea [f] fundada en theología, por mucho que aya aprouechado en contemplationes y spirituales exercitios, no se atreua, ni por sí, ni disputando con otro, determinar [g] difficultades de la sacra theología, mas de las uerdades que por la tradición de la Yglesia todos han de tener; porque si esta regla eccede, allende de que, con falta de humilldad, attentando de [h] dar la tal determinatión peruierte la orden eclesiástica, con que la tal determinatión [i] doctrinal de las tales difficultades está [j] comettida a las personas exercitadas en [k] exámi-

[a] *Manu P. Boero:* Hic titulus scriptus est manu propria P. Natalis. *Titulus ille et notatio haec desiderantur in aliis exemplis.*—[b] *In Vat. et in altero Cod., Exercit. S. P. apogr. quem vocabimus Rom., loco praecedentium legitur* IHS. Breuiter en vulgar todos complidos los Exercicios spirituales, por los quales el christiano, exercitándose en ellos, en breue tiempo uerná en perfecto conoscimiento de su Criador, hasta las annotaciones últimas. *Hic titulus est etiam in Cod. Domenici, sed post monitum doctoris Ortiz.*—[c] *In Vat. scripsit Natalis ad marg.:* Está en el principio de los Exercicios notados de N. P. Ignatio. *In exemplo manu S. Ignatii recognito et emendato, quod anno 1908 est arte phototypica editum, haec non inveniuntur; unde aut ex eo avulsum est, aut Natalis aliud vidit exemplum etiam manu S. Ignatii castigatum, id quod est multo verisimilius. Cf. Proleg., c. IV, art. I, § 1, supra, pp. 139-142.*—[d] auiso *Rom. et Do.*—[e] uerdad. s. *Rom., Vat., Do.*—[f] sea muy *Rom. et Do.*—[g] mirar *Rom. et Do.*—[h] a tentado *Rom., Vat., Do.*—[i] *Desunt superiora 9 vv. in Rom. et Do.; in Vat. verbum* tal.—[j] que está *Rom., Do.*—[k] con *Rom., Do.*

[1] Ex apographo, in codice *Instit. 221*, f. 4. Exempla hujus monumenti exhibent etiam cod. *Vatic. I*, ff. 159v-160r; *Exercit. S. P. apogr.;* Cod. *Domenici.*

nes scolásticos por las vniuersidades, las quales de parte de la santa sede apostólica, en testimonio de la prouada sufficientia de las tales personas les da insignias [a] de grados; el tal attreuimiento y presomptión es tentar a Dios, attribuiéndose la persona sufficientia y facultad de determinar por sí solo la tal diffícil qüestión, dexando los medios de los letrados y mayores, que están de Dios ordenados para ello. Y por tanto se ha de euitar con mucho cuydado la tal determinatión, como temeridad que puede ser occasión de muchos errores, así por los engaños del enemigo de la naturaleza humana, que [b] transfigurándose in angelo de luce [c] [1] puede engañar al [d] ánima incauta, dando a entender una cosa por otra; como porque [e] aunque entienda y quiera la tal persona dezir la [f] uerdad, aconteçerá que diga falsedad, y con ella scandalize en la manera de hablar, por falta de los términos de los sanctos doctores y de la scuela de [g] theología, cuia forma de hablar se ha de guardar. Y lo mismo amonesta el señor Sto. [h] Clemente al fin de la quinta y postrera epístola, cuio mandamiento se canoniza en el Decreto, en la distinctión 37, en el [i] capítulo Relatum [2]. Y quanto al predicar confirma lo mismo Innocentio III en el capítulo «cum ex injuncto de hereticis» [3].

---

[a] insignios *ms.*; ensignas *Rom.*, *Do.*—[b] natura humana, con que *Rom.*, *Do.*; natura humana, como que *Vat.*—[c] en ángel de luz *Rom.*, *Vat.*, *Do.*—[d] el *Rom.*, *Do.*—[e] *Deest in Rom. et Do.*—[f] *Deest in Rom. et Do.*—[g] de la *Rom. et Do.*—[h] amonesta S. *Rom.*, *Vat.*, *Do.*—[i] *Desunt superiora 2 vv. in Rom. et Do.*

---

[1] Cf. II COR., XI, 14.

[2] Significatur caput quoddam epistolae spuriae, quae primum medio fere saeculo IX cum nomine «epistolae primae S. Clementis I papae» a Pseudoisidoro in *Decretalium collectione* prolata est (Migne, P. L., CXXX, 57-60). Attamen quae in capite illo dicuntur, iisdem paene verbis proferuntur in *Recognitionibus clementinis* (l. X, n. 42, Migne, P. G., I, 1441-1442); quae etsi ne ipsae quidem S. Clementis sunt, Pseudoisidoro tamen longe antiquiores habendae. Gratianus caput illud (quod incipit «Relatum») cum nomine epistolae Clementis I in suum *Decretum* sive corpus canonum ecclesiasticorum retulit. (*Corpus Juris canonici*, cap. XIV, Dist. XXXVII).

[3] Hae litterae exstant in *Corpore Juris canonici*, Decretalium Gregorii IX. l. V, titulo VII, de haereticis, c. XII.

V

BIBLIOGRAPHIA EXERCITIORUM [1]

Editiones Exercitiorum S. Ignatii hispanica lingua

1.—1615, Romae.—0,121 × 0,076.—Pag. [1]: «Exercicios | Spiritvales | del B. P. | Ignacio | de Loyola | IHS | en Roma | en el Collegio Romano de la Com | pañía de Iesvs el año 1615. | Con licencia de los Superiores.»—Pag. [2] pura.—Pag. [3]: «Anima Christi».—Pag. [4] pura.—Pagg. 5-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-13: «Testimonia eorum, quibus censura Exercitiorum est commissa».—Pagg. 14-16: «A mis charísimos Hermanos de la Compañía de Iesvs, salud en el Señor». Est epistola P. Bernardi de Angelis data «Roma», die, mense et anno praetermissis.—Pagg. 17-210: Textus Exercitiorum; incipit «Annotaciones para tomar»..., desinit «con el amor Diuino. Finis».—Pagg.[211-220]: «Indice de las cosas qve se contienen en este libro».

In pag. 38 sunt lineae illae examinis particularis; sed pro lineis bis septenis, septem diebus hebdomadis accommodatis, quae in aliis exemplaribus et in Autographo sunt, undecim hic exhibentur, inter se aequaliter separatae.

Exemplar est Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

2.—1628, Hispali.—0,100×0,065.—F. [1r]: «✠ | Exercicios | espiritvales | del S. P. | Ignacio | de Loyola | 16 IHS 28. | En Sevilla, Impresso por Francisco de Lyra».—F. 2: «Anima Christi».—FF. 3-6: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—FF. 7-8r: «Testimonia»...—FF. 8v-9: Epistola P. Bernardi de Angelis.—FF. 10-178 [*sic pro* 138]: Textus Exercitiorum, «Anotationes»...—FF. [139-143]: «Indice de las cosas»...

Exemplar est in collegio loyolaeo S. J., in Hispania.

3.—Exercicios... Manila, 1665, in 4.° (Ex opere *Corrections et additions a la Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.—Supplément au*

[1] Editiones referimus ordine temporis. Descriptioni (in qua numeri uncis inclusi paginas indicant non signatas) adjicimus, cum rariora sunt exemplaria, locum ubi aliquod eorum reperitur.—Varietas quaedam in compluribus editionibus describendis vitari non potuit, cum non omnes descriptiones eodem fonte manaverint.

«*De Backer-Sommervogel*», par ERNEST-M. RIVIÈRE, S. I.—Second fascicule, Toulouse, 1912, col. 238.

4.—1671, Hispali (Sevilla, in Hispania).—0,085 × 0,055, mensura textus.—F. [1r]: «Exercicios | espirituales | de San | Ignacio de | Loyola: | Año IHS 1671. | En Seuilla, por Tomè de | Dios Miranda».—F. 1v purum.—F. 2r: «Anima Christi».—F. 2v purum.—FF. 3-7r: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—FF. 7r-8r: «Testimonia»...—FF. 8v-10r: Epistola P. Bernardi de Angelis.—FF. 10v-138: Textus Exercitiorum, «Anotaciones»...—FF. [139-144]: «Indice de las cosas»...

Exstat Matriti apud editores libelli periodici *Razón y Fe*.

5.—1698, Angelopoli (Puebla de los Ángeles, México.—0,100×0,65.—Pag. [1]: «Exercicios | espirituales | de | San | Ignacio | de | Loyola | Año IHS 1698 | En el Colegio del Espíritu Santo».—Pag. [II] pura.—Pag. [III]: «Anima Christi».—Pag. [IV]: pura.—Pagg. 5-8: Litterae apost. Pauli III, «Pastoralis officii».—Pagg. 8-10: «Testimonia»...—Pagg. 11-13: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pagg. 14-223: Textus Exercitiorum, «Anotaciones»...—Pagg. [224-231] «Indice de las cosas»...

N. B. Unicum exemplum hujus editionis, quod vidimus, ligatum est una cum Regulis Soc. Jesu, quamquam haec duo opera diversam paginarum notationem habent. Magnitudo tamen, quae eadem omnino est, typorum genus, charta, etc., indicant utrumque opus in eadem typographia editum esse. Jam vero in prima Regularum pagina haec leguntur: «Reglas | de la | Compañía | de | Jesús | Año IHS 1698. | Con licencia de los Superiores en la Puebla, en el Colegio del | Espíritu Santo por los Herede | ros del capitán Iuan de Villa | Real.» Urbs «La Puebla» est «La Puebla de los Ángeles» in republica mexicana. Unde ibidem videtur editio haec Exercitiorum facta esse.

Exemplum reperitur Matriti, in domo professa S. J.

6.—1733, Valentiae (Valencia, in Hispania).—0,146 × 0,097.—«Exercicios | espirituales | de S. Ignacio de Loyola, | Fundador de la Compañía | de Jesús. | Con una Introducción antes del texto | del Santo, conveniente para formar el | devido aprecio de estos Exercicios y | la idea de su método y prác | tica | IHS | En Valencia, | Por Joseph Dolz, Impressor, Año 1733. | Con licencia de los Superiores».—Pagg. I-II: «Prólogo al lector».—Pagg. III-XIV: «Capítulo I».—Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis».—«Letras de la Sagrada Congregación del Concilio, publicadas con autoridad de nuestro Santísimo Padre Clemente XII», 30 Aug. 1732.—Pagg. XV-XXXV: «Capítulo II. Noticia del admirable libro de los Exercicios de S. Ignacio, y explicación de la celestial doctrina y método que contiene».—Pagg. XXXV-LXXIII: «Capítulo III. Del grande aprecio y autoridad, que tienen en la Santa Iglesia los Exercicios de San Ignacio».—Pagg. LXXIV-XCII: «Capítulo IV. Breve ins-

trucción para meditar, recogida del mesmo Libro de los Exercicios de S. Ignacio».—Pagg. XCIII-XCIV: «Citas de los lugares de los Exercicios, de donde se ha formado esta Instrucción para meditar».—Pag. XCIV: «Anima Christi». Sequens folium exhibet imaginem B. Virginis et S. Ignatii scribentis. Pagg. 1-154: Textus Exercitiorum; «Anotaciones»... Pag. [155]: «Indice de la introducción».—Pagg. [156-160]: «Indice de las cosas»...

In pag. 19 figura linearum examinis particularis constat decem lineis simplicibus et undecima duplici, nulla praeposita littera. Cf. 1.am ed. hispanam.

Exemplum exstat in collegio loyolaeo, in Hispania.

N. B. Hanc editionem curavit P. Hieronymus Julián, S. J., qui etiam scripsit commentarium textui exercitiorum in hac editione praepositum. Cf. Uriarte, *Catálogo razonado de obras anónimas y seudónimas...*, t. I, p. 285.

7.—1749, Hispali (Sevilla, in Hispania).—0,148 × 0,100.—Pag. [1]: «+ | Exercicios | Espirituales | del B. P. | Ignacio | de Loyola | IHS | Con licencia: | En Sevilla, en la Imprenta de los | Recientes, en calle Génova».—Pag. [2]: «Anima Christi».—Fol. 3 [*sic pro* pag. 3]-7: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 8-14: «Literae sacrae congregationis Concilii, auctoritate SS. D. N. Clementis PP. XII. editæ de Exercitiis Spiritualibus per Ecclesiasticas Personas obeundis». Romae 30 Aug. 1732.—Pagg. 15-16: «Testimonia»...—Pagg. 17-18: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pagg. 19-21: Facultas quam facit «El arzobispo Coadministrador» (hispalensis); signat vero «Doct. Miguel Joseph de Cossio, secretario», in Umbrete, die 16 Septembris 1749; ex quo loco et sequenti colligimus tempus hujus editionis.—Pag. 21: «Licencia del Sr. Juez»; Hispali 22 Septembris 1749.—Pagg. 22-28: «Al lector»; est prologus editoris.—Pagg. 29-189: Textus Exercitiorum, «Anotaciones»...—Pagg. 190-212: Epistola S. Ignatii de perfectione religiosa ad conimbricenses, data Romae die 7 Maji 1547, hispane.—Pagg. 213-232: Epistola S. Ignatii de obedientia, ad socios lusitanos, data Romae 26 Martii 1553, hispane.—Pagg. 233-235: Epistola S. Ignatii ad P. Miona de Exercitiis, data Venetiis die 16 Novembris 1536, hispane.—Pagg. [236-244]: «Indice de las cosas»...

Exstat in collegio bilbaënsi S. J. (Bilbao, in Hispania).

8.—Exercicios spiritvales de nvestro Padre San Ignacio. Como se hazen, y practican en las Casas de la Compañia de Jesus. Con Lizencia del Ordinario en Manila, año de 1751. In 12, pp. 265. (Ex opere P. E. M. Rivière, S. J., citato supra, n. 3).

9.—1833, Matriti.—0,133 × 0,073.—Pag. [1]: «Ejercicios | Espirituales | de | S. Ignacio de Loyola, | fundador de la Compañía de Jesús, | En su texto original, con una intro | ducción oportuna para su aprecio, | inteligencia y uso. | IHS | Madrid, Imprenta de D. M. de

Burgos, | 1833.»—Pagg. [III]-V: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. VI: «Nota», de hac editione.—Pag. [VII]-XXII: «Capítulo I». Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis».—«Letras de la sagrada Congregación del Concilio, publicadas con autoridad de nuestro santísimo Padre Clemente XII».—Pagg. XXIII-XLIX: «Capítulo II. Noticia del admirable libro de los Ejercicios de San Ignacio, y explicación de la celestial doctrina y método que contiene».—Pagg. L-CII: «Capítulo III. Del grande aprecio y autoridad que tienen en la Santa Iglesia los Ejercicios de San Ignacio».—Pagg. CIII-CXXVII: «Capítulo IV. Breve instrucción para meditar, recogida del mismo Libro de los Ejercicios de San Ignacio».—Pagg. CXXVIII-CXXX: «Citas de los lugares de los Ejercicios, de donde se ha formado esta Instrucción para meditar».—Pag. CXXX: «Anima Christi».—Pagg. [1]-174: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [175]-181: «Indice de las cosas»...

Exceptis precibus «Anima Christi», omnia sunt lingua hispanica expressa, etiam documenta pontificia, pagg. VII-XXII.

Reperitur Matriti, in bibl. Facultatis philosophiae et litterarum et in domo professa S. J.

10.—1837, Romae.—0,128 × 0,082.—Pag. [1]: «S. P. | Ignatii Loiolae | Exercitia Spiritualia | textu hispanico ex diligenti | cum autographo collatione | restituto. | IHS | Romae | apud Salviucci, | 1837.» Pag. [2]: Monitum de cura adhibita in adornanda hac editione (latine). Pagg. 3-4: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pagg. 5-173: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pag. [174]: Facultas ut typis excudi possit.—Pag. [175]: «Errata corrige».

Exstat Matriti apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

11.—1837, Romae.—0,116×0,080.—Pag. [1]: «Jesus | S. P. L. [*sic*] Exert. [*sic*] Spirita [*sic*] | Textu Hirpanico [*sic*] ex diligenti cum autograpo [*sic*] callatione [*sic*] restituto | Romae aput [*sic*] salvencci [*sic*]».

Omittimus reliqua describere, quia ex solo titulo apparet, fuisse ignarum aliquem hominem, qui editionem praecedentem iterare furtim voluit. Textus tamen hispanus non adeo miserrime corruptus est, ut titulus ille latinus indicare videtur.

Reperitur in collegio loyolaeo, in Hispania.

12.—1858, Matriti.—0,150 × 0,102.—Pag. [1]: «Exercicios espirituales».—Pag. [3]: «Exercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús, | en su texto original. | Madrid:—1858. | Imprenta de Tejado, | a cargo de Francisco de Robles. | Leganitos 47».—Pagg. [5]-6: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 7: «Anima Christi».—Pagg. 8-151: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [153]-158: «Indice».

Septem illis paribus linearum examinis particularis singulae praepositae sunt litterae hoc ordine: G, F, E, D, C, B, A.

13.—1867, Manresae (Manresa, in Hispania).—0,150 × 0,100.—Pag. [1]: «Ejercicios espirituales».—Pag. [2] pura.—Pag. [3]: «Ejercicios espirituales | de | S. Ignacio de Loyola, | fundador | de la Compañía de Jesús, | tomados del texto original | autógrafo del mismo santo. | Manresa:—1867. | Imprenta de Pablo Roca, | a cargo de Luis Roca. San Miguel, 7».—Pag. [4]: Imago S. Ignatii.—Pagg. 5-6: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 7: «Anima Christi».—Pagg. 8-151: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»... - Pag. [152] pura.—Pagg. [153]-158: «Indice».

In domo professa valentina.

14.—1877, Barcinone (Barcelona, in Hispania).—0,140×0,090.—Pag. [1]: «Exercicios espirituales». - Pag. [2] pura.—Pag. [3]: «Exercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola, | fundador | de la Compañía de Jesús. | En su texto original | JHS | Barcelona. | Imprenta de Francisco Rosal, heredero de J. Gorgas, | plaza de la Lana, | 1877».—Pag. [4] pura.—Pagg. [5]-6: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 7: «Oración que solía repetir San Ignacio en sus ejercicios» («Anima Christi»).—Pagg. 8-153: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pag. [154] pura. Pagg. [155]-160: «Indice».

In pag. 24 post additiones 4 examinis particularis septem paria linearum sunt, quorum singulis sua littera praeposita est hoc ordine: G, F, E, D, C, B, A.

15.—1880, Manresae (Manresa, in Hispania). — 0,151 × 0,100.—Pag. [1]: «Ejercicios espirituales».—Pag. [2] pura.—Pag. [3]: «Ejercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola, | fundador de la Compañía de Jesús, | tomados | del texto original autógrafo | del mismo Santo. | Segunda edición, | IHS | Manresa: | Imprenta y Litografía de Luis Roca, S. Miguel, 15 | 1880».—Pag. [4]: Imago S. Ignatii in spelunca manresana.—Pagg. [5-6]: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. [7]: «Oración... Anima Christi».—Pagg. 8-140: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg [141-144]: «Indice».

Septem illis paribus linearum examinis particularis litterae praepositae sunt eadem prorsus ratione quae servata est in editione anni 1877.

16.—1887, Barcinone. – 0,138 × 0,090.—Pag. [1]: «Exercicios espirituales».—Pag. [3]: «Exercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús | en su texto original | IHS | Con las licencias necesarias | Barcelona | Imprenta de Francisco Rosal, Hospital, 115, | 1887».—Pagg. [5]-7: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 8: «Anima Christi».—Pagg. 9-202: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [203]-208: «Indice».

Litterae praepositae lineis figurae examinis particularis in pag. 30 eaedem sunt atque illae quas diximus in edd. 1858, Matriti; 1877, Barcinone; et 1880, Manresae factis.

17.—1892, Barcinone.—0,140 × 0,090.—Pag. [I]: «Exercicios espirituales».—Pag. [II] pura.—Pag. [III]: «Exercicios espirituales | de | S. Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús | en su texto original | IHS | Con las licencias necesarias | Barcelona | Imprenta de Francisco Rosal, Hospital, 115 | 1892».—Pag. [IV] pura.—Pagg. [V]-VII: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. VIII: «Oración, que solía repetir San Ignacio en sus Exercicios» («Anima Christi»).—Pagg. [9]-204: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [205]-211: «Indice».

18.—1899, Matriti.—0,141 × 0,082.—Pag. [1]: «Joyas del cristiano. Colección de devociones, meditaciones y lecturas piadosas. X».—Pág. [4]: Imago diversa in diversis exemplaribus.—Pag. [5]: «Exercicios espirituales | de | S. Ignacio de Loyola | fundador de | la Compañía de Jesús | En su texto original con las licencias necesarias | Jhs | Madrid | Saturnino Calleja, editor | Calle de Valencia núm. 28 | México.—Herrero hermanos | 1899».—Pagg. [7]-10: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. [11]: «Anima Christi».—Pag. [12]-274: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. [275]-282: Index.

19.—1900, Barcinone.—0,161 × 0,105.—Pag. [1]: «Ejercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola».—Pag. [3]. «Ejercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús | en su texto original | Ihs | Con las licencias necesarias | Barcelona | Imprenta y librería de Subirana hermanos | Calle de la Puertaferrisa, número 14 | 1900».—Pagg. [5]-8: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii», 31 Julii 1548, hispanice.—Pagg. 8-9: «Dictamen de los censores».—Pag. [10]: «Indulgencia plenaria concedida a los miembros de la Compañía y a cuantas personas hicieren durante ocho días los ejercicios espirituales en las casas o colegios de la misma Compañía».—Pagg. [11]-12: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 12. «Anima Christi».—Pagg. [13]-97: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. 99-118: «Plan de ejercicios durante ocho días de retiro».—Pag. [119]: Approbatio Vicarii generalis dioecesis barcinonensis.—Pagg. [121]-124: «Indice».

20.—1900, Barcinone.—0,170 × 0,105.—«Concordancia entre la imitación de Cristo y los Ejercicios espirituales de San Ignacio, seguida de un plan razonado de los Ejercicios para un retiro de ocho días, por el R. P. Mercier, S. J. Versión castellana de D. Arturo Masriera. Con aprobación de la Autoridad Eclesiástica. Barcelona. Subirana hermanos, editores. Calle de la Puertaferrisa, número 14. 1900».

Versio operis P. Mercier paginis 464 continetur; postea vero, appendicis instar, sequuntur Exercitia spiritualia S. Ignatii in hunc modum:

Pag. [1*] «Apéndice. | Ejercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola».—Pagg. [3*]-6*: «Letras apostólicas de SS. el Papa Paulo III»... («Pastoralis officii»).—Pagg. [7*]-8*: «Dictamen de los censores».—

Pag. [9*]: «Indulgencia plenaria concedida a los miembros de la Compañía y a cuantas personas hicieren durante ocho días los ejercicios espirituales en las casas o colegios de la misma Compañía». Commemorantur indulgentiae concessae ab Alexandro VII (12 Octob. 1657), Benedicto XIV (15 Julii 1749, 29 Martii 1753, 16 Maji 1753) et Gregorio XVI (22 Dec. 1832).—Pagg. [11*]-12*: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. 12*: «Anima Christi».—Pagg. [13*]-97*: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [99*]-118*: «Plan de Ejercicios durante ocho días de retiro».—Pagg. [119*]-122*: «Indice del Apéndice», id est Index Exercitiorum etc.

21.—1904, Caesaraugustae (Zaragoza, in Hispania).—0,170 × 0,110, «Manual de los Ejercicios Espirituales de San Ignacio de Loyola, Fundador de la Compañía de Jesús, formado según las obras de los más celebrados Comentadores de los mismos Ejercicios, por el Padre Jaime Gutiérrez, de la misma Compañía. (Con licencia eclesiástica.) Zaragoza. Tipografía La Editorial, Coso 86. 1904».—Pagg. XVIII-XIX: Epistola P. Bernardi de Angelis. Pagg. XX-XXI: «Gracias concedidas por la Santa Sede a los que hacen los Ejercicios.» Mentio fit Alexandri VII, Benedicti XIV (15 Julii 1749, 29 Martii 1753, 16 Maji 1753); et ponitur latine pars litterarum Sacrae Congr. Concilii (30 Augusti 1732). — Pagg. XXI-XXIII: Litterae latinae Pii X, per quas conceditur Patribus Soc. Jesu, ut impertiri possint benedictionem apostolicam iis qui exercitia spiritualia peregerunt.—Pagg. XXIV-XXV: Preces «Anima Christi», quibus adjungitur hispano sermone explicatio indulgentiarum a Pio IX recitantibus illas preces concessarum die 9 Januarii 1854. — Pagg. [1]-244: Textus Exercitiorum «Annotaciones» etc., multis notationibus infra textum illustratus.—Pagg. [249]-[769]: Commentarius in Exercitia.—Pagg. [773]-781: «Indice de los Ejercicios espirituales».

22.—1904, Matriti (Madrid, in Hispania).—0,140 × 0,084.—Pagg. [1-4] purae.—Pag. [5]: «Biblioteca del Apostolado de la prensa | Exercicios espirituales | de | San Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús | En su texto original. | JHS | Madrid | Biblioteca del Apostolado de la Prensa | 14-Plaza de Santo Domingo-14 | 1904».—Pag. [6]: «Con las licencias necesarias | Tip. del Sagrado Corazón, Leganitos, 54, Madrid».—Pagg. [7]-9: Epistola P. Bernardi de Angelis.—Pag. [11]: «Anima Christi».—Pagg. [13]-240: Textus Exercitiorum, «Annotaciones»...—Pagg. [241]-246: «Indice».

23.—Editio phototypica.

1908, Romae.—0,270 × 0,190.—Pagg. [I-II] (omisso f. externo) purae.—Pag. [III]: «Ejercicios espirituales».—Pag. [IV] pura.—Pag. [V]: «Ejercicios espirituales | de | S. Ignacio de Loyola | fundador | de la Compañía de Jesús. | Reproducción fototípica | del original | Roma | Stabilimento Danesi | MCMVIII».—Pag. [VI] pura. –

Pagg. [VII]-VIII: «Al lector... La Redacción de Monum. Histor. S. J.» Pag. IX: «Descripción del manuscrito».—«Adiciones y enmiendas».—Pag. [10]: «Erratas»; sunt autem haec errata in ipso codice ms., cujus est imago phototypica haec editio.—Pag. [XI]: «Indice».—Pag. XII pura.

F. 1r. incipiunt imagines phototypicae; prima est partis litterarum quarumdam P. Ribadeneirae.—F. 1v. purum.—Sequitur textus Autographi Exercitiorum, hispanice scripti in ff. 1-63, signatis numeris in marginibus inferioribus; in superioribus marginibus signati sunt numeri 2-64; nam f. 1 est pars epistolae Ribadeneirae.

24.—1912, Caesaraugustae (Zaragoza, in Hispania).—«Manual de los Ejercicios»... Est operis in n. 21 descripti nova editio «corregida y ampliada por el autor», Zaragoza, P. Carra, 1912. Duo volumina: primum constat paginis XXXII-444; secundum paginis 477.—Exercitia sunt in vol. I, pp. 1-290.

25. — 1915, Londini (London, in Anglia).—0,220 × 0,140. — Pagg. [I-II] purae.—Pag. [III]: «The spiritual Exercises | spanish and english».— Pag. [IV]: «Roehampton; printed by John Griffin».— Pag. [V]: «The | Spiritual exercises | of | St. Ignatius Loyola | spanish and english | With a continuous commentary | by | Joseph Rickaby, S. J. | IHS | London | Burns & Oates, limited | 28, Orchard street, W. | 1915».—Pag. [VI]: Facultas ut «Imprimatur».—Pag. VII: «Sociis Jesu | Patribus et Fratribus suis | D. D. D. | Senex jubilatus | MDCCCLXII-MCMXII». — Pag. [VIII] pura. — Pag. [IX]: «Editorial»...— Pag. [X] pura. — Pagg. [XI]-XII: «Table of contents»...— Pagg. [1]-231: Textus Exercitiorum in binis columnis, hispanice et anglice, cum multis notationibus ipsius interpretis. Exhibetur textus ignatianus, sed (praemonito, ut par erat, lectore) ordine alio ab eo qui est in opere hispanico.—Pag. [232] pura.—Pagg. [233]-234: «Index to the notes».

Est in residentia S. J. matritensi.

EDITIONES VULGATAE VERSIONIS LATINAE EXERCITIORUM S. IGNATII

1.—1548, Romae.—0,157 × 0,108.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritvalia | JHS | M.D.XLVIII».—Pag. [II] pura.—Pagg. 1-6: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 7-8: «Testimonia... Magister sacri palatii».—Pagg. 9-11: «Quidam de Societate»...—Pagg. 12-226, Textus Exercitiorum, «Annotationes... Romae apud Antonium Bladum | XI. Septembris | M.D.XLVIII».

Editio plerumque accurata; caret tamen indice, et exemplaria ejusdem editionis inter se interdum discrepant; quae res inde nasci potuit,

quod nonnulla emendata sint, cum aliqua exemplaria prelo educta jam essent.

Est in collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio) [1].

2.—1553, Conimbricae (Coimbra in Lusitania).—0,099 × 0,070.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | JHS | Conimbricae | M.D.LIII».—Pag. [2] pura.—Pagg. 3-9: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». Pagg. 10-11: «Testimonia eorum, quibus censura Exercitiorum est commissa».—Pagg. 12-14: «Quidam de Societate»...—Pagg. 15-238: Textus Exercitiorum, «Annotationes... Laus Deo».—Pag. [239]: «Conimbri-| cae, ex commissione Re- | uerendi Patris M. Ignatii, | Praepositi generalis Socie | tatis IESV, per Ioan | nem Barrerium, | Regium Typographum. | M.D.LIII».

Exstat Matriti, in domo professa S. J.

3.—1563, Viennae (Vindobonae, Wien in Austria).—0,126 × 0,072. F. [1r]: «Exerci | tia spiritva | lia: R. Admodvm in | Christo patre nostro, M. Ignatio de | Loyola, Societatis Iesu institu | tore et primo Generali | Praeposito, autore | JHS. | Viennae | Avstriae, In aedibus Caesarei | collegii, dictae Societatis | anno Domini 1563». —FF. 2-5r: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—FF. 5v-6v: «Testimonia»... — FF. 6v-8r: «Quidam de Societate»...—FF. 8v-141r: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—FF. 141v-[142r]: «Errata».—F. [142v]: «Impressvm cvm | Legitima licentia die | JHS | XII. Octobris | M.D.LXIII».

Reperitur Matriti, in bibl. Facultatis philosophiae et litterarum.

4.—1574, Burgis (Burgos, in Hispania).—0,115 × 0,070.—Pag. [1]: «Exerci | tia spiritva | lia: R. admodum in Christo | patre nostro, M. Ignatio de | Loyola, Societatis Iesu In | stitutore, et primo genera | li Praeposito auctore | IHS | Bvrgis. | Apud Philippum Iuntam cum | licentia superiorum | 1574.» —Pag. [2] pura.—Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». —Pagg. 12-14: «Testimonia»... Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-280: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 281-284: «Regvlae pere | grinorum».—Liber terminatur nullo addito indice.

Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

5.—1576, Romae.—0,100 × 0,060.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de Loyola | IHS | Cum Facultate Superiorum. | Romae.| In Collegio Societatis Iesu | M.D.LXXVI».—Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»... —Pagg. 19-280: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Post textum, eadem pagina 280, notatio: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. [281-288] Index.

[1] Nec paginae nec folia numeris notata sunt in hac prima editione; distinguimus tamen paginas ope numerorum, quos optimo consilio in earum ima parte addiderunt editores phototypicae effigiei hujus editionis. Vide infra, n. 54.

Textus expressus est litteris italicis; litteris communibus tituli meditationum etc.

Matriti, in domo professa S. J.

6.—1582, Dilingae (Dillingen a. D., in Bavaria).—0,099 × 0,067.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de Loyola. | Cum Facultate Superiorum. | Dilingae | Excudebat Ioannes Mayer. | M.D.LXXXII.»—Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-279: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. [280-288]: «Brevis index eorum, quae hoc libro continentur».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

7.—1583, Vilnae (Wilno, Wilna, in Lithuania).—0,095 × 0,065. Pag. [1]: «Exercitia | Spiritualia | Ignatii de Loyola | S. J. | cum facultate superiorum | Vilnae | Anno MDLXXXIII».—Pag. 2: «Anima Christi».—Dein litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—«Testimonia»...—Pagg. 15-20: «Quidam de Societate»...—Pagg. 21-280: Textus Exercitiorum.—In fine: «Quae ab aliis impressis Exercitiorum exemplis variant, ex utroque nostro exemplari manuscripto, in mysteriis autem vitae Christi etiam ex editione Vulgata emendata sunt. Laus Deo». Sequuntur 3 folia, quae indicem continent.

Cracoviae (Kracow, Kracau, in Galicia) in bibl. Jagellonica, et Leopoli (Lwów, Lemberg, in Galicia) in bibl. Ossolinea.

8.—1586, Duaci (Douai, Douay, in Gallia).—0,115 × 0,063. «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de Loyola. | IHS | Cum Facultate Superiorum | Dvaci, | Ex officina Ioannis Bogardi. | M. D. LXXXVI». —Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-14:«Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-280: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... Pagg. [281-285]: «Brevis index eorum, quae hoc libro continentur».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

9.—1587, Hispali (Sevilla, in Hispania).—0,101 × 0,065.—Pag. [1]: «Exerci | tia Spiritualia | R. admodum in Christo Patre | nostro M. Ignatio de Loyola, | Societatis IESV Institutore, | et primo Generali praepo | sito, auctore. | IHS | Hispali | Ex officina Andreae Pescionis, et Ioannis Leonis cum licentia superiorum. | 1587.»—Pagg. 3-9: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 10-11: «Testimonia»... Pagg. 12-15: «Quidam de Societate»...—Pagg. 15-218: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... - Pagg. 219-221: «Regulae peregrinorum». Pagg. [222]: Formula votorum Societatis post duos probationis annos nuncupandorum.

Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

10.—1593, Tolosae (Toulouse, in Gallia),—0,117 × 0,071. —Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | Ignatii de | Loyola. | IHS | Cum facultate Superiorum. | Tolosae, | Ex Typographia sub signo | nominis Iesv.

1593». – Pag. [2]: Oratio ad Christum: «Anima Christi». – Pagg. 3-8: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». —Pagg. 8-9: «Testimonia»...—Pagg. 9 [sic pro 10]-12: «Quidam de Societate»...—Pagg: 12-179: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. [180-182]. «Index».—Pag. [183]: «Errata. Corrige».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

11.—1596, Romae,—0,110 × 0,074.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de Loyola. | IHS | Cum Facultate Superiorum. | Romae, | in collegio Societatis Iesu. | M. D. XCVI.»—Pag. [2]: Oratio «Anima Christi.»—Pagg. 3-9: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 10-12: «Testimonia»...—Pag. 13-16: «Quidam de Societate»...—Pag. 17-235: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 236: Notatio: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt.»—Pagg. 237-254: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione.»—Pag. [255-264]: Index.

N. B. Haec prima editio est, in qua positi sunt loci a Patribus deputatis quintae congregationis generalis emendati.

In collegio loyolaeo, in Hispania.

12.—1596, Amacusae (in insula Amakusa Schima, in Japonia).—0,100 × 0,070.—In principio addita sunt quatuor folia quorum tria prima sunt pura; in f. 4v haec leguntur typis excusa: «Natali illvstriss. D. D. Ge | orgii S. R. I. Comitis ab Oppers | dorf etc. Domini Svperioris | Glocoviae et Fridecii | etc. | praesentat. | Typvm Japonicvm Cortici im | pressvm et Medvllam | adprecatvr. | M. K. S. J. 1642». Et paulo inferius scriptum est: «Cum quo suas etiam preces et religiosa obsequia offert. J. M. S. J.».—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de Loyola. | IHS | Cum Facultate Superiorum. | In Amacvsa | in collegio Iaponensi Societatis Iesu. | M. D. XCVI». – Pag. [2]: Oratio «Anima Christi».—Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III. «Pastoralis officii».—Pagg. 12-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-19: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-280: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 280: Adhibet notationem: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt. Lavs Deo».—Pagg. [281-288]: «Breuis index eorum, quae hoc libro continentur».—Sequitur f. purum.

13. – 1599, Valentiae (Valencia, in Hispania). — 0,135 × 0,071. — Pag. [1]: «IHS | Exercitia spiritualia | Ignatii de Lo | yola. | Cum facultate | superiorum. | Valentiae | Apud Philippum Mey | M. D. XCVIIII».—Pagg. 1-7: Litterae apost. Pauli JII «Pastoralis officii». – Pagg. 8-9: «Testimonia»...—Pagg. 10-12: «Quidam de Societate»... — Pagg. 13-224: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... — Pagg. 225-239: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione adnotata sunt».—Pagg. 240-[247]: «Brevis index eorum, quae hoc libro continentur».

Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

14 — 1600, Moguntiae (Mainz, in Germania).—0,125 × 0,074.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | Ignatii de | Loyola. | Cum Facultate superio | rum. | IHS | Mogvntiae, | Ex officina Typographica Io | annis Albini, Anno | M. DC».—Pag. [2]: Oratio «Anima Christi». Pagg. 3-10: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 11-12: «Testimonia»...—Pagg. 13-15: «Quidam de Societate»...—Pagg. 16-216: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 217-230: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione annotata sunt».—Pagg. [231-238]: «Brevis index eorum, quae hoc libro continentur».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio.)

15.—1604, Calissii (Kalisz, in Polonia).—0,125 × 0,073.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | B. Ignatii De | Loyola | IHS | Cum facultate superiorum, | Calissii | anno 1604».—Pag. 2: «Anima Christi».—Pag. 3: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 10-12: «Testimonia»...—Pagg. 13-16: «Quidam de Societate Iesu»...—Pagg. 17-215: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Postea: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt.—Laus Deo».—Pagg. 216: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo»... «Romae 25 Junii 1596 Mandato R. P. N. Generalis | Jacobus Dominicus, secretarius».

N. B. In fine index, cujus paginae discrepant a paginis textus, unde apparet indicem alius editionis huic esse assutum negligenter.

Cracoviae (Kracow, Kracau, in Galicia) in bibliotheca principum Czartorisky.

16.—1605, Mussiponti (Pont-à-Mousson, in Gallia).—0,101 × 0,056. Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | B. P. N. Ignatii | de Loyola. | IHS Mvsiponti. | In Collegio Societatis Iesv. | Per Melchiorem Bernardum, | Vniuersitatis typographum. | M. D. C. V. | Cum Facultate Superiorum». —Pag. [2]: «Oratio ad Christum. Anima Christi».—Pagg. 3-12: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 13-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-238: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 239-256: «Loca, quae ex diligenti cum Hispanico autographo collatione, adnotata sunt».—Pagg. [257-265]: «Brevis index eorum, quae hoc libro continentur».—Pag. [266]: «IHS».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio.)

17.—1606, Romae.—0,167 × 0,117.—Pag. [1]: Imago S. Ignatii, infra illam «Ad Maiorem Dei Gloriam.» «Exercitia | spiritvalia | B. P. Ignatii | Loyolae. | Romae, in collegio Rom. | eiusdem Societat. | Anno Domini | MDCVI. | Cvm fac. svper.».—Pag. [III]: Oratio «Anima Christi».—Pagg. 1-4: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 5-6: «Testimonia»...—Pagg. 7-8: «Quidam de Societate»...—Pagg. 9-138: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 139: Adnotatio: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 140-150: «Loca, quae ex diligenti cum Hispanico autographo collatione adnotata

sunt in hac postrema editione». Epistola secretarii, S. J. et loca adnotata.—Pagg. [151-156]: «Brevis index meditationum, additionum et notandorum, quae hoc libro continentur».

Matriti, in bibl. Facultatis philosophiae et litterarum.

18.—1610, Audomaropoli (Saint-Omer, in Gallia).—0,128 × 0,070. Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | B. P. Ignatii | Loyolae. | IHS | Avdomaropoli, | In Collegio Anglicano Societatis | Iesv. | M. DC. X».—Pagg. 1-8: Litterae apost. Pauli III, «Pastoralis officii».—Pagg. 9-11: «Testimonia»...—Pagg. 12-15: «Quidam de Societate»...—Pagg. 16-255: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 256: Adnotatio: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 257-273: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione». - Pagg. [274-283]: «Brevis index»...

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

19.—1614, Insulis (Lille, in Gallia).—8.°—Exercitia spiritualia S. Ignatii latine, sine titulo, hac indicatione adjecta: «Insulis ex officina Petri de Rache, sub Bibliis aureis, 1614». Ex Sommervogel, V, 62, qui de hac editione haec refert: «On y a omis tout ce qui regarde celui qui donne les exercices. Ce sont toutes pages détachées, qui se donnaient succesivement à ceux qui faisaient les exercices. La moitié du livre est donc en blanc, les pages imprimées et numérotées vont jusqu'à 132. Les exercices son précédés d'une *Admonitio*, qui ne se voit pas ailleurs. L'ordre n'est pas le mème que dans les éditions ordinaires. A la fin viennent les *loca emendata*. Il y a des vignettes sur bois correspondant aux mystères à méditer. Un exemplaire de cette curieuse édition se trouve à la bibliothèque des Bollandistes à Bruxelles».

Bruxellis, in bibliotheca bollandiana.

20.—1615, Romae.—0,165×0,110.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritvalia | B. P. Ignatii | Loyolae. | IHS | Romae. | In Collegio Romano eiusdem Societatis. | Anno Domini M.DC.XV. | Svperiorvm permissv». Pag. [III]: Oratio «Anima Christi».—Pagg. 1-4; Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». | Pagg. 5-6: «Testimonia»...—Pagg. 7-8: «Quidam de Societate»...—Pagg. 9-138: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... Pag. [139]: Adnotatio brevissima. - Pagg. 140-150: Epistola P. Jacobi Dominici, et loca quae mutari debent in Exercitiis.—Pagg. [151-156]. Index.

In collegio loyolaeo in Hispania.

21.—1619, sine loco.—0,100 × 0,052. - Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | B. P. | Ignatii | de | Loyola | IHS | Permissu Superiorum 1619». Pagg. 3-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». Pagg. 12-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-280: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. [281-287]: «Brevis index eorum, quae in hoc libro continentur».--Pag. 288: «Errata».—Deinde usque ad pag. 300: «Loca quae ex diligenti... emendata».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

22.—1619, Parisiis.—0,110 × 0,058.—F. [1]: «Exercitia spiritvalia | B. P. N. Ignatii | de Loyola. | Vna cum Directorio». | Imago S. Ignatii «Parisiis | Apud Ioannem Foüet Viâ | Iacobaea sub signo | Rosarii 1619. | Cum priuilegio Regis».— F. [1v.] «Oratio ad Christum. Anima Christi».—FF. [2-5]: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».

In [f. 4], lin. 7 ubi locus ille litterarum Pauli III profertur, quo pontifex statuit, ut Exercitiorum liber post primam editionem «sine consensu ejusdem Ignatii vel successorum ejus» a nullo «omnino», sub excommunicationis et 500 ducatorum piis operibus applicandorum poena, imprimi possit; verbo *omnino* asteriscus * additus et notatio quaedam typis italicis adjuncta est, qua typographus ille parisinus auctoritate Nicolai de Tudeschis Panormitani, B. Angeli de Clavasio sive Carleti Ord. Min., Felini Mariae Sandaci, Francisci Toleti, S. J., Dominici de Covarrubias, Henrici Henriquez, S. J., (qui omnes juris canonici vel theologiae moralis scientia insignes erant) probare conatur, se, etiamsi sine consensu praepositi generalis Societatis Jesu Exercitia typis descripserit, poenis tamen a Paulo III constitutis nequaquam teneri. Est autem illa notatio hujusmodi. «*Comminatoria verba, per qua[e] etiamsi à summo pontifice prolata excommunicatio non fertur. Pan. in c. dura. num. 1. De cri. fal. etc. in c. clericis num. 14 ne cler. vel monac. gl. in c. Salonitana dist. 63. Angel. in sum. in verb. excommunicatio 2. num. 8. adde quod huiusmodi poena morte statuentis expirat. ita vt post eius obitum contrauenientes non liget. Fel. in c. à nobis, 1. de sent. excomm. nn. 7 etc. ibi Pan. num. 12. quos sequitur Tolet. de instr. sacerd. lib. 1. cap. 5. num. 7. Item intentionem excommunicandi non habuisse creditur, qui pecuniariam seu temporalem quamuis aliam poenam adiecerit vt hic. Couar. in reg. peccat. 2. § 5. numero. 2. etc. Henriq. de excom. cap. 20. num. 1. Ne igitur nouam huius libelli editionem mireris, et qui typis mandarunt poenam bullae incurrisse putes, de his monitum te, lector, volui».

Editio igitur haec in vulgus emissa omnibusque venalis fuisse videtur. Priores vero editiones, si non omnes, certe pleraeque solis Societatis Jesu sodalibus destinatae erant. Externi homines, accepta ab aliquo de Societate facultate, sibi interdum manu Exercitia nostra describebant. In bibliotheca Vallicelliana urbis Romae, quae sacerdotum Oratorii a S. Philippo Nerio olim fuit, complura vidimus exemplaria Vulgatae versionis Exercitiorum manu scripta Caeterum typis excusa esse Exercitia ad usum alumnorum Societatis tantum, monet «Quidam de Societate» in praefatiuncula, quae fere omnibus Vulgatae editionibus praeposita est.

FF. [6-7]: «Testimonia»...—FF. [7v-9]: «Qvidam de Societate»...—FF. [9v-14]: «Brevis index»...—F. [14v] purum.—F. [15]: «Extraict dv priuilege du Roy.—Par grace & priuilege du Roy, il est permis à Iean Foüet, & Sebastien Hvré marchands Libraires à Paris, d'imprimer

ou faire imprimer, vendre & debiter, tant en latin qu'en François, pendant le temps & espace de dix ans, à compter du iour de l'acheuement de la première impression, vn liure intitulé: Les exercices spirituels du B. P. Ignace de Loyola, fondateur de l'ordre de la Compagnie de Iesvs. Ensemble la Guide ou directoire desdicts exercices. Auec de [15v] fences à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soyent, de l'imprimer & d'en vendre, ny distribuer aucuns exemplaires, que de ceux qui auront esté imprimez par lesdicts Foüet & Huré, ou de leur consentement, à peine de mille liures d'amende, comme plus à plain est declaré, par l'original des presentes. Donnees a Paris le 20. Auril, 1619.—Par le Roy en son Conseil.—Signé.—De Vabres.—Et seellees du grand seau en cire iaune sur simple queüe».

F. [16]: «Approbation.—«Novs soubs-signez Docteurs en la Faculté de Theologie à Paris, certifions auoir leu vn liure intitulé: Les exercices spirituels du B. P. Ignace de Loyola, fondateur de l'ordre de la Compagnie de Iesvs, &. Ensemble la Guide ou Directoire desdicts exercices: Auquel n'auons rien trouué contraire à la foy & Religion Catholique, Apostolique & Romaine: ains iugé tres digne d'estre mis en lumiere pour le bien des ames deuotes. Faict à Paris le 15. iour d'Auril 1619.—A. Soto.—I. Govault».

F. [16v] purum.—Sequuntur 210 ff. numeris signata in r.—FF. 1-111, Textus Exercitiorum.

F. [112]: «Directorivm | Exercitiorvm | spiritvalivm | B. P. N. Ignatii | IHS | Parisiis | apud Ioannem Foüet | Viâ Iacobaeâ, sub signo | Rosarii | M.DC.XIX. | Cum priuilegio Regis».—F. 112v purum.—FF. 113-114, Epistola Jacobi Ximénez, secretarii, mandato R. P. N. Generalis. Romae 5 Aprilis 1591.—F. 114v; «Prooemium. De dignitate»..., et sequitur Directorium. Terminatur in f. 110r (pro 210) «& honor in saecula.—Amen».

FF. 110v (pro 210v)—[211] Index Directorii.—F. [212]: «Errata Corrige».-Sequitur f. purum.

N. B.—Est alia editio huic omnino similis cum Exercitiis et Directorio. Titulus tamen differt estque hujusmodi: «Exercitia | spiritvalia| B. P. N. Ignatii | de Loyola. Vnâ cum Directorio» | Imago S. Ignatii «Parisiis | Apud Sebastianvm Hvré | viâ Iacobaeâ, sub signo | Cordis-Boni. 1619. | Cum priuilegio Regis».

23.—1620, Dilingae (Dillingen a. D., in Bavaria).—0,104 ×0,062.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia B. P. N. | Ignatii Loy | olae. | IHS | Cum facultate Supe | riorum. | Dilingae, | Formis academicis | apud Melchiorem | Algeyer».—Pag. [2]: «✠ Anima Christi».—Pagg. 3-12: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 13-14: «Testimonia»...—Pagg. 15-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-237: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 238: Monitum: «Quae ab aliis imimpressis [*sic*] Exercitiorum... emendata sunt».—Pagg. 239-256:

«Loca, quae ex diligenti»...—Pagg. [257-264]: «Brevis index eorum»... Sub finem: «Anno M.DC.XX».

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

24.— 1635, Antuerpiae (Anvers, in Belgio).—0,154 × 0,096.— Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | S. P. | Ignatii | Loyolae | IHS| Antverpiae, | Apud Joannem Meursium. | M.DC.XXXV. | svperiorvm permissv».—Pag. [2] pura.—Pag. 3: Oratio «Anima Christi».— Pagg. 4-7: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 8-9: «Testimonia»...—Pagg. 10-11: «Quidam de Societate»...—Pagg. 12-143: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 143: Nota: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 144-153: Epistola P. Jacobi Dominici, secretarii Societatis Jesu, mandato Adm. R. P. Generalis scripta et data Romae, die 25 Junii 1596. Sequuntur loca, quae mutari debent in exercitiis.—Pagg. [154-158]: continent indicem.

In collegio loyolaeo, in Hispania.

25.— 1635, Antuerpiae (Anvers, in Belgio).—0,149×0,095.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | S. P. | Ignatii | Loyolae | ». Imago xylographica, in qua haec sunt: libellus clausus dextrorsum, cujus in tegumento plano est symbolum IHS, in parte superiore imago S. Ignatii a capite usque ad pectus dedueta, cui coronam imponunt dextris manibus angeli duo, alter ad dextram alter ad sinistram libelli stantes, palmas sinistris manibus tenentes; libellus et angeli insistunt in ornamento quodam, cujus in media parte legitur «ad maiorem Dei gloriam».

Haec imago repetitur in edd. antuerpiensibus 1638 apud Joannem Meursium, et 1696 apud Henricum Thievllier factis.

«Antverpiae, | apud Joannem Mevrsivm. | M.DC.XXXV. | Svperiorvm permissv».

N. B. Editio haec diversa est a superiore (n. 24), quamquam inter se compluribus rationibus conveniunt, ut loco editionis, typographo, numero paginarum, etc. Nempe altera editio (n. 24) fuit quasi pars totius Instituti S. J., variis voluminibus apud Joannem Meursium legitime editi, altera vero (n. 25) fraudulenter in lucem prodiit. En nonnulla, quibus inter se distinguntur: haec generatim utitur littera *v* pro *u* in principio verborum (vt, vtpote, vxor, etc.) et *u* pro *v* in mediis verbis (quaeuis, deuotio, euidens, etc.); illa contra, si unum alterumve easum excipias. In hac editione numquam aut fere numquam adhibetur littera *j* (Iesus, eius, etc.), in altera contra. Praeterea non sunt eiusdem magnitudinis. Imagines ante et post notationem paginae 143, positae et littera majuscula E, qua incipit epistola P. Dominici in sequenti pagina, sunt omnino diversae. Denique aliquot sunt paginae, quae non eamdem materiam continent, quamquam semper curatum est, ut tituli paragraphorum iisdem paginis responderent.

In collegio loyolaeo, in Hispania.

26.—1638, Antuerpiae (Anvers, in Belgio). — 0,151 × 0,100. —

Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Loyolae | »imago similis ei quam modo descripsimus, in ed. 1635, n. 25.» Antverpiae | apud Joannem Mevrsivm. | M.DC.XXXVIII. | Superiorvm permissv». | Pag. 3: «Anima Christi».—Pagg. 4-7: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 8-9: «Testimonia»...—Pagg. 10-11: «Quidam de Societate»...—Pagg. 12-143: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 143, post ultimam regulam sentiendi cum Ecclesia: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 144-145: «Loca quae ex diligenti cum Hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione».—Sequuntur litterae Roma 25 Junii 1596 «Mandato R. P. N. Generalis» a Jacobo Dominico secretario datae.—Pag. 145-153, loca emendata.—Pagg. [154-158]: «Brevis Index»...

Monasterii Westphalorum (Münster i. W.) in bibl. Paulina.

27. – 1644, Parisiis. — 0,262 × 0,145 (textus sine marginibus).— Pag. [I]: «Exercitia | spiritvalia | S. P. | Ignatii | Loyolae».—Pag. [II] pura.—Abscisum folium.—Agglutinatum folium recentius cum imagine S. Ignatii, cui haec subscripta sunt: «Thomas Prieto, Reg. Monetae celator» et relicto spatio medio paginae «inv. del scul. M.ti 1759».—Pag. 1: «Anima Christi».—Pagg. 2-10: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».— Pagg. 11-12: «Testimonia»...—Pagg. 13-14: «Quidam de Societate»... — Pagg. 15-295: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... — Pag. 295: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 296-302: «Loca, quae ex diligenti»...—Pagg. [303-307]: «Brevis index meditationum, additionum et notandorum, quae hoc libro continentur».

N. B. Simul cum Exercitiis compacta sunt sequentia: 1) Imago Virginis perdolentis, aere incisa et huic volumini recentius agglutinata anno 1800 vel postea. 2) Relatio facta in consistorio secreto... super vita... Beati Ignatii... Parisiis e typographia regia. M.DC.XLIV. 3) Bvlla... canonizationis S. Ignatii Loyolae. Parisiis ex typographia regia M.DC.XLIV. 4) Directorivm.—Imago S. Ignatii cum hac inscriptione: «Thomas Prieto G. R. C.» ac relicto spatio medio «Madrid 1770».—Directorivm in exercitia... Parisiis e typographia regia M.DC.XLIV.

Cum omnia haec opera sint ejusdem magnitudinis, ejusdem formae litterarum atque ejusdem chartae, etc., concludimus Exercitia esse etiam ejusdem anni atque Relationem, Bullam, Directorium, quae anno 1644 edita sunt; atque hic annus, opinamur, notatus erat in folio, quod diximus abscisum esse ante primam imaginem S. Ignatii. «Chaque partie», inquit Sommervogel, V, 64, «a un titre complet: *Parisiis... M.DC.XLIV.*»

Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

28.—1656, Viennae (Vindobonae, Wien, in Austria).—In 4.°—Exercitia spiritualia. (Ex Sommervogel, V, 64).

29. — 1660, Monasterii Campidonensis (Campidoni, Kempten, in Bavaria).

«Exercitia spiritvalia S. P. Ignatii Loiolae S. J. Fvndatoris.

In separatis pagellis; quae Facturis ipsa Exercitia per vices meliùs, quam ex libro tradentur. Juxtà mentem ejusdem S. Ignatii annot. 11.

Ex typographiâ Ducalis Monasterij Campidonensis. Anno M.DC.LX. Per Rudolphum Dreherr, 12.°» Haec editio, quae curante Patre Leonardo Lerchenfeldt prodiit, constat 75 fasciculis, quorum nec paginae nec folia numeris signata sunt.

(Ex Sommervogel, V, 64.)

30.—1663, Romae. «Exercitia spiritualia S. Ignatii Loyolae Societatis Jesu Fundatoris. Cum brevi instructione meditandi ex ipsismet Exercitiis deprompta. Et breve Sanctissimi D. N. Alexandri VII. De indulgentia Plenaria pro iis, qui exercentur. Romae ex Typographia Varesiana MDCLXIII. Superiorum Permissu, 8.°». Constat fasciculis solutis, quorum nec folia nec paginae numeris signatae sunt.

(Ex Sommervogel, V, 64).

31.—1676, Antuerpiae (Anvers, in Belgio). — 0,190 × 0,113. — Pag. [1] imago Sti. Ignatii.—Pag. [3]: «Exercitia | spiritvalia | S. P. Ignatii | Loyolae, | fundatoris ordinis Societatis Iesv | Cum Bullis Pontificum, tum approbationis Exercitio | rum; tum Indulgentiae plenariae, pro omnibus, qui | octiduo illis vacant in domibus ejusdem Societatis. | Brevi insuper Instructione meditandi, quae om | nia et dilucidantur et illustrantur pluribus | ex aere impressis imaginibus». | Imago pueri Jesu brachiis crucem amplectentis | «Antverpiae, | apud Michaëlem Knobbaert, sub signo S. Petri, 1676. | Cum gratia et Privilegio».— Pag. 5: «Anima Christi».—Pagg. 7-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-13: «Testimonia»...—Pagg. 15-16: Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut Nobis», 12 Octobr. 1657.—Pagg. 17-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-21: «Monitio. Ad lectorem ...—Pagg. 23-54: «Brevis instructio meditandi collecta ex libello Exercitiorum S. Ignatii»...—Pagg. 55-269: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... — Pag. 269: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt». — Pagg. 270-279: «Loca, quae ex diligenti cum hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione».—Pagg. [280-284]: «Brevis index Meditationum»...—Pagg. [285-287]: «Index secvndvs. Tam pro eo qui dirigit; quam qui dirigitur».

In hac editione textus Vulgatae religiose servatur, sed adduntur quinque sequentes meditationes: 1) Meditatio de damnis ex peccato mortali provenientibus, pagg. 93-95;—2) De morte, pagg. 97-99;—3) De judicio generali, pagg. 101-103; —4) de Filio prodigo, pagg. 113-115; —5) de paradiso, pagg. 249-251.

Paginae 1, 6, 14, 22, 66, 68, 72, 80, 86, 92, 96, 100, 104, 112, 116, 120, 124, 132, 138, 144, 150, 156, 160, 168, 174, 182, 184, 186, 188, 190, 192, 194, 196, 198, 200, 202, 204, 206, 208, 210, 216, 218, 220,

222, 224, 226, 228, 230, 232, 234, 236, 240, 242, 246, 248, singulis imaginibus decoratae, numeris non signantur.

Sunt purae 2, 4, 137, 143, 155, 173, [288].

a[illegible] a pud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

32.—1679, Tyrnaviae (Tyrnau, in Hungaria).—0,150 × 0,100.—Paginae non numeris, sed litteris A, B, etc. in ima parte notantur. Constat autem liber ff. 131 seu pp. 262.

Pag. 1: «Exercitia | spiritualia | Sancti Patris | Ignatii Loyolae | Societatis | Jesu | fundatoris | recusa | Tyrnaviae | anno | M.DC.LXXIX | Typis academicis excu | debat Matthias Srnensky».—Omittit preces «Anima Christi», litteras apost. Pauli III «Pastoralis officii», testimonia censorum et praefatiunculam «Quidam de Societate».

Pag. 3 incipit textus Exercitiorum, satis fideliter expressus, nisi quod pauca quaedam omittit, addit nonnulla, alia loco mutat. Quae omnia ex sequenti descriptione intelliges.

Pagg. 3-6: Annotationes septem ex viginti primis: prima, tertia, quinta, undecima, duodecima, decimatertia, vigesima.—Pag. 8, Principium et fundamentum.—Pag. 11, Examen particulare.—Pag. 15, Examen conscientiae generale.—Pag. 23, Additiones ad Exercitia melius agenda.—Pag. 32, Examinis generalis modus.—Pag. 35, Primum exercitium.—Pag. 39, Secundum exercitium.—Pag. 43, Regulae aliquot ad motus animae... discernendos.—Pag. 51, Tertium exercitium.—«Anima Christi» (insertum post 2.ᵐ colloquium).—Pag. 53, Quartum exercitium. Pag. 55, Meditatio de damnis ex peccato mortali provenientibus.—Pag. 59, Primus orandi modus.—Pag. 61, Primus orandi modus (titulus denuo positus).—Pag. 63, Exercitium de morte.—Pag. 67, Exercitium de iudicio.—Pag. 72, Quintum exercitium, de inferno (reliqua omissa sunt).—Pag. 75, Meditatio de filio prodigo.—Pag. 79, Contemplatio regni J. Christi (omisso reliquo titulo).—Pag. 84, Secundus orandi modus.—Pag. 87, Regulae utiles ad pleniorem spirituum discretionem. Pag. 92, Notanda pro 2.ª hebdomada.—Pag. 95, Meditatio 1.ª de incarnatione J. C. (post praeludium 3.ᵐ tria puncta ex Mysteriis...)—Pag. 99, Contemplatio 2.ª de nativitate (inseruntur puncta ex Mysteriis...)—Pag. 104, Tertia contemplatio.—Pag. 105, Quarta contemplatio.—Pag. 108, Quinta contemplatio est applicatio sensuum...—Pag. 112, De purificatione B. Virginis etc. (ex Mysteriis).—Pag. 113, de fuga in Aegyptum (ex Mysteriis).—Pag. 116, De vita Domini ab anno aetatis 12.° (ex Mysteriis).—Pag. 117, De ascensu in templum anno 12.° (ex Mysteriis).—Pag. 119, Meditatio de duobus vexillis... (sine praeludio circa considerationem statuum).—Pag. 123, Meditatio de tribus hominum classibus.—Pag. 128, Tres modi humilitatis.—Pag. 132, De Baptismo Christi (ex Mysteriis).—Pag. 133, De tentatione Christi (ex Mysteriis).—Pag. 135, Praeludium ad electionem faciendam.—Pagg. 140-141, De tempore triplici ad electiones recte faciendas.—Pag. 144, De apo-

stolorum vocatione.—Pag. 145, De sermone Christi habito in monte.—Pagg. 148-149, Modus prior sanae... electionis...—Pagg. 152-153, Modus posterior...—Pag. 156, De ambulatione super aquas.—Pag. 157, De praedicatione in templo.—Pag. 160, De Lazari suscitatione.—Pag. 161, De die palmarum.—Pagg. 164-165, De emendatione seu reformatione... Pag. 167, Regulae nonnullae in distribuendis eleemosynis servandae.—Pagg. 172-173, Notanda pro tertia hebdomada.—Pagg. 175-177, Prima contemplatio de ultima coena.—Pagg. 180-181, Secunda contemplatio. Pag. 183, Tertia contemplatio.--Quarta contemplatio.—Pag. 184, Quinta contemplatio est applicatio sensuum.—Pag. 187, De comprehensione Christi.—De gestis postea in domo Caiphae.--Pagg. 190-191, de Christi ad Pilatum accusatione. — De transmisso Christo ad Herodem. — Pagg. 194-195, De reversione... ad Pilatum.—De condemnatione...—Pagg. 198-199, De Mysteriis in cruce factis.—De mysterio sepulturae. Pagg. 201-203, Regulae aliquot ad victum recte temperandum. — Pag. 206, Iteratio passionis.—Pagg. 210-211, Notanda pro quarta hebdomada. — Pagg. 213-214, Contemplatio prima, quomodo etc. -- Pag. 215, De secunda apparitione.—Pag. 218, Tertia contemplatio est repetitio praecedentium duarum.—Pag. 219, Quarta contemplatio.—Pag. 222, De apparitione tertia.—Pag. 223, De apparitione quarta.—Pag. 226, De apparitione quinta.—Pag. 227, De apparitione sexta.—Pagg. 230-231, De apparitione septima.—De apparitione octava. Pagg. 234-235, De ascensione Christi.— De apparitione nona.—Pagg. 237-240, Contemplatio de paradiso.—Pagg. 242-243, Tertius orandi modus.—Pagg. 245-248, Contemplatio ad amorem spiritualem. Pagg. 249-252, Quaedam notatu digna de scrupulis.—Pag. 255, Textus ex errore hic positus. Pertinet ad duo vexilla.—Pagg. 257-260, Brevis index.

Paginae purae sunt: 2, 7, 10, 14, 22, 30, 31, 34, 42, 208, 253.

Unaquaeque pagina circumdata est ornamento xylographico; imaginibus autem ejusdem generis ornatae sunt sequentes: 9, 21, 33, 54, 71, 78, 83, 91, 94, 102, 103, 106, 107, 110, 111, 114, 115, 118, 126, 127, 130, 131, 134, 138-139, 142-143, 146-147, 150-151, 154-155, 158-159, 162-163, 166, 170-171, 174, 178-179, 182, 186, 188-189, 192-193, 196-197, 200, 204-205, 207, 209, 212, 216-217, 220-221, 224-225, 228-229, 232-233, 236, 241, 244, 254, 256.

In bibliotheca archiepiscopi colocensis (Kaloksa, in Hungaria).

33.—1680, Pragae (Prag, in Bohemia).—0.170 × 0,120.

«Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Loyolae | fvndatoris Societ. Jesv». | Signum nominis Jesu, radiis, stellulis, lauris cinctum | «Pragae, | Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in Collegio Societ. | Jesu ad S. Clementem. An. M.DC.LXXX».

Liber ita comparatus est, ut in fasciculos dividi possit, qui singillatim, alius post alium, ei qui exercitiis colitur, tradantur; singuli fasciculi binis foliis constituuntur.

Constat ff. 84 (addito titulari), quae non numeris, sed litteris in infimis paginis signata sunt, exceptis tamen 4 primis et 2 ultimis foliis. Liber ornatus est 27 imaginibus integras paginas occupantibus et a Samuele Dworzak a. 1673 aeri vel cupro incisis.

Titulum sequuntur in 3 ff. seqq. litterae Pauli III «Pastoralis officii», «Testimonia eorum, quibus censura» etc., Alexandri VII bulla 12 Octobris 1657 data. Ponitur Vulgata versio; sed ejus partes longe aliter dispositae sunt, quam in libro Exercitiorum; alia addita sunt, velut meditationes de morte et de judicio; alia sunt omissa, velut ex primis viginti annotationibus tredecim illae quae potissimum ad moderatorem exercitiorum pertinent.

Penes Societatem Iesu.

34.—1689, Antuerpiae (Anvers, in Belgio).—0,180 × 0,104.—«Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii | Loyolae | Fundatoris Ordinis Societatis Jesv | cum Bullis Pontificum, tum approbationis exerci | tiorum; tum Indulgentiae plenariae, pro omni | bus, qui octiduo illis vacant in domibus | ejusdem Societatis.

Brevi insuper instructione meditandi, quae | omnia et dilucidantur et illustrantur pluri | bus ex aere impressis imaginibus». | Sequitur imago pueri Jesu crucem amplectentis «Antverpiae | apud Michaelem Knobbaert, sub signo S. Petri, 1689. | Cum gratia et privilegio».

Materies totius voluminis ejusque distributio nihil differunt ab exemplari Antuerpiensi anni 1676, supra descripto.

Matriti, in bibliotheca nationali.

35.—1691, Bononiae (Bologna, in Italia).—0,140 × 0,080.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritvalia | S. Ignatii | de | Loyola. | IHS | Bononiae, M.DC.XCI. | Typis Haeredis Antonii Pisarii. | Superiorum permissu».—Pag. [2]: «Anima Christi».—Pagg. 3-8: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 9-10: «Testimonia»...—Pagg. 11-13: «Quidam de Societate»...—Pagg. 14-181: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 182-193: Epistola P. Jacobi Dominici et loca mutanda in Exercitiis.—Pagg. 194-200: Index.—Pagg. 201-203: Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis» 12 Octobr. 1657.—Pag. [204]: Licentia ut typis mandari possit.

In collegio loyolaeo, in Hispania.

36.—1692, Posnaniae (Poznan, Posen, in Polonia).—0,157×0,100.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Loyolae | cum | sensu eorundem | explanato | a | P. Ignatio Diertins Bruxellensi | e Societate Iesv. | Editio Explanationum tertia, recognita et aucta. | IHS | Posnaniae, | Typis collegii Societatis Jesu | M.DC.XCII». FF. [3-6]: «Praefatio Auctoris Explanationum, ad Patres ac Fratres Societatis Iesu, De Libro Exercitiorum et de consilio suae scriptionis». Pagg. [7-12]: «Eiusdem Auctoris Allocutio, De Coniunctione hujus Explanationis cum ipso libro Exercitiorum S. P. Nostri, Ad Patres et

Fratres Provinciarum Societatis Iesu in Universo Poloniae Regno»; sine loco et tempore; subscribit «Ignatius Diertins. Societatis Iesv».—Pag. [13]: «Pro hac tertia editione. Facvltas R. Adm. P. N. Praepositi Generalis Societatis Jesu. Thyrsus González» etc. Romae 4 Augusti 1691. Pag. [14]: «Approbatio Dioecesana Episcopatus Posnaniensis. Aureum Libellum Exercitiorum»... «Die 14 Iunii Anno 1692. Stephanus Moreski S. T. D. Canonicus»...—Pag. [15]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Loyolae. | Cum | Sensv | eorumdem | explanato».—Pag. [16] pura. Pag. 1: «Lector Benevole. Quae habent praefixum signum hoc [illegible] usque dum clauduntur signo hoc], noveris ea convenire potissimum iis, qui alios etiam instruunt et excolunt hisce exercitiis».—«Anima Christi»; a latere: «Explanationes Ad Exercitia Spiritualia S. P. Ignatii Loyolae. De hoc admirabili opere»...—Pagg. 2-5: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 6-7: «Testimonia»...—Pag. 8-9: «Quidam de Societate»...—Pagg. 10-14: «Explanatio de partibus Libelli Exercitiorum Spiritualium S. P. Ignatii Loyolae. § I. De Meditationibus sive Contemplationibus; § II. De caeteris partibus libelli Exercitiorum; Regulae duae aureae. Prima. Mirum in modum iuvatur»...—Pagg. 14-266: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 266: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 266-274: «Loca quae ex diligenti cum hispanico autographo»...—Pag. 275: «Quae commendanda sunt ei, qui absolvit Exercitia».—Pagg. 275-289: «Explanatio. Specimen meditationis integrae».

Pagg. 5 non signatis: «Brevivus [*sic*] index meditationum»...—Pagg. 2 non signatis: «Indiculus titulorum quorumdam Explanationis». Pagg. 1-19 signatis «Appendix | eivsdem Avctoris | Ad Exercitia S. P. Ignatii | explanata. | Impressa Posnaniae anno 1692». Appendix complectitur haec: pp. 1-2, «Ad Lectorem»; p. 3, «Quaenam conveniat legere ante ingressum in Exercitia; et in fine illis peractis»; pp. 3-19, «Sequuntur sex Ordines, Pro Exercitiis octo dierum».

N. B. In «allocutione» P. Diertins ait: «Bis typis vulgata fuerat haec Explanatio. Primum in Belgio Anno 1687, tum in Prussia Anno 1691, beneficio... Rmi. Domini, D. Michaëlis Antonii Hacki, Abbatis Olivensis, et quidem eiusdem abbatiae typis... Verum prodiit utraque vice Explanatio sejuncta a Principe opere, cui debebat servire. Quia autem inde rarior poterat esse usus vel libri Exercitiorum S. P. Nostri, vel hujus Explanationis... en tandem per tertiam editionem omnibus, cum hac Explanatione, quam recognovimus et variis locis auximus, in manibus ponitur simul ipse Liber Exercitiorum»...

Vratislaviae (Breslau, in Silesia) in bibliotheca universitatis.

37.—1693, Antuerpiae (Anvers, in Belgio).—In 8.°—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii | Loyolae | cum sensu eorumdem explanato | a P. Ignatio Diertins | bruxellensi e Societate Jesu. | Explanationi accessit hac quarta editione, ejusdem Auctoris Appendix, De

ordine in octo dierum exercitiis servando | Antuerpiae | Typis Henrici Thieullier 1693. Cum privilegio regis et superiorum permissu». — Pagg. [III-VI]: «Praefatio auctoris explanationum... De libro Exercitiorum et de consilio suae scriptionis».—Pagg. [VII-XII]: «Ejusdem auctoris allocutio de conivnctione explanationis cum ipso libro Exercitiorum».—Pag. [XIII]: «Facultas Rev. Adm. P. N. Praepositi Generalis S. J... Thyrsus González... Romae, 4 Augusti 1691».—Pag. [XIV]: «Approbatio ordinarii Antverpiensis... Antverpiae 1693, 13 octobris»... Pag. 1: Exercitia spiritualia S. P. Ignatii Loyolae»... Oratio «Anima Christi».—Pagg. 2-6: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».— Pagg. 7-8: «Testimonia»...—Pagg. 8-10: «Quidam de Societate»...— Pagg. 11-14: «Explanatio de partibvs libelli Exercitiorum spiritualium S. P. Ignatii de Loyola».—Pag. 15: «Regulae duae aureae».— Pagg. 15-285: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 285-293: «Loca, quae ex diligenti»...—Pag. 294: «Commendanda ei qui absolvit Exercitia».—Pagg. 294-310: «Specimen meditationis integrae».— Pagg. 311-313: «Appendix ejusdem auctoris ad Exercitia S. P. Ignatii explanata»...—Pag. 314: «Quaenam conveniat legere et ante ingressum in Exercitia, et in fine, illis peractis».—Pagg. 315-334: «Sequuntur sex ordines pro Exercitiis octo dierum».—Pagg. [335-339]: «Brevis index meditationum»...—Pagg. [340-341]: «Indiculus titulorum quorumdam explanationis». — Pag. [342]: «Appendix pro Exercitiis octo dierum».— Pag. [343]: «Summa privilegii».—Pag. [344]: «Facultas provincialis».— Pag. [345]: «Lectori». Errata quaedam emendata.

N. B. In fine hujus editionis est hoc monitum: «In praeludio 2 ad meditationem de tribus hominum classibus, pag. 112, hic et in aliis praegressis editionibus omnibus legitur quidem "Videam me ipsum coram Deo sanctisque omnibus, cum desiderio adstantem atque perseverantem, quonam pacto ipsi Deo placere queam potissimum"; ubi sensus pro "perseverantem" exigere videbatur "perscrutantem". Sed nihil mutare licebat in tam authentica impressione; quoad adm. R. P. Generalis annuisset. Hic vero consultis originalibus reperit legendum "perscrutantem"; nam ita habet ms. secundae et ad prelum datae versionis: et in prima versione legitur "stantem coram Deo et omnibus suis sanctis, desiderantem cognoscere id quod erit gratius divinae bonitati". In hispanico autem sic: "estoy... para desear y conocer". Et hoc Pater noster ad hujus editionis calcem indicare mandavit, 3 Octobr. 1693».

In editionibus tamen subsequentibus denuo ponunt «perseverantem». Cf. supra, p. 358.

In collegio carrionensi S. J. (Carrión de los Condes, in Hispania).

38. — 1696, Antuerpiae (Anvers, in Belgio). — 0,166 × 0,156. — Pag. [1]: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii | Loyolae | Cum sensu eorumdem explanato | a P. Ignatio Diertins, S. I. | editio qvinta, | ab Auctore recognita, & aucta. | Additur appendici primae, | Ordo etiam

pro Exercitiis Menstruis. | Accessit & Appendix secunda, | de modo tradendi Exercitia variis». | Est imago illa quam supra descripsimus in ed. 1635, altera. «Antverpiae | Typis | Henrici Thievllier. An. MDCXCVI».—Pag. [2]: «Directorium | ad Exercitia Spiritualia | S. P. N Ignatii. Quod in hisce Explanationibus toties allegatur, totum recusum pariterque compactum invenietur ad ipsarum calcem pro maiori utentium commoditate. Reliqua augmenta hujus Editionis indicabit Asteriscus * praefixus partibus, quae accesserunt, in indicvlo titulorum praecipuorum Explanationis».—Pagg. 3-6: «Brevis index meditationum»... — Pagg. 7-10: «Indiculus titulorum»... —Pagg. 11-12: «Addenda aut mutanda in sexta, quandocumque fiet, editione».— Pagg. 13-18: «Praefatio auctoris explanationum ad Patres ac Fratres»...— Pagg. 19-24: «Eiusdem auctoris allocutio de conjunctione explanationis cum ipso libro Exercitiorum».

Pagg. 1-4: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. 4: «A§.[1] Anno scilicet 1546.., eximeretur».—Pagg. 4-6: Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis» —Pagg. 6-8: «Testimonia»...—Pagg. 9: «Facultas rev. Adm. P. N. Thyrsi González... Romae, 4 Aug. 1691».— Pag. 10: «Approbatio ordinarii antverpien... Antverpiae 1695, 27 Maji». Pagg. 11-12: «Quidam de Societate». Huic praefatiunculae adjungitur: «A§. Haec est versio Andreae Frusii, ut testatur Orlandinus, supra. Porro versio illa quorundam locorum ex Hispanico autographo, quae in fine totius Libri Exercitiorum reperiuntur, alia est a duabus versionibus, quas approbarunt viri illi gravissimi. Est enim illa facta longo post tempore, post quintam scilicet Generalem Congregationem, ut quaedam loca obscuriora vulgatae editionis clariora redderentur, integra tamen manente vulgata editione, sicut ibi pluribus explicatur: quod tamen juverit hic quoque breviter annotasse».

Pag. 13: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii | Loyolae». Sequitur «Anima Christi».—Pagg. 14-22: «Explanatio de partibus libelli»...— Pag. 23: «De notulis Contextui vel margini additis Auctor Explanationum Lectori»...—Eadem pag. 23: «Regulae duae aureae».—Pagg. 24-317: Textus Exercitiorum cum explanationibus.—Pagg. 318-324: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—«Loca, quae ex diligenti... postrema editione».—Pagg. 325-368: «Commendanda Ei qui absolvit Exercitia». «Specimen Meditationis».—«Explanationum appendix prima».—«Quaenam conveniat legere & ante ingressum in Exercitia, & in fine illis peractis». —«Sequuntur sex ordines, Pro Exercitiis octo dierum». — Pagg. 369-411: «Tres Ordines, Pro Exercitiis triginta dierum aut circiter»...—«Explanationum appendix secunda».—Pagg. [412-435]: «Index rerum praecipuarum».—Pag. [436]: «Errata praecipua sic corrige».

---

[1] Hoc signum *A§* respondet alii litterae *A*, quae juxta textum litterarum Pauli III, e regione adverbii *nuper* apposita est. Hoc modo suas declarationes Diertins indicat.

Sequitur Directorium sine typographi notatione, pagg. 1-90.

In collegio onniensi S. J. (Oña, in Hispania).

39.—Vilnae (Wilno, Wilna, in Lithuania).—1712, Brunsbergae (Braunsberg, in Borussia orientali).—Typis S. J.

(Sommervogel, V, 64.)

40.—1712, Viennae (Vindobonae, Wien in Austria).—0,132×0,062. «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Lojolae».

Continet sequentia: 1) pagg. 3-147, Textum Exercitiorum, «Annotationes»... 2) «Hae regulae traditae sunt a S. Ignatio de Lojola Fundatore Societatis Jesu in libello Exercitiorum». 3) pagg. [148-152], indicem.

Colligatum est hoc exemplar una cum regulis Societatis, quae ejusdem magnitudinis, formae litterarum etc. sunt; quare videntur hae simul cum Exercitiis typis editae esse. Jam vero in prima pagina regularum est hic titulus: «Regulae | Societatis | Jesu | IHS | Repressae Sumptibus S. Anna | Soc. Jesu, Viennae Austriae. | Typis Joannis Georgii Schlegel | Universitatis typographi | Anno 1712».

N. B. In domo S. Annae erat tirocinium provinciae austriacae Societatis Jesu.

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

41.—1721, Tyrnaviae (Tyrnau, in Hungaria).—0,158 × 0,096.—«Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Loyolae IHS | Tyrnaviae, | Typis et sumptibus academicae Soc. Jesu | Typographiae. | Anno M.DCC.XXI». Pag. III: «Anima Christi».—Pagg IV-VIII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. IX-X: «Testimonia»...—Pagg. XI-XII: «Quidam de Societate»...—Pagg. 1-158: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 158: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 159-170: «Loca quae ex diligenti»...—Pagg. [171-177]: «Brevis index»...

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

42.—1732, Antuerpiae (Anvers, in Belgio).—0,190 × 0,115.—Pag. [1]: Imago S. Ignatii; supra «IHS»; in ima parte ad dexteram angelus librum apertum manibus tenens; in pagina libri sinistra legitur: «Exer | citia»; in dextera: «Spi | ritu | alia»; infra imaginem S. Ignatii: «Vera effigies S. Ignat. | Soc. Iesv Fundatōrs. | Autor Exercitior. Spiritualium». Ad sinistram alter angelus. — Pag. [2] pura.—Pag. [3]: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii | Loyolae | Fundatoris Ordinis Societatis Jesu | Cum Bullis Pontificum, tum approbationis Exerci | tiorum, tum Indulgentiae plenariae, pro omni | bus, qui octiduo illis vacant in domibus | ejusdem Societatis. | Brevi insuper Instructione meditandi, quae omnia | & dilucidantur & illustrantur pluribus ex | aere impressis imaginibus». | Est puer Jesus jacens atque amplectens crucem aliaque passionis instrumenta. «Antverpiae, Apud Viduam Henrici Verdussen. | Anno M.D.CC.XXXII».—Pag. 4 pura.—Pag. 5: «Anima Chri-

sti».—Pag. [6]: «Approb: Pont: Exercit: S. Ign:».—Pagg. 7-11: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 12-13: «Testimonia»... Pag. 14: «Indulgentiae Concessae Ab Alexandro VII. P. M».—Pagg. 15-16: Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis», 12 Octobr. 1657.—Pagg. 17-18: «Quidam de Societate»...—Pagg. 19-21: «Monitio. Ad Lectorem»... Sequuntur octo monitiones editoris.—Pagg. 23-54: «Brevis Instructio Meditandi collecta ex libello Exercitiorum»... Sex capitibus constat.—Pagg. 55-269: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 269 in fine: Annotatio «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 270-279: Epistola P. Jacobi Dominici... «Loca quae ex diligenti»...—Sequuntur octo pagg. numeris non notatae, quibus continetur: «Brevis index Meditationum»...

Imagines sunt totam paginam occupantes in pagg. sequentibus, 6, 22, 66, 68, 72, 80, 86, 92, 96, 100, 104, 112, 116, 120, 124, 132, 138, 144, 150, 156, 160, 168, 174, 182, 184, 186, 188, 190, 192, 194, 196, 198, 200, 202, 204, 206, 208, 210, 216, 218, 220, 222, 224, 226, 228, 230, 232, 234, 236, 240, 242, 246, 248.

43.—1735, Pragae.—In 8.°--«Exercitia spiritualia S. P. Ignatii Loyolae fundatoris Societatis Jesu. Pragae Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in Collegio Societatis Jesu ad S. Clementem. Anno MDCCXXXV». Cum 27 imaginibus incisis; paginae numeris signatae non sunt.

(Sommervogel, V, 65.)

44.—1753, Romae.—0,140 × 0,070.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. Ignatii | de Loyola» | Symbolum «IHS» quod, circumdatum ornamento quodam et redimitum corona, sustinent duo angeli, hinc inde genua flectentes. «Romae | ex Typographia Antonii de Rubeis | MDCCLIII. | Svperiorvm permissv».—Pag. [2]: «Anima Christi». Pagg. 3-9: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 10-12: «Testimonia»...—Pagg. 13-16: «Quidam de Societate»...—Pagg. 17-235: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 236: Notatio: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—Pagg. 237-254: «Loca quae ex diligenti... postrema editione».—Pagg. [255-261]: «Brevis index»...

Matriti, apud editores libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

45.—1826, Augustae Taurinorum (Torino, in Italia).—0,164 × 0,104. «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii Loyolae | cum | sensu eorumdem explanato | auctore | R. P. Ignatio Diertins | Editio nova | IHS | Taurini | Excudebat Hyacinthus Marietti, | 1826».—Pagg. [3]-6: «Praefatio auctoris explanationum ad Patres»...—Pagg. 7-11: «Ejusdem auctoris allocutio de conjunctione hujus explanationis»...—Pag. 12: «Facultas R. Adm. P. N. Praepositi generalis» (Thyrsi González).—Pag. 13: «Approbatio dioecesana episcopatus Posnaniensis».—Pag. 14: pura.—Pag. 15: «Exercitia spiritualia»... (iteratur titulus).—Pag. 17: Adnotatio quaedam et oratio «Anima Christi».—Pagg. 18-22: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 23-25: «Testimonia»...—Pagg. 26-28:

«Quidam de Societate»...—Pagg. 29-32: «Explanatio de partibus libelli Exercitiorum»... —Pag. 33: «Regulae duae aurcae».—Pagg. 33-295: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...

Pagg. 295-303: «Loca quae ex diligenti... postrema editione».—Pag. 304: «Quae commendanda sunt ei, qui absolvit Exercitia».—Pagg. 304-321: «Specimen meditationis integrae».—Pagg. 323-328: «Brevis index meditationum»...—Pagg. 329-331: «Indiculus titulorum»... Pag. [332]: «Imprimatur»...

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

46.—1829, Avenione (Avignon, in Gallia).—0,210 × 0,124.—Pag. [I]: «Exercitia spiritualia | Directorium | et Industriae».—Pag. [II]: pura.—Pag. [III]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae | Directorium in Exercitia | Industriae ad curandos animae morbos | IHS | Avenione | ex Typographia Francisci Seguin M. DCCCXXIX».-Pag. [4] pura.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia|S. P. Ignatii Loyolae».--Pag. [2] pura.—Pagg. [3]-8: «Index meditationum»...—Pagg. [9]-12: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. 12: «Notandum | De Indulgentia plenaria»...—Pag. [13]: «Testimonia»...—Pagg. [14]-15: «Praefatio ad lectorem. Quidam de Societate»...—Pagg. [16]: «Anima Christi». -Pagg. [17]-173: «Exercitia spiritualia S. P. Ignatii Loyolae. Annotationes»... In fine: «Nota. Quae ab aliis impressis»...

Matriti, in domo professa S. J.

47.—1835, Avenione.—Est fere iteratio mera editionis praecedentis. Differt tamen ab ea non solum anno, qui ponitur in fol. [1], sed etiam charta, quae omnino diversa est, et quibusdam locis ex quibus certe constat aliam esse editionem. Hujusmodi sunt v. g. quae sequuntur:

	IN EDITIONE ANNI 1829	IN EDITIONE ANNI 1835
Pag. 72, l. 7, in marg.	«Quasi attrecta- | re»	«Quasi attrec- | tare»
» 73, l. 8,	«quòd si his»	«quòd si is»
» 74, l. ult.	«aus- | picabor»	«auspi | cabor»
» 134, l. 20, in marg.	«ab- | stergit»	«abs- | tergit»
» 145, l. 12.	«Emmaus»	«Emmaüs»
» 152, l. 9.	«ab utraque»	«ad utraque»
» 153, l. 15.	«ut quae»	«ùt quae»

Matriti, in domo professa S. J.

48.—1836, Romae.—0,136 × 0,082.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. Ignatii de Loyola | IHS | Romae | Typis Josephi Salviucci | 1836».—Pag. [2]: «Monitum. Ex annotationibus textui Sancti Patris subjectis, eae, quae asteriscum (*) praeferunt, loca indicant, quae in editione anni 1596, ex Congr. Gen. V. auctoritate, diligenti facta collatione cum autographo hispanico accommodata fuere. Quae vero loca cruce (†) signantur, ex versione literali huc translata sunt».– Pagg. 3-218: Textus

Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinae dona commendati. Sap. 7, 14.

Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 219-255: «Index».—Pag. [256]: Superiorum facultas, ut liber in lucem edi possit.

49.—1837, Romae. Editio omnino similis praecedenti, excepto anno in prima pag. indicato. Haec videtur illa csse, cujus meminit SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, VII, 118. Est autem Vulgata versio cum annotationibus P. Roothaan.

50.—1838, Augustae Taurinorum (Torino, in Italia).—0,168×0,103. «Exercitia | spiritvalia | S. P. Ignatii Loyolae | cvm sensv eorvmdem explanato | et Directorivm | additis tribvs appendicibvs | avctore | P. Ignatio Diertins, S. I. | Editio novissima | post V. antverpiensem an. M.DC.XCVI. | Ab avctore recognitam et avctam | volvmen I | continens Exercitia spiritvalia cvm explanationibvs et Directorio | IHS | Avgvstae Tavrinorvm | ex Typographeo Hyacinthi Marietti | an. M.D.CCC.XXXVIII». – Pagg. [3]-5: «Editor Tavrinensis lectori». Pag. 6: «Monita tria Ignatii Diertins».—Pagg. 7-11: «Praefatio auctoris explanationum ad Patres»...—Pagg. 12-16: «Eivsdem avctoris allocvtio de conivnctione explanationvm»...—Pag. 17: «Facvltas Rev. Adm. P. N. Thyrsi González».—Pag. 18: «Approbatio ordinarii antverpiensis». – Pagg. 19-27: «Prolegomena ad Exercitia S. Ignatii»...—Pag. 28: Regvlae II. avreae». – Pagg. 29-30: «Epistola Ignatii Patris M. Emmanveli Mionae».—Pagg. 31-36: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 37-38: «Testimonia»...—Pagg. 39-41: «Quidam de Societate»...—Pagg. 41-42: «Loca, quae ex diligenti... postrema editione». Pag. 43: «Exercitia | spiritvalia | S. P. Ignatii Loyolae | cvm sensv eorvmdem explanato. | A. P. Ignatio Diertins | Societatis Iesv». – Pag. 44: «Anima Christi».—Pagg. 45-340: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag.341: «Commendanda ei, qvi absolvit Exercitia».—Pagg. 342-363: «Specimen meditationis». — Pagg. 365-390: «Index Exercitiorvm».—Pagg. 391-394: «Indicvlvs titvlorvm»... – Pagg. 395-416: «Index rervm»...—Pagg. 417-539: Sequitur Directorium in Exercitia.

Adduntur in hac editione, pp. [1]-11 «Exercitiorvm spiritvalivm S. P. Ignatii Loyolae lectiones variae ex eorvmdem literali versione».

51. — 1844, Vici (Vich, in Hispania). — 0,186 × 0,116. — Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii Loyolae | cum | sensu corumdem explanato | auctore | R. P. Ignatio Diertins | Vici: | Ex typographia Josephi Trullás. | 1844». — Pagg. [3]-6: «Praefatio auctoris explanationum»... — Pagg. 7-10: «Ejusdem auctoris allocutio de conjunctione»...—Pag. 12: «Approbatio dioecesana episcopi posnaniensis»... — Pag. [13]: Notatio quaedam et «Anima Christi». – Pagg. 15-17: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». — Pag. 18: Adnotatio de indulgentiis.—Pagg. 19-20: «Testimonia»... — Pagg. 21-25: «Explanatio de partibus libelli»... — Pagg. 26-223: Textus Exercitiorum cum eorum explanatione typis minoribus exscripta.—Pagg. 224-230: Epistola P. Jacobi Dominici et loca, quae mutari debent.—Pagg. 231-246: «Quae com-

mendanda sunt ei, qui absolvit Exercitia».—Pagg. 247-252: Indices.

In collegio bilbaënsi superiorum facultatum (Bilbao, in Hispania).

52.—1848, Cenomani (Le Mans, in Gallia).—0,116 × 0,074.—Pag. [I]: «S. P. Ignatii | de Loyola | Exercitia spiritualia».—Pag. [II]: «Ex typis Gallienne».—Pag. [III]: «S. P. Ignatii | de Loyola | Exercitia spiritualia | IHS Cenomani | E typographia Gallienne, bibliopolae, | 1848».—Pag. [IV] pura. Pag. [V]: «Anima Christi».—Pag. [VI] pura.—Pagg. [1]-237: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 238-303: «Appendix», quae constat annotationibus in diversa loca Exercitiorum.—Pagg. 305-306: Oratio ad Jesum.—Pag. 307: Oratio ad Bssimam. Virginem Mariam.

In collegio angiensi S. J. (Enghien, in Belgio).

53.—1858, Vic[i] (Vich, in Hispania).—0,185 × 0,120.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae | cum | sensu eorumdem explanato | auctore | R. P. Ignatio Diertins. | De ordinarii licentia. | Vici: apud Soler Fratres | 1858».—Pagg. [3]-6: «Praefatio auctoris explanationum»...—Pagg. 7-10: «Ejusdem auctoris allocutio de conjunctione»...—Pag. 11: «Facultas R. Adm. P. N. Praepositi Generalis... Thyrsus González... Romae 4 Augusti 1691».—Pag. 12: «Approbatio dioecesana episcopi posnaniensis»...—Pag. 13: Notatio quaedam et «Anima Christi».—Pagg. 15-17: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 17-18: Adnotatio de indulgentiis. Pagg. 19-20: «Testimonia»...—Pagg. 21-24: «Explanatio de partibus libelli»...—Pagg. 25-223: Textus Exercitiorum cum explanatione typis minoribus excusa.—Pagg. 224-230: «Loca, quae ex diligenti»...—Pagg. 231-246: «Quae commendanda sunt ei, qui absolvit Exercitia»...—Pagg. 247-250: «Brevis index meditationum»...—Pagg. 251-252: «Indiculus titulorum»... Pagg. [253-254]: Piae quaedam orationes.—Pag. [255]: «Errata notabilia»...

In collegiis S. J. carrionensi et loyolaeo (Carrión et Loyola, in Hispania) et in domo professa S. J. matritensi.

54.—1910, Parisiis.—0,163 × 0,126.—Pag. [1], externa, «Collectio secessuum spiritualium | S. Ignatii de Loyola | Exercitiorum | Spiritualium | Editio princeps | qualis in lucem prodiit Romae | MDXLVIII | [Phototypica effigies] | Parisiis | Sumptibus P. Lethielleux, editoris | 10 via dicta Cassette, 10».—Pagg. [2-5] purae.—Pag. [6]: «Monitum editoris | Primitivi textus materiae nulla mutatio, ut | per se patet, facta est in hac nostra photo- | typica editione; notandum tamen est | quod numeri adjecti sunt in inferiori paginarum | parte, qui non legebantur in priore editione. | Cum permissu Superiorum | Imprimatur | Parisiis die 14.[a] Octobris 1910 | H. Odelin, Vic. Gen.».—Pag. [7] eadem habet atque pag. [1]. Pag. [8] pura.

Pag. [9]: «Exercitia spiritvalia | IHS | M.D.XLVIII».—Pag. [10] pura.—Pag. 1-6: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». Sequitur textus quem supra descripsimus, num. 1.

EDITIONES VULGATAE VERSIONIS LATINAE

IN INSTITUTO SOCIETATIS JESU

1.—Prima editio «Corporis Institutorum Societatis Iesu» illa est quam anno 1635 fecit Joannes Meursius Antuerpiae (Anvers, in Belgio), et descripsit Sommervogel, Bibl. V, 81. Hujus editionis partem, folio titulari instructam, constituit editio illa Exercitiorum, quam descripsimus supra, in bibliographia editionum Vulgatae versionis, sub n. 24.

2. — «Corpvs | institutorvm | Societatis | Iesv. | Volvmen secvndvm... | Antverpiae, | apvd Iohannem Mevrsivm, | Anno MDCCII.»—0,181 × 0,165.

In hoc volumine inter alia continentur:

Pag. [335]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii Loyolae | juxta editionem excusam | IHS | Antverpiae | apud Joannem Mevrsivm | svperiorvm permissv».—Pag. 337: «Anima Christi».—Pagg. 358-359: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 360-361: «Testimonia»..., «Quidam de Societate»...—Pagg. 362-430: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 431-435: «Loca quae ex diligenti... editione». Pagg. [436-437]: «Index».

3.—1705, Pragae (Prag, in Bohemia) 0,315 × 0,195.—«Institutum | Societatis | Jesu | Ex Decreto | Congregationis Generalis | decimae quartae | Meliorem in ordinem digestum, | Auctum, | Ac denuo recusum» | libri imago «IHS | Pragae Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in Collegio Societatis Jesu | ad S. Clementem, anno 1705».

Duobus constat voluminibus, in quorum altero sunt Exercitia.

Pag. 261: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii | Lojolae»—«Anima Christi».—Pagg. 262-263: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 263-264: Litterae apost. Alexandri VII «Cum sicut nobis», 12 Octobr. 1657.—Pag. 264: «Testimonia»...—«Quidam de Societate»... Pagg. 265-305: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pagg. 305-308: «Quae ab aliis impressis... emendata sunt».—«Loca, quae ex diligenti... postrema editione».—Pagg. [309-310]: «Brevis index Meditationum»...

4.—1709, Antuerpiae (Anvers, in Belgio)—«Corpvs | institvtorvm | Societatis | Iesv | volvmen secvndvm. | IHS | Antverpiae, | apvd Iohannem Mevrsivm. | anno MDCCIX».

Pag. [355]: «Exercitia | spiritualia | S. P. | Ignatii Loyolae. | Juxta editionem excusam | IHS | Antverpiae, | Apud Joannem Mevrsivm. | Svperiorvm permissv».—Pag. 357: «Anima Christi».—Pag. 358-359: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. 360: «Testimonia»...—Pag. 361: «Quidam de Societate»...—Pagg. 362-430: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 430: Notatio: «Quae ab aliis impressis»... Pagg. 431-435: «Loca, quae ex diligenti»...—Pagg. [436-437]: «Brevis index Meditationum»...

5.—1757, Pragae (Prag, in Bohemia)—«Institutum | Societatis | Jesu, | Auctoritate | Congregationis Generalis | XVIII. | meliorem in ordinem digestum, | auctum, et recusum. | Volumen primum. | IHS | Pragae, | Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in | Collegio Societatis Jesu ad S. Clementem. | Anno M.D.CC.LVII».

«Institutum» etc. ut supra. | «Volumen secundum». | In hoc volumine secundo haec praeter alia sunt: Pag. 384: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii Lojolae». — Pag. 384: «Anima Christi». — Pagg. 385-386: «Index meditationum»...—Pagg. 387-388: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. 388: «Notandum. De Indulgentia Plenaria concessa peragentibus Exercitia in nostris Domibus, vel alibi sub directione nostrorum vid. Com. Privil.» (Compendium Privilegiorum et Gratiarum Societatis Jesu; de cujus editionibus v. Sommervogel *Bibliothèque*, V, 92-94) «verb. *Indulgentia* § 16. De facultatibus vero hos absolvendi vid. ibid. verb. *Absolutio* § 6 et 8».—Pag. 389: «Testimonia»...—«Quidam de Societate»...—Pagg. 390-430: Textus Exercitiorum, «Annotationes».—Pagg. 430: «Nota: Quae ab aliis impressis»...

6.—1784, Petraebixariae (Pietrabissara (?), prov. Genova, in Italia). Cum rarissima hujus editionis Instituti Societatis Jesu exemplaria sint, accuratiorem descriptionem ponimus exempli cujusdam, quod in museo ignatiano manresano, in Hispania, exstat.

Sunt volumina duo ejusdem mensurae: mensura foliorum 0,308 × 0,210; mensura capsae typographicae (omissis notationibus omnibus) 0,246 × 0,142.

Volumen primum complectitur ff. 2 non signata numeris, et 788 paginas signatas. In f. primo non signato: «Institutum | Societatis | Jesu | Volumen I».—In priore pagina folii alterius non signati est titulus prorsus idem atque titulus editionis pragensis anni 1757 (supra, n. 5), non excepto anno, atque eodem omnino modo dispositus: «Institutum | Societatis | Jesu, | auctoritate | Congregationis Generalis | XVIII. | meliorem in ordinem digestum | auctum, et recusum. | Volumen primum | IHS | Pragae, | Typis universitatis Carolo-Ferdinandeae in | Collegio Societatis Jesu ad S. Clementem | Anno M.D.CC.LVII».

In f. altero verso dicitur: «Volumen Primum | in quo sequentes instituti partes | continentur | Litterae Apostolicae p. 5.—Compendium privilegiorum p. 261.—Examen et Consultationes [*sic*] p. 337.—Decreta Congregationum p. 449.—Canones Congregationum p. 695.—Indiculus decretorum p. 730».

In pp. 1-4: «Index chronologicus, et summarium constitutionum seu litterarum apostolicarum».—In pp. 787-788: «Syllabus rerum in hoc indiculo contentarum».

Volumen secundum complectitur ff. 2 non signata numeris, quorum paginae prima et tertia eosdem titulos habent, quos paginae eaedem in volumine primo, praeter lineam in qua hic ponitur «Volumen secundum».

In quarta pagina seu in folio altero verso est index hujusmodi: «Volumen secundum, in quo sequentes instituti partes continentur: Censurae et praecepta, pag. 1.—Formulae Congregationum, pag. 9.—Regulae, pag. 70.—Ratio Studiorum, pag. 169.—Ordinationes generalium, pag. 238.—Instructio pro Superioribus P. Claud. Aquaviva, pag. 286.—Exercitia spiritualia S. P. Ignatii, pag. 384.—Directorium in Exercitia, pag. 431.—Index generalis, pag. 473». In hoc indice sunt aliqua errata; nam «Formulae Congregationum» incipiunt a pag. 7: a pag. 49 «Regulae Assistentium» et a pag. 70 «Summarium Constitutionum».

Index generalis, qui a p. 473 incipit, occupat fere 170 paginas, quarum prima tantum signata numeris est.

Post indicem est f. unum purum. Deinde «Monitum lectori» quatuor paginas implens. In eo «Monito» exponit editor quot quantaeque fuerint superandae difficultates, ad viros auctoritate praeditos inveniendos, qui vellent editionem hanc suam cum aliquo pragensis editionis exemplari comparare ac de utriusque conformitate vel discrepantia testimonium ferre. His difficultatibus coactum se esse ait, ad hoc testimonium in finem differendum, cum antea id se prius daturum esse promisisset.

In f. sequenti est «Fides collationis. L + S Cum opus cui titulus
M.
Institutum Societatis Jesu vir perillustris, spectatoque ingenii acumine praeditus maximis cum sumptibus iterum in lucem edendum censuerit; ut illud numeris omnibus absolutum proferretur, consilium iniit de integro lectione resumendum et cum Pragensi exemplari rarissimo ad unguem castigandum.

Ad hoc nos obeundum munus acciti ea, quam insigne monumentum et Nobilis vir Excellentissimus Petraebixariae Marchio postulabat, diligentia totum opus perlustravimus, nonnullisque mendis annotatis laudato exemplari respondere comperimus.

Non dubitamus igitur ea, quae probos viros decet, religione fidem facere, hanc recentissimam instituti Societatis Jesu editionem, cui titulus *Nova et accuratissima Editio Instituti Societatis Jesu extinctae per Clem. XIV per ejus Brevem 13 Augusti anni 1773 apprime similis Editionis Pragae impressae typis universitatis Carolo Ferdinandeae in Collegio ejusdem Societatis apud S. Clementem. Cujus exemplaria extant Mediolani, in Bibliothecis Braydensis Gymnasii, et quondam Firmiani Comitis. Ita ut omnia, quae a pag. nbi est tantum Institutum Societatis Jesu Volumen I. usque ad finem invenies, sunt accuratissima copia ejusdem editionis. Exceptis tantum ornamentis literarum initialium, et aliquibus topiis limbolariis non dignis attentione, dum ea, quae notabilia visa sunt, accurate sunt omnino equalia denuo excusa. Tomus Primus. Petraebixariae anno 1784.* omnino conformatam esse ad exemplar Pragensis Autographi anni 1757. quod in D. Luciae Bibliotheca servatur.

Signavimus *Bononiae hodie kalendis Julii 1785.*

Joannes Ristori jurisconsultus Florentinus, necnon Bononiae Ursi judex, etc.

Josephus Compagnoni Sacrae Facultatis Theologicae Doctor.

Aloysius Mari F. Florentinae Academiae Socius».

Authenticitatem praecedentium nominum affirmat deinde notarius bononiensis Joannes Franciscus Lodi; hunc esse notarium publicum testantur mercatores duo Valerio Morelli et Same Moreschi.

Alii notarii testantur hanc «Fidem collationis» repositam esse in archivo publico mutinensi; alius notarius affirmat transumptum hoc desumptum esse ex originali, quod est in archivo etc.

7.—1829, Avenione.—0,200 × 0,130.

Pag. [1]: «Exercitia spiritualia, Directorium, et Industriae».—Pag. [III]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae, | Directorium in Exercitia, | Industriae ad curandos animae morbos. | IHS | Avenione, ex Typographia Francisci Seguin | M.DCCC.XXIX».—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae».—Pagg. [3]-8: «Index meditationum»...—Pagg. [9]-12: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. [13]: «Testimonia»...—Pagg. [14]-15: «Praefatio ad lectorem. Quidam de Societate»...—Pag. [16]: «Anima Christi».—Pagg. [17]-173: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 173, quae est ultima: «Nota. Quae ab aliis Exercitiorum exemplis».

N. B. Haec videtur eadem editio esse atque illa quam inter editiones Vulgatae sub num. 46 posuimus.

8.—1870, Romae.—0,310 × 0,222.—«Institutum | Societatis Iesu| Editio novissima | Volumen secundum | IHS | Romae | typis Civilitatis Catholicae | 1870».

Pag. [365]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii Loiolae».—Pagg. 367-370: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. 370: Notatio de indulgentiis concessis iis, qui Exercitia peragunt.—Pag. 371: «Testimonia»...—Pagg. 371-372: «Quidam de Societate»...—Pag. 373: «Anima Christi».—Pagg. 375-418: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 418: «Quae, ab aliis impressis».

9.—1893, Florentiae. — 0,317 × 0,232.—«Institutum | Societatis Iesu | Volumen tertium | Regulae, Ratio Studiorum, | Ordinationes, Instructiones , | Industriae , | Exercitia , Directorium | IHS | Florentiae | Ex typographia a SS. Conceptione | 1893».

Pag. [441]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae».—Pagg. 443-445: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 445-448: Notandum de indulgentiis exercitia peragentibus concessis.—«Testimonia»...—«Quidam de Societate» ..—«Monitum editionis romanae libri Exercitiorum anni MDXCVI».—«Anima Christi».—Pagg. 449-501: Textus Exercitiorum, «Annotationes»...—Pag. 501: «Nota. Quae ab aliis impressis».

EDITIONES VULGATAE VERSIONIS LATINAE

IN THESAURO SPIRITUALI SOCIETATIS JESU

1.—1606, Cracoviae.—0,097 × 0,068.—«Thesaurus spiritualis rerum ac documentorum variorum ad Societatem Jesu pertinentium».

Tertia pars Thesauri continet: «Exercitia | spiritualia | B. P. | Ignatii | Loyolae | Superiorum permissu | Cracoviae | ex officina Nicolai Lob | M DC VI».

N. B. Valde rarum exemplar; invenitur in bibl. S. J. cracoviensi.

2.—1607, Cracoviae.—0,102 × 0,063.--Pag. [1]: «Thesavrvs | spiritvalis | rervm ac docv | mentorum variorum ad | Societatem Icsv perti | nentium. | Quarum catalogum proxima pa | gella post Praefationes docebit.|Cracoviae. In Officina Nicolai Lob. 1607»...-Pagg. [XVIII-XXII]: «Index Rervm et Capitvm praecipuarum, quae hoc thesauro continentur. Habet is partes quatuor. Prima pars Regulas communiores Societ. Iesu continet... Secunda pars Epistolas Communiores RR. PP. NN. Generalium complectitur... Tertia pars Libellum exercitiorum spiritualium B. P. N. Ignatii comprehendit... Quarta pars Documenta varia spiritualia et exemplar religiosae perfectionis continens»...

Pagg. [1]-78: Prima Pars.

Pagg. 79-260: Secunda Pars.

Pag. 261: «Tertia pars. | Exercitia spiritva | lia B. P. N. Ignatii de Loyola | comprehendens».—«Anima Christi».—Pagg. 262-266: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. 267-268: «Testimonia»...—Pagg. 269-271: «Quidam de Societate»...—Pagg. 272-415: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... –Pag. 414 [*sic pro* 416]: Notandum: «Quae ab aliis impressis»...—Pag. 415 [*sic pro* 417]: «Loca, quae ex diligenti»...—Pagg. [418-425]: «Breuis index»...

3.—1834, Avenione.—0,112 × 0,104.—Pag. [1]: «Thesaurus | spiritualis | Societatis Jesu. | IHS | Avenione, | Ex typographia F. Seguin. 1834. | Annuente Soc. Praep. Gen.».—Pag. 2 pura.—Pag. 3: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae».—Pag. 4 pura.—Pagg. 5-10: «Index meditationum»...—Pagg. 11-15: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. [16]: «Testimonia»... – Pagg. [17]-19: «Quidam de Societate»...—Pag. [20]: «Anima Christi».—Pagg. [21]-192: Textus Exercitiorum, «Annotationes»... –Pag. 192: «Quae ab aliis impressis»...

4.—1845, Avenionc.—0,100 × 0,065.—Pag. [1]: «Thesaurus | spiritualis | Societatis Jesu | IHS | Avenione, | Ex typographia F. Seguin. 1845. | Annuente Soc. Praep. Gen.».—Pagg. [3]-192: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae».

N. B. Continet eadem, quae superior editio anni 1834, eumdemque paginarum numerum usque ad pag. 192.

5.—1857, Sancti Germani in Laya (St. Germain-en-Laye, in Gallia). — 0,104 × 0,065.—Pag. [1]: «Thesaurus spiritualis | Societatis

Jesu. | IHS | Sancti Germani in Laya, | ex typographia Beau, 1857. | Annuente Soc. Praep. Gen.».

Pagg. 3-192: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae».

Integrum volumen 624 paginis constat.

N. B. Continet eadem, quae superior editio; initium et finis singulorum documentorum in iisdem paginis reperiuntur, nec tamen utriusque editionis singulae paginae omnino inter se conveniunt.

6.—1858, Lutetiae Parisiorum.—0,112×0,070.—Pag. [1]: «Thesaurus | spiritualis | Societatis Jesu | IHS | Lutetiae Parisiorum | sumptibus Julien, Lanier, Cosnard et sociorum | 4, via dicta de Buci, 4 | 1858».

N. B. Hanc paginam praecedit folium, in recto habens hunc titulum: «Thesaurus | spiritualis | Societatis Jesu»; in verso: «Excudebant Julien, Lanier, Cosnard et socii, Cenomani».

Pagg. [3]-192: «Exercitia | spiritualia S. P. Ignatii Loyolae».

Integrum volumen 624 paginis constat.

N. B. Huic editioni conveniunt quae de duabus superioribus diximus.

7, **8**, **9**.—1874, 1876, 1882; Roehampton (in Anglia).—0,130×0,084. Pag. I: «Thesaurus Spiritualis».—Pag. III: «Thesaurus Spiritualis | Societatis Jesu. | IHS | Roehampton: | Ex typ. domus probationis. | 1874».—Pag. V: «Index totius Thesauri»...—Pag. VII: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii Loyola» («Loyolae» in duabus sequentibus edd.)—Pagg. IX-XIV: «Index meditationum»...—Pagg. XV-XIX: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii» et notatio de indulgentia plenaria. Pag. XX: «Testimonia»...—Pagg. XXI-XXIII, «Praefatio ad lectorem. Quidam de Societate»...—Pag. XXIV: «Anima Christi».—Pagg. 1-304: «Exercitia Spiritualia S. P. Ignatii Loyolae», binis columnis ita disposita, ut in prima sit versio latina Vulgata, in altera versio litteralis P. Roothaan.

Anno 1876 altera editio facta est, eaque superiori omnino similis.

Anno 1882 nova editio duabus superioribus omnino similis.

10.—1882, Brugis (Bruges, in regno belgico).—0,133×0,084.—Folium primum extra numerum additum in recto continet titulum: «Thesaurus spiritualis»; in verso imaginem S. Ignatii.—Pag. [1]: «Exercitia Spiritualia | Sancti Patris | Ignatii de Loyola | cum versione litterali | ex autographo hispanico | notis illustrata. | Ihs | Brugis, | Sumptibus et Typis Societatis S. Augustini, | Desclée, de Brouwer et Soc. 1882».

Pagg. III-XIX: Epistola P. Joannis Roothaan de Exercitiis spiritualibus.

Pagg. XXI-XXVI: Prologus.—Pagg. XXVI-XXVIII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. XXIX-XXXII: «Testimonia»...—«Quidam de Societate»...—Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione litterali | ex autographo hispanico».—Pag. [2]: «Anima Christi».

Pagg. [3]-348: Exercitia spiritualia binis columnis: in prima est versio Vulgata, in altera versio litteralis P. Roothaan, additis etiam hujus annotationibus.

11.—1887, Bilbao (in Hispania).—0,130 × 0,090.—Pag. [1]: «Thesaurus Spiritualis | Societatis Iesu».—Pag. [III]: «Thesaurus | Spiritualis | Societatis Iesu | IHS | Bilbao | In typographia Sanctissimi Cordis Iesu, | 1887».—Pag. V: «Index generalis».—Pag. VI: «De hac thesauri editione».—Pagg. VII-VIII: «Carta de N. P. S. Ignacio a D. Manuel Miona sobre la importancia de los Ejercicios».—Pag. IX: «Testimonia»...—Pagg. X-XII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. XII-XIII: «Indulgentiae facientibus Exercitia»...—Pag. [XV]: «Exercitia Spiritualia | Textus hispanus et versio Vulgata».—Pag. XVI: «Anima Christi».—Pagg. 1-237: Exercitia spiritualia, in binas columnas singulis paginis distributis, quarum interna exhibet Vulgatam versionem, externa textum hispanum originalem.

12.—1912, Brugis. «Thesaurus spiritualis Societatis Jesu. Brugis, Sumptibus et Typis Societ. S. Augustini Desclée, 1912, 18, pagg. XXXII-678».

Continet Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola cum versione litterali Patris Roothaan ex autographo hispanico pagg. 1-348. (Ex CBE, n.° 48, Novembre-Décembre 1913, *Bibliographie des récentes publications sur les Exercices...* par le P. H. WATRIGANT, S. J., Enghien, Belgique, p. 45).

EDITIONES VULGATAE VERSIONIS ET VERSIONIS LITTERALIS P. ROOTHAAN

1.—1835, Romae.—0,200 × 0,150.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae | cum versione literali ex autographo hispanico | Praemittuntur R. P. Joannis Roothaan | Praepositi Generalis Societatis Jesu | literae encyclicae | ad Patres ac fratres ejusdem Societatis | de spiritualium Exercitiorum | S. P. N. | studio et usu | IHS | Romae | Typis Salviucci | 1835».—Pagg. [III]-XVI: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae... de spiritualium Exercitiorum S. P. N. studio et usu». 27 Dec. 1834.—Pagg. XVII-XXI: «In hanc novam libri S. P. N. editionem Prologus»...—Pagg. XXII-XXIV: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii» 31 Julii 1548.—Pagg. XXV-XXVI: «Testimonia eorum, quibus censura Exercitiorum est commissa».—Pagg. XXVI-XXVII: «Quidam de Societate... Haec documenta... Romae VI Idus Augusti 1548».—Pagg. XXVII-XXVIII: «Loca quae ex diligenti cum Hispanico autographo collatione adnotata sunt in hac postrema editione». Est hoc loco tantum epistola P. Jacobi Dominici secretarii S. J. ex commissione A. R. P. N. Generalis; data Romae 25 Ju-

nii 1596 de emendationibus versionis Vulgatae; ipsae autem emendationes stellulis * notatae textui Vulgatae, suo quaeque loco, in imis paginis adduntur.—Pag. [XXIX]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae | cum versione literali ex autographo | hispanico».—Pag. [XXX]: «Anima Christi».—Pagg. 1-175: Textus Exercitiorum in binis columnis ita dispositus, ut in priore sit Vulgata versio latina; in altera vero versio litteralis latina; annotationes sunt in imis paginis.—Pag. 175: «Nota. In antiqua versione ms. sic legitur hoc loco: *Laus Deo. Scripta fuerunt ista Exercitia Anno Domini 1541. Die nono Julii, Romae.* Ex quo patet, cum versio ista ms. hispanico Autographo, quale nunc habemus, omnino respondeat, jam illo anno, probabiliter vero etiam multo ante Exercitia Sancti Patris eadem omnino fuisse, eademque mansisse semper, nullo verbo addito, nullo mutato» [1].—Pagg. 177-197: «Index».—Pag. [198]: Superiorum licentia ut «Imprimatur».

2.—1837, Londini.—0,160 × 0,100.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii Loyolae | cum versione literali ex autographo hispanico | Praemittuntur | R. P. Joannis Roothaan | Praepositi Generalis Societatis Jesu | Literae encyclicae | ad Patres ac fratres ejusdem Societatis | de spiritualium Exercitiorum | S. P. N. | studio et usu. | IHS | Londini: | Typis C. Richards. | 1837».—Pag. [2]; «Londini: C. Richards, St. Martin's lane».—Pagg. [1]-XX: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae»...—Pagg. XXI-XXVIII: «In hanc novam... Prologus».—Pagg. XXIX-XXXII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». Pagg. XXXIII-XXXIV: «Testimonia»...—Pagg. XXXV-XXXVI: «Quidam de Societate»...—Pagg. XXXVII-XXXVIII: «Loca quae ex diligenti... postrema editione». Est hic tantum epistola P. Jacobi Dominici; ipsa vero emendata textui ita subscribuntur, ut supra in n. 1 notatum est.—Pag. [1]: «Anima Christi».—Pagg. [2]-339: Textus Exercitiorum ita dispositus, ut paginae numeris imparibus signatae Vulgatam versionem latinam; paginae autem paribus notatae numeris litteralem contineant.—Pag. [340]: «Nota. In antiqua versione ms.»...—Pagg. [341]-361: «Index».—Pag. [362]: «Londini: C. Richards, St. Martin's lane».

3.—1838, Romae.—0,200 × 0,150.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio altera | IHS | Romae | Excudebat Alexander Monaldi | 1838».—Pagg. III-VII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. VIII-X: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XI: «Testimonia»...—Pagg. XII-XIII: «Quidam de Societate»...—Pagg. XIII-XIV: «Epistola P. Jacobi Dominici de emendationibus»...—Pagg. [XV-XXIX]: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae»...—

[1] Vide tamen supra, *Proleg.*, pp. 164-165.

Pag. [XXXI]: «Exercitia spiritualia S. P. Ignatii de Loyola cum versione literali ex autographo hispanico».—Pag. [XXXII]: «Anima Christi».—Pagg. 1-232: Textus Exercitiorum in binis columnis positus, ut supra in prima editione.—Pagg. 233-247: «Index».—Pag. 247: «Errata corrige».—Pag. 248: Licentia ut typis mandari queat.

N. B. 1. In lucem prodierunt arte lithographica expressae novem paginae numeris distinctae et ea magnitudine, qua, ut appendix, huic editioni anni 1838 possent adjungi. Titulus est: «Novae annotationes a R. P. Roothaan in exercitia».

N. B. 2. Hoc ipso anno et eadem magnitudine ac liber Exercitiorum, editus est libellus 64 paginis numeris signatis constans cui titulus: «Notae | quaedam | in | librum Exercitiorum | IHS | Romae | Alexander Monaldi typographus | 1838».

4.—1840, Namurci (Namur, in regno belgico).—0,223 × 0,148.—Pag. [1]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione litterali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio altera | JHS | Namurci | e typographia F. Douxfils, bibliopolae | 1840». — Pag. [2] pura.—Pagg. [I]-XIV: «R. P. Joannis Roothaan... litterae encyclicae»...—Pag. [I]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione litterali | ex autographo hispanico».—Pag. [II]: «Anima Christi».—Pagg. [III]-VII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. [VIII]-X: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. [XI]: «Testimonia»... Pag. [XII]: «Quidam de Societate»...—Pag. [XIII]: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XIV] pura.—Pagg. 1-231: Textus Exercitiorum Vulgatae versionis et litteralis P. Roothaan in binis dispositus columnis, ut supra diximus in prima ed.—Pag. 231: «Nota. In antiqua versione ms.»...—Pag. 232 pura.—Pagg. [233]-248: «Index».—Pag. [249]: Facultas ut «reimprimatur».—Pag. [250] pura.—Pagg. [251-257]: «Novae annotationes a R. P. Roothaan in Exercitia». Pag. [258]: «Errata corrige».

N. B. Novae istae annotationes et «Errata corrige», quod ad chartam et typorum formam attinet, a reliquo libro discrepant.

5.— 1841, Namurci. — 0,227 × 0,148. — Ex hac mensura apparet chartam aliquanto longiorem esse quam chartam editionis superioris; sed textus est ejusdem omnino magnitudinis 0,179 × 0,138 in utraque editione, in pag. 136. Caeterum utraque editio vocatur «Editio altera»; neque, praeter annum in pag. 1 indicatum, ullum inter eas discrimen est, ne in erratis quidem. Quare potius quam duplex, videtur una tantum eademque editio esse. Unum saltem exemplar, in quo est annus 1841, caret novis illis annotationibus et catalogo erratorum in fine.

6.—1843, Panormi (Palermo, in Sicilia).—0,135 × 0,094.—Pag. [1]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | IHS | Panormi | Excudebat Franciscus Lao, | 1843».—Pagg. [III]-XXIII: «R. P. Joannis Roothaan...

literae encyclicae»...—Pagg. [XXV]-XXXII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XXXII-XXXVI: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. XXXVI-XXXVII: «Testimonia»...—Pagg. XXXVII-XXXIX: «Quidam de Societate»...—Pagg. XXXIX-XL: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [1]: «Exercitia spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali ex autographo hispanico».—Pag. [3]: «Anima Christi».—Pagg. 4-297: Textus Exercitiorum ita dispositus ut paginae numero pares (4, 6, ... 296) Vulgatam versionem latinam; impares vero (5, 7, 9, ... 297) litteralem contineant.—Pagg. [299]-322: «Index».—Pag. [323]: «Errata corrige».

Sequitur deinde nova paginarum notatio in exemplari, quod ante oculos habemus.

Pag. [1]: «Notae quaedam | in | librum Exercitiorum».—Pagg. [3]-118: «Notae quaedam in librum Exercitiorum»...—Pag. [119]: «Index notarum in librum Exercitiorum».—Pag. [120]: «Errata corrige».

7.—1847, Romae.—0,215 × 0,140.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio tertia | recognita et aucta | IHS | Romae | Excudebat Jo. Bap. Marini et B. Morini | 1847».—Pagg. III-VII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. VIII-XI: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XII: «Testimonia»...—Pagg. XIII-XIV: «Quidam de Societate»...—Pag. XIV: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XV]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali ex autographo | hispanico».—Pag. [XVI]: «Anima Christi».—Pagg. 1-251: Textus Exercitiorum in binis columnis dispositus, ut diximus in prima ed.—Pagg. 253-270: Index.—Pagg. 271-272: «Index notarum».—Pagg. I-XXXIX: Tractatus «De ratione meditandi».—Pag. [XL]: Licentia ut typis mandari queat.

8.—1852, Romae.—0,212 × 0,140.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio quarta | recognita et aucta | IHS | Romae | Excudebat Bernardus Morini | 1852».—Pagg. [III]-XI: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae»...—Pagg. XIII-XV: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XVI-XVII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XVIII: «Testimonia»...—Pag. XIX: «Quidam de Societate»...—Pagg. XIX-XX: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XXI]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literari | ex autographo hispanico».—Pag. [XXII]: «Anima Christi».—Pagg. [1]-191: Textus Exercitiorum binis columnis dispositus ut in prima ed.—Pag. 191: «Nota. In antiqua versione ms.»... ut in prima editione, pag. 175.—Pagg. 193-206: «Index».—Pagg. 207-209: «Index notarum» alphabeticus.

Sequitur in pagg. I-XXXVI Tractatus de ratione meditandi cum duplici indice in fine, altero analytico, altero rerum notabilium.

9.—1854, Romae.—0,214 × 0,140.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio quinta | recognita et aucta | IHS | Romae | Excudebat Bernardus Morini, | 1854».—Pagg. [III]-X: «R. P. Joannis Roothaan literae encyclicae»...—Pagg. XI-XIII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XIII-XV: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». Pag. XVI: «Testimonia»...—Pagg. XVI-XVII: «Quidam de Societate»... Pagg. XVII-XVIII: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XIX]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico».—Pag. [XX]: «Anima Christi».—Pagg. 1-166: Textus Exercitiorum binis columnis dispositus, ut diximus in prima ed.—Pagg. [167]-179: «Index».—Pagg. 180-182: «Index notarum».—In sequentibus XXXIV pagg. est tractatus «De ratione meditandi».

10.—1855, Ratisbonae (Regensburg, in Bavaria).—0,175 × 0,110.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio in Germania prima | juxta editionem romanam quartam recognitam et | auctam recusa | IHS | Ratisbonae | Sumptus fecit G. Josephus Manz | MDCCCLV».—Pagg. [III]-XX: «R. P. Joannis Roothaan... litterae encyclicae»...—Pagg. [XXI]-XXVI: Prologus.—Pag. XXVII: Monitum.—Pagg. [XXVIII]-XXXI: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii ». — Pagg. [XXXII]-XXXIII: « Testimonia »... — Pagg. XXXIII-XXXV: «Quidam de Societate»...—Pagg. XXXV-XXXVI: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [37]: Iterum titulus Exercitiorum.—Pag. [38]: «Anima Christi».—Pagg. [39]-432: Textus Exercitiorum ita dispositus ut Vulgata versio superiorem partem singularum paginarum, litteralis vero inferiorem occupet.—Pag. 432: «Nota. In antiqua versione»... ut in pag. 175 editionis primae. Pagg. [433]-456: «Index».

In principio voluminis additum est folium, imaginem S. Ignatii exhibens.

11.—1861, Romae.—0,200 × 0,140.—Pag. [I]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio sexta | IHS | Romae | Excudebat Bernardus Morini | 1861».—Pag. [II] pura.—Pag. [III]-X: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae»...—Pagg. XI-XIII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XIII-XV: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XVI: «Testimonia»...—Pagg. XVI-XVII: «Quidam de Societate»...—Pagg. XVII-XVIII: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XIX]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico».—Pag. [XX]: «Anima Christi».—Pagg. [1]-174: Textus Exercitiorum in binis columnis distributus, ut in prima ed.—Pag. 174: «Nota. In antiqua versione»... ut in

prima ed., pag. 175.—Pagg. [175]-187 «Index».—Pagg. 188-187 [*sic pro* 189]: «Index notarum».—Pag. [190] pura. — Sequitur in paginis XXXIV, tractatus «De ratione meditandi», et index.

12.—1865, Parisiis.—0,214 × 0,140.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola».—Pag. [2]: «Lutetiae Parisiorum». «Typis V. Goupy et Soc., via dicta Garancière, 5».—Pag. [3]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione litterali | ex autographo hispanico | notis illustrata | addita appendice | De ratione meditandi | Editio Parisiensis prima | juxta Romanam editionem quintam | IHS | Lutetiae Parisiorum | Typis V. Goupy et Sociorum | 1865| annuente Soc. Praep. Gen.».—Pagg. [I]-IX: «R. P. Joannis Roothaan... litterae encyclicae»... — Pagg. [X]-XII: «Prologus ad Patres»... — Pagg. XIII-XIV: Monitum; dein litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XV: «Testimonia»...—Pag. XVI: «Quidam de Societate»...—Pag. XVII: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [1]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico».—Pag. [2]: «Anima Christi».—Pagg. [3]-202: Textus Exercitiorum.—Pag. 202: «Nota. In antiqua versione»... ut in prima ed. pag. 175.—Pagg. [203]-216: Index.—Pagg. [217]-219: Index notarum.

Sequitur tractatus «De ratione meditandi» cum duplici indice, in paginis [1]-XL.

13.—1870, Romae.—0,200 × 0,140.—Pag. [I]: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | Editio septima | IHS | Romae | Excudebat Bernardus Morini | 1870».—Pagg. [III]-X: «R. P. Joannis Roothaan... litterae encyclicae»... — Pagg. XI-XIII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XIII-XV: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii». — Pag. XVI: «Testimonia»...—Pagg. XVI-XVII: «Quidam de Societate»...—Pagg. XVII-XVIII: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XIX]: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola| cum versione literali | ex autographo hispanico».—Pag. [XX]: «Anima Christi».—Pagg. [1]-174: Textus Exercitiorum in binis columnis dispositus, ut in prima ed.—Pagg. [175]-185: «Index».—Pagg. 186-187: «Index notarum».

Sequitur in paginis XXXIV tractatus «De | Ratione meditandi| IHS | Romae | Typis Bernardi Morini | 1871».

14. -1881, Roehampton (in Anglia).—0,223 × 0,142.—Pag. [I] (omisso folio externo) «Exercitia spiritualia». — Pag. [II] pura. — Pag. [III]: «Exercitia | Spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico | notis illustrata | juxta romanam editionem sextam | IHS | Roehampton | ex typographia manresana | 1881». N. B. In folio externo inscriptio est eadem atque in pag. [III], nisi quod post «notis illustrata» additur: «addita appendice

de ratione meditandi»; et annus ponitur 1882. — Pagg. [V]-XIII: «R. P. Joannis Roothaan... literae encyclicae»...—Pagg. [XIV]-XVII: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XVII-XVIII: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pag. XIX: «Testimonia»...—Pag. XX: «Quidam de Societate»...—Pag. XXI: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. [XXIII]: «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | cum versione literali | ex autographo hispanico». — Pag. [XXIV]: «Anima Christi». — Pagg. [1]-176: «Exercitia spiritualia» in binis columnis disposita, ut in prima ed.—Pagg. [177]-192: «Index».—Pagg. [I]-XXXVI: «De ratione meditandi».—Pagg. [XXXVII]-XL: «Index».

15.—1887, Augustae Vindelicorum (Augsburg, in Bavaria).—0,170 × 0,110. — «Exercitia | spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola. | Versio litteralis | ex autographo hispanico | notis illustrata | auctore | R. P. Joanne Roothaan | Praeposito Generali Societatis Jesu | Ihs | Augustae Vindelicorum 1887 | Typis et sumptibus Instituti Literarii Dr. M. Huttler».—Pagg. [I]-XXII: «R. P. Joannis Roothaan... litterae encyclicae»...—Pagg. [XXIII]-XXX: «Prologus ad Patres»...—Pagg. XXXI-XXXV: Litterae apost. Pauli III «Pastoralis officii».—Pagg. XXXV-XXXVI: «Testimonia».—Pagg. XXXVI-XXXVIII: «Quidam de Societate»...—Pagg. XXXIX-XL: Epistola P. Jacobi Dominici de locis emendatis.—Pag. XLI: «Anima Christi».—Pag. XLII pura.—Pagg. [1]-296: «Exercitia spiritualia S. P. Ignatii Loyolae. Versio litteralis».—Pagg. [297]-320: «Index».—Pagg. [321]-325 «Index notarum».

16.—1911, Ratisbonae (Regensburg, in Bavaria).— 0,132 × 0,085.— «Exercitia Spiritualia | S. P. Ignatii de Loyola | Versio litteralis | ex Autographo hispanico | notis illustrata | Auctore | R. P. Joanne Roothaan | Praeposito Generali Societatis Jesu» ... Ratisbonae, Romae... Sumptibus et typis Friderici Pustet, MCMXI. Pagg. XL-326.

2.ª s.ª nascim.º

20

q en si sintiere para mas seguir y ymitar al señor nro. ansi nuevamente ~~nascido~~ encarnado diziendo vn p̃r nr̃.

La Segunda cõtemplació es del nascimiento.

oraó La sólita oració p̃paratoria.

1.° p̃ambulo El primer preambulo es la historia. y sera aqui como desde nazaret salieron nra señora grauida quasi de nueve meses † asentada en vna asna y Josep y vna ancilla levando vn buey para yr a bethelem a pagar el tributo q̃ Cesar hecho en todas aquellas tierras fol. 41 ult. a b.

† como se puede meditar piamente

2.° p. El segundo cõposicion viendo el lugar sera aqui con la vista ymaginatiua ver el camino desde Nazaret a Bethlem considerando la longura la anchura y si llano o si por valles o cuestas sea el tal camino. asimismo mirando [redacted] quan grande quan pequeño quan baxo, quan alto, y como estaba aparejado.

† el lugar o espelunca del nacimiento

3.° p. El 3.° sera el mismo y por la misma forma q̃ fue en la precedente cõtemplacion.

1.° puncto El primer puncto es ver las personas. es a saber ver a nra señora y a Josepf y a la Ancilla, y al niño jesu despues de ser nascido haziendome yo vn pobrezito y esclauito indigno mirandolos, cõtemplandolos, y seruiendolos en

19

1. Ex Autographo Exercitiorum. (Supra, pp. 138-147)

22

Quintū est, tactu imaginationis percipere
quomodo ignis tangit et comburit animas ~
Colloquium fiat ad Xpm̄ dominum reducendo
ad memoriā animas que in inferno sunt, quarū
aliquę ibi detinentur quę nō crediderunt ad
uentū dni nri; aliquę vero quia credēdo
nō operatę sunt juxta eius pręcepta: & omniū
harū triplex est status — Primus est earū quę
fuerunt ante aduentū Xpi: Secundus ex-
istentiū tempore eius vitę mortalis; Tertius
earū quę sunt post eius discessū a nobis. Tādē
agam ei grās quod nō me permiserit finire vitā
in aliquo statu harū; et quod erga me habue-
rit tam pius et misericors extiterit, & finiā
cū Pr nr ~ #

Primū exercitiū fiet media nocte, secundū, sta-
tim cū surrexeris a lecto. Tertiū ante prandiū,
siue sit ante missam siue post. Quartū in ves-
perarū hora. Quintū una hora ante tpus cenę

[Marginal note:] # si visum erit expedire ad profectū eorū qui exercentur, aliquas meditationes his adiicere, ut de morte ac aliis peccati pœnis, de judicio &c. ~~[illegible]~~ non se putet prohiberi ~~[illegible]~~ licet hic nō ascribantur

2. Ex Vulgata Versione Exercitiorum. (Supra. pp. 148-160).

84

Tertiu e considerare sermone que ad illos facit exhortatorium, quomodo retibus et catenis vinciant homines et ut primo tentent de cupiditate diuitiarum, quo facilius impingant in vanu mundi honore, post hec ad arrogante superbia. ita q primus gradus sit diuitiarum, secundus honor, tertius superbie, et ex his tribus gradibus inducit impellit ad omnia alia vicia.

Ita ex opposito opportet nos contemplari ac considerare summu ac uerum ducem christu dnum nostrum.

Primu punctu est considerare xpm dnum nrum sedente in magno campo hierusalem in loco humili specioso et ameno

Secundu considerare dominu uniuersi eligente tot personas in apostolos et discipulos et mittente illos per totu vniuersu mudu ut seminet suam sacra doctrina omni statui et coditioni hominum.

Tertiu e considerare sermone que xps dns nr habet ad suos seruos et amicos, quos in talem delegatione mittit, comittens illis omnium cura, atque ut eos attrahant ad suma spiritus paupertate vel et si etia diuine madestati ad aliud magis placuerit eligere trahat eos ad paupertatem actualem. Secundo exhortentur ad desiderium opprobrior et uituperior, ex quo nascitur humilitas, ita quod sint tres gradus, primus gradus paupertatis contra diuitias, secudus opprobrior et uituperior cotra honore mudi, tertius humilitatis contra superbia, et ab his tribus gradibus inducant ad oes alias uirtutes.

Colloq. Fiet colloquiu ad dnam nram, ut impetret mihi gram a filio suo ac dno, ut ego recipiar sub eius vexillo, et primo in suma paupertate spuali, et, si diuine madestati ad aliud magis placuerit et eligere me voluerit, etiam in paupertate actuali; secundo in tollerandis opprobrijs et iniurijs in quibus est maior illius immitatio, modo possim illa tolerare absque peccato alterius et cu beneplacito diuinae madestatis, addam Aue maria.

3. Ex primo exemplo Versionis primae Exercitiorum. (Supra, pp. 160-171).

PARS ALTERA

DIRECTORIA EXERCITIORUM

PRAEFATIO

Tantam Exercitiorum libellus sanctitatis prudentiaeque doctrinam arte brevissima complectitur; ut jam inde a primis Societatis Jesu temporibus aliquas in scriptis ab Ignatio tradi leges ad illius usum moderandum Societatis alumni concupierint. Hae leges sive normae *Directorii* nomen acceperunt. Quod autem illi vehementer optarunt, id datum Societati tandem est anno 1599, edito *Directorio Exercitiorum*, quo etiamnum fruimur.

Sed antequam illud opus perfectum est, diuturno multorum labore vigiliisque opus fuit, multorum auditae sententiae, multa calamo perscripta.

Nostri instituti non est haec omnia et singula ita percurrere, ut hodierni *Directorii* genesim omni ex parte ostendamus; sed potius ut monumenta historica caeteris in manus quam fidelissime demus, quorum ope non modo qui velint et possint, genesim illam conscribant, sed omnes quoque singularem in ea re majorum nostrorum diligentiam cognoscere et pro merito aestimare queant. Nec tamen in messem alienam immittere nos falcem arbitramur, si annotando de more nonnulla ac praefando, luminis aliquid caeteris praeferamus.

Primum itaque dicendum est, non omnia hic reperiri monumenta, quae ultimum Directorium praecesserunt; indicem tamen eorum quae ad illud conficiendum, adhibita sunt, in lucem dabimus.

Sed in ipsis illis monumentis, quae nunc primum in aspectum prodeunt, mentio aliorum fit, quae ad hunc usque diem in tenebris jacent. In appendice v. g. illius Directorii, quod Mironis esse opinamur et auctoritate primae congregationis factum jure dicitur [1], Directorii cujusdam antiquioris meminit auctor; Fabius de Fabiis [2] aliud habebat, ab his, quae nobis sunt, diversum. Deinde, neque omnia, quae in manus venerunt nostras, obtrudenda putavimus, quia nonnulla sunt ex aliis in alios codices transcripta, v. g. ex Directorio Polanci in quaedam ano-

---

[1] *Directoria antiqua*, II.

[2] Ibid., VII.

nyma, neque erat cur etiam nos crambem repetitam praeberemus. Abundare tamen quam egere maluimus.

Quae igitur habemus Directoria in series tres distribuimus: prima complectitur, quae *Ignatiana* dicimus, eo quod ab ipso S. Patre vel scripta vel dictata vel denique aliquo modo tradita existimamus. In altera numeramus ea, quae post congregationem primam generalem concinnata sunt, maxime, ut videtur, Societatem regentibus Borgia, Mercuriano et Aquaviva ante annum 1591, quo primum typis mandatum est Directorium; atque haec appellamus *Antiqua*. Tertia denique series continebit hoc ipsum prelo expressum Directorium ac notationes quasdam deinde Romam missas, e quibus omnibus Directorium tandem conflatum est anno 1599. Et quamquam hoc postremum Directorium in omnium manibus versatur, vixque a priore differt; ac notatis in imis paginis accurate differentiis omnibus, editionem anni 1599 ante oculos etiam legentium ponere quodammodo possemus; integrum tamen ac seorsim in hoc volumen inserendum duximus, quod non eruditis tantum, sed sacerdotibus praesertim, qui aliorum animos per Exercitia excolunt, dedicatum est. Tertiam igitur seriem ea constituunt, quae *Directoria recentiora* nuncupamus.

ARTICULUS I

DIRECTORIA IGNATIANA

Anno 1539 scribebat Senis ad Ignatium Franciscus de Estrada: «Por otras lettras he scripto que me enbiasen la reglas de 1.ª, 2.ª y 3.ª semana de los Exerçitios y otras cosas nuevas, si se han adjunto» [1]. Quae autem per superiores litteras petierat, haec erant: «Habiendo yo de quedar aquí [*in urbe Senarum*], me enbiarán sin faltar las reglas de discretione spirituum y de tentationes con todas esotras reglas de exercitios» [2]. Has regulas, si quae sint extra Exercitia, nos quidem non vidimus; sed earum aliquas directorium quoddam esse potuisse facile intelligimus, nec tamen absolutum opus fuisse, merito judicamus.

Scripsit enim Polancus post annos tredecim, seu anno 1552 aut 1553, summam quamdam earum rerum quas Ignatius, quatenus Societatis parens et institutor, praestare debere videretur, in eaque summa, numero 8, ait: «Que se acabe el Directorio de los Exercitios, que es tan necesario» [3]. Huic sociorum voluntati satisfacere voluisse Ignatium certum est. Narrat enim Consalvius de Cámara, dixisse Patrem «que quería hazer vn directorio de cómo se auían de dar los exercicios, y

---

[1] *Epist. Mixtae*, I, 29.
[2] Ibid., p. 22.
[3] *Polanci Complementa*, I, 81, 82.

que Polanco le preguntasse las dudas a qualquiera hora; porque en cosas de los exercicios no le sería necessario pensar mucho pera responder a ellas» [1]. Vita tamen cessit S. Pater nec *Directorium* perfectum nobis reliquit. «Hoc inchoaverat quidem, inquit Polancus, sed non absolvit» [2]. A polanciana dicendi ratione non recedit Aegidius González: «In usum Directorii exstant nonnulla praecepta a P. N. Ignatio tradita, partim manu ipsius conscripta, partim illo dictante excepta, quae quamvis non potuerit absolvere»... alias tamen illa praccepta nomine Directorii designavit [3]. Directorii quoque nomine utitur Consalvius de Camara, cum de opere illo loquitur: «Dixo el Padre que quería hazer vn Directorio de cómo se auían de dar los Exercicios, y que Polanco le preguntasse las dudas», et reliqua quae modo a nobis transcripta sunt; quibus Consalvius haec verba continuo subjungit: «Este Directorio fez N. P. logo, e eu trouxe hum treslado pera esta provincia [Lusitania]» [4].

Hoc Directorium illud existimamus esse quod infra ponemus primo loco. Quod quidem codices fere omnes, quos nos vidimus et suis locis notamus, in tres paragraphos dividunt: primam antecedit notatio «Translado de un pliego de N. P.e sacado del original»; sequitur titulus «Para dar Exercicios». Ante secundam legimus: «Directorio de los exercicios de la segunda semana. de N. Pre. Inatio». Tertiae unicus titulus praeponitur «Directorio acerca de las electiones». Huic tertiae paragrapho praefixum singularem titulum, qui perinde ac primarum duarum partium inscriptiones, Ignatium indicaret auctorem, nondum vidimus. Jure tamen hanc paragraphum prioribus ita conjungimus, ut operis ignatiani partem constituat; primum eo quod eam proxime post secundam positam invenimus in codd. *Instruct. II*, *Rom. III*, *Domenici*, *Inst. 221* (antea *Collecta per P. Natalem*). Deinde quia P. Ludovicus de La Palma, S. J., cum in opere *Camino espiritual* de brevi quodam Directorio loquitur a S. Patre manu propria conscripto, locos affert ex tribus his paragraphis, tamquam ex uno eodemque opusculo excerptos [5]. «Los que en la primera semana no mostrasen fervor y deseo de ir adelante, para determinar del estado de su vida, mejor será dilatar los de la segunda semana a lo menos por un mes o dos». Haec sunt initium nostrae paragraphi secundae. Pergit Palmensis his verbis: «Y más abajo dice S. Ignacio: "Primeramente se debe insistir en que entre en las elecciones el que las ha de hacer con entera resignación de su voluntad; y si es posible que llegue al tercer grado de humildad,

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 306-307.
[2] In prooemio sui Directorii. Infra, *Directoria antiqua*, I.
[3] *Di. antiqua*, V, ff. 4v, 15v, 18.
[4] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 306-307.
[5] L. IV, c. XXV, ed. barcinon., 1860, t. II, p. 255.

en que de su parte esté más inclinado, si fuese igual servicio de Dios, a lo que es más conforme a los consejos y ejemplos de Cristo nuestro Señor. Quien no está en la indiferencia del segundo grado, no está para ponerse en elecciones, y es mejor entretenerle en otros ejercicios hasta que venga a ella"». Quae omnia ad nostram paragraphum tertiam pertinent. Denique alia duo sunt in capite trigesimo primo ejusdem libri: «Mejor es, pudiendo, que otro le confiese, y no el que le da los ejercicios; siempre el que le da le demande de consolación y desolación y lo que ha pasado por él en el ejercicio o ejercicios que ha hecho, después de la última vez que le habló» [1]; et in fine hujus capitis: «Puédense mostrar las primeras anotaciones, y antes ayudará que al contrario». Haec duo in paragrapho prima inveniuntur.

Antiquiorem Palmensi testem habemus Aegidium González, qui saepe Directorii ignatiani meminit eique eodem modo tribuit quae in tertia paragrapho, atque illa quae in prioribus reperiuntur. In f. 15v e. g. sumit ex paragrapho prima illud: «Entrando en los tiempos de elección, especialmente se encierre», etc. In. f. 16 ex Ignatii Directorio necessitatem repetit tertii vel saltem secundi gradus humilitatis ad electionem recte faciendam, id quod est in paragrapho tertia, in quo etiam similitudo illa est de ferculo principi oblato, quam Aegidius in f. 18 Ignatio etiam tribuit.

Denique in cod. *Inst. 221* titulus est «Annotaçiones sobre los Exerçiçios» cui Natalis manu propria subdit «que tenían en Euora»; sequitur: «Para dar exercicios. 1. Puédense mostrar», etc. (tota paragraphus nostra prima). Jam vero ait Consalvius Directorium se ignatianum in Lusitaniam secum asportasse (supra); nihil mirum quod Eborae illus exemplar extiterit.

Haec testimonia auctoritate Directorii anno 1591 editi confirmantur. In eo enim scriptum quoddam «P. N. Ignatii» bis commemoratur ejusque verba afferuntur in c. XIV, pp. 64 et 65 (Di. 1599, c. XXIII, nn. 4 et 5). Pertinent autem verba illa ad n. [1] Directorii Ignatiani autographi [2]. Bis praeterea, quamquam S. Patris scriptum non commemoratur, illi tamen nominatim quaedam tribuuntur, quae in Directoriis Ignatianis fere ad verbum legimus. Alterum est in c. XIII, p. 53 (Di. 1599, c. XVIII, n. 4), Directorii vero ignatiani n. [2]; alterum in c. XIV, p. 73 (Di. 1599, c. XXVII, n. 6), Directorii ignatiani n. [3].

De sancto igitur Ignatio, hujus Directorii auctore, non est ambigendum. Fatendum tamen est in neutro exemplari versionis italae paragraphorum [2] et [3] (de qua versione infra, in annotationibus ad *Di. Ignat.)* inveniri Sti. Ignatii nomen. Imo in eo exemplo, quod est

---

[1] Pag. 290.

[2] Quater afferri in *Di.* 1599 «scriptum quoddam» S. Ignatii affirmat P. Bouvier, S. J., p. 29 operis paulo post citandi. Nos potuimus duos tantum locos invenire.

Romae, in bibliotheca Vittorio Emanuele, praeponitur notatio haec: «Manoscritto intorno alla 2. settimana segnato colla lettera Q a tergo dell'ultimo foglio. Nell'indice dei manoscritti per formare il Direttorio si dice che questo è parvi momenti». Vide hunc indicem et hanc phrasim infra in art. II, § 3. Caeterum existimamus, parvi momenti appellari monumentum illud propter summam brevitatem, non propter ipsas res, quas idem auctor, qui illa scripsit, in Directorium anni 1591 transtulit.

Sitne ab ipso Ignatio Directorium illud in tres paragraphos distinctum, sintne integri paragraphorum secundae ac tertiae tituli et altera pars tituli primae paragraphi ab ipso auctore, non ab alio praefixi; ignotum adhuc est, etiamsi suspicemur titulum secundae paragraphi Ignatii non esse. Dicitur enim «Directorio de los exercicios de la 2.ª semana». Atqui verisimile non est, illum titulum praeposuisse Ignatium quatuor illis monitis, quorum tertium et quartum ad totum exercitiorum tempus pertinent, primum monet non danda esse electionum exercitia ei qui promptissimam voluntatem ulterius progrediendi non ostendisset, alterum vero suadet, unum duosve dies requiescere oportere qui se exerceat.

Quidquid autem de hac aliisque inscriptionibus sit; illud pro certo habendum, hoc opusculum potius quam Directorium, notationes esse, quas Ignatius eo animo scripserit, ut postea veri nominis Directorium perficeret. Nam si cogitato illud leges, facile perspicies nec eum ordinem esse, quem Ignatius etiam in epistolis adhibere solet, nec plenam tradendorum exercitiorum doctrinam. Paragraphus [1] generalia quinque monita continet, quorum primum aggredienti exercitia convenit; secundum, tertium et quintum toto exercitiorum tempore utilia sunt; quartum aut pertinet ad finem hebdomadis primae, si confessio illa est generalis, aut ad totum etiam exercitiorum tempus, si de aliis etiam confessionibus agitur. Sequuntur septem puncta, quae omnia ad electionis tempus referuntur. In paragrapho [2] duo primum monita occurrunt de ingredientibus hebdomadem secundam, sequuntur alia duo de ratione tradendae meditationis, communia omnibus hebdomadis. Paragraphus [3] tota est de electionibus, sed ingreditur in medias res; nam incipit a tertio humilitatis gradu, qui est ad bene eligendum ultima optimaque animi conformatio, explicat deinde quomodo variis eligendi modis utendum sit, indicat denique ordinem electionis cum de genere vitae eligendo agitur. Itaque in tertia paragrapho melior est ordo quam in prima et secunda.

Sed si totius tractatus ordinem quaeris, vides permisceri quae ap totum exercitiorum tempus, cum iis quae aut ad ingressum in secundam hebdomadem aut ad tempus electionis tantummodo spectant; in paragrapho tertia, quaedam repetuntur quae dicta erant in prima; confer ex paragrapho prima locos «Antes de lo qual» et «Para estar más dis-

puesto», cum primo puncto paragraphi tertiae «Primeramete se debe insistir»; item ex paragrapho prima locum «Declarando» et quae sequuntur, cum loco ex paragrapho tertia «Entre los tres modos».

Quod vero ad doctrinam attinet, nullum verbum de prima hebdomade, nullum de tertia et quarta, nihil de meditationibus quae electionem praeparant etc.

Indubium itaque videtur, noluisse Ignatium his adnotationibus proprio nomine Directorium tradere; nam si hoc facere voluisset, non dubitamus quin multo perfectius opus posteris tradidisset. Vide quae paulo post de Directorio Victoriae dicimus. Sunt tamen magni momenti monita, quae ad Directorium conficiendum utilitatis plurimum attulerunt. Itaque Patres illi, S. Ignatii aequales, Polancus, Natalis, alii, subsidia ad Directorium faciendum ex illis documentis acceperunt. Nam ex hoc Ignatii libello non modo doctrinam hauserunt, sed verba etiam usurparunt omnia fere Directoria tum illa quae a privatis hominibus facta sunt, tum illud quod a summo Societatis moderatore Aquaviva universae Societati anno 1591 propositum, anno autem 1599 traditum est. Quam rem, per te ipse, si lubebit, periclitari poteris, hujus voluminis Directoriis vel Directoriorum reliquiis diligenter inter se collatis.

Eximio quodam amore ac singulari diligentia contulit nuperrime *Directorium* anni 1893 (quod parum differt a Directorio anni 1599) cum ignatiano P. Petrus Bouvier, S. J., qui antiquam latinam ignatiani Directorii translationem et paulo post hispanum etiam textum omnium primus edidit [1]. Ex latina illa versione superioribus argumentis nova ratio accedit, propter quam totum hoc Directorium censeamus Ignatii manu esse conscriptum. Tres enim paragraphos illas sub uno eodemque titulo complexus est sive interpres ipse, sive interpretationis scriptor: «Directorium Exercitiorum spiritualium manu S. P. N. conscriptum». Hoc igitur Directorium, omnium quae Ignatii nomen prae se ferunt, praecipuum habendum est.

Nihilo tamen minus alia sunt quae suum inter Ignatiana Directoria locum sibi vindicant. Nam breves notationes quas Polancus in *Regesto I* manu sua exaravit, tanquam res ab Ignatio exercitia tradituris commendatas, Ignatii esse, indubium est, cum id scribat Polancus, qui et rem et hominem bene novit. Illas habes infra, *Directoria ignatiana tradita*, n. [1]. Est et aliud Directorium, quod S. Ignatius P. Ioanni Victoriae dictasse fertur, de quo paulo uberius dicendum est.

P. Joannes Victoria, hispanus, anno 1549, Romae, peractis exercitiis, Societati Jesu nomen dedit; Vindobonae (Wien) aliquamdiu col-

---

[1] *Recherches de science religieuse*, nn. 3-4, Mai-Septembre, 1916, p. 248 sqq.; *Directoire composé par Saint Ignace à l'usage de celui qui donne les Exercices et publié pour la première fois*, Paris, Gabriel Beauchesne, 1917.

legium rexit; postea Romae procurator generalis totius Societatis fuit, et in reliqua Italia variis gravibusque muneribus functus est.

P. Victoriae Directorii exemplaria sunt in quatuor codicibus, quos infra suo loco indicabimus. Cum autem eorum tres auctorem Ignatium nominent, quartus non neget; nihil est cur illius originem in dubium vocemus. Est enim in tribus hic titulus: «Annotaciones sobre los Exercicios, y la manera que se ha de tener en darlos, sacado del original del P. D. Victoria, dictado de nuestro P. Maestro Ignacio sanctae memoriae, lo más o la substancia dello». Auctoritati codicum accedit P. Aegidius González, qui in suo Directorio (infra, V, f. 1v) ait: «Dictata a Patre nostro sanctae memoriae, quae P. Victoria excepisse et uberiori orationis stilo digessisse videtur in meliorem ordinem disposita suis locis reponerem ubi de tradendis alliciendisque ad exercitia hominibus et illorum dispositione, qui exercentur, agendum est».

Ejusdem Directorii exemplum P. La Palma se invenisse testatur. Nam ita narrat: «En un cuaderno de los papeles antiguos, que estaba en el colegio de Alcalá, hallé ciertos avisos para dar los ejercicios con un título que decía así: "Anotaciones sobre los Ejercicios,,» et caetera iisdem prorsus verbis quae modo retulimus [1]. Dictavit ergo illa S. Ignatius; attamen ex inscriptione ipsa et ex contexta oratione certum est non omnia et singula esse ex illius ore excepta, v. g. quae sunt in num. 17 «y a mí quando los daba, me fué assí encomendado de nuestro Padre».

Quod si Victoriae Directorium cum primo ignatiano contuleris, non solum hujus in illo vestigia perspicias, sed facile etiam animum cogitatio subeat, voluisse Ignatium, cum haec dictaret, absolutum Directorium conficere. Docet enim imprimis quales esse homines debeant, quibus integra exercitia dentur; aperit deinde viam eos ad haec optanda inducendi. Et prius quam ad rationem ipsorum exercitiorum tradendorum venit, praemonet quae ad sese exercentis locum, victum, ministrum, socium illi forte designandum, sermones denique cum eo miscendos pertinent. His absolutis, sic exponere aggreditur modum exercitia tradendi in prima hebdomade ut, una cum quibusdam magni momenti monitis, aliqua initio ex annotationibus depromat, deinde omnes fere illius hebdomadis partes percurrat, denique decem additionibus, quae hujus hebdomadis postrema res est, finem huic capiti imponat. Quam multa ex his in publicum *Directorium Exercitiorum* pervenerint, invenies a cap. I ad VIII et ab XI ad XVII.

Quandonam vero haec ab Ignatio Victoriae dictata sunt? Fortasse anno 1555, cum Victoria Laurentio Magio exercitia tradebat, jubente

---

[1] *Camino espiritual*, l. IV, c. XVIII, ed. Barcinon., t. II, p. 217. Alios locos invenies in eodem l. IV, c. XIX, p. 223; c. XXI, p. 233; c. XXII, p. 240; c. XXIII, p. 243; c. XXV, p. 255.

ac moderante ipso S. Patre [1]. Illud autem tertio loco a nobis inter Ignatiana ponitur, quia praecedentium vestigia quaedam retinet.

Diximus modo de Directoriis Ignatianis hispanica lingua conscriptis. Latinum unum novimus, quod huic ordini accensendum putamus. Inscriptum est: «Jesus. Quomodo in dandis exercitiis se quis habere debeat, cum exacte dantur». Exstat exemplar unum in cod. *De Instit. 221* (antea *Collecta per P. Natalem)*, alterum in cod. *Natalis instr. Lusit.*, ejusdem temporis apographum; alia duo praeterea Romae, in bibliotheca Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico, 1594 (in marg. 3723) N° 8 bis». In apographo illo lusitano legitur: *per Prem. Ignatium.* Id autem non videtur significare haec aut ab Ignatio scripta esse, ut Directoria Ignatiana autographa, aut dictata, ut Victoriae Directorium; cum neque id usquam affirmetur, neque Ignatius latine scribere vel dictare consueverit; sed doctrinam esse quam ipse tradiderit. Utrum vero Polanci an Natalis manu accepta illa sint; in medio relinquimus. Judicamus sane utrumque accepisse ab Ignatio doctrinam, quam deinde seorsum quisque scriptura persequutus sit, alii postea transcribendam dederit, denuo manu propria correxerit. Sunt enim in exemplari primo pauca quaedam a Natali, in altero ex duobus illis romanis multo plura a Polanco vel addita vel emendata. Itaque monita haec cum illis conjungimus, quae manu Polanci scripta esse diximus, et utraque nuncupamus *Directoria Ignatiana tradita*, etsi melius notationes ad Directorium conficiendum vocari debent.

ARTICULUS II

DIRECTORIA ANTIQUA, AB ANNO 1558 AD 1591

§ 1. Tres viri a Borgia designantur ad Directorium conficiendum

In congregatione prima generali, anno 1558 habita, actum quidem est de conficiendo Directorio, at non de singulari exercitiorum Directorio, sed de Directoriis, quae omnia fere Societatis Jesu officia moderarentur ad animorum tam propriorum quam aliorum salutem pertinentia. Congregationis enim decretum 107 sic se habet: «An Directorium Exercitiorum tradendorum, confessionum audiendarum, praedicationis, doctrinae christianae, orationis, conversationis, iuvandi etiam morituros, confici oporteat, et uni vel pluribus hoc oneris imponi. Placuit congregationi ut per Praepositum Generalem haec omnia et modus etiam eis utendi curarentur [2].

Quantam Lainius operam contulerit, ut huic congregationis man-

---

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, I, 291.

[2] *Institutum Societatis Jesu*, Florentiae, 1893, t. II, p. 181.

dato obtemperaret, ignoramus fere. In monumentis lainianis, quae quidem nos vidimus, vix illius rei vestigia offendimus [1].

Altera congregatio generalis, anno 1565 habita, electo praeposito generali Francisco de Borgia ea exsequenda commisit, quae a prima congregatione statuta necdum exsequutioni mandata essent [2]. Borgia itaque dabat operam ut huic decreto obtemperaret. «Molte cose (scribebat Polancus anno 1565 aut 1566) che la medesima congregatione genéral non potè finire, et le raccommandò al preposito generale, in parte si son fatte... parte si uan facendo, come sono diuersi direttorii» [3]. Haec ut commodius perficerentur singulis directoriis concinnandis terni viri designati sunt.

Scriptum de hac re monumentum antiquissimum quod reperire potuimus, exstat in codice *Instruct. I* [4], n. 228[4], Polanci Borgiaeque manu exaratum. Illud hoc loco et phototypica imagine ejusdem fere magnitudinis exhibere et typis exscribere visum est.

«1. Directorio para decir la corona [5].
2. De modo mendicitatis in vrbe.
3. Directorium exercitiorum tradendorum. — Mirón, Polanco, Ruis.
confessionum audiendarum. / confessionum faciendarum. — P. Polanco, Ledesma, Toledo.
iuuandi morituros. — P. Madrid, P. Pisano, P. Fabrique.
praedicationis. — P. Benedicto, Dionisio.
doctrinae christianae. — Eueraldo, Gusmán, Ledesma [6].
orationis. — Mirón, Manuel, Rodrígues.
conuersationis. — Ribadeneira, Benedicto, Polanco.

[1] *Lainii Monum.*, II, 181 et 374. His locis promittit sive Lainius sive Polancus ejus nomine, missurum se esse Directorium seu annotationes Exercitiorum; sed monumenta illa ad annum 1557 pertinent, quo tempore nondum habita erat congregatio, quae Lainium generalem renunciavit. In *Lainii Monum.*, IV, 164 et 540, et V, 142, attinguntur Lainii labores ad ea perficienda, quae congregatio commendaverat. At de Directorio Exercitiorum nulla fit mentio.

[2] *Instit. S. J.*, t. II, p. 211.

[3] *Po. Complementa*, I, 540.

[4] Codex hic descriptus est in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 36.

[5] In congregatione prima generali agitur de coronae recitandae Directorio, de modo mendicitatis in urbe, et de casibus reservandis, in decreto 103 (in Act. mss., decreto 24, titulo 6); de reliquis Directoriis (excepto Directorio confessionum faciendarum) in decreto 107. De confessionibus faciendis aliquid est in *Constitutionibus S. J.*, parte III, c. I, n. 20; de apostatis in scholas nostras non admittendis actum est in eadem congregatione prima, decreto 119.

[6] Haec tria nomina alio loco sunt in ms., id quod in phototypica imagine videre est; respondent tamen directorio doctrinae christianae, quod patet ex sequenti enumeratione.

Sin éstos se haga memorial para que enbíen sus votos algunos de los ausentes.

Piénsese si será expediente reseruar algunos casos al prouincial y comissario, ca. 24, tit. 6; del demandar a los fundadores facultad para no admitir a las schuelas nuestros apóstatas.

1. Mirón, Polanco, Ruis.
2. Polanco, Ledesma, Toledo.
3. Madrid, Pisano, Fadrique.
4. Benedicto, Dionisio, Benedicto Perera.
5. Eueraldo, Ledesma, Gusmán.
6. Rodrígues, Mirón, Manuel.
7. Benedicto, Polanco, Ribadeneira.

Sin éstos se haga memorial para que enbíen sus pareceres algunos de los ausentes, y cada mes den auiso y cuenta de lo que se haga en ello en Roma.

FRANCISCO.

[*In f. verso*]. El Directorio de la corona, P. Manuel, Pe. Xauier, Pe. Ruyz».

Aliquod nomen legi non potest.

Hoc monumentum nec locum indicat nec tempus quo scriptum est. Ordo in codice nullus; praecedunt enim instructiones Mercuriani generalis, sequitur autographum Lainii et alia prorsus a directoriis aliena. Attamen non est dubitandum, quin eo loco ac tempore conscriptum sit, ubi Borgia et Polancus una erant. Et quamquam id ante diem 2 Julii 1565 (quo creatus Borgia generalis est) fieri fortasse potuit; multo tamen verisimilius est, exaratum esse monumentum Borgia jam summo Societatis duce. Propria enim is auctoritate loqui videtur, cum bis jubeat, exquiri sententias absentium et vota; semel mandet «ut singulis mensibus moneant rationemque reddant de iis, quae Romae in hac re fiant»; nomen subscribat. Nec leve ejusdem rei est indicium ipsa monumenti conformatio, quod Polancus (qui ut Ignatio et Lainio fuerat, sic Borgiae a secretis erat) officia administranda perscribit, Borgia homines designat.

Cum autem jubeat Borgia, vota postulari etiam aliquorum absentium, praeter eos, qui hic nominantur; indicat plane majorem saltem horum partem, Romae tunc fuisse, cum monumentum illud scriptum est. Jam vero omnes illi, alius alio tempore, in urbe commorati sunt, simul tamen universi, praeter unum Alfonsum Pisanum, ibi erant biennio fere 1566-1567.

Polancum omittimus, qui vix ab urbe recedebat.

Benedictus Palmius, Everardus Mercurianus, Jacobus Miro, creati assistentes in altera generali congregatione anno 1565, ex officio aderant Patri generali. Benedictus quidem Palmius munus praepositi provinciae longobardicae aliquamdiu retinuit [1] estque a cardinali Borro-

[1] SACCHINUS, parte III, l. I, n. 51.



S. F. Borgiae et Polanci autographum de Directoriis.

maeo S. Carolo Mediolani detentus; at saltem mense Martio 1567 Romae adest [1]. Anno 1569 Everardus Galliam provinciam lustrat [2].

Christophorus Madridius, post congregationem secundam, professorum domus creatur minister anno 1566 [3], in eoque munere vel procuratoris generalis perseverasse videtur ad annum 1573, cujus mense Augusto, mortem obiit [4].

Petrus de Ribadeneira creatur anno 1565 superintendens collegii romani [5]; anno 1567 omnium collegiorum in urbe [6]; hoc munere fungitur ad annum 1569, quo in Longobardiam proficiscitur, inspector provinciae [7].

Emmanuel de Sa anno 1566 Romae est [8]; anno sequenti ibidem concionatur in templo nostro [9].

Ledesma et Toletus collegio romano adscribuntur etiam annis 1566-1568 in catalogis Italiae.

Alfonsus Ruiz, arcessitus a Lainio, Romam Granata venit mense Septembri 1564, fungiturque munere magistri novitiorum usque ad annum 1571 [10].

«Fadrique» illum Patrem existimamus esse, quem Fridericum Manrique alias vocant [11]. Is multis quidem annis Romae vitam degit, atque etiam anno 1567 ex catalogis Italiae.

Dionysius Vázquez Romam incolit anno 1566, quo a Borgia vocatus est [12], atque etiam 1567-1569 [13].

Benedictus Perera anno 1567 philosophiam in collegio romano docet [14]; anno sequenti in sacello pontificio concionatur [15].

Didacus Guzmán Romae versabatur anno 1567 [16]. Ast anno 1568 christianam doctrinam explicabat Augustae Taurinorum [17].

---

[1] *Epist. P. Nadal*, III, 409.

[2] *Po. Compl.*, II, 701, 703.

[3] SACCHINUS, parte III, l. II, n. 52.

[4] *Epist. P. Salmeronis*, II, 125; *Catalogi Italiae* ab anno 1551; GUILHERMY, *Menologe, Espagne*, 13 Augusti.

[5] *Po. Compl.*, I, 557; SACCHINUS, ibid., l, I, n. 52.

[6] *Epist. P. Nadal*, III, 408.

[7] *Po. Compl.*, II, 700-701.

[8] *Epist. P. Nadal*, III, 198.

[9] Ibid., 410.

[10] Cf. *Epist. P. Salmeronis*, II, 30, annot. 4; *S. Franciscus Borgia*, V, 600 et 618, annot. 22.

[11] Colligitur ex *Polanci Chron.*, IV, 36; *Lainii Monum.*, V, 525; *Epist. P. Nadal*, IV, 198; *S. Franc. Borgia*, V, 618 aliisque locis nostrorum *Monumentorum*, atque ex *Cartas de S. Ignacio*, V, 318-319, et VI, 285-286.

[12] *Epist. P. Nadal*, III, 151.

[13] Ibid, II, 407 et 618; *S. Franc. Borgia*, V, 11; SACCHINUS, parte III, l. IV, n. 149 et sqq.

[14] *Epist. P. Nadal*, III, 510.

[15] SACCHINUS, parte III, l. IV, n. 136.

[16] *S. Franc. Borgia*, IV, 362 et 457; *Epist. P. Nadal.*, III, 409.

[17] TACCHI VENTURI, *Storia della C. di G.*, vol. I, Roma, 1910, p. 304.

Joannes Xaverius (nominatur in folio verso ad directorium pro Beatae Virginis corona recitanda) scholasticis junioribus praefectus in collegio romano erat annis 1566-1567 [1]. Is die 30 Januarii 1568 ab urbe Antuerpiam proficiscitur [2], ibique commoratur saltem ad annum 1571 [3].

Denique Alfonsus Pisanus, Toleti in Hispania natus, unus omnium est qui Romae fuisse non videtur ab anno 1561 ad 1571; nam toto hoc tempore in Germania modo Ingolstadii, modo Dilingae sacras litteras docebat [4].

Cum autem caeteri omnes, quos diximus, in urbe fuerint inter annos 1565 exeuntem et 1568 ineuntem, probabile omnino dixeris, eo tempore hocce monumentum esse conscriptum.

Quid vero in Directorio Exercitiorum conficiendo praestitum sit, deinceps, quantum fieri possit, dicendum est.

Tres itaque viri a Borgia designati sunt anno 1566 vel 1567, ut Directorium Exercitiorum componerent: Jacobus Miro, Joannes Polanco, Alfonsus Ruiz. Atque hujus quidem nomine nullum, quod sciamus, Directorium inscriptum est; fortasse aliquod ex anonymis infra ponendis eum habet auctorem. Directoria Polanci et Mironis ad nos integra aut fere integra pervenerunt.

Nullum tamen Directorium universae Societati a Borgia generali datum est. Etenim cum castellana provincia a P. Everardo Mercuriano, Borgiae successore, postularet anno 1579 formulam «exercitiorum spiritualium, quae in libro S. P. N. Ignatii typis mandato desiderantur» etc.; respondit Everardus: «Cum modus bene tradendi exercitia spiritualia foras mittetur, meditationes etiam illas, quae in Exercitiis P. N. Ignatii desiderantur, excudendas simul curabimus». Provinciae vero Aragoniae postulanti «ut fiat Directorium exercitiorum, orationis, juxta decretum 28, tit. 16, primae congregationis, atque circa ea diversis demandetur, ut facilius et brevius res adeo necessaria expediatur»; responsum etiam Everardus dedit: «Mandata est jam haec cura conficiendi Directorium Exercitiorum ex usu P. Ignatii sanctae memoriae et observatione ipsa Societatis, quod suo tempore edetur». Imo, anno 1587, cum Claudius Aquaviva, sex jam annos Societatem regeret, postulabat provincia Polonia: «Ut ad uniformitatem conservandam, modum tradendi exercitia a se approbatum mittat, additis etiam exercitiis nostro instituto convenientibus et meditatiobus» [5].

Sed jam ad Directoria quaedam singularia veniamus.

---

[1] *Epist. P. Nadal*, III, 17, 543, 547; SACCHINUS, parte III, l. I, n. 54.

[2] *Epist. P. Nadal*, III, 557.

[3] *S. Franc. Borgia*, V, 545.

[4] B. PETRI CANISII, *Acta et Epistulae*, vol. III, IV, V, VI; *Epist. P. Nadal*, II et III.

[5] Hoc postulatum et duo illa Everardi responsa P. Henricus Watrigant nobiscum humanissime communicavit.

§ 2. De Polanci Directorio

Et primum quidem Polanci auctoris esse, quod infra primo loco inter *Directoria antiqua* in lucem damus, pro certo habendum est, tum quia exemplum totum cum emendationibus omnibus manu Polanci perscriptum est, tum quia omnino convenit cum illo Polanci Directorio quo usus est Aegidius, de qua re postea.

At suum Polancus opus non perfecit, dum Borgia in vivis erat. Ait enim scribere se «ex obedientia Patris nostri Everardi praepositi» [1]. Jam vero Everardus, electus generalis die 23 Aprilis 1573, eo munere functus est usque ad annum 1580, quo anno mortem obiit. Polancus autem anno 1575 mense Martio in provinciam Siciliam se confert, eam ex officio lustraturus; inde reversus anno 1576 in finem vertente, paulo post, mense Decembri, Romae moritur. Probabiliter itaque lucubratum hoc opus est ab anno 1573 ad 1575 [2]; certe sub Everardo Mercuriano generali.

Dum autem provinciam lustrabat Polancus, experiebatur ipse quantopere siculi sodales Directorio egerent, qua de re ad Mercurianum scribit die 30 Octobris 1575 [3]. Polanco autem Mercurianus vicissim: «Le formule raccommandate dalla congregatione per dar gli essercitii, predicare, et fare simili altre cose, benchè in parte si sono raccolte et come disposte, nondimeno non sono ancora in essere, non potendosi atender'a tanto et farlo maturamente et in modo che non si abbia da riporui la mano» [4].

Absolutum opus itaque nondum habebatur libellus Polanci. Quapropter una cum aliis Directoriis ad Aegidium González, in Hispaniam missum est. Quo anno id acciderit nescimus; scimus autem ex Hispania Romam remissum inter annos 1585 et 1588. Remissum enim est ab Aegidio a Baetica provincia usque [5], in qua Aegidius eo tantum triennio versatus est, quo tempore illi provinciae praeerat [6]. Quanti Directorium Polanci aestimandum sit, ex Aegidii testimonio jure colligimus, praecipue vero ex eo quod magna illius pars in publicum Directorium transierit, id quod mera locorum comparatione inferius patebit.

---

1 In fine prooemii.
2 *Po. Compl.*, I, XI.
3 Ibid., II, 388.
4 Ibid., 430.
5 Vide indicem Directoriorum quorumdam in § 3 sequenti.
6 ASTRÁIN, *Historia de la Compañía de Jesús*, t. III, pp. 626-627.

§ 3. De Mironis Directoriis

Fuit Jacobus Miro sive Didacus Mirón (Miró dicunt valentini) natione hispanus, patria valentinus. Anno 1541 in Societatem admissus, a S. Ignatio anno 1552 praepositus est provinciae Societatis Lusitaniae; S. Francisci Borgiae praepositi generalis assistens pro Lusitania fuit; jussu Everardi Mercuriani generalis regulas Societatis recognovit, anno denique 1590, Romae cum magna sanctitatis fama e vita cessit [1].

Mironis Directorium autographum non vidimus; est tamen in fragmentis Directorii, quod illi tribuitur, notatiuncula quaedam, quae Mironis manu addita videtur, et certum est aliquod a Mirone Directorium esse conscriptum. Id auctoritate Aegidii Gonzàlez et auctoris cujusdam anonymi quidem, fide tamen digni, ut jam dicemus, affirmare nos posse arbitramur.

Aegidius enim in suo Directorio ita scribit: «Directorium C. a P.Mirone ante nonnullos annos editum est, de quo ego semper judicavi, quod non contineret plenam institutionem, quae Directorio satis futura sit in usum nostrorum, quamquam a multis receptum et usu pene quotidiano nostrorum probatum sit» [2]. Etsi autem verbum illud *editum est* non necessario Mironem auctorem significat; hoc tamen loco vix aliud significare potest, cum ante annum 1591 nullum typis editum Directorium esset, neque ullo modo verisimile sit, complura a Mirone alieni operis exemplaria in quotidianum multorum usum esse transcripta.

Alterum testimonium reperimus in notatione quadam praefixa Directorio Variorum (de quo in sequenti articulo III agemus) in qua auctores Directoriorum manu scriptorum indicantur, qui ad Directorium anno 1591 typis exscriptum conficiendum adhibiti praecipue sunt. En monumentum illud [3], quod cum magni momenti sit, integrum exhibemus:

[*Titulus in folio externo*]: «Indice degli scritti che sono serviti per formare il Direttorio. Va unito un foglio di notizie intorno al Direttorio notato nello stesso indice, e segnato colla lettera B». [*Titulus hic recentior est*].

[*F. 1r.*] «Indicatur quaenam directoria, seu rationes tradendorum exercitiorum spiritualium, quibus signata sint notis, ut notis eisdem PP. AA. [Patres Assistentes] in adhibendis in illa censuris ad maiorem claritatem utantur: A. P.Polanci Directorium; B. In Archiuio inuentum; C.1. P.Miro-

---

[1] *Epist. Mixtae*, I, 55-57; *Monum. Ignat.*, ser 1.ª, IV, 48-49; *Po. Compl.*, II, 645; NAT. SOTUELLUS, *Bibliotheca Scriptorum S. J.*, pp. 379-380. Errat tamen Sotuellus, cum dicit Mironem collegii Conimbricensis primum rectorem fuisse. Novimus enim ex *Po. Chron.*, II, 373, n. 423, P. Urbanum rectorem jam fuisse, cum Miro in Lusitaniam venit anno 1551.

[2] *Directoria antiqua*, V, f. 2.

[3] Ex bibliotheca Vittorio Emanuele, Romae, «Fondo Gesuitico, 1594-7», in marg. «3723».

nis, quod initio dedit et in Hispaniam cum reliquis A. B. D. transmissum fuit; D. Prouincialis Franciae.

Quae sequuntur non fuerunt in Hispaniam missa: C.2. P. Mironis quod ultimo dedit, uisis praecedentibus et sequentibus directoriis.

E. Schedulae exercitiorum p.ae F. Schedulae 2.ae G.1 Schedulae 3.ae G.2 Schedulae 4.ae Hebdo.dae H. De schedulis seu formulis meditationum.	Hebdomadae Sunt P. Mironis.	Similiter et P. Polanci compendia punctorum ad meditatem accomodatorum in paruo libello vna cum directorio [a].

I. P.Eduardi Periyra [*sic pro* Pereyra] hispanice [b]; K. P.Fabii de Fabiis; L. Tratado sobre los exercicios; M. De modo dandi exercitia spiritualia; N. De usu libri exercitiorum; O. Carta del P. Miguel de Torres de 5 de Marzo 1585; P. Q. T. V. X. Parui momenti scripta in eandem sententiam; AA. R.P.Euerardi instructiones; BB. Quae P. Aegidius e Boetica prouincia usque misit. Est censura de omnibus directoriis in Hispaniam missis; CC. Nota d'alcuni sopra gli essercitii; V. P.Romani.»

[*F. Iv purum*].

[F. 2r] «Nomina Patrum ex quorum scriptis confectum est hoc directorium, ut citantur in margine. Euer. P. Euerardus; Pol. P. Polancus; Mir. P. Mironis; Aeg. P. Aegidius; Hisp. Hispanicum quod est breue quoddam directorium hispanice scriptum sine nomine; Arch. Archiuium, quod est item aliud directorium repertum in Archiuio sine nomine.

Vbi nihil in margine est appositum, additum est ab auctore huius directorii quando uisum est necessarium ad complementum doctrinae».

[*F. 2v et 3r pura*].

[*F. 3v*] «Indice delli scritti sopra l'essercitii».

Haec notatio, id quod ex ipsa re et ex collatis Directoriis patet, scripta est antequam Directorium typis primum ederetur. Ejus igitur auctor facile aut ipsum Mironem aut ejus aequales cognoscere potuit. Magna praeterea illius anonymi auctoritas fuisse videtur, cum ipsi commissum munus sit Directorii concinnandi, quam provinciam ita obiit, ut *Directorii* publici Societatis dispositio illi praesertim debeatur.

Tradit igitur auctor ille non unum, sed duo Mironis Directoria fuisse, quorum alterum in Hispaniam missum, alterum non missum sit. Pervenitne ad nostra usque tempora utrumque illud Directorium? Nos quidem affirmandum putamus:

Romae, in bibliotheca Vittorio Emanuele «Fondo Gesuitico, 1594, n. 4» exstant fragmenta quaedam manu scripta saeculi, ut videtur, XVI, quae «magna pars Directorii Mironis» dicuntur. In eadem urbe in «Ar-

---

[a] *6 vv. praeced. addita sunt alia manu. Tabellam hanc sic exhibemus, ut ea est in ms.* —[b] *Hoc v. additum est eadem manu, qua sex illa priora.*

chivio di Stato (Ms. 76)» integrum invenitur apographum saeculi XIX, quod Mironis Directorium dicitur. Haec duo monumenta ad idem pertinere Directorium planum est, cum fragmenta illa nihil aliud sint quam capita quintum, sextum, septimum et octavum, quae totidem verbis in apographo integro leguntur.

Habemus etiam in cod. *De instit. II*, aliud Directorium ita inscriptum: *Directorium exercitiorum spiritualium auctoritate 1.ae congregationis confectum*. Apographum illud, quod modo diximus saeculo XIX exaratum, certe non ex hoc primae congregationis Directorio, sed ex alio sumptum est; huic tamen ex parte ita simili, ut vix dubitari possit quin et Directorii primae congregationis et Directorii Mironis idem sit auctor, Jacobus Miro.

Nam cum in Directorio illo, quod primae congregationis dicitur, quatuor tantum sint capita; in eo autem quod Mironis nomen habet, decem: capita primum et secundum eodem modo in utroque Directorio inscribuntur; caput inscriptum «De quibusdam quae ad exercitia secundae hebdomadae potissimum pertinent» tertium est in primo Directorio (primum vocamus primae congregationis Directorium) quartum in altero; caput quartum seu ultimum in primo respondet capiti postremo, quod decimum est in altero. Itaque fere totum primum in altero continetur, in quo sex praeterea capita adduntur, tertium, quintum, sextum, septimum, octavum, nonum. Et quamquam in iis etiam capitibus, quae communia utrique sunt, saepe rerum ordo alter in altero est; maxima tamen in ipsis rebus similitudo interest, vel potius res eaedem verbis iisdem in utroque Directorio frequentissime proponuntur, id quod ex collatione utriusque operis facile, paulo inferius, videbis. Atque haec causa praecipua est, cur Directorium, quod auctoritate primae congregationis confectum dicitur, Mironi auctori tribuamus.

Sed tamen, omissa etiam hac comparatione, conjecturae sunt non contemnendae ad idem judicium confirmandum. Nam et Aegidius González et testis ille anonymus, quem diximus, loquuntur de Directorio C. seu Mironis. Atqui quae Aegidius in suo Directorio (infra n. V) de Directorio C. seu Mironis dicit, mirum quantum Directorio illi primae congregationis conveniunt.

Non placet Aegidio in unum locum coacervari omnia quae in Constitutionibus dicuntur de Exercitiis spiritualibus, f. 3v; habes haec in primae congregationis Directorio, numeris 1-4. Deinde putat Aegidius melius esse «uti aliquando repetitione alicujus ex meditationibus jam factis, eo tempore quo parandae confessioni generali vacat» qui se exercet, ibid.; haec admonitio est in Directorium primae congregationis, n. 38.

Tertio, acceperat Aegidius ab urbe quatuor illa Directoria A. B. C. D. ita in paragraphos numeris notatas divisa, ut numeri illi ab initio ad finem per omnia Directoria continui decurrerent, ipse tamen paragra-

phorum numerus idem, ex parte saltem, esset atque in singulis Directoriis erat. Id quidem apertissime conspicimus in Directorio Polanci, quod cum primum locum teneat apud Aegidium, eosdem atque autographum polancianum numeros exhibet. Si Aegidius mironianum Directorium a polanciano secundum habuisset, ejusdemque plures locos et numeros attulisset; nullo negotio aut convenire Directoria Mironis et primae congregationis inter se, aut discrepare constaret. Jam vero solas tres paragraphos ex Mironis Directorio profert Aegidius, easque in codice ab urbe accepto non proxime post polancianum habebat, sed multis rebus interpositis, ad numeros nempe 635, 673, 675. Hi tamen numeri sic numeris Directorii primae congregationis fere pro rata respondent, ut rerum ordo et divisio simillima, nisi forte eadem, in utroque Directorio fuisse videantur. Prima enim Aegidii annotatio in Directorium Mironis erat in aegidiani codicis numero 635, et convenit numero primo in Directorio primae congregationis; si prima illa annotatio erat in primum numerum Directorii C. seu Mironis, hujus primus numerus idem erat qui in Directorio primae congregationis. Altera Aegidii annotatio pertinet ad numerum 673 codicis sui; in Directorio primae congregationis respondet numero 38; jam si 38 addideris 634, habebis $634 + 38 = 672$; ita unum tantum, ut plane inter se conveniant, deest.

Tertia annotatio est apud Aegidium ad numerum 675; respondet alterius numero 42; atqui $634 + 42 = 676$; ad plenum consensum superest unum.

Levem prorsus conjecturam non ausis dicere, quam inde capimus, cum unius monadis diminutio vel augmentatio facillime in his contingere rebus possit.

Etiam quae Aegidius de Directorio Mironis universe praefatur [1], apte de Directorio primae congregationis intelliges. Ait enim Aegidius Directorium C. non continere «plenam institutionem, quae Directorio satis futura sit in usum nostrorum»; qui loquendi modus confirmat aliquam certe institutionem in eo contineri, id autem reapse fieri vides in Directorio primae congregationis, unum quasi corpus efficienti.

Adde conjecturam aliam, levissimam fortasse, nec tamen omnino spernendam. Bis in Directorio primae congregationis queritur auctor quod suo tempore imminutus aliqua ex parte sit spiritualis exercitiorum fructus, eiusque rei causam esse ait, cum neglectum ordinem exercitiorum [2], tum neglectam additionem decimam [3]. Jam vero Mironis locus est apud Diertins [4] his non valde dissimilis. Vestigat enim Miro cur ex peractis exercitiis non trahatur «magnus ille fructus, qui primis annis certus erat. Nec vero hujus rei altera invenitur causa, inquit, neque

[1] *Di. antiqua*, V, f. 2.
[2] *Di. antiqua*, II, n. 9, ad finem.
[3] Ibid., n. 35.
[4] *Historia Exercitiorum*, l. IV, n. 52.

altera, ut censeo, est, saltem tam principalis, quam quod non accurate inhaereatur methodo et formae, quam P. N. Ignatius praescripsit Etenim... si quando additiones aliquae vel annotationes negliguntur. perditur fructus»...

Denique, in Directorio variorum complures loci Mironi tribuuntur [1]. Atqui loci hi omnes, paucissimis exceptis, et in Directorio primae congregationis et in Directorio Mironis inveniuntur.

Existimamus igitur Directoria duo a P. Mirone conscripta esse, quorum primum tanquam Directorium primae congregationis ad nos pervenit, alterum ipsius Mironis nomen retinuit in cujus paragrapho 13 commemorantur etiam schedulae quaedam exercitiorum, quas merito sumimus illas esse, quae in indice paulo ante exscripto Mironis esse dicuntur.

Neque tamen pro certo affirmamus, neminem praeter Mironem quidquam illius Directoriis vel addidisse vel detraxisse. Imo ratio, quam alterum Directorium in additis capitibus tertio, quinto, sexto, septimo et octavo sequitur, aliquantulum a primi Directorii ratione discrepat. Capita enim illa paedagogum agere videntur, qui omnes et singulos motus praescribit, repetitis etiam rebus et verbis quibusdam, quasi nihil prorsus aut retineret animo director, aut suo marte immutare posset. Haec autem minutissima horarum, exercitiorum rerumque omnium designatio non congruit cum primo Directorio, quod aliquam potius libertatem permittit exigitque, ut exercitiorum magister praesenti discipuli sui conditioni ac necessitati sese accommodet, quam rem postulat Ignatius ipse in annotatione decima septima et alias saepe. Compara cum his locis Exercitiorum et cum numeris 34 et 48 Directorii primi numeros 100-102 Directorii secundi.

Nonnulla etiam in hoc offendes, quae vix Mironem scripsisse credideris, quippe qui primos Societatis Patres ipsumque conditorem exercitia tractantem novit. Ex hoc rerum numero est illa properatio n. 95 commendata, quae neque bonam electionem juvabit neque cum praeceptis conuenit, quae de electione Ignatium tradentem in *Directoriis Ignatianis* videmus. Huc ratio spectat proponendorum trium orandi modorum, fere quasi essent totidem vitae Christi mysteria; item quod jubeat auctor, ab initio secundae hebdomadis usque ad finem quartae meditationem quotidie fieri media nocte, quod a mente verbisque Ignatii Patris alienum est. Confer in libello Exercitiorum has notationes: unicam post quintum exercitium hebdomadis primae, tertiam post quintam contemplationem secundae, secundam post alteram tertiae, secundam post primam quartae.

Nisi forte Miro, quo erat animo sanctitatis cupidissimo, ad magnos illos Exercitiorum fructus iterum capiendos, quos ipse desiderabat,

---

[1] Eos notatos vide in Di. 1591, infra, *Directoria recentiora*, I.

hac via esse redeundum putaverit. Sed cum in *Directorium Exercitiorum* publicum ex Directorio primo multa manaverint; modus ille minutissime omnia praecipiendi, qui est in altero, minime pervenit. Nos tamen utrumque vix non integrum in lucem proferimus, primum in textu, secundum in notationibus, tanquam primi variationes.

§ 4. De Aegidii González Directorio

Fuit Aegidius González maximae vir auctoritatis in hispanicis Societatis Jesu provinciis, sub Lainio, Borgia, Mercuriano, Aquaviva supremis moderatoribus [1]. Is creatus Mercuriani assistens in comitiis maximis anno 1573, defuncto Mercuriano et universam Aquaviva Societatem gubernante, in Hispaniam rediit, ubi praeter alia magni momenti munera, praefuit etiam provinciae Baeticae annis 1585-1588, ut supra diximus.

Directorium Aegidii vocamus hoc loco non solum rationes illas tradendorum exercitiorum, quas ipse conscripsit, sed integram illam lucubrationem, in qua hae rationes continentur, quam infra, n. V, ponimus. Ea lucubratio est illa quam litteris BB notatam, antiquae Societatis archivum asservabat, nunc bibliotheca Vittorio Emanuele, Romae, retinet, atque auctor indicis Directoriorum superius exscripti «censuram de omnibus Directoriis in Hispaniam missis» appellavit.

Ex hoc ergo indice novimus in Hispaniam ad Aegidium non modo Directoria Polanci et primum Mironis missa esse; sed alia duo etiam, quorum alterum, notatum littera B, «in archivio inventum» dicitur, alterum, littera D signatum, «Provinciali Franciae» tribuitur.

Satis multa de Mironis ac Polanci Directoriis diximus; laudes illis ab Aegidio datas suo loco invenies. Quale vero Directorium D fuerit, ne conjectura quidem assequi potuimus. Nam etsi ejus auctorem «Provincialem Franciae» [2] fuisse novimus ex anonymo; sed cum «Provincialis» ille inter eos, quorum scripta adhibita sunt ad Directorium variorum conficiendum, non ponatur; rimari non possumus quasnam res Directorium D contineret. Unam profert Aegidius, f. 4, quae ad homines religiosae vitae naturaliter ineptos pertinet, de qua re nihil in nostris Directoriis invenimus.

Quod vero ad illud Directorium pertinet, quod littera B ab Aegidio et ab anonymo designatur, primum quidem nonnulla continet ex iis, quae in Directorio Variorum Everardo tribuuntur; deinde non unum sed complura suspicamur Directoria esse, quae in quibusdam e nostris

---

[1] ASTRÁIN, *Historia de ta Compañía de Jesús*, t. III p. 626.

[2] Primus provincialis Franciae fuit Oliverius Manareus, cum Gallia in duas provincias, Franciam et Aquitaniam, anno 1564 divisa est. Manareo successere Edmundus Hay anno 1571; Claudius Mathieu, a. 1574; Odo Pigenat, a. 1582. Quisnam eorum auctor Directorii D fuerit non invenimus.

codicibus separata nunc habemus. Sunt autem haec tria saltem: Victoriae Directorium, quod inter *Directoria Ignatiana* tertio loco ponimus, Anonyma *B1* et *B2* inter *Directoria antiqua* ex cod. *Instruct. II* exscripta. Accurata enim locorum quorumdam collatio certos nos facit aut eadem fuisse Directoria in codice ad Aegidium ex urbe misso et in codice *Instruct. II*, quamquam alio ordine distributa; aut utraque ex iisdem fontibus hausta esse, aut denique altera ab alteris pendere. Hos locos, quamquam singulos deinde notabimus, juvat hic in unum collectos ante oculos ponere.

In prima columna indicamus res aliquas, de quibus in his Directoriis agitur; in altera folia Directorii Aegidii González in quibus res illae inveniuntur et numeros quibus res eaedem notabantur in codice ab Aegidio Romam remisso; in tertia denique columna notamus folia codicis *Instruct. II* et locos Directoriorum *B1*, *B2* et *Di. Ignat. III* hic editorum, in quibus eaedem illae res leguntur.

	AEGIDII GONZÁLEZ DIRECTORIUM B	INSTRUCT. II
Orandi modi praetermissi	F. 1, nn. 488-489.	F. 18v; B1, ad finem.
De applicatione sensuum ex Polanco	FF. 1 et 3v, nn. 493 (per errorem 494) -504 (err. 405).	F. 19 [1].
Caput 7.um	F. 1, n. 495.	FF. 10-11.
Caput 8.um, De electione	Ibid., n. 505.	F. 11v.
In Exercitiis tradi inaudita quaedam in materia electionis	F. 2v, n. 365.	F. 12v, § 5; B 2, circa finem.
A Christo data, similia esse Scripturis sacris	F. 3, nn. 371-372.	F. 14r, nn. 2-3; B1, initio
De tribus viis	Ibid., nn. 381-386.	F. 14v, nn. 1-6; B1, «Diuisio seu partitio Exercitiorum».
De instituendis hominibus religiosis aliorum ordinum	Ibid., n. 419.	F. 16, n. 1; ibid., «Si sit religiosus alterius».
Electio in virtutibus, gradibus humilitatis	Ibid., n. 424.	F. 16, n. 5 altero; ibid.
De libro communicando	Ibid., n. 426.	F. 16, n. 6 altero; ibid.
De Societatis alumnis instituendis	Ibid., nn. 428-433.	F. 16v, sine numeris. Ibid., «Si sit religiosus nostrae»...

[1] Quae de applicatione sensuum dicuntur in cod. *Instruct. II*, item caput 7.um et 8.um ejusdem codicis, omittimus, quia suo loco inveniuntur in Directorio Polanci, infra, *Directoria antiqua*, I.

	Aegidii González Directorium B	Instruct. II
De Christo praesenti	F. 3v, n. 479.	F. 18; B1 «Vitae genus»... paulo ante finem.
Visitationes etiam sociorum	F. 3v, n. 578.	F. 8; *Di. Ignat. dictata*, [8].
Eos, qui exercentur frequentius invisendos	Ibid., n. 612.	F. 8v; ibid., 6.
«Qui potest capere»...	Ibid, n. 616.	F. 9; ibid., X.
Quae exercitia quibus personis danda	F. 6v, nn. 388-424 etc.	FF. 15-17; B1, sub dicta inscriptione.

Directorium autem Victoriae fuisse etiam penes Aegidium constat ex iis, quae ipse ait de numeris 605-625, collatis cum Victoriae Directorio, quod reperitur etiam in codice *Instruct. II*, ff. 7 et sqq.

Haec itaque ostendunt, Directoria vel Directoriorum fragmenta, in hoc codice asservata, partim saltem eadem esse atque illa, quae Aegidius Directorium B appellavit. Quare etiam nos illa sub eo nomine conjungimus, praeter Victoriae Directorium, quod propter certam a S. Patre originem inter *Ignatiana* reponendum existimavimus.

Quid in his Directoriis Aegidius probaret, reprehenderet, desideraret, in ejusdem lucubratione (infra, n. V) perspicies.

At prudentissimus ille vir non modo quae sibi judicanda missa erant, accuratissime consideravit et illustravit; sed et consilium suum de Directorio conficiendo diligentissime exposuit et insigne Directorium concinnavit. Quod si legere voles, facile intelliges non exiguam publici *Directorii* partem Aegidium parentem agnoscere.

§ 5. De aliis Directoriis ante annum 1591 confectis

Directoria, quae per Aegidium novimus, ante annum 1591 confecta esse certum est. His vero alia subjungimus sex ad idem illud tempus probabiliter pertinentia: anonymum quod italice quidem «Sopra gl'esserciții» incipit, sequitur vero latine; alterum P. Fabii de Fabiis, tertium Granatense, nuper a P. Adelelmo Frias, S. J., repertum; quartum, cui titulus Breve directorium; quintum notationes brevissimae sunt B. Petri Canisii; denique Directorium Pauli Hoffaei, Canisii in provincia Germania regenda successoris, quod magna ex parte ex libro Exercitiorum depromptum est.

Ac primum quidem seu anonymum illud *B3* forte conjeceris partem esse Directorii D ab Aegidio commemorati, qui de eo in f. 2 scribit: «ex prioribus consarcinatum est, brevem tamen et perutilem satisque digestam continet institutionem». Hoc tamen leve fundamentum visum est, ut hoc cum Directoriis ad Aegidium missis conjungeremus, prae-

sertim cum de ineptis ad religiosum statum, de quibus in Directorio D agi videtur, ne verbum quidem in hoc anonymo legatur. Caeterum de auctore nihil, de tempore illa tantum, quae conjectura ex ipsis codicibus colligimus, comperta sunt. Est enim positum ante Anonymum *Bi*, quod ad Aegidium missum credimus, neque a Directorio anni 1591 pendere videtur.

Alterum est illud quod a P. Fabio de Fabiis originem trahit qui ad recognoscenda Directoria designatus in congregatione quinta ab Aquaviva generali una cum aliis est. Fabius de Fabiis, in quo antiquissima romanorum Fabiorum progenies desiit, natus Romae est anno 1542, Societatem ingressus 1567, vita functus 1615 die 12 Novembris postquam multa eaque praecipua gubernandi munera obierat [1].

Ejus Directorium a librario aliquo maxima ex parte, ad finem versus ipsius Fabii manu exaratum est. Continet autem nonnulla prudentissimo homine dignissima, ut ea quae in capite tertio tractanda proponit f. 1, jure postulans ut et finis Exercitiorum universe, et intentio seu scopus praecipuorum exercitiorum explicetur; sed alia tanta aestimatione digna non videntur. Hujusmodi sunt dubia quaedam in quartum caput reservata, et nonnulla ex illis, quae in Directorium annotantur. Adde quod maximi, ut videtur, momenti prae caeteris omnibus, judicat Directorii divisionem in certa capita, ac duos etiam dividendi modos proponit, quorum fortasse neuter cuiquam satisfaciat.

Caeterum hoc opus certe imperfectum est. Declarata enim primum Directorii divisione, absolutisque iis quae in antiquum Directorium dicenda videbantur; subito alium dividendi modum in quinque capita exhibet, quorum primo fusius exposito, aliis brevissime indicatis, redit iterum ad notationes in Directorium, et aliquas denuo attingit, quae prius traditae jam erant.

Hi tamen naevi non tanti sunt, quorum causa nostrum monumentum diutius tenebris obruatur, tum quia utilissima nobis praebet, tum quia de alio Directorio antiquiore nobisque adhuc ignoto certiores nos facit. Affert enim numeros multos et caput quoddam decimum tertium, quae non modo in nullo e nostris Directoriis reperiuntur, sed ne cum reliquis quidem cohaerent, quae in iis commemorantur. Vestigia tamen hujus ignoti Directorii cognosces complura in primo Mironis, quod infra inter *Directoria antiqua*, II, invenies; propinquos locos sub ipsius Fabii Directorio annotabimus.

Directorium tertium, seu Granatense, ignoti auctoris, hoc etiam loco ac tempore collocandum opinamur; non inter prima illa ignatiana; sexies enim afferuntur paginae, quae vulgatae Exercitiorum editioni latinae

---

[1] JUVENCIUS, *Historia Societatis Jesu*, parte V, l. XXV, n. XX; DREWS, *Fasti*, part. IV, p. 185. Vide quoque *Proleg.*, supra, p. 159.

Burgis, in Hispania, anno 1574 factae, respondent, cum unus tantum locus cum illa editione non congruat, qui proinde error scribae putandus est. Ex altera parte non videtur scriptum post annum 1609. Etenim eo anno, die 27 Julii in decreto praefecti sacrae rituum congregationis, die 3 Decembris a Paulo V, pontifice maximo, in beatorum numerum relatus est S. P. Ignatius [1], nec verisimile est post eam rem dictum iri eum a nostro auctore «nuestro P. Maestre Ignatio de Loyola primero fundador della» [de la Compañía de Jesús] [2]. Sed ut illud etiam inter antiqua *Directoria*, seu quae annum 1591 praecesserunt, collocemus, ea nos causa movet, quod in eo multa et clarissima videamus vestigia Directorii Polanci, nec tot neque tam clara Directorii anno 1591 typis expressi et ad provincias transmissi. Confer v. c. quatuor hominum genera, quibus Exercitia traduntur: habet haec auctor noster in capite I, Polancus in capite II, latius ac longe aliter Directorium anni 1591 in capite V. Multos ejusmodi locos annotabimus; vide tamen hic aliquos, qui nihil sunt aliud nisi ex latino in hispanum translationes.

POLANCUS	GRANATENSE
N. 45	C. III
Admoneatur qui se exercet, ut reflectat ad se considerationem, quomodo scilicet hactenus se habuerit ad finem et media, quomodo habere velit in posterum.	Y sea amonestado que estienda la consideración a mirar cómo hasta aquí se ha hauido acerca deste fin y de los medios, y cómo es razón que se haya dende adelante...
N. 62	C. V
Peracta confessione generali, cum ulterius progrediendum est, ut respiret qui exercetur, meditatio de regno Christi ei proponetur, quae bis fiet, mane scilicet et vesperi.	Hecha la confessión general, hauiendo de passar adelante, mientras respira algún tanto el que se ejercita, propóngasele la meditación del reyno de Cristo, la qual hará dos vezes en el día, la vna por la mañana, y la otra por la tarde.
N. 84	C. VIII
Caveat autem instructor ne ipse pro animi sui affectu eligentem ad unam potius quam ad aliam partem inclinet. Sed hoc officium suum esse intelligat, creaturam disponere, ut a suo Creatore vel per inspirationem et motionem affectus vel per discur-	Guárdese el que da los exercicios de inclinarlo más a vna parte que a otra, porque no es su officio esse, sino apareiar la criatura, poniéndola en indifferentia para que sea enseñada del Criador, o por inspiración y motión del afecto o por discurso

[1] *Monum. Ignat.*, ser. 4.ª, II, pp. 945 et 954.
[2] In c. I.

POLANCUS	GRANATENSI
sum intellectus praedictum doceatur, et ei relinquatur totum negotium vocandi eligentem ad hunc vel illum statum, in quo solus ipse potest eum conservare et perficere.	del entendimiento y dexe a Dios todo el negocio de la vocatión, el qual sólo lo puede conseruar y perfectionar en ella.
N. 81	C. VIII
... declarando primum [tempus electionum] obiter, ad secundum transibit...	... declárele el primero tiempo de las electiones, pero obiter, y luego el 2.° explícitamente...

Haec igitur et alia plura cum magis multo inter se conveniant quam cum similibus locis seu rebus Directorii 1591 [1], pronum est concludere Polancum et Granatense in illis rebus inter se pendere magis quam Granatense et Directorium 1591. Praeterea si granatensis auctor Directorium 1591 ante oculos habuisset, non videtur scripturus fuisse quae habet pagg. 19-20 de tribus punctis, quibus aperte illud Directorium adversatur, pag. 57.

Quod si Polancus et Granatense inter se pendeant, multo verisimilius est Granatense a Polanco quam Polancum a Granatensi pendere. Nam constat Directorium Granatense scriptum non esse ante annum 1574, Polancum vero suum scripsisse probabiliter ab anno 1573 ad 1575 [2]; constat in Hispaniam esse missum Polanci Directorium [3], non constat Granatense missum esse Romam.

Quartum in hac serie est «Breve Directorium ad danda vtiliter exercitia spiritualia Societatis». Editum typis est anno 1908, mense Novembri, a P. Paulo Debuchy in CBE, n. 15, *Breve directorium ad danda utiliter exercitia spiritualia, d'après un manuscrit ancien inédit*, depromptum ex archivo generali regni belgarum in urbe Bruxellis, unde etiam nos apographum accepimus. Non existimavimus omittendum nobis hoc Directorium esse, tum ne in hoc volumine deesset, tum quod aliquos illius fontes indicare queamus.

Assentimur P. Debuchy opinanti esse hoc Directorium scriptum ante *Directorium publicum*, quod Societati universae anno 1599 promulgatum est; imo probabilius etiam ante annum 1591, quo primum Directorium excusum et in provincias experimenti causa missum. Cum enim discrimen inter Directoria annorum 1591 et 1599, quod ad rem pertinet, exiguum prorsus sit, accidit ut iisdem rebus ab utroque Breve Directorium differat. In quod praeterea nonnulla videntur potius

---

[1] Cf. *Di. 1591*, pp. 52-53, 66-67 et 71.
[2] Supra, p. 757.
[3] Supra, pp. 757-759.

ex antiquioribus Directoriis, quam ex illo recentiore permanasse. Confer sequentia:

DIRECTORIUM PRIMUM MIRONIS	BREVE DIRECTORIUM	DIRECTORIUM ANNI 1591
C. I Expedit ut qui traditurus est Exercitia totum librum Exercitiorum perlegat et prae manibus habeat, sed praecipue uiginti annotationes...	In Prooemio. Expedit in primis vt qui traditurus est exercitia spiritualia, ea non tantum semel diligenter fecerit, verum vt totum librum Exercitiorum etiam perlegerit et probe nouerit. Deinde et annotationes primas viginti familiares et ad manum habeat...	C. IV ... Qui exercitia traditurus est... ea in se ipso sit expertus... [*Deinde multis interpositis de instructoris partibus, auctoritate, humilitate etc. pergit:*] Illud autem in primis necessarium, vt qui exercitia traditurus est, totum librum Exercitiorum perlegerit eumque prae manibus habeat, et praesertim annotationes et regulas.
IBIDEM Inuisitur semel aut saepius quotidie is qui facit exercitia. Quando invisitur qui exercetur, ratio punctorum exigenda est...	POST INITIUM Visitandus est qui exercetur semel aut bis diebus singulis. Quando porro inuisitur, interrogetur generatim quomodo se habeant rationes ejus, deinde speciatim exigatur ratio punctorum singulorum...	IBIDEM ... Videtur autem expedire vt quotidie semel eum adeat, neque tamen saepius... Igitur quodcumque tempus elegerit ad eum inuisendum, cum ad ipsum venerit, interrogabit... [*plura, nihil de «ratione punctorum singulorum»*].

Idem perspicias collatis locis qui sequuntur:

EX DIRECTORIO PRIMO MIRONIS	EX BREVI DIRECTORIO	EX DIRECTORIO 1591
C. I, n. 15.	Ante paragr. «Moneatur».	C. IV, pp. 22-23.
C. II, n. 23.	«De prima hebdomada» initio.	C. VII, p. 39.
Ibid. n. 26.	Ibid. «Postremo» et «Aduertendum».	C. IX, p. 42.
Ibid. n. 27.	Ibid. «Deinde vt seruetur».	Nullibi illud «sub nocte, si fieri potest, proponetur primum, 2.m et 3.m exercitium».

EX DIRECTORIO PRIMO MIRONIS	EX BREVI DIRECTORIO	EX DIRECTORIO 1591
C. II., n. 37.	Ibid. «Ceterum».	C. X, p. 46.
Ibid., n. 38.	Ibid. «Dum vacat».	C. XI, p. 50.
C. III, n. 54.	«Hebdomada 2.ª», «res autem».	C. XV, pp. 68-69.
Ibid., n. 57.	Ibid. «Caeterum».	Ibid., p. 81.
Ibid., n. 66.	Ibid. «Regulae ad victum».	C. XVII, pp. 91-92.

Unde clarissime patet, multo arctius inter se conjungi Breve Directorium cum primo Mironis quam cum Directorio anni 1591. Cum autem Breve Directorium plerumque latius explicet ea quae communia habet cum Directorio primo Mironis; aut Miro Breve directorium in brevius compendium redegit, aut Brevis Directorii auctor primum Directorium Mironis aliquantulum evolvit. Illud primum verisimile non est, cum Miro primum Directorium a se concinnatum duplo majus in secundo fecerit. Itaque Directorium primum Mironis antiquius quam Breve Directorium esse concludimus.

Praeterea inter illa quae ad Aegidium González missa sunt et ab ipso Romam remissa, Breve Directorium fuisse non videtur. Nam Directorium A erat Polanci. De Directorio B ea dicit Aegidius quae «Brevi» non conveniunt; in hoc enim omnia inter se constant, nullibi dicit hujus auctor se praetermittere quae spectant ad orandi et meditandi modos etc.; nullibi est «Cap. 7.um» etc. In alio Directorio sub eadem littera B posito, num. 506, affertur P. Everardus Mercurianus, qui nullibi apparet in «Brevi»; neque hic de electione dicuntur «inaudita quaedan et stupenda» etc. Sub eadem littera B aliud est anonymum, num. 509, de quo dicit Aegidius: «Pauca quaedam habet, quae excipi possunt; caetera in aliis copiosius traduntur»; ex qua brevissima notatione nihil efficitur. De Directorio C seu Mironis tria dicit, quorum secundum et tertium huic Brevi conveniunt; at tria primo Directorio Mironis conveniunt, ut supra diximus. Denique in Directorio D aliquid erat de hominibus ad religiosum vitae genus ineptis, quod frustra in Brevi quaesieris.

Accedit deinde B. Petrus Canisius, illustrissimum illud Germaniae lumen, qui Exercitiorum Directorium scribere etiam voluisse videtur. Sunt enim in cod. *Can. 5*, f. 23v, notationes quaedam ipsius manu scriptae quibus hunc titulum ipse praeposuit: «Modus tradendi exercitia»; quem commentariolum paginae duae et dimidia vacuae subsequuntur.

Quando haec scripserit, non constat; certe ante annum 1598; nam die 21 Decembris 1597 mortuus est. An etiam ante annum 1591, nescimus. Sed quoniam ad Directorium eo anno typis exscriptum non referuntur, illa hoc loco reponenda opinamur. Inedita, quantum scimus,

adhuc sunt. Brevissimam eorum mentionem fecit Flor. Riess, S. J., *Der selige Petrus Canisius*, Freiburg in Br., 1865, p. 493. Nos haec P. Ottoni Braunsberger, S. J., Canisii actorum indefesso vestigatori, accepta referimus.

Huic seriei Paulus Hoffaeus, secundus a B. Petro Canisio Germaniae provinciae Societatis Jesu moderator, finem imponit.

Paulus Hoffaeus, natione germanus, patria bingensis, ad Rhenum in dioecesi moguntina, cum inter primos collegii germanici in urbe clientes anno 1552 adscitus esset, ab ipso S. Ignatio in Societatem Jesu admissus est. Compluribus muneribus cum in Italia tum in Germania praeclare functus, mortem obiit sanctissime anno 1608, Ingolstadii [1].

Quod ad ejus Directorium attinet, nullam mentionem Directorii anno 1591 typis descripti facit, neque ab aliis Directoriis quae hoc praecesserunt, pendere magnopere videtur; aliqua tamen illis communia continet, quae suis locis annotabimus. Adhaeret Vulgatae versioni Exercitiorum, cujus annotationes complures saepe verbum de verbo transcribit, raro idque leviter immutat. Primos locos illos ex Vulgata ad verbum depromptos non putavimus afferendos. Illud in hac re notandum est: cum annotationibus decimae et decimae septimae declarationes auctoritate congregationis quintae a Claudio Aquaviva in editione Exercitiorum anni 1596 additae sint; Hoffaeus, qui, ut modo diximus, etiam sententiam interdum liberius citat, declarationes illas non adhibet, id quod nobis indicio est editionem antiquiorem ab illo esse usurpatam.

Hujus opusculi Sotuellus non meminit, cum Pauli Hoffaei scripta recenset [2]. Sommervogel illud inter opera Hoffaei mss. collocat [3]. Nos quoniam exemplar antiquius nacti non sumus, fide majorum contenti, hoc Directorium ex eo quod in Collectione Bibliothecae Exercitiorum P. H. Watrigant typis exscripsit [4], deprompsimus. Neque enim omittendum hoc erat, cum sit unicum, ex Directoriis quidem quae nos vidimus, quod de exercitiis hominibus compluribus simul tradendis agere videatur, resque non paucas contineat lectu dignissimas, quas in caeteris Directoriis non invenimus.

Atque haec sufficiant de Directoriis antiquis. Fortasse annis labentibus ea quae sunt in indice superius allato e tenebris in lucem prodibunt omnia, quae nunc maxima ex parte nos latent. Unum (praeter illa quae in hac collectione in lucen damus) invenimus Romae, in bibliotheca Vittorio Emanuele, Directorium Eduardi Pereyra, hispanice, et ejusdem versionem italicam. Imperfectum illud quoque est, in Directorium publicum parum contulisse videtur et quaedam continet quae ab

---

[1] Nat. Sotuellus, *Bibliotheca*, pp. 648-649.
[2] Ibid.
[3] *Bibliothèque*, IV, 423.
[4] N.° 35, Septembre 1911, *Duo antiqua Exercitiorum Directoria*, Enghien, Belgique

ordine Exercitiorum valde recedunt. Ideo aliquam tantum in ima pagina notitiam hujus codicis praebemus [1].

ARTICULUS III

DIRECTORIA RECENTIORA, AB ANNO 1591 AD 1599

Ex Directoriis, de quibus hactenus dictum est, quorum maxima pars nunc primum in omnium adspectum profertur, contextum fere est Directorium typis collegii romani in urbe excusum anno 1591, quod in provincias experiundi causa jussu P. Aquaviva transmissum est. Hanc editionem denuo vulgamus sumptam ex illo exemplari, quod exstat in bibliotheca Facultatis philosophiae et litterarum matritensi, «130-9, 44829» [2]. Et quidem ita vulgamus, ut non modo orthographiam,

[1] Est vol. religatum pergamena magnitudinis 0.226 × 0.173. In facie prima externa legitur: «Directorium P. Eduardi Pereyra». Continet 2 ff. pura, quorum alterum signatum est n. 1; in f. 2 «Prologo, De la importancia y dificultad de dar bien los Ejercicios». In marg.: «El modo que un Padre (a quien el P. Villanueua dió los exercicios) ha tenido en darlos, al qual P. Villanueua, se los auía dado nuestro P.e M.o Ignaçio». Fol. 3, de persona aggredienti exercitia; f. 4, de humilitate ad fructum ex illis capiendum necessaria; f. 5v, satisfacit objicienti cur magistro exercitiorum animi motus aperiendi sint; f. 6, de scientia practica et speculativa, quam vocant.

F. 7 De fine primae hebdomadis (ad quem persequendum est adhortatio quaedam); f. 10v, «De la oración y meditación»; f. 16, «De otro medio» ad cognoscendum seipsum; «El fundamento», Deus causa hominis efficiens, exemplaris, finalis. De fine creaturarum. F. 18v, «Cotejar los medios con el fin». F. 19, «De la Penitencia». F. 21 «De la Indifferençia»; f. 21v, «Desta Indiferençia» uberius exponitur; integrum diem tribuit fundamento. F. 24v, «Examen». F. 26, «Primera meditación». F. 31, «De las cosas de que se le ha de pedir cuenta cada dia o de algunas de éstas». F. 32, «Cómo sería bien que se aparejase el que a de dar el exerçiçio»... F. 32v, ad finem, «De las cosas de que a de auisar al exercitante»... F. 34, Sequuntur additiones. Singulis meditationibus assignat diem integrum «haziéndola cada día 4.° uezes». F. 36, «De otras cosas que ay que auisar al exercitante». F. 37, De duobus orationis impedimentis. F. 42, «Aúisele también de cómo se a de auer en la lectión». F. 43, Sequuntur colloquia cum Christo cruci affixo. F. 46, «Para antes de la comunión». F. 48, «Al hazimiento de gracias».

F. 49v, «La segunda semana destos ex.os». Prooemium circa textum «Ego sum via»... F. 51v, Proponit ordinem meditationum secundae hebdomadis quem Pater ille habebat estque hujusmodi: Primo die de incarnatione ac nativitate; secundo die de pastoribus ac de regno Christi; tertio die de circumcisione et de tribus hominum classibus; quarto die «de los reyes y los tres grados de humildad para offreçerlos por los tres dones al Señor»; die quinto «del templo, aquí la primera electión por punctos para que medite en ellos»; die sexto fuga in Aegyptum et remansio in templo; die septimo de baptismo Christi ac de deserto; die octavo vita Christi usque ad vocationem apostolorum «y aquí darle el exerçiçio de las dos uanderas»... F. 52v De colloquio. Deinde usque ad folium 82 eadem haec exercitia exponit, interpositis quibusdam rebus quas a se exercenti exquirere oportet, et historia viri cujusdam qui se ad religionem vocari sentiebat, nequc vocantem sequi volebat.

FF. 83-90 pura.

[2] De reliquis hujus directorii editionibus consule, *Directoriorum Bibliographiam*, infra, in Appendicibus.

sed formam etiam litterarum, italicam, communem, majusculam, ornatam retineamus.

Exemplar manu scriptum, quod huic editioni adamussim respondeat, non invenimus. Parum tamen, ut in Notitia codicum diximus, ab ea differt Directorium Variorum [1]. Capitum viginti duorum, e quibus Directorium anni 1591 constat, unum tantum, vigesimum primum, in Directorio Variorum desideratur; res de quibus in utroque opere agitur eaedem sunt, eadem dispositio, idem tractandi modus, verba plerumque eadem. Discrepant tamen inter se aliquibus locis, quos in imis paginis seu infra textum annotabimus. Ibidem, sed majusculis litteris, atque ex eodem Directorio Variorum sumpta, nomina etiam exscribemus eorum Patrum, e quorum scriptis Directorium anni 1591 confectum est. Quisnam Directorium Variorum concinnaverit, incompertum est. Utebatur ille Exercitiorum editione, quae Burgis in Hispania facta est anno 1574, hujus enim editionis paginae sunt, quas bis citat, semel in capite V (v. infra, p. 29 Di. 1591), semel in capite X (v. infra, p. 45 ejusdem Di.).

Jubebantur autem Societatis sodales, si cui «ex usu atque experientia quippiam occurreret, quod vel addi vel commodius dici posse» videretur, id ad Patrem generalem deferre [2]. Testatur vero P. Jacobus Dominicus, Patri Aquaviva a secretis, in epistola ad universam Societatem data primo die Octobris anni 1599, id nonnullos praestitisse, et quae ipsi notassent in urbem missa et a Patribus designatis in quinta congregatione generali ad Directorium recognoscendum, diligenter discussa esse. Congregatio autem quinta protracta est praeside Claudio a 3 Novembris 1593 ad 18 Januarii 1594 [3]. Inde certo scimus annotationes illas, quarum meminit Dominicus, conscriptas esse ab anno 1591 ad 1593. Ex eorum numero sunt ea omnia monumenta, quae infra, post Directorium anni 1591, ponemus, quamquam in eorum quibusdam affirmatur esse aliqua responsa manu P. Polanci scripta. Sed hoc falsum est. Etenim praeterquam quod litterarum forma omnino a polanciana differt; omnia illa notata paginas afferunt Directorii anno 1591 editi, id quod cuique per se in hoc nostro volumine periclitari nullius negotii labor erit; Polancus vero anno 1576 vita functus erat.

Prima ergo sunt Notata P. Fabiani Quadrantini, altera P. Adalberti Theobulcii, quaterna reliqua ignotorum auctorum. Scimus autem, notata illa quae numero IV ponimus, e provincia neapolitana, quae numero VI, Cracovia missa esse. De binis reliquis (nn. V et VII) nihil expiscari potuimus, nisi illud quod ex eorum collatione cum Directorio 1591 conficitur: haec sicut caetera ad hoc *Directorium* referri, cujus, ut diximus, paginae in sex monumentis commemorantur perpetuo.

Quae omnia quoniam ignoramus quo temporis ordine scripta sint,

[1] Vide Notitiam codicum, supra, p. 210, **Codex XIV.**

[2] In Prologo ejusdem editionis.

[3] *Institutum Societatis Jesu*, Florentiae, 1893, t. II, p. 262.

quinque collocamus eadem serie, qua in bibliotheca Vittorio Emanuele asservantur, unum in fasciculo 1353, quatuor in 1594; locum sextum illi tribuimus quod unum post multa naufragia penes Societatem Jesu retinetur.

Primum itaque invenies quae nomine Fabiani Quadrantini in urbem perlata sunt. Existimamus autem opusculum Quadrantino tribui debere, non auctoritate freti scribae illius itali, qui notationes quasdam involucro apposuit; nam is cum graviter erraverit eodem loco responsiones Polanco tribuens, quae Polanci certe non sunt, facile quoque potuit errare, auctorem opusculi Quadrantinum faciens; sed Fabianum auctorem putamus, quia opusculo subscriptum est nomen Fabiani Quadrantini eadem forma litterarum, qua reliquum scriptum. Quare aut totum est autographum Quadrantini (cujus alia scripta non vidimus) aut integre transcriptum a librario; quem sine causa certa e suo penu nomen Quadrantini deprompsisse, putandum non est.

Natus erat Fabianus Quadrantinus in oppido Stargard, in Borussia, lutheranis parentibus, anno 1544; aetatis 24 catholicam religionem amplexus, annis vero 1570-1574 alumnus collegii germanici in urbe, tum sacerdos factus in patriam rediit. Ibi postquam rem catholicam in Varmia et maxime in Livonia diligentissime fovit, anno 1588 in Societatem Jesu allectus est. Orator egregius, Annae austriacae, Poloniae reginae, a confessionibus et a concionibus, mortuus est anno 1605 [1].

Anno 1591, quo Directorium excusum et in provincias missum est, socius erat Quadrantinus magistri novitiorum in tirocinio rigensi (Riga) paulo ante restituto [2]. Igitur quo tempore Notata illa scripsit, id est ab anno 1591 ad 1593, tres, summum quinque annos in Societate numerabat. Modus tamen loquendi, plena Exercitiorum cognitio, quam auctor fere semper prodit; longiorem usum ostendunt, quam plerumque acquiri quadriennio soleat. Attamen Societatem ingressus Quadrantinus est aetate maturus usuque rerum edoctus valde. Si ergo is fuit harum notationum auctor, nova ratio accedit, cur Polanco responsiones non addicamus. Polancus enim vita cessit annis duodecim antequam in Societatem Quadrantinus cooptatus est. At quamvis alius ejusdem nominis esset, tamen impedit quominus earum notationum auctorem habeamus Polancum, non solum concors inter haec Notata et Directorium a. 1591 paginarum numeratio, sed Judicium etiam Patrum deputatorum, quorum postremae responsiones decem, a 15 videlicet ad 24, Quadrantini propositis respondent. Videbis non pauca ex iis in *Directorium* anni 1599 transiisse.

---

[1] ANDR. STEINHUBER, *Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom*, P. I., ed. 2, pp. 83-347; CARL. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, t. VI, 1323.

[2] *Lituanicarum Societatis Jesu Historiarum libri decem*, auctore STANISLAO ROTOWSKI, recognoscente JOANNE MARTINOV ejusdem Societatis presbyteris, Parisiis, Bruxellis, p. 177.

Pauca deinde quaedam P. Albertus Theobulcius in Directorio anni 1591 desiderat, e cujus annotationibus aliquae etiam ad *Directorium* anni 1599 concinnandum utiles fuerunt.

Natale oppidum Theobulcio (quem alias Theobolcium vocant) fuit Ujazd Minoris Poloniae anno 1535; Societatem ingressus est 4 Aprilis 1561, Vindobonae (Wien) in Austria. Anno 1575 in patriam una cum primis polonicae provinciae auctoribus reversus, annos fere viginti litteras humaniores docuit. Hoc itaque munere fungebatur annis 1591-1593, quo tempore illae notationes scriptae sunt. Obiit anno 1611 [1].

Quae vero numero IV continentur, anonyma quiden sunt. At ea esse ex provincia neapolitana atque ejus nomine Romam ad congregationem quintam anno 1593 allata, aperte colligitur ex Judicio deputatorum pro Directorio recognoscendo. Ajunt enim hi Patres initio: «Provincia neapolitana petit» etc., et in fine: «Coeperunt legi quae allata sunt circa Directorium, et primo quidem ex provincia neapolitana, et responsio affixa est margini singulorum capitum propositorum» [2]. Jam vero haec capita et responsiones tam in hoc monumento quam in Judicio illo reperiuntur maxima ex parte; quatuor quidem Judicio absunt, sed his in nostro monumento apponitur littera O. Hanc italus quidem annotator interpretatur adverbio «Optime». Sed cum istorum capitum neque ulla fiat mentio in Judicio neque ratio habita sit in Directorio publico conficiendo; rectius dixeris, litteram illam significare «Omissum» vel «Omittatur», vel aliud simile.

Has responsiones esse Polanci non posse, apertum ex dictis est. Accedit quod bis commemoratur in iisdem responsionibus Polancus, id quod ille in scriptis facere suis non solet.

Circa Observata cracoviensia (n. VI) illud tantum dicendum, quod jam supra significavimus, ex ipso monumento originem innotescere, atque ex concordia ipsorum cum Directorio anni 1591 authentica esse habenda.

Neque aliud quidquam habemus dicere de annotationibus anonymorum X et Z.

Sex itaque saltem monumenta Romam missa sunt ante annum 1593, quo maxima Societatis comitia quinto sunt coacta. Ab iis Claudio Aquavivae totius Societatis moderatori negotium datum est, ut Directorio recognoscendo Patres aliquos designaret, Claudius decem illos constituit quos supra nominavimus [3].

Hi ergo Patres, praefecto Aegidio González, ea quae ex provinciis allata erant diligenter expenderunt, de iisque Judicium tulere, quod

---

[1] Sommervogel, ibid., t. VII 1963; El. Guilhermy, S. J., *Ménologe, Germanie,* 20 Dec.

[2] *Directoria recentiora,* VIII, ad finem.

[3] In *Proleg.*, p. 159.

infra, ante *Directorium* publicum, anno 1599, promulgatum, proferimus.

Denique hoc ipsum *Directorium* ponimus, quod omnibus praecedentibus improbo labore coagmentatum norma exercitiorum tradendorum tutissima est.

Jam vero si primam editionem, anno 1599 Florentiae factam, cum postrema editione, etiam florentina, anni 1893, quae in vol. III operis *Institutum Societatis Jesu* invenitur, comparaveris; nullum alicujus momenti discrimen inter utramque invenies. In prima illa editione capita ita inscribuntur, ut praecedat titulus, sequatur numerus; in hac postrema, contra; Ignatius, auctor Exercitiorum, dicitur Beatus in hac postrema, minime in prima illa, nisi semel tantum in ipsa Directorii inscriptione. Pauca praeterea sunt minoris etiam momenti, quae omnia in imis paginis annotabimus, exceptis tamen manifestis typographorum erratis, ut *virrutum* pro *virtutum*, aliisque paucis hujusmodi. Ita fiet ut et studiosi antiquitatis antiquam editionem oculis lustrent, et qui novissimam, auctoritate Societatis Jesu publica ornatam, malunt, hanc etiam habeant, una mutata scribendi ratione, quam nos, exemplar antiquum in textu exhibentes, ex antiquo etiam exemplari mutuamur.

Quod ad reliquas notationes attinet, duplicem earum ordinem apponimus: alteras ex ipsa editione principe, alteras ex editione florentina anni 1893 desumptas. Primae illae locos scripturae Sacrae Constitutionum Societatis Jesu, libri Exercitiorum, semel Pauli III breve (quod perperam dicitur bulla) referunt; has fere omnes repetit, identidem complet, editio anni 1893. Haec praeterea genus alterum notationum adjungit, singularum paragraphorum argumenta breviter complectens. Utrasque notationes non in imis paginis collocamus, sed suis locis ad latus apponimus, qua via rationem etiam editionis utriusque imitamur.

Et quo facilius harum notationum origo dignoscatur, italicis typis, prout in utraque editione scriptae sunt, notationes describimus, quae ad editionem principem pertinent, praeter duas ad Prooemium spectantes, quae communibus litteris scribuntur, ut a Prooemio, quod italicis exscriptum est, distinguantur. Notationes ex Directorio anni 1893 acceptas crassioribus formis excudimus.

Postremo epistolam P. Jacobi Dominici, Prooemium, capitum inscriptiones, judicium P. Virgilii Cepari, facultatem vicarii florentini litteris italicis, reliquum textum omnem communibus, id quod in editione factum est, exhibemus. Initia capitum majoribus litteris (ornatis quoque in epistola Dominici, in Proemio et in capite primo) quae editionis principis similitudinem quodammodo referant, exhibenda etiam censuimus.

Sed huic Praefationi finem imponentes praecipuam laudem gratique animi significationem libentissime persolvimus R. P. Henrico Watrigant, S. J., optime de hac praesertim nostri voluminis parte merito, quippe qui non modo Directoria annis 1591, 1599, 1600 edita aliaque subsidia nobis commodato misit; sed complura etiam inedita monumenta manu scripta, ex iis maxime Directoriis, quae in romana bibliotheca Vittorio Emanuele asservantur, nominatim Directoria Polanci et Aegidii Gonzalez, in nostris Monumentis primam lucem aspicere, potius quam in sua Collectione Bibliothecae Exercitiorum, jure cedens suo, voluit. Cujus humanissimae liberalitati utinam Deus aeternum gloriae pondus accumulet.

A

DIRECTORIA IGNATIANA

I

DIRECTORIA IGNATIANA AUTOGRAPHA [1]

[1] TRANSLADO DE UN PLIEGO DE MANO DE N. P.E, SACADO DEL ORIGINAL [a] PARA DAR EXERCICIOS

Puédense mostrar las primeras annotaciones y antes puede ayudar que el contrario [2].

[a] *Quae praecedunt desiderantur in Vat. et eorum loco legitur tantum:* P. Ign.; *in Na.* ✠ Jesús. Annotaçiones sobre los exerçiçios; *et Manu Natalis* que tenían en Euora.

[1] Ex apographo antiquo in cod. *Instruct. II,* f. 6r et v. Integra praeterea sunt et impermixta exemplaria in *Cod. Domenici,* ff. 181-184; in *Cod. Rom. III,* ff. 50-52; in *Cod. Bruxell.*, ms. 2847, ff. 29-31v.—Cap. [1] «Para dar exercicios» est in *Cod. Vatic. I,* f. 167v.

Cod. *Instit. 221,* quem hic vocabimus «Na», continet capita [2] «Directorio de los exercicios de la segunda semana» et [3] «Directorio cerca de las electiones» in ff. 269-270, utrumque cum annotationibus P. Natalis; caput vero [1] «Para dar exercicios», in f. 308. At finito hoc capite verbis «eleuación de mente», sequitur in f. 309 titulus: «Jesús | Annotaciones sobre los exercicios» sub quo totum illud continetur Directorium, quod incipit «No pareçe que conuiene» et desinit «que les ha aprouechado» f. 314r, totum scilicet Directorium, quod Victoriae dici solet, et a nobis infra seorsum edetur. Huic subjicitur caput tertium ignatianum «Directorio acerca de las electiones» quod desinit «y ua discurriendo», f. 314v, sine ullis hoc loco notationibus Natalis. Haec monemus, ut recte intelligatur hujus codicis descriptio in *Epist. Nadal,* IV, 7-8, neve quispiam existimet, unum idemque esse Directorium, idque pari jure ignatianum, a f. 308 ad f. 314.

Denique Ignatiani hujus Directorii tertium caput seu «Directorio cerca de las electiones», iteratur in cod. *Instruct. II,* ad f. 10, et in cod. *Domenici,* ad ff. 195-196.

Versio latina, eaque parum accurate facta, quae olim collegii Societatis ruraemundensis (Roermond, in Hollandia) erat, nunc Bruxellis servatur. Primus idem Directorium hispanum (quod multis ante annis repositum a nobis ad hanc collectionem erat) ex codice bruxellensi et typis exscripsit et facsimili quod vocant, expressit, et duabus versionibus latinis, antiqua illa ruraemundensi et recenti a se confecta, peritissime illustravit P. Petrus Bouvier, S. J., in libello *Directoire composé par Saint Ignace,* Paris, 1917. Idem versionem ruraemundensem jam ediderat in libello *Recherches de science religieuse,* Mai-Septembre, 1916.

Italice translata sunt ejusdem Directorii capita secundum et tertium. Hujus translationis alterum exemplum vidimus in Bibliotheca Vittorio Emanuele Romae, «Fondo Gesuitico, 1594-13», in marg. «3723»; alterum in nostris mss., quae duo nulla re magni momenti neque inter se neque ab originali hispano differunt. Aliqua tamen eorum notamus in variationibus, sumpta lectione ex romano exemplo cujus forma scribendi videtur accuratior. Scribit enim *Direttorio, essercitii, seconda, mesi* etc. ubi nostrum ponit *Directorio, exercitii, secunda, messi* etc.

[2] P. Petrus Bouvier, S. J., in libello *Directoire Compose par Saint Ignace,* p. 33, annot. 1, optimo consilio judicat hunc locum melius a P. La Palma referri quam a ver-

Sea el lugar donde los ha de hazer quanto menos [a] pueda ser uisto [1], ni platicar con ninguno, dándose exactamente los [b] exercicios.

Ni coma [c] ni [d] beua sino lo que pidiere [e].

Mejor [f] es, podiendo [g], que otro le [h] confiese, y [i] no el que le da los exercicios.

Siempre el que le da [los ejercicios] le demande [j] de consolación y desolación y lo que ha passado por él en el exercicio o exercicios que ha hecho después que [k] la última uez le [l] habló.

Entrando en los tres o quatro tiempos de election, especialmente se encierre, sin querer ueer ni sentir cosa que non sea de arriba.

Antes de lo qual inmediate le [m] disponga a estar en todo resignado [n] a consejos [2] [o] o a preceptos.

Para estar más dispuesto a mayor gloria diuina y a su mayor perfectión, le disponga a desear más los consejos que los preceptos, si Dios fuese más dello seruido.

Le disponga y haga capaz [3] que son menester mayores señales de Dios para los preceptos que para los [p] consejos, pues Xpo. N. S. aconseja a los consejos y pone difficultad en el [q] posseer haziendas [4], lo que se puede en los preceptos.

---

[a] monos *Brux.*—[b] los *Rom.*, *Vat.*, *Brux.*, *Na.*, *Do.*, dos *perperam ms.*—[c] como *Brux.*—[d] *Sic recte Rom.*, *Brux.*, *Na.*; ne *perperam ms. et Do.*—[e] *Bouvier edit* pcdiere, *forte ex errore tipographi; est enim* pidiere *etiam in Brux., ut in reliquis omnibus codd.*—[f] *Bouvier edit* meyor *perperam.*—[g] *Archaica forma, quae est etiam in Rom., Do. et Na.;* pudiendo, *forma recentior*, *Brux.*—[h] lo *Brux.*, *caeteri* le.—[i] que *Vat.*—[j] remande *Brux.*—[k] de *Vat.*—[l] que le *Vat.*—[m] In mediate mente lo *Brux.; reliqui omnes ut ms.*—[n] *Sic Brux., Rom., Na.;* resignando *ms.; Do. prius* resignando, *nunc* resignado.—[o] consejo *omnia mss.*—[p] *Deest in Rom., Vat., Na.; hunc locum aliquis emendavit in Do., ita ut legatur:* Son menester mayores señales dc Dios, que para los preceptos, para los consejos, *perperam etsi sententia vera est; sed tamen tota oratio aliud postulat. V. annot. 3.*—[q] *Deest in Vat.*

---

sione ruraemundensi, id quod necesse erat, cum Palmensis Directorium Ignatianum ipsis Ignatii verbis hispanis proferat, non ex latino transferat. Illud autem hispanum «mostrar» quod vertit id. cl. Pater per verbum ostendendi, non putamus hoc loco id significare, sed potius «explicare, docere, instruere», ut alias frequenter apud auctores illius temporis et apud ipsum Ignatium.

[1] Latine *videri*, non *invisi*, quod est *ser visitado.*

[2] Intelliguntur maxime consilia illa evangelica paupertatis, castitatis et obedientiae, quae etsi extra religiosos ordines observari possunt, praesertim tamen in ordinibus religiosis observantur.

[3] Instruat ut intelligat. Sententia vero, quam intelligi oportet, non est requiri plura signa ad hoc ut sciamus teneri nos ad praecepta, quam ut sciamus utrum vocemur ad consilia sequenda necne, quod est absurdum; sed requiri clariora signa ad repudianda quam ad amplectenda consilia. Ratio autem est quia Christus in Evangelio omnes in universum ad consilia sequenda invitat, nunquam in universum ad consilia non sequenda, imo salutis impedimenta dicit esse divitias, quas tamen licite habere possunt, qui solis praeceptis contenti sunt.

[4] Cf. MATH., XIX, 24; MARC., X, 25; LUC., VI, 24; XVIII, 23-25.

Declarando la primera parte della elección [a], donde no se puede hazer fundamento para buscarla, deue uenir a la segunda.

La segunda, que es de consolación y desolación, deue declarar mucho qué cosa es la consolación, yendo por todos sus miembros [b], como son paz interior, gaudium spirituale, esperança, fee, amor, lágrimas y eleuación de mente, que todos son dones del Espíritu Sancto.

La desolación es el contrario, del espíritu malo y dones [c] del mismo, así como guerra contra la paz, tristeza contra gaudio spiritual, esperanza en cosas baxas contra la esperança en las altas; así el amor [d] baxo contra el alto, sequedad contra lágrimas, uagar la mente en cosas baxas contra la eleuación de mente [e].

[2] DIRETTORIO DE LOS EXERCICIOS DE LA SEGUNDA SEMANA DE N. PRE. INATIO [f]

Los que en la primera semana no mostrasen mucho feruor y deseo de yr adelante para determinar del estado de su uida, mejor será dexar de dar los de la segunda semana, a lo menos por un mes o dos.

Los que tienen [g] mucho deseo de passar adelante para determinar de su estado, después que acabaren su confessión general, aquel día y el que se [h] comunicaren, pueden [i] dexarse reposar [j] hasta la mañana [k] siguiente [l] sin [m] darles exercicio ninguno a modo de exercicio, aunque alguna cosa ligera podría dárseles, como de preceptis Dei [n].

El que da los exercicios no deue lleuar el libro dellos para de allí leérselos, sino que tenga [o] bien estudiado lo que ha de tratar.

Mejor es, a quien tiene tiempo, no [p] lleuar escriptos los puntos, sino, hauiendo declarado la materia, dictársela a él mesmo [q] de su mano. Quien no tiene tanto tiempo, puede lleuárselos en escripto [r] y dexárse-

---

[a] elección *Brux.*—[b] *Sic Brux. et ceteri praeter Inst., qui habet* membros.—[c] *Sic, numero plurali, in omnibus codd.; neque est cur separetur* don es, *ut facit Bonvier, praesertim cum paragrapho praecedenti dixerit etiam numero plurali* dones del Espíritu Sancto.—[d] así el más *Brux.; vitiosa lectio, non enim apparet quis sit* el más bajo; *contra, bene intelligitur* el amor bajo, contra el alto. *Est enim oppositio membrorum hujus et superioris paragraphi inter se. Translator ruraemundensis omisit hoc membrum, forte quia sensum nullum vidit.*—[e] la deuoçión de monte *Brux.*—[f] *In marg. cod. Na., loco superiorum 4 vv. legitur* I.us, *id est* Ignatius.—[g] tenien *Brux.*—[h] *Deest in Na.*—[i] puedan *Brux.*—[j] repozar *Brux.*—[k] in sequentem septimanam *Rur.*—[l] fasta la mañana siguiente *deleta sunt in Na.*—[m] *Bonvier legit* ni *vertitque* et non; *videtur tamen Brux., ut caeteri, exhibere* sin, *littera tamen* s *partim oblitt. Sensus idem est, sed constructio melior cum particula* sin.—[n] *In Na., manu Natalis add.:* porque, vltra de reposar del trabaio passado, se han de recrear en dar gracias a Dios por la merced rescebida, y alegrarse y gozar de la misericordia del Señor.—[o] *Bouvier legit* venga *vertitque* veniat; *videtur tamen Brux., ut caeteri exhibere* tenga, *quod est* teneat *seu* habeat; *ital.* abbia ben studiato. *Etiam Di. Mi., infra, Di. Antiqua, II; n. 7, aliique.*—[p] *Rur. omitt. hoc* non, *necessarium tamen, ut sententia sibi constet.*—[q] dictárselos (ditárselos *Brux.)* a él mesmo que los escriua *Rom. et Brux.;* dictárselo y él mesmo que los escriua *Na.*—[r] puede lleuarlos escriptos *Na.*

los. Pero de una o de otra manera deue, el que da los exercicios, declararlos conforme al [a] libro dellos [b] y dexar solamente los puntos en escripto succintamente puestos.

[3] DIRECTORIO ACERCA DE LAS ELECTIONES

Primeramente [c] se deue [d] insistir en que entre en las [e] electiones el que las ha de hazer, con entera resignatión de su uoluntad; y si es possible que llegue [f] al 3.° grado de humildad, en que de su parte esté más inclinado si fuesse [g] ygual seruicio de Dios, a lo que es más conforme a los consejos [h] y exemplo de Xpo. nuestro Señor. Quien no está en la indiferencia del 2.° grado, no está para ponerse en electiones, y es mejor [i] entretenerle en otros exercicios hasta que uenga a ella.

Entre los tres modos de hazer elección, si en el primero Dios no mouiese, déuese insistir en el segundo, de conocer su uocación con esperiencia de consolaciones y desolaciones; en manera que procediendo [j] en sus meditaciones de Xpo. nuestro Señor, mire, quando se hallara [k] en consolación, a quál parte Dios le mueua; y asímesmo en desolación; y déuese bien declarar qué cosa sea consolación, que es tanto como alegría espiritual, amor, esperança de las cosas de arriba [l], lágrimas y [m] todo mouimiento [n] interior, que dexa el ánima en el Señor nuestro consolada. Lo contrario desto es desolación: tristeza, desconfiança, falta de amor, sequedad, etc.

Quando por el segundo modo no se tomasse resolución, o no buena al parecer del que da los exercicios (de quien es ayudar a discernir los effectos de buen espíritu y de malo) [o], tómese [p] el terzero modo, del discurso intellectiuo [q] por los seis puntos [r].

Vltimamente [s] se tomará el modo que tras este se pone [t], de quatro puntos, como el último que puede tomarse.

Se podría [u] usar de presentar un día a Dios nuestro Señor una parte, otro día otra, como sería un día los consejos y otro los preceptos, y obseruar adónde le da más señal Dios nuestro Señor de su diuina uoluntad, como quien presenta diuersos manjares a un príncipe y obserua quál dellos le agrada.

---

[a] del *Brux.*—[b] *Deest in Na.*—[c] Primieramente *Do.*—[d] Primeramente ha de *alt. (alterum hujus partis exemplum in hoc codice; v. supra, pag. 778, annot. 1).*—[e] insistir que entre las *alt.*—[f] llege *Brux.*—[g] fuere *alt.*—[h] *Alt. et. Na. 2.um addunt* euangélicos.—[i] mejior *ms.;* mejor *reliqui.*—[j] procieđiendo *alt.*—[k] hallare *alt. et Brux.*—[l] arriuas *ms.;* arriba *reliqui; sed emend. ex* arriuas *Do.*—[m] *Deest in Na. 1.°*—[n] mouimento *alt.*—[o] *Signum parenthesis desideratur in utroque Na.*—[p] *Na.* tomará *in 1.°,* tómase *in 2.°*—[q] intellectual *Na. in 1.°*—[r] *In Na. 1.° add. P. Natalis manu* y ahún este será bueno hacerle después que se hiziera la determinatión buena con el 2.°, por maior satisfactión del entendimiento y razón.—[s] al fin *Na. in 1.°*—[t] puone *ms. et Do.;* pone *alt., Rom. et Na.*—[u] potría *alt.*

Lo que se propone [a] para deliberar [b] es: primero, si [c] consejos o preceptos; segundo [d], si consejos, en religión o fuera della; terçero, si en ella, en quál; quarto, después, quándo y en qué manera. Si preceptos, en quál estado o modo de uiuir, y ua discurriendo.

II

DIRECTORIA IGNATIANA TRADITA

[1] SOBRE EXERCITIOS [1]

Síguense algunas cosas que N. P. Mtro. Ignatio quiere queden por recuerdo en el libro.

Sobre exercitios.—Primero. Quando vno haze exercitios, siempre le sea demandado qué quiere comer, y désele, aunque pida vna gallina o nonada, como él tubiere deuotión; en tal modo que quando vbiere acabado el comer, él mesmo diga al que le quita los platos, o le lleua el comer, lo que quiere cenar; y así, después de cena, lo que querrá comer el día siguiente, porque esto iuzga ser de las cosas que más ayudan.

2.° Quanto a las otras penitentias, decláresele lo que dizen los Exercitios y en lo que podría pedir algún instrumento, como disciplina, cilicio etc., en general se ofrezca el que da los exercitios que le dará lo que pidiere.

3.° Quanto a los exercitios de la primera semana no siente el Padre que se den juntos, ni él los dió nunca, sino vno a vno, hasta la fin que se hagan todos cinco. Y así se entiende de los otros de otras semanas.

4.° Acerca de las electiones le pareze que la primera cosa que se proponga es, si seguirá consejos o preceptos, declarando consejos: vende que habes et da pauperibus et sequere me [2]. Lo 2.°, si determinó consejos, si en relligión o no; porque podría en hospitales, etc. 3.° Si en relligión, en quál etc. Esto determinado, 4.°, quándo se començará, etc., y otras particularidades.

5.° Que a los que toman exercitios solamente de la primera semana, se les dé después el examen particular y general, y el primero modo de orar.

---

[a] prepone *alt.*—[b] *Na. 1.um omitt. 2 vv. praecedentia.*—[c] *Deest in Na 1.°*—[d] *Deest in Na 1.°; sic postea desunt,* tercero, quarto.

---

[1] Ex cod. *Regest. I,* f. 218r. Polanci manu exaratum.

[2] MATTH. XIX, 21; MARC., X, 21.

[2] JESUS. QUOMODO IN DANDIS EXERCITIIS SE QUIS HABERE DEBEAT, CUM EXACTE DANTUR [a] [1]

De ordine

[b]. Quod ad ordinem attinet, ante omnia fundamentum proponatur; 2.° examen contra particularem *aliquem* defectum; 3.° examen generale; 4.° illud quotidianum, quinque continens puncta [c]. *Deinde* proponatur primo die *primum* exercitium sub uesperam (si fieri potest), ut media nocte tractari incipiat [d]. Die sequenti mane proponatur 2.[m] exercitium [e]; eodem die a prandio 3.[m] et 4.[m] simul [f]; *deinde, si comode possit fieri eodem 2.° die* post caenam declarentur additiones, ut cum illis incipiat sequenti nocte *media, vnde incipit tertius dies*, primum exercitium: in aurora 2.[m]; ante prandium 3.[m]; post prandium 4.[m] [g]; post uesperas dabitur, *si fieri potest*, eodem 3.° die quintum exercitium. [h] Die sequenti, qui *4.[us]* [i] est, media nocte incipiendo, 5 peraget exercitia cum additionibus [j] (additiones autem declarentur diligentius, cum is qui exercetur non uidetur multum proficere), id est, media nocte primum; in aurora 2.[m]; post missam 3.[m]; sub uesperam 4.[m]; ante caenam 5.[m]; si capax sit, *qui exercetur, hujus laboris. Deinde cum primum eum inuiset* [k], proponat examen super uniuersa exercitia, *et incipiat* declara*re* regulas [l] spirituum discernendorum in prima hebdomada; et demum aliquid noui semper afferatur.

De modo

Quod ad modum proponendi attinet, puncta proponantur succincte satis, non diffuse.

2.° Quando inuisitur qui exercetur, ratio punctorum est exigenda; et praecipue de iis, quae quaeruntur in tali exercitio interrogare oportet, ut de contritione, quando de peccatis agitur, etc.

3.° Si bene respondet, non oportet diu manere cum eo qui exerce-

---

[a] *In marg. manu ignota* Pertinent ad c. 5, § 8 Directorii tradendorum exercitiorum P. Polanci; *Na., manu Natalis* Ius. *i. e.* Ignatius.—[b] p° *oblitt.*—[c] *Seq.* 5.° *oblitt.*—[d] *Seq.* 6.° *oblitt.*—[e] *Seq.* 7.° *oblitt.*—[f] *Seq.* 8.° *oblitt.*—[g] *Seq.* 9.° *oblitt.*—[h] *Seq.* 10.° *oblitt.*—[i] *Prius* tertius *ms.*—[j] *Seq.* ut 3.° die *(prius* ut 2.° die) *oblitt.*—[k] *Seq.* 11 *oblitt.*—[l] *Pro 4 vv. praecedentibus prius scriptum erat* 12 declarantur regulae.

---

[1] Ex bibl. romana Vittorio Emanuele «Fondo gesuitico 1594 (3723) N.° 8 bis»; exemplar manu Polanci compluribus locis auctum vel emendatum. Alterum ibidem exstat exemplum sine emendationibus Polanci, idque simile omnino exemplo tertio, quod exstat in cod. *Instit.*, *221*, ff. 268-269 a Jacobo Ximénez exaratum et manu Natalis paucis locis amplificatum. Omnium optimus textus est polancianus, ut facile constabit conferenti variationes in paginis infimis collocatas. Polanci additiones litteris italicis, cum in textu, tum in titulis, distinguimus. Natalis autem additiones quas *modo* diximus, signo *Na.* notamus.

tur, nec multa alia interrogare. Si non plene inuenit quod quaeritur, tunc de agitationibus [a] et additionibus diligenter interrogari debet.

4.° Moneri poterit, ut scribat suos conceptus et motiones qui exercetur.

De numero exercitiorum

Quod attinet ad numer*um* [b] exercitiorum quae proponenda sunt, ut *vtile est* [c] ultra 5 praedicta, alia quaedam addere, ut de morte, de judicio, et similibus, *si ad id quod quaeritur inueniendum, scilicet, dolorem etc. opus erit;* ita si inuenitur quod quaeritur per praedicta 5, [d] alia non sunt necessaria.

De confessione generali

In primis, quod ad confessionem generalem attinet, non debet ad eam parari usque dum exercitia praedicta absoluerit [e]. Quod autem dicitur in primo puncto 2.[i] exercitii, ut ad multitudinem peccatorum considerandam discurratur per loca, tempora etc., potius generali quam particulari examine id est agendum; non enim ad dolorem tam expedit subtilia [f] exacte disquirere, quam grauia simul ante oculos proponere.

2.° Dum uacat concinnandae huic confessioni generali, non debet in ullis aliis exercitiis, *quae ad eam non faciant* [g], occupari.

Annotationes aliquae

Aduertendum est quod, si quis non obediret ei qui proponit exercitia, et uellet suo judicio procedere, non oportet in dandis ei exercitiis perseuerare.

2.° Si qui [h] non ita dispositi animo uidentur, ut multum ab eis possit sperari fructus [i], satis erit, primae hebdomade dare exercitia, et relinquere cum hac siti, donec ad sperandum profectum uberiorem dederint [j] pignora maiora.

3.° Talibus modus aliquis orandi proponi posset, praecipue primus, supra decem praecepta et peccata mortalia etc. Et cum consuetudine faciendi examina primo dicta relinqui poterunt.

4.° Quia uictus ratio multum confert ad mentis eleuationem uel depressionem, ut sobrietas ac abstinentia uoluntaria sit, et ad cuiusque

---

[a] *Na. add.* mentis ac tentationibus praeterea de.—[b] *Emend. ex* Jam de numero.—[c] *Emend. ex* non prohibetur.—[d] *Seq.* scilicet dolor etc. *oblitt.*—[e] *Na. pro* absoluerit, *habet* ter aut quater fecerint, praesertim si aliquem fructum referant sensibilem; modus tamen adhiberi debet, vt post sex[tum] tandem vel etiam 5 diem sese ad generalem confessionem parent, etiamsi nullum sensibilem fructum senserint.—[f] *Na. add.* ac leuia. —[g] *Emend. ex* extra eandem.—[h] *Na. add.* autem.—[i] sperari fructus possit *Na.;* possit *manu Na.*—[j] dederit *ms.*

naturam accomodata, moneat, qui exercitia tradit, eum qui exercetur, ut a prandio petat quod uult sibi parari ad caenam, et a caena quod ad prandium sequentis diei; et ei qui ministrat dicat ut semper, cum remouet mapam et uasa cibaria a prandio, petat quod uolet in sequenti caena, et cum a caena, quod in sequenti prandio; et quod petierit, praecise ferat siue [a] *communem vel etiam communi meliorem cibum* petat, siue solum panem et aquam uel uinum. Curet tamen, qui exercitia tradit, intelligere quomodo se habeat circa hanc uictus rationem, ut excessus in utramque partem uitetur.

5.° Iuuat etiam non parum, tum ob interpolationem mentalium exercitiorum, quae continuari commode nequeunt, tum ob humilitatis bonum, ad quam confert humiliatio, ut quisque, etiam qui delicate uiuere et multorum ministeriis uti consueuit, sibi cubiculum euerrat, et si opus est riget, lectulum etiam sternat, et demum functionibus huiusmodi omnibus se occupet, quae famulorum ministerio confici solent.

III

DIRECTORIA IGNATIANA DICTATA

ANNOTACIONES SOBRE LOS EXERCICIOS, Y LA MANERA QUE SE HA DE TENER EN DARLOS, SACADOS DEL ORIGINAL DEL P. D. VICTORIA, DITADO DE NUESTRO P. MAESTRO IGNACIO S.[tae] MEM. [b] LO MÁS, O LA SUBSTANCIA DELLO [1]

[1] Non parece [2] que conuiene exhortar a ninguno que se encierre para hazer los exercicios, si no tuuiere estas condiciones o las más notables dellas. Primero, que sea subiecto de quien se tenga concepto que será no poco fructuoso en la casa del Señor, si fuere llamado a ella. 2.° Que ya que non tenga talentos tan auentajados de arte o sciencia adquirida o [c] otras cosas semejantes, que a lo menos tenga edad y competente ingenio para poderse aprouechar. 3.° Que sea tal que pueda determinar de su persona, etiam para estado de perfectión, si Dios fuere seruido de llamarlo a ella. 4.° Que tenga buena y honesta pre-

[a] *Seq.* pullum *oblitt; cf. supra, n.* [1].—[b] de s.[tae] mem. *Do.: titulus in Na.* Annotaçiones sobre los exerçiçios.—[c] y *Do.:* o outras *Na.*

[1] Ex apographo in cod. *Instruct. II,* 1577-1596, ff. 7-10r. Exemplar etiam exhibent cod. *Rom. III,* ff. 97-107; cod. *Domenici,* ff. 184-195r. At cod. *Rom.* numeris distinguit paragraphos, quae sub titulo *Annotaciones sobre los ejercicios...* continentur, non illas, quibus praeponitur *Quanto al modo...*; *Instruct.* vero et *Do.* contra. Est etiam exemplum in cod. *Instit. 221,* ff. 309-314, quod inscriptionem breviorem habet, saepe cum *Rom.* convenit, non raro ignarum scribam prodit.

[2] Cf. *Di.,* c. I, n. 7, infra, *Directoria Recentiora, I.*

sencia, etc. 5.° que non esté tan affecionado a alguna cosa, que sea diffícil traerlo a que se ponga en ygual balança delante de Dios, mas antes que esté angustiado en alguna manera, con el desseo de saber qué aya de hazer de su persona y ambiguo; y quanto más apto fuere para el instituto de la religión y para la Compañía, simplemente hablando, es más apto para encerrarse [a] a hazer los exercicios. Los que non tienen estas disposiciones, ni se espera que con facilidad se podrán traer a equilibrio en sus cosas, o son casados o religiosos o inhábiles, no se les han de dar los exercicios, en especial quando hauiese otros a quien los dar, o otras legítimas occupaciones, pero déseles el ayuda competente, come la primera semana, exhortándolos que se recojan en alguna parte lo más que pudieren, si no fuere quando fueren a missa, uísperas, o uinieren a casa a tomar los exercicios. Puédeseles dar otra ayuda de algunos exercitios de las otras semanas, del modo de orar y examinar la consciençia, y otras cosas semejantes.

[2] Quando hauuiesse algún buen sugeto, y no estuuiesse tan dispuesto a hazer los exercitios, como parece que sería menester para que hiziesse frutto; ayudarse ha con freqüentes confessiones y con pláticas y familiares colloquios con cautela, porque non tome sospecha que se haze para engañarle (aunque este es un santo engaño y del que S. Pablo se loa, cum astutus essem, dolo uos cepi) [1] porque por esta causa se suelen exacerbar, y non hazer fructo.

[3] Por ordinario tenemos por experiencia [2], que no ay modo mejor de exhortar a los exercitios, que en la confessión; y esto no ex abrupto, sino a su tiempo. También quando per la conuersación que con nosotros tienen entendemos que están con [b] alcún descontento del estado que tienen en el común uiuir de los seglares (dexando casados, etc.), o porque non se hazen bien sus negocios, o porque sus padres o parientes non lo trattan bien, o otra cosa semejante, entonces se les potría dezir: Creo certo que para uestro consuelo [c] y para saberos gouernar en toto lo que hiziéredes, que importaría mucho que os recojésedes alcunos días a hazer los exercicios: y esto uendría bien hauiéndole dado a entender, cómo sean miserables totos los hombres que trabajan per solo contentar a otro que Dios, o per riquezas o otras cosas. Y quando no supiesse qué cosa son los exercicios, se le potría dizir esto: Acá sabemos dar ciertos exercicios, etc., loándolos como requiere la bondad dellos, y dando algunos exemplos de algunos que se han hallado en semejantes tragos o desconsuelos, y que después de hauerlos hecho, se hallan consolados [3]. Aunque la persona no se nombre,

---

[a] encerarse *ms.*—[b] en *Rom.*; así *Na.*—[c] *Sic Na.*; consueto *ms.*

---

[1] II COR., XII, 16.
[2] *Di.*, c. I, n. 3.
[3] Ibid., n. 5.

basta que sea uerdad lo que se dize, y aun es mejor; ni tampoco se le ha de dizir, que se resoluió 7v para entrar en religión, porque mejor es dczirles que después se halló consolado y alliuiado, y esto basta. Otros muchos modos ay de exhortar a ellos; y quanto más de lexos tanto mejor, saluo que ellos entiendan la excellencia dellos y la paz que queda en el ánima a los que bien los hazen; y el gran frutto y lumbre que se saca dellos para saberse gouernar en qualquiera estado que esté, bien y en seruicio de Dios [1]: dando exemplos de algunos que los han hecho, que no han determinado de entrar en religión, porque este temor de pensar, que se entrarán cn religión, o que no los hazen otros sino religiosos o tales personas, suelen ser causa que tcngan auersión para no los hazer [2].

[4] Estando un tal sugetto persuadido de hazerlos como se requiere, harto mcjor es [3], si puede ser, que fuera de casa los haga en lugar recogido, y donde tuuiesse commodidad de oyr missa, o uésperas o a lo menos missa.

[5] Se al fin se le diere cámara en casa, sea en la parte más recogida que huuiere; y dándole a entender, cómo se la da, porque él no pierda el fructo espiritual por falta de lugar; pero esta es la orden que se tiene, que siendo hombre que pueda gastar de sus dineros, que no se le dé más de lo espiritual sólo y la cámara; y también cama, quando a él le faltasse o no la pudiesse traer sin difficultad. Para el comer dará dineros y el comprador o dispensiero tiene cuenta con lo que le da y con lo que gasta; y después de acabados los exercitios, le da cuenta de todo.

[6] Que es bien que dé tanto dinero o más, que baste para el tiempo que allí estuuiere, porque si algo sobrare se le boluerá; saluo que se haze esto, porque el cuydado de proueer no le impida el que de hazer bien los exercicios ha de tener.

[7] Desde el día que comença el primer exercicio, el que le lleuare de comer ha de tener este auiso: que a la mañana le demande, quando aya quitado la mesa después de comer, qué quiere que se le trayga para la cena; y después de cena qué quiere para el comer a la mañana; y no se le [a] traer más ni menos ni otra cosa ninguna, saluo lo que él expressamentc pidiere y a la hora que quisiere que se lo dé, y no antes ni después; y no se contente con que le diga: dadme lo que dan a los hermanos, sino que se escusc diziendo, que aquello es contra la orden de los exercicio[s] y que es menester que pida expressamente lo que quiere; y si solo pan li pidiesse, y desto solo una

[a] no le *Rom. et Na.*

[1] *Di.*,n. 4.
[2] Ibid., c. I, n. 6.
[3] Ibid., c. IV, nn. 1-2, haec et sequentia tantisper mutantur.

onça, no le ha de traer ni dar otra cosa. Assí que en qualidad y quantidad y tiempo, ha de guardar estrechamente lo que el exercitante le dixere [1]. Item, non le ha de hablar en cosa ninguna [2], saluo en lo que toca a su seruicio, como darle camisa, y que ya está adereçado de comer, o otra cosa semejante, como es dicho. Item, se informará a qué hora ua a missa el exercitante, y aquella hora le haga la cama y limpiará la cámara y adereçará lo que ha de adereçar. Item, no [a] le hable sin licentia del que le da los exercicios. Item, cada día a lo menos una uez auisará al [b] que le da los exercicios lo que ha comido y quánto, etc. Item, cada día assentará por memoria todo lo que le [c] diere, para que se le dé buona cuenta quando acabare [d]. Item, tendrá mucho cuydado de edificarle con la humildad y composición de su persona, y diligencia en seruirlo por Jesu Xpo. en toto lo que hauuiere menester con mucha muestra de charidad y con la obseruación del silentio santo y discreto, y hazer cada día particular oración por él, y por quien le da los exercicios, para que entrambos cumplan la uoluntad diuina.

8 [8] Si al que da los exercicios paresciere que para su mayor fructo espiritual será bien que de quándo en quándo le uaya alguno [e] de los hermanos o sacerdotes a uisitar, lo podrá hazer, pero ninguno de fuera no, si no fuere cosa inexcusabile [3]. Y quando alguno [f] de los nuestros le hablare, sea auis[ad]o que no ha de tratar con él sino cosas comunes y uniuersales del seruicio de Dios; pero ninguna cosa de la qual se pueda colligir que directe o indirecte le quieren traer a la Compañía; y así no ha de hablar della nada, ni preguntarle si se ha determinado, o qué dubdas tiene; y si él le preguntasse algo o quisiesse comunicar alçuna cosa, puode dizir que el que le da los exercicios le responderá; y [g] que él no tiene licentia de tratar de aquellas cosas; y si la tuuiere, hable cautamente y cosas pensadas, de que se pueda edificar; y no le esfuerçe a que aya de tomar un estado o otro, saluo si él se sientçsse inclinado a algún estado, y esto le comunicasse; entonces sobre bien pensado, le podría dezir, tuuiendo como digo licentia para ello, lo que sentiere coram Domino, si pensasse que dizírselo entonçes le puede confirmar en el buen propósito, o ayudar a apartarse del menos bueno, y ponerse de nueuo en manos de Dios para que le guíe, guardándose, como digo, siempre de no trattar cosa en que aya sospecha que le quiere incitar a la Compañía; porque es contra la regla de los exerci-

---

[a] *Rom. et Na. add.* dexará que ninguno.—[b] *Sic. Rom.;* el *ms.;* al que da *Na.*—[c] lo *ms.;* le *Na.*—[d] acabre *ms.;* accabare *Na.*—[e] *Ita Rom. et Na.;* que uaya de quando en quando alguno *ms. et Do.*—[f] *Deest in Do.; Na. omitt. vv.* si no fuere... sea auis[ad]o que.—[g] *Rom. et Na. omitt.* y; *Na. repetit* que *post* él.

---

[1] *Di.*, n. 6.
[2] Ibid., nn. 3-4.
[3] Ibid., c. I, nn. 7-8.

cios y puridad del espíritu de la Compañía, que non quiere sino que líberamente y por diuino instinto y beneplácito, etiam se fuere possible tan notorio que non aya que dudar, se mueuan a entrar en la Compañía y no otramente [a]. Aliende que hazer al contrario es meter la hoz en la mies de Dios N. S., que a la hora se quiere hauer con su ánima a su beneplácito; y aun siendo en tal tiempo mouido el exercitante por consejos o industria de algún hombre mortal, siempre [b] quedaría abierta la puerta al demonio para le tentar, diziendo y sugeriéndole que si él no se mouiera por consejo del tal, etc., que nunca huuiera hecho tal cosa; y que al fin consejo era de hombre, y que quasi siempre yerra; y así le queda la tentación en la mano.

[9] Esta mesma forma de se gouernar ha de tener el que da los exercicios, solícito que no ponga otra cosa de su casa, saluo el ministerio de darle los exercicios, como se han de dar, con mucha charidad y sollicitud y oración, encomendándole muy de ueras a Dios para que no permitta que por los pecados del que le da los exercicios, aquella ánima non [c] sea engañada. Item, se le puede dezir, antes que comiençe, que en oración con tota su intención demande a Nuestro Señor gracia, primero, para no pretender consolación ni desolación en estos exercicios, ni por otra cosa dessearlos hazer, saluo por amor diuino, etc. 2.°, para poder con diligencia hazerlos, uenciendo toda cosa que le pueda impedir; 3.°, para sacar dellos aquel fructo de que más gloria redunde a Dios y utilidad a las ánimas, etc.

Quanto al modo de darlos en la primera semana

1. La noche que se recogiere [d] no ha de hazer otra cosa, saluo que se prepare i disponga con oración a hazer dichos exercicios perfectamente y como noble cauallero de Jesu Xpo., como en cosa que tanto le ua, animándole para que sea muy solícito según aquello: **Sv** (Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter) [1] y símplice como la paloma [2], interpretando siempre en buona parte todo lo que con él se haze y dize, y prudente como la serpiente [3], no teniendo cosa encubierta de todos los pensamientos [e] que el demonio o el buen espíritu le [f] dieren, pero comunicándolos con el que le diere [g] los exercicios, para que no

[a] y no de otra mente *Do.*—[b] le *addunt Rom. et Na.*—[c] *Rom. prius* no sea; *sed deletum* no; *idem factum in Do.*; *Na. omitt.* non.—[d] *Sic Rom.;* recongiere *ms. et Do.*—[e] pensiamentos *ms.*—[f] buen espirituale *Do.*—[g] da *Rom. et Na.*

[1] Jerem., XLVIII, 10. Sacrae Scripturae versio vulgata clementina pro «negligenter» quod ex versione graeca LXX depromptum est, posuit «fraudulenter»; verum, hoc quoque verbo negligentiam hoc loco significari monent interpretes. Cf. J. Knabenbauer, *Commentarius in Jeremiam prophetam*, Parisiis 1889, p. 527.

[2] Matth., X, 16.

[3] Ibid.

sea engañado [1]; y para esto si no se ha confessado y comulgado, y lo suele hazer a menudo, lo podrá [a] hazer antes que entre en el fundamento, etc. También se le podrá dizir quasi como annotación o auiso, que se acuerde que tanto maior fructo sacará de dichos exercicios, quanto más resignado estuuiere en las manos del Señor [2] para que haga dél según su beneplácito, según aquello: Fili mi, praebe mihi cor tuum [3], et implebo illud» [4].

2. Si es docto, se ha de mostrar más doctrina, pero con charidad et humildad [5].

3. Importa esto mucho [b] para que él tome buen crédito de quien se los da, y por el mesmo caso no ha de lleuar el libro de los exercicios en las manos, sino lleuar muy bien sabido lo que le ha de dizir; y hazérselo escreuir [6] allí luego con gran breuedad y succintamente más que está en los exercicios.

4. Como está en las reglas, no se ha de detener mucho con él, si no fuesse a necessidad, ni amplificar tanto lo que le dize, que ya él no quiera más saber, o piense que no puode él tanto trabajar, que halle más que dezir; pero deue darle alguna ocasión y forma para que él sepa [c] hallar, porque aquello parece que suele ayudar [7].

5. Si puede yr a la mañana [8], parece que es mejor, por parte que están más dispuestos entonces los ánimos a penetrar más las cosas, etc. Aunque a la tarde suelen tener más necessidad, porque entonces más suelen crescer las tentaciones o desolaciones, por parte de estar el ánimo menos apto a contemplar, y por esta razón fastidioso y más sujeto a tentación, y assí ha menester más consolación.

6. Suele [d] ir de tres a tres días, pero esto raro me parece que conuiene hazello; y de la experiencia que tengo parece que conuiene que vaya cada día una uez y no más tanpoco, si no uuiese alguna incidente necessidad. Empero con algunos hombres graues, y muy repusados bien potría dexar algún día de yr, y quasi sería más prouechoso, etc.

7. Con el exercitante, procure de alcançar a tener una grauedad sancta; y si fuesse alguna persona grande, tanto más, pero con señales de mucha humildad y charidad; y que él entendiese [e] que aquello con-

---

[a] *Ita Rom.et Na.; ms.* le puede.— [b] importa mucho esto *Rom. et Na.*— [c] sapa *ms.*— [d] suélese *Rom. et Na.*— [e] entendisse *ms.*

---

[1] *Di.*, c. II, n. 7.
[2] Ibid., n. 4.
[3] PROV., XXIII, 26.
[4] Ps., LXXX, 11.
[5] *Di.*, c. V, n. 3.
[6] Ibid., c. VIII, n. 2.
[7] Ibid., n. 1.
[8] Ibid., c. VI.

uiene para su major prouecho; et non debet esse sicut scribae et pharisaei sed tanquam potestatem habens [1].

8. En la primera semana no es menester detenerse mucho con hombres que caminan muy adelante [a] en la uía del espíritu [2], que ha mucho que freqüentan la confessión y comunión y que tienen deseo de entender en qué estado podrían más seruir a Dios; imo se fuesse possible, en quatro o cinco días acaben su confessión general y toda la primera semana. Contrario se ha de hazer con los no tan dispuestos, de tal manera que a los tales, para que lloren sus peccados y sepan quánto importa hauer offendido a Dios, se les pueden 9 añadir otros exercicios, come de la muerte, del particular juizio, del vniuersal, etc.

9. Los tales y todos los que no estuuieren aun resignados en las manos de Dios N. S., etc., para que él haga dellos y los eche a aquella parte que más les conuiene, y entran con algunos disegnos y intentos [b]; conuiene mucho poner toda diligencia para que se deshagan de tal imperfeción, porque es una polilla, que apolilla aquella preciosa ropa de la uerdadera uocación, y no dexa conocer por ninguna manera la uerdad, y el que se conociesse estar muy pertinaz en esto antes que entrasse en los exercicios, ne se auía de incitar a ellos ni admittir hasta que por freqüentes confessiones, come dicho es, estuuiesse más maduro. Pero todauía, ya que es entrado a los hazer e[s] menester intentar de le ayudar, y para esto ayuda mucho detenerle en la consideración del fundamento [c], y en los exámenes particular y general, y en el conoscimento de cómo se peca con pensamientos, obras y palabras, tres o quatro días o más, que se uaya madurando; y quando estuuiesse la primera semana muy pertinaz, paréceme que yo no passaría con él adelante, o a lo menos le daría los exercicios que quedassen con la breuedad possible. Non obstante esto, se auría de despedir de tal manera que no fuesse causa que por aquello él dexasse de freqüentar la confessión y colloquios familiares y espirituales. Esto se entiende siendo tal sujeto, de quien se esperase mucho, y no hauiendo otros más dispuestos que él, con quien [d] se uuiesse de poner diligencia.

X. Antes que le dé el fundamento, después que aya bien uisto aquellas 20 reglas que ex [e] principio de los exercicios se ponen para instructión del que los da, le relatará quatro reglas que allí están, en este orden [3]: primero, la primera que comença Prima est annotatio;

---

[a] adelantes *ms.*—[b] intensos *ms.*; *Na.* ententos.—[c] *In marg. Rom. addit*: En esto hacía N. P. no poca fuerça, *quod non est in reliquis exemplis.*—[d] quienes *Rom. et Na.*—[e] en *Rom. et Na.*; *Do. scripserat* ex, *emendavit* en.

---

[1] MARC., I, 22 et MATTH., VII, 29. Cf. et *Di.*, c. V, n. 3.
[2] *Di.*, c. XVII, n. 1.
[3] Ibid., c. XI, n. 5.

segundo, la 20, toda, o aquella parte que uiere más conuenir; tercero la 5.ª que comencia Quinta est, quod mirum in modum etc.; quarto loco la 4.ª quod licet exercitiis. Después se le da el fundamento, declarándosele de manera que él tenga occasión de hallar lo que busca. Conuendría hazerle el camino desta manera: Para que sintáis la difficultad que ay en usar indifferentemente de los medios que Dios nuestro Señor nos ha dado, para que podamos conseguir el fin para que nos crió: y para que conociendo esto os pongáis totalmente en sus manos, pues aquí está el fundamento de que hallemos lo que desseamos; mirad que algunos, tomando la uía de la religión, por no hauer perseuerado en ella, ne querido sujetarse al suaue yugo [1] del Señor, se han ydo al infierno, porque se han salido della, y appóstatas muerto por su culpa. Otros entrados en la religión, que en el mundo no podían uiuir sino peccando y offendiendo a Dios o crescían poco en el Señor etc., han uenido a ser sanctos; y si se casaran pudiera ser que se fueran al infierno: y assí per orden de todos los otros estados, unos con las riquezas han ganado el cielo, y otros con ellas el infierno. Pues siendo esto así, y que de parte de los estados no uenga esta malicia, cierto uiene da parte nuestra, que sin pensar nos entramos en cosas y inclinamos [a] nuestros ánimos sin considerar si conuiene al seruicio de Dios, si es [b] uocación, si por aquella uía podré [c] mejor ir y conseguir al fin para que Dios me crió. No todos pueden ser religiosos, quia, qui potest capere, capiat [2], dize el Señor; dando **9v** a entender que ay algunos que no lo pueden; y que los que lo pueden, que si quieren ser perfectos [3], imo etiam saluos en cierto modo, que es menester que lo tomen; porque parece que sea precepto, pues dize: qui potest capere, capiat, en caso que juzgassen que en el siglo no podían guardar la ley de Dios N. S., o que la euidencia de la uocación les obliga a seguirla. Pues cierto es que auiendo esta difficultad y no sabiendo lo [d] que nos conuiene, que es menester que totalmente nos resignemos en las manos de Dios nuestro Señor; para lo qual consideraréis este fundamento bien. Podrále diuidir en tres partes [4]: 1.° el fin para que Dios lo crió; 2.° los medios; 3.° la difficultad que ay en tomar este o aquel, sin saber cierto el que más conuiene, según lo ya dicho, y el daño que desto uiene, para que de aquí nazca el ponerse en equilibrio.

XI. Si está dispuesto, en aquel mismo día tras el fundamento [5] se

---

[a] inclanamos *ms.*—[b] es mi *Rom.*, *Na. et Do.*—[c] *Sic Rom. et Na.*; podie *ms.*—[d] le *ms.*

---

[1] Cf. MATTH., XI, 30.
[2] MATTH., XIX, 12.
[3] MATTH., XIX, 21.
[4] *Di.*, c. XII, n. 2.
[5] Ibid., c. XIII, n. 2.

le puede dar el examen particular que se siegue [a] con sus annotaciones; pues para sembrar el buen grano, es menester dessarraigar primero las malas yeruas y espinas etc.; para lo qual será este exercicio y tras él el [b] que se sigue para la noche declarándole [c] en quántos modos se puede peccar y merecer en los pensamientos [d], según está en los Exercicios. Si fuere menester, le [e] puede dar cada cosa en su día, para mayor ayuda espiritual.

12. Hase de notar que aquel examen particular conuendría dársele quando uuier[e] començado los exercicios, para desarraigar de sí y no admitir cosa que le impida a hazerlos bien [1].

13. Para esto se le [f] han de declarar antes del primero exercicio quatro reglas de las veinte [g] primeras: es la terciera que comença: 3.ª est quod cum in sequentibus; segunda es la undécima; tercia la duodécima; quarta es la décima tercia; y tras esto dezirle cómo conuiene hazer la confessión general per las razones que allí se puonen, y otras, se quisiere; y para mejor hazerla se dan ciertos exercicios; y darle el primero con quatro repeticiones el primer día; y tras él luego darle las diez adiciones que se ponen para hazer bien los exercicios; y el segundo, el segundo día; y el tercero, el tercero [h] día, con repeticiones etc. Pero si fuesse persona, como dicho es, espiritual y que uuiesse llorado sus peccados etc., se pueden dar todos en breuíssimo tiempo.

14. Podránsele dar, se uee que las comença a auer menester, las 14 reglas que se dan ad discretionem spiritus de la primera semana, que están quasi en fin de los exercicios.

15. El segundo exercicio [2] desta semana non se da para que comiençe a examinar su consciencia para confessarse, sino para que a bulto, uiendo los muchos [i] peccados que ha cometido, y su mala uida passada, tome horror, y saque arrepentimiento etc.

16. Quando se diere solo un exercicio cada día, puédele compartir que haga un puncto o más en cada hora, con una o dos repeticiones de todo junto.

17. Conuiene que el que dé [j] los exercicios, aya uisto primero todas las reglas que en **10** ellos ay, y aun passados todos una o dos uezes; y en el darlos, guarde la orden dellos, que importa mucho, y a mí quando los daua me fué assí encomendado de nuestro Padre; porque de otra maniera hará muchos errores y el exercitante non hará el prouechio que conuiene, como se parece per esperiencia.

---

[a] *Pro* sigue, *ut* hiere *ab* herir. *Cf.* BELLO-CUERVO, *Notas, pag. 76*; sigue *Na.*—[b] *Sic Rom. et Na.; ms. et Do. omitt. alterum* el.—[c] *Sic. Rom. et Na.;* declarándose *ms.*—[d] pensiamentos *ms.*—[e] se *Rom. et Na.*—[f] les *mss. omnia.*—[g] ueiente *ms.; Na.* 4.° reglas 20.—[h] *Desunt superiora 2 vv; in Do.*—[i] mujos *ms.*—[j] da *Rom., Do. et Na.*

---

[1] *Di.*, n. 4.

[2] Ibid., c. XV, n. 1.

18. Como en los exercicios se dize, quando el exercitante se prepara para la confessión, no ha de hazer ningún exercicio; y el prepararse alla confessión ha de ser después de hauerle dado todos los exercicios della primera semana; y darle orden que use de método en el [a] escreuir los peccados y accordarse dellos; y el Directorio del Padre Maestro Polanco [1] es harto bueno para este negocio.

19. En guardar [2] las reglas o diez addiciones que se dan para hazer los exercicios bien, téngase cuenta [b] con hazerlas muy bien guardar, como se manda, teniendo respecto a que non aya excesso ni dimasiada remissión; y cuenta [c] también con las naturas de los que se exercitan; si son melancónicas, para no les estrechar tanto, antes darles larga en la maior parte dellas; y lo mesmo con a'gunas personas delicadas y poco usadas a tales cosas; pero téngase cuenta con bien pensar lo que en esto más les podrá aprouechar. Yo con algunos he usado [d] liberalidad en ellas, y les ha aprouechado; y con otros, de no poca estrecheza, pero con la suauidad que he podido, y también por gracia del Señor, he notado que les ha aprouechado.

---

[a] *Deest in Rom. et Na.*—[b] *Sic Do. et Rom.*; auenta *ms.*—[c] *Sic Rom.*; euenta *ms.*; quenta *correctum ex* euenta *Do.*—[d] *Rom. et Na. add.* de.

---

[1] *Breve Directorium ad Confessarii ac Confitentis munus rite obeundum*; liber Romae primum a. 1554 typis descriptus (*Monum. Ignat.*, ser 1.ª, VI, 205-206); deinde variis locis fere quinquagies denuo editus. Cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, VI, 939-944.

[2] *Di.*, c. XV, n. 9.

B

DIRECTORIA ANTIQUA

I

DIRECTORIUM P. JOANNIS DE POLANCO [1]

✠

Jhs

1. Proemium Directorii tradendorum exercitiorum spiritualium [a]
Ad lectorem de Societate nostra

2. Inter ea media, quibus iam inde a suis primordiis, vberiori cum fructu, Societas nostra ad nostri instituti finem (scilicet gloriae Dei et profectus animarum) vsa est, exercitia sane spiritualia primas tenent.

[a] *Seq.* P. Polanci *add. alia manu.*

[1] Ex autographo quod est Romae, in Bibl. Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico, 1594, n.° 8», ad marg. «3723». Continetur in fasciculo in 4.°, ubi pauca etiam exstant in f.°, sed plicata, ut omnia essent magnitudinis ejusdem. Fere omnia hujus fasciculi monumenta ad res spirituales pertinent, et magna ex parte anonyma sunt. Recentiore tempore singula monumenta singulis involucris albis operta sunt, in quibus aliqua dicuntur de rebus in monumento contentis, nec vera semper, ut jam videbimus. Singula praeterea suis numeris notantur.

Involucrum hujus *Directorii polanciani* haec habet: «N. 8.—Questo è il Direttorio del P. Polanco.—Si unisce un altro foglio di cose che vanno aggiunte allo stesso= Nell'indice questo scritto è segnato colla lettera R.» Ex hoc altero folio aliquid posuimus inter *Directoria Ignatiana*, scilicet *Ignatiana tradita* [2], ibique pauca quaedam notavimus. Directorium autem hoc totum est manu Polanci exaratum ac locis non paucis vel emendatum vel suppletum. Supplementa haec ponimus omnia, ut par est; ex locis vero deletis ea quae majoris momenti videbantur. Numeri marginales, qui ab initio ad finem una serie decurrunt, non sunt scripti manu Polanci, at certe antiquissimi, cum ad illos referantur perpetuo annotationes Aegidii González.

Summarium, quod est post caput duodecimum, non ex autographo, quod illud non habet, sed ex transsumpto facto Romae, saeculo XIX, circa annum 1835, sumptum est. Cum de punctis polancianis mentionem faciat ipse Polancus, infra, in n. 32, et Aegidius, qui ea in suo exemplari ad finem etiam habebat, haec autem in fine *Directorii polanciani* reperiantur; non videtur dubitandum, quin haec illa sint de quibus Polancus et Aegidius loquuntur.

Quamuis enim sacramentorum penitentiae et sanctissimae eucharistiae ministerium, verbi Dei praedicatio, rudium ac puerorum in cathecismo institutio, iuuentutis in litteris et pietate eruditio, et aliae charitatis functiones latissime, Dei gratia cooperante, patuerint, per haec tamen spiritualia exercitia, velut epilogum quemdam aliorum mediorum continentia, et penitius ad animae ac [a] virium eius quasi intimos sinus penetrantia, et ad Dei gratiam excipiendam efficacissime animos disponentia, copiosior, solidior ac constantior fructus in horrea Domini reportatus est, et operarii, qui per alia omnia media eum colligerent, ad Domini vineam excolendam vocati et misi sunt. Testis est Pater noster bonae memoriae Ignatius, qui, a Domino edoctus et illustratus his exercitiis, plurimum initio suae conuersionis profecit; testes et primi Patres, qui per eadem et spiritum Domini et vocationis beneficium acceperunt; testes et alii, fere omnes, ex nostris, qui primos hos Patres sunt consecuti, qui per eadem a diuina prouidentia ad mundi huius contemptum, aeternorum amorem et idem institutum amplectendum, sunt adducti; testes omnium statuum et vtriusque sexus homines seculares, imo et ecclesiastici, qui, a nostris per haec eadem ad Dei ac sui cognitionem adiuti, ad vitae mutationem ac reformationem insignem, et aliis prorsus admirandam peruenerunt; testes et relligiosi viri et foeminae diuersorum ordinum, apud quos nec praedicatio publica, nec exhortatio familiaris, nec poenarum timor, nec cuiusquam auctoritas profuerat, vt ad instituti sui obseruationem se colligerent, his tamen ipsis exercitiis exculti, ad vitam spiritualem, et suae relligiosae vocationi ac professioni congruentem, sponte, et quidem cum magno animi affectu, traducti sunt [1].

Cum ergo ex ipsa experientia nostrorum et externorum multiplici, et ex testimonio etiam sedis apostolicae, in nostri instituti litteris et exercitiorum huiusmodi approbatione peculiari id constet; cumque haec arma spiritualia velut propria, et singulari Dei dono nostrae Societati ad animarum singularem profectum concessa sint; non aequum est vt qui ex ipsius instituti ratione ad eum curandum tenemur, vel ea obliuiscamur vel negligenter tractemus, sed potius omni studio in eis

[a] at *ms.*

[1] Quae de fructibus exercitiorum hic conglomerat Polancus, vide enucleata et confirmata cum in *Chronico Societatis Jesu* ab ipso Polanco conscripto (passim), tum in *Historia Exercitiorum spiritualium*... a P. Ignatio Diertins, S. J. (Romae 1700 et 1732; Insulis 1887; Friburgi Brisgoviae 1896). Vide etiam laudes Exercitiis a Sanctis, summis pontificibus, episcopis, laicis atque etiam ab acatholicis tributas, quas collegerunt P. Joannes Pinius (Pien) S. J., in *Actis Sanctorum* Julii, t. VII, *Gloria posthuma S. Ignatii* c. 2, § 3 (pp. 797-799), et P. Debuchy, S. J., *Introduction à l'étude des Exercices spirituels de Saint Ignace*, CBE, n° 6, pp. 41-47. Vide etiam libellum ejusdem Collectionis: *S. S. Pie X et les Oeuvres de Retraites*, 1906, auctore P. DEBUCHY, S. J. Vide supra, *Proleg.*, pp. 19-27.

bene vtendis nos exerceamus, et eadem in proximorum vtilitatem et Dei gloriam conuertamus.

Et quia ex auctoritate congregationis generalis [1], et ex obedientia Patris nostri Euerardi [a] praepositi, et iuxta [b] Patris nostri Ignatii (qui hoc inchoauerat quidem, sed non absoluit) mentem, hic Directorii conficiendi labor, in auxilium nostrorum, qui tradunt spiritualia exercitia susceptus est, eum pius lector boni consulat; et si quid ipsi in hoc genere a Domino dabitur, in commune, pro sua charitate, conferat.

3. CAPUT PRIMUM

VNDE ACCIDAT VT IN IIS SPIRITUALIBUS EXERCITIIS TANTUM PROFECTUM HOMINES EXPERIANTUR

4. Mirari aliqui non immerito solent, vnde proueniat quod in exercitiis, tam breui tempore, tam insolitus spiritualis profectus, tantaque vitae ac morum et quodammodo totius hominis in alium mutatio cernatur? Sed profecto si res attentius consideretur, vnde tam copiosus gratiae Dei (a quo omne datum optimum et donum perfectum) [2] prouentus accidat, non difficile intelligitur. Illud enim imprimis de Deo sentire debent qui altissime et pientissime (vt par est) de ipsius bonitate sentiunt, quod non tam sol ad illuminandum, vel aliae causae secundae ad suos effectus naturales producendos, quam ipse, sapientiae [3] totius ac justitiae [4] sol, liberrimus quidem, sed pro sua natura, quae bonitas est, effusissimus, ad mentes hominum suae gratiae radiis illustrandas ac perficiendas sit paratus. Imo et quod ex se promptior existat, intra limites et captum suae creaturae, ad maiora dona potius quam ad minora, prout decet diuinam ipsius maiestatem ac magnificentiam, conferenda. Sed quod homines vel gratiam non accipiant, vel minorem accipiant, ex eo est, quod vel nubem suorum peccatorum diuinae bonitatis radiis obtendunt, vel quod, ad res terrenas et viles conuersi, nec intellectum nec affectum ad influxum donorum diuinorum excipiendum conuertunt, vel certe quod parum diligenter, et quasi aliud agentes, se ad diuina dona obtinenda componunt, nullam aut certe non magnam a liberalissimo quidem, sed iustissimo donatore, gratiam impetrant.

5. Vt autem ex parte nostra bene nos disponamus, cum diuino

---

[a] Euerardi *est supra versum. Vide Praefationem, supra, p. 757.*—[b] *A vv.* et iuxta *usque* mentem *add. in marg.*

---

[1] Congr. gen. I, decr. 107.
[2] JAC., I, 17.
[3] Cf. SAP. V, 6.
[4] MAL., IV, 2.

auxilio, ad magna dona excipienda, tria imprimis facere videntur. Primum est, vt generoso animo et digno adoptione Patris nostri aeterni, magna, et cum intentione recta Deo placendi, expetamus. 2.[m] Vt mediis conuenientibus et a diuina prouidentia ordinatis ea obtinere studeamus. 3.[m] Vt ipsi, conatum nostrum strenue conferendo et quod in nobis est faciendo, eidem diuinae prouidentiae ad illa obtinenda, vt oportet, cooperemur.

6. Iam in his spiritualibus exercitiis, si fiat quod fieri debet [a], haec tria egregie obseruantur. Nam, imprimis, in illis ea expetuntur ac quaeruntur, quae filios Dei decent; animam scilicet a peccatis et viciis et eorum reliquiis purgare et ad puritatem in posterum disponere ac firmare; eandem ad Christi summi mediatoris, et nostrae reparationis et Patris aeterni bonitatem, sapientiam, misericordiam ac justitiam cognoscendam illuminare, eamdem ad vitae statum et viam, quae ad vltimum finem beatitudinis nostrae et gloriae Dei ducit, eligendam et ad discernendos auxiliatores et aduersarios spiritus in hac via instruere; demum eandem in iis, quae ad Dei amorem in nobis accendendum et ad rectam operationem in quouis statu exercendam [*spectant*] [b], ex sincero dilectionis diuinae affectu perficere. Iis autem quid melius vel altius expeti potest?

7. Quod etiam 2.° loco necessarium dicebamus, in exercitiis profecto videmus, optima scilicet et efficacissima media ad hunc finem exerceri. Talis nimirum est meditatio, et quidem rerum valde opportunarum et [c] ordine valde concino digestarum, quae in eis traditur. Talis oratio, quae tum ad incipientes tum ad proficientes instruendos, maxime idonea ibi docetur; talis vsus sacramentorum poenitentiae et eucharistiae, ac modus ad ea (praesertim per generalem confessionem) bene ad praxim deducenda; talis castigatio corporis per abstinentiam vel alias afflictiones, quarum (vt et victus temperandi) ratio hic explicatur; talis prudens instructoris consilium et directio, cui se subiicit qui exercetur [d]; tales demum regulae ad conscientiam bene examinandam, spiritus varios discernendos, electiones recte secundum Deum faciendas, bona pie dispensanda, scrupulos animae dignoscendos, et demum recte cum Ecclesia catholica sentiendum. His autem instrumentis vel mediis diuina prouidentia voluit sibi ad optima quaeque homines cooperari, vt Sacrarum Scripturarum et sanctorum hominum exempla testantur.

8. Iam tertium illud, de conatu nostro strenue conferendo ad cooperandum diuinae gratiae in exercitiis, praesertim cum exacte fiunt, optime praestatur. Imprimis remouendo impedimenta, quae ab homi-

---

[a] *5 vv. praecedentia add. in marg.*—[b] *Hoc vel simile verbum* pertinent, attinent *supplendum esse tota oratio ostendit.*—[c] *Prius loco 7 vv. praecedentium erat* meditatio et quidem ordinatissima.—[d] *11 vv. praecedentia add. in marg.*

nibus et negociis possent accidere, dum eligitur locus idoneus, vbi solitudine frui possit qui se exercet, et soli Deo ac sibi vacare. Deinde voluntatem magnam profectus spiritualis satis se habere ostendit qui, omnibus aliis intermissis, ad illum solum omnes cogitationes et actiones suas transfert. Spes nihilominus magni huius profectus voluntatem illam comitatur, resignatio [a] sui omnimoda in manus Dei, humilis instructionis susceptio, labor, industria ac diligentia, quam potest ad suum profectum adhibere. At, iuxta praedictorum mensuram, Dei benignitas gratiam conferre solet. Adde quod vnitur tota vis animae cum suis potentiis, vt huic vni profectui vacet, et vnita virtus, tam in intellectu quam in affectu [b], fortior redditur; quod cogitationes bonas et desideria non relinquit incepta, sed vsque ad bonum aliquem terminum persequitur; quod diligenti examine se supra exercitia adhibita reflectit, vt, si quid bene successisse animaduertit, in posterum obseruet; sin minus, emendet. Demum actus se disponentis ad profectum magnum sunt intensi et secundum rationem optime ad finem illum ordinati, et cum praedicta facere sit totum conatum suum exerere, et quod in homine est, facere, ad gratiam vberem consequendam; consentaneum est rationi, vt infinita Dei bonitas, quae talibus praeuenit auxiliis, vt bene se homo disponat ad gratiae influxum excipiendum, vberem illam et largam, vt suam decet largitatem, infundat; et hinc insolita illa et admiranda mutatio dexterae Excelsi [1], quae in iis, qui se exercent, conspicitur; vt vno mense et maiorem illustrationem circa vitae suae statum, et altiorem sui ac Dei cognitionem, et puriorem ac feruentiorem Dei ac rerum aeternarum amorem, et in omnibus donis internis maiorem ac solidiorem profectum consequatur, quam antea multis annis, remissius agens ac minus se disponens, fuerat consecutus. Et, corde per Dei operationem sic immutato, quid mirum est si in omnibus externis mutatio cernatur?

9. CAPUT 2.[m]

DE QUATTUOR MODIS PROPONENDI SPIRITUALIA EXERCITIA IUXTA QUATTUOR HOMINUM GENERA

10. At delectus habendus est circa personas, quibus exercitia spiritualia tradenda sunt, et iudicio vtendum circa modum ea tradendi; et ad id annotationes 18.[a], 19.[a] et 20.[a] libri Exercitiorum multum lucis afferunt. Ad maiorem tamen explicationem, quattuor distinguenda sunt personarum genera, quibus spiritualia exercitia tradi possent. Primum

---

[a] *A vv.* resignatio sui *ad* praedictorum *inclus. sunt in marg. pro deletis duobus tribusve verbis, quae legi non possunt.*—[b] *6 vv. praecedentia add. supra versum.*

---

[1] Cf. Ps. LXXVI, 11.

est eorum, quibus satis esse videtur, si eos adiuueris, vt ad aliquem vsque gradum proficiant, siue quod minus perspicacis ingenii ac iudicii sint, siue quod eis videtur sufficere, si aliquam instructionem in via spirituali accipiant, siue quod ab eis magnus fructus sperandus non esse apparet, siue quia non vacat, vel non expedit, multum temporis cum eis consumere; iis ergo primo particulare examen proponatur contra eos defectus qui magis eos vrgent; 2.° generale et etiam quotidianum; 3.° doceantur vti primo modo orandi per mediam horam quotidie et exponantur eis praecepta (si sint illis parum nota) et peccata mortalia; 4.° suadeatur eis, vt octauo quoque die confiteantur, si comode fieri id posset, et decimoquinto quoque die communicent, si non videbitur octauo quoque die magis id expedire. Aliquae ex additionibus, prout personarum ratio feret, proponi etiam poterunt.

11. 2.^{m} genus hominum est, cui non deest intellectus ad capienda exercitia spiritualia idoneus, sed tantum se disponunt vt, ad purgandam suam conscientiam, et capiendam instructionem, qua suam vitam secundum suum statum in melius mutent, octo vel decem dies velint impendere: iis vero, si expediti sint, et domi nostrae vel alibi liceat ac libeat hos dies integros iis exercitiis tribuere, primo dari poterunt post fundamentum examina et omnia exercitia primae hebdomadae vsque ad confessionem generalem, et consequentem communionem; et simul additiones eis proponantur, vt fieri solet cum exacte omnia exercitia fiunt. Et regulae de discernendis spiritibus primae hebdomadae congruentes, si opus erit, declarari eis poterunt.

12. 2.° proponatur eis modus orandi primus, prout habetur in 4.^{a} hebdomada, et tertius vtilis eisdem fore videtur [a]. **13.** 3.° Suadendum eis vt confiteantur et communicent, vt paulo ante dictum est. **14.** 4.° Si videbitur eis necessarium vel valde opportunum de modo distribuendi eleemosinas, vel discernendi scrupulos, vel sentiendi cum Ecclesia catholica, vel victum etiam temperandi, aliqua, prout discretio dictabit et tempus feret, proponi poterunt, et dimittantur [b]. Si non possent [c] integrum hoc tempus exercitiis dare, proponantur eis [d] exercitia primae hebdomadae eo modo quo tertio hominum generi conuenire iam dicetur, et ex iis quae, loco 4.°, modo dicta sunt, quantum expedire videbitur; et cum exhortatione ad crebro confitendum et communicandum (vt supra) dimittantur.

15. 3.^{m} genus hominum est, qui valent quidem intellectu, et sperari potest ab eis, ex factis his exercitiis, fructus non poenitendus. Sed vel quia publicis negociis sunt districti, vel alias honestas ob causas non ita possunt exercitiis his vacare, vt totum eis tempus tribuant, quo versari in eis oporteret; non possunt etiam vel non expedit, vt a domo sua in locum alium a conuictu hominum et negociorum strepitu separatum,

---

[a] *6 vv. praecedentia add. in marg.*—[b] dimittatur *ms.*—[c] posset *ms.*—[d] ei *ms.*

se transferant. Iis ergo, in solita sua habitatione manentibus, siue ad eos veniat qui exercitia proponit, siue ipsi (vt alii celentur) [a] ad domum nostram vel ad condictum alium locum veniant, primo fundamentum proponatur, quod per vnum vel alterum diem ruminent [b], tribuendo ei tempus aliquod opportunum. 2.° Proponatur ei examen particulare, applicandum illis defectibus, qui magis eum premunt, cum suis additiunculis, vt, saltem per vnum diem alium, mediam horam ei a prandio et caena (praeter propositum matutinum) impendat. 3.° Proponatur modus generaliter examinandi conscientiam, ad confessionem generalem faciens, et examen quotidianum etiam proponendum est per vnum vel alterum diem exercendum cum modo bene communicandi. 4.° loco primum exercicium primae hebdomadae per triduum meditandum, vnam, vt minimum, horam quotidie ei impendendo, et incipiat aliquas ex 10 additionibus eidem explicare. 5.° loco 2.[m] exercitium de processu peccatorum, totidem diebus et horis ruminandum, aliis additionibus etiam explicatis. 6.° loco 5.[m] exercitium de poenis peccatorum, tribus etiam diebus et totidem horis faciendum; et si quid ex additionibus supererat, declarandum erit. Non datur eis tertium et quartum exercitium, quia repetitiones sunt duorum praecedentium, et earum loco est quod triduo idem exercitium meditantur.

Quod si videbitur expedire, vt aliqua alia eodem pertinentia; vt de morte et de iudicio, exercitia addantur, id facere licebit, prout is qui exercetur vide[bi]tur indigere. Si enim ex trium meditatione nactus fuerit eam suorum peccatorum contritionem, quae sufficere videatur, non aliis erit opus. Si maior desiderabitur, adiungi poterunt aliae meditationes ad scopum eumdem pertinentes. Quae autem ad discretionem spirituum faciunt et primae hebdomadae quadrant, prout videbitur ei qui se exercet conuenire, declarari ei possunt. 7.° loco sequetur generalis confessio, et communio, si sacerdos non sit; quod si sacerdos exerceretur, missae sacrificium etiam antea, pro sua deuotione, celebrare posset. Deinde meditationes ad vitam Christi pertinentes, modo simili per biduum vel triduum tractandae, cum suis additionibus proponi possunt, tam quae ad 2.[am], quam quae ad 3.[am] et 4.[am] hebdomadam pertinent, si procedendum in exercitiis spiritualibus vltra primam hebdomadam videbitur; et ex eis, quae conueniunt exacte facientibus exercitia, ea poterunt huic tertio hominum generi adhiberi, quae pro ratione personae et temporis opportuna videbuntur.

16. Quod si de electione aliqua ad officium vel munus aliquod relinquendum vel suscipiendum, aut etiam de vitae statu, agere vellet qui se exercet, et illa etiam exercitia, quae ad electiones faciunt, eis in secunda hebdomada sunt proponenda. Si tamen non se huiusmodi homines egregie disponerent, et resignationem animi veram ad Dei

---

[a] coelentur *vel* caelentur *ms.*—[b] ruminet *ms.*

voluntatem exquirendam nacti essent, non expediret (in his praesertim quae ad statum vitae spectant) ad conclusionem progredi, sed in aliud tempus, quo liberiores essent ab omni propensione amoris proprii, differre; et si peragi posse electio videbitur, ea, quae inferius de ea dicuntur, obseruentur.

17. Si aliqui ex hoc 3.° genere hominum, non tantum horam vnam quotidie, sed plures, mane scilicet et vesperi vel noctu, exercitiis impendere vellent, breuiori tempore conficere huiusmodi exercitia possent, et ad modum exactum magis accedere, prout expedire in re praesenti discretio dictabit.

18. Si etiam post primae hebdomadae exercitia, spiritu Dei gustato, dispositus esset quis ad exercitia reliqua exacte facienda, et sine incomodo id fieri posset, vtile id esset, ad deliberationem praesertim de statu vitae instituendam.

19. Quartum genus hominum est, qui, cum sint liberi ab aliis occupationibus, vt se totos his exercitiis exacte obeundis impendere possint, idonei ad vberiorem ex eis fructum ad Dei gloriam percipiendum videntur, et proficere ipsi serio cupiunt. Iis expedit (praecipue si de statu rerum suarum secundum Dei voluntatem deliberare volunt) exercitia exacte proponi eo modo qui in sequentibus dicetur.

20. CAPUT 3.um

DE IIS, QUAE AGENDA SUNT ANTEQUAM INCIPIANT EXERCITIA QUI EXACTE EA FACERE VOLUNT

21. Quod attinet ad eos, qui exacte exercitia spiritualia facere volunt, antequam incipiant, eis aliqua curanda sunt, vt se magis ad Dei gratiam excipiendam disponant. Imprimis de scopo ipsorum exercitiorum admoneantur, et annotationes primae, quae numero viginti sunt initio libri Exercitiorum, vel ea pars earum quae videbitur, possunt eis communicari; et id agatur, primo, vt magno animo, et magnum progressum in rebus spiritualibus cupiente, et in Dei bonitate confidente, hoc negocium sui profectus quisque aggrediatur.

22. 2.° Vt proponat, quod in ipso fuerit, strenue cooperari diuinae gratiae; et ad eam excipiendam (cum Domini eiusdem auxilio) omnes neruos sui conatus intendere statuat.

23. 3.° Vt ad hoc ipsum voluntatem suam omnino, et omnes affectus in Dei manus resignare studeat et liberali animo se Domino committat, eius beneplacentem et perfectam voluntatem [1] sincere intendendo.

24. 4.° Vt, si potest commode, tam eleemosinis in pauperes et pie-

[1] Cf. ROM., XII, 2.

tatis opera impensis, quam orationibus aliorum procuratis, se ad influxum gratiae Dei disponat.

25. 5.° Ab omnibus aliis negociis et sollicitudinibus se ita expediat (siue ea praescindendo, siue concludendo, siue aliis committendo), vt mentem ab eis prorsus reuocare, et ad suae salutis et profectus negocium totum se conuertere, et soli Deo et sibi vacare possit.

26. 6.° Vt melius id fieri possit, locus idoneus eligendus est, vbi nec a familiaribus, nec ab aliis, quibuscum versari solitus erat, videatur nec interpelletur, et vbi audiendi sacrum, et vespertinum officium, si libeat [a], et deambulandi, et reliqua in exercitiis agenda libere exequendi, comoditatem habeat; quo etiam is qui exercitia proponit non incomode venire, et is victus, quem ipse requiret, sine eius sollicitudine, ad eum deferri queat. Et si oportuerit, rationes addat, quae in annotatione 20.[ma] attinguntur, de bonis [b] quae ex solitario huiusmodi loco eligendo sequuntur, siue is locus domi nostrae, siue alibi assignetur.

27. 7.° Aduertendum, quando facultas suppetit, hunc vel illum ex nostris designandi, ad exercitia alicui tradenda, rationem esse habendam ingenii, eruditionis, prudentiae, et etiam affectus eius qui exercetur, vt, quoad eius fieri possit, is designetur ad eum exercendum, qui apud eum auctoritatem habere, et gratus fore, et, omnibus consideratis, magis idoneus instructor esse possit.

28. CAPUT 4.[m]

DE IIS QUAE IN VNIVERSUM CURANDA SUNT EI, QUI ALICUI IN EXERCITIIS SPIRITUALIBUS EXACTE TRADENDIS INSTRUCTOR DATUR

29. Quaedam in vniuersum ad omnia exercitia tradenda, praescribi possunt, quaedam ad singulas hebdomadas sunt magis accomodata. In vniuersum id curet qui exercitia tradit, vt tam ipse quam qui exercetur, sic se comparent, vt bene cooperentur diuinae gratiae, et, quod in ipsis est, instructor ad eam inducendam, instructus ad excipiendam illam, sedulo faciant. Conferet ad hoc, tum vt qui tradit exercitia magno affectu charitatis salutem et spiritualem profectum eius qui exercetur desideret, propter Dei honorem, et vt ipsius beneplacitum in illo quam optime impleatur; tum vt, agnoscendo quod ad supernaturalem hunc effectum gratiae in illum inducendum, virtutem ipse in se non habeat, sed tamen a Dei bonitate infinita eam impetrare et ei cooperari possit; oret diligenter, toto tempore quo exercitia tradit, pro eo qui se exercet, et in sacrificiis suis eius sit memor, praecipue cum id magis esse

---

[a] *5 vv. praeced. add. in marg.*—[b] *A vv.* de bonis *usque* assignetur *add. in marg.*

necessarium viderit, et hinc etiam aliorum mendicare suffragia conueniet.

30. 2.° Admoneat etiam eum qui se exercet opportunis temporibus et occasionibus, vt ad bonorum omnium fontem et desiderii et fiduciae oculos eleuet, et omnia media ad eius gratiam obtinendam, sic adhibeat, vt non in eis, sed in Domini bonitate ac largitate spem constituat, hoc intelligendo, quod prouidentia Dei ab ipso exigit, vt diligenter per adhibita media sibi cooperetur, anchoram tamen confidentiae non in mediis, sed in ipso bonorum omnium donatore defigat. Porro media illa, quae in memoriam ei qui exercetur suo loco et tempore redigi debent, ea sunt de quibus 2.° capite diximus, quod hominem, ad Dei gratiam vberem accipiendam, strenue conatum exerendo, disponunt.

31. 3.° Si prius non nouisset, curet eius qui exercetur ingenium et naturales mores et proprietates, vel ab aliis discendo, vel ab ipso, cum dexteritate interrogando, perspectos habere, vt ei se melius accomodare possit. Grauibus enim et eruditis, breuiter et erudite; simplicioribus et qui in rebus spiritualibus parum sunt versati, explicatius; vtrisque ordinate ac distincte sunt exercitia proponenda. Hoc tamen obseruetur, habita ratione ingeniorum et maioris vel minoris eruditionis ac exercitationis eius qui exercetur, vt proposita puncta nimis non declarentur, tum vt magis gustent quae ipsi inuenerint, iuxta annotationem 2.am, tum vt illustrationibus ac motionibus desuper missis maior locus relinquatur; nec contra nimis breuiter et ieiune, sed ad eam mensuram, vt intelligantur rectius, et via meditationi aperiatur.

32. 4.° Vt memoriae consulatur eius qui se exercet, si scribere nouit, dictentur ei puncta exercitiorum ad eum modum, qui in fine huius instructionis subiicitur [a] [1], et id fiet postquam verbo ea paulo explicatius, vt dictum est, declarata sint; quamuis autem melius est dictare, vt is, qui exercetur, in scribendo propria manu se humiliet, quam scripta puncta dare; ex causa tamen conueniet aliquando magis scripta dare, vt cum vrget temporis angustia vel non bene scribit qui se exercet, vel non bene memoria retinet puncta qui ea tradit. Curet nihilominus etiam tunc vt declaret memoriter, vt magistri auctoritatem retineat; ne dum parum versatus in huiusmodi ministerio habetur, minus ei credatur. Si non relinqueret puncta scripta propterea quod forte legere vel scribere recte nescit qui exercetur (quod raro accidet), repetat quae semel dixit, et repetere faciat, si opus est, eum qui exercetur.

33. 5.° Admonendus est praeterea iuxta 3.am annotationem qui exercetur, vt in colloquiis et aliis orationibus reuerentiam maiorem quam in meditationibus adhibeat, quamuis enim vtrobique agi soleat cum

---

[a] subiiciuntur *ms.*

[1] In hoc autographo desiderantur haec puncta exercitiorum. V. supra, pag. 795, annot. 1. Fortasse illa sustulit ipse Polancus, mutato consilio. Vide infra, n. 70.

Deo, magis proprie in orationibus cum Deo loquimur, corde vel ore, quam in speculationibus, adde quod meditatio non semper est de Deo.

34. 6.° Non ignoret qui exercetur quod inter ea quae valent plurimum ad promerendam Dei gratiam (vt primo capite dicitur), humilitas est, qua suo instructori se docendum exhibet, eique credit [a]; vt contra, sibi plus aequo tribuere, et celare [b] res suas instructorem, vel eius consilium non sequi, exigui profectus et errandi causa esse posset. Spiritualis prudentia igitur est in vnoquoque, in proprio negocio alium quam se iudicem quaerere; sed iis praecipue ducatus alterius est necessarius, qui in rebus spiritualibus non versati, spiritualem viam ingrediuntur; vnde doctores potius hanc nouam viam non ingredi, quam sine magistro ingredi, suadent. Aperiat ergo qui exercetur instructori suo, quomodo in exercitiis se gesserit, et eorum rationem reddat; tum, si quid minus intelligit, vt discat; tum animi conceptus et illustrationes, vt examinentur; tum consolationes ac desolationes, vt discernantur; tum poenitentias quas facit, et tentationes, quibus pulsatur, vt consilio iuuetur.

35. 7.° Instructor etiam diligens sit in eo suis horis conuenientibus inuisendo, in ratione confectorum exercitiorum, postquam ab eo recessit, exigenda; in modo meditandi et additionibus vtendi, in illustrationibus intellectus ac motionibus affectus obseruandis; vt, si bene procedit, probet [c], si minus bene, examinet, quam diligenter et exercitia et additiones peragat. Si, propter debilem vel parum exercitatum in rebus spiritualibus intellectum, non inuenit ille quid meditetur, vt viam aperiat, aliquos conceptus attingendo, quos is prosequatur. Si contra, intellectui plus aequo, affectui exercitando minus vacat, vt quasi aequis gressibus in vtroque incedendum admoneat, si in alterutram partem quid erraret, vt dirigat. Si quid dubitat et interrogat, vt ei satisfaciat, interrogationes [d] etiam praeueniendo, si cum ingeniosis vel eruditis praesertim agat, aliquorum ex iis, quae dicit, rationem reddat, et tunc maxime cum aliqua, quae noua videri possunt, proponit. Si tepide in exercitiis vel additionibus se gerit, vt animet; si contra, feruenter nimis, vt moderetur. Si desolatus est, vt consoletur; si [e] consolationibus abundat, vt eas diiudicet. Si tentationibus vel variis spiritibus agitatum inuenit, inquirat quae ad discernendos spiritus faciunt, et ad praxim deducat, cum his, primae; cum illis, secundae hebdomadae regulis, iuxta 8.[am] annotationem ac decimam [f].

36. 8. Peculiari cura quintam additionem, de reflexione super ipsa exercitia et examinatione facienda, commendet et ad praxim deduci curet.

37. 9. Si animaduertit longum videri tempus vnius horae in singu-

---

[a] *A vv.* eique credit *usque* spiritualis *add. in marg.*—[b] caelare *ms.*—[c] *Pro deleto* laudet.—[d] *Ab hoc v. usque* proponit *add. in marg.*—[e] *Ab hoc v. usque* decimam *add. in marg.*—[f] *Locus subobscure scriptus; debuit dicere,* octavam, nonam ac decimam.

lis exercitiis ob insolitum meditandi studium vel tentationem, hortetur vt perseueret etiam vltra horam, se ipsum superando, et hoc praecipue cum desolationem experitur, iuxta annotationem 12.am et 13.am

38. 10. In iis, quae ad cibum et potum pertinent, non detur iis qui se exercent nisi quod ipsi petent, nisi obseruaret instructor in alterutram partem modum excedi; tunc enim quod discretio et charitas postulant suggeret.

39. 11. Exercenti se non tantum in vna hebdomada, sed etiam vno die, vel etiam vnius horae exercitio, non expedit ea dicere, quae alia hebdomada, vel die, vel exercitio, sunt tractanda, ne animus, ad futura [a] se conuertens, minus fructus ex praesentibus capiat.

40. 12. Quando quis deuotione feruet, admoneatur ne vota tunc vlla emittat (et praecipue si naturae praecipitis vel minus stabilis esse, obseruatum est), quamuis enim bona ea et sancta sint, considerate tamen sunt agenda, vt gratius Deo offerantur et firmius obseruentur.

41. 13. Quamuis in quattuor hebdomadas exercitia sint distributa, non numero dierum singulae censendae sunt, sed tunc quaelibet erit absoluenda, cum id, quod intenditur, fuerit qui se exercet consecutus: vt, verbi gratia, prima hebdomada finietur, cum sufficientem peccatorum cognitionem et contritionem nactus esse, et ad generalem confessionem adducendus, videbitur; 2.a, cum quis in meditationibus vitae Christi profectum non poenitendum, vel in electionibus (si de eis agitur) Dei voluntatem assecutus censebitur; 3.a, cum in meditatione passionis Domini sufficienter se exercuisse, et modum bene concepisse, quem postea in ea meditanda obseruet, videbitur; 4.a, cum in his, quae ad resurrectionis mysteria, et amorem Dei inflamandum, et modos orandi pertinent, profecisse satis iudicabitur. Et iuxta finis mensuram (aliis etiam circumstantiis consideratis) plura vel pauciora in singulis hebdomadis exercitia dari, et plures vel pauciores dies in singulis earum consumi oportebit.

42. 14. Quamuis verbo declarentur fusius puncta exercitiorum, et rationes rerum quarumdam propositarum reddantur, vt dictum est, in scriptis, tamen sola ea sunt relinquenda, quae memoriae seruiant ad praxim eius qui exercetur, vt in fine huius instructionis videbitur, non alia quae in libro Exercitiorum continentur, et ad praxim potius instructoris faciunt; et [b] quidem in vernacula vel in latina lingua; et declarari et scripta relinqui oportet, prout ei qui exercetur magis conuenit, et instructori comodum erit.

43. 15. Regulae de temperanda victus ratione, quamuis in 3.a hebdomada proponantur, adhiberi possunt, cum opportunum instructori videbitur ad eius qui se exercet necessitatem vel vtilitatem. Idem intellige de regulis, quae de scrupulis discernendis, in fine habentur.

---

[a] ad ad futura *ms.*—[b] *Ex hoc v. usque* erit *add. in marg.*

Quae ad distributionem bonorum pertinent, in fine 2.ae hebdomadae, quae ad bene sentiendum cum orthodoxa Ecclesia, in fine exercitiorum proponenda videntur. Et de iis quattuor hoc in genere dici potest, quod non omnibus proponi debent, sed iis qui eis indigere, et quibus ea dari opere precium fore existimabitur.

44. CAPUT 5.m

DE IIS QUAE CIRCA PRIMAE HEBDOMADAE EXERCITIA OBSERUANDA VIDENTUR

45. 1. Ante omnia consideratio vltimi finis proponitur, quod ideo fundamentum vocatur, quia totius edificii moralis basis est; et, punctis declaratis breuiter, admoneatur qui se exercet vt reflectat ad se considerationem, quomodo scilicet hactenus se habuerit ad finem et media, et quomodo se habere velit in posterum.

46. 2. In secundo congressu examen particulare proponatur; et significetur quod fere vnum vel alterum esse soleat in quouis homine peccatum vel vicium praecipuum, et ex quo alia oriantur multa. Et licet multa essent vicia huiusmodi, expedit tamen singulare certamen cum vno vel altero tantum instituere, ita vt peculiari diligentia contra id [a] armemur, et eo superato, vel valde eneruato, contra aliud conatum hunc peculiarem conuertamus. Suggerendum est autem, vt examen hoc particulare faciat qui exercetur, contra illum defectum, qui magis eum premit, deinde contra alium atque alium. Interim contra reliqua omnia peccata et vicia, in vniuersum, animi voluntatem confirmando.

47. 3. An expediat additiones 4 examinis dictare, an tantum verbo dicere, instructoris discretioni relinquitur; sed si viris grauibus dicentur, addatur vtilitatis ratio, quae in eo est, partim quod homo, dum saepe reflectitur supra aliquem actum vel omissionem, a qua vult liberari, per renouationem propositi, et voluntatis confirmationem contra talem defectum, facilius malam consuetudinem vincit; partim quod, diligentiam hanc exactam adhibendo, et quod in se est faciendo, promeretur a Deo gratiam, per quam liberetur a tali defectu. Nam de communi lege, iuxta hominis conatum, gratia ei a Deo confertur.

48. 4.° Quae de examine generali dicuntur per cogitationes, verba et opera, si agatur cum eruditis, satis erit attingere; rudioribus magis ea erunt explicanda, non tamen scripto relinquenda sunt, nisi ipsi peterent vel indigere viderentur. Vtrisque autem significandum, quod aliae species peccatorum sint in verbis, sed eae attinguntur, quae frequenter accidunt; alias autem ab auctoribus, qui de huiusmodi ex professo scribunt, peti posse.

---

[a] eum *ms.*

49. 5.° Examen quotidianum, quinque puncta continens, prout iacet dictetur; ad quod exercendum iuuant quae dicta sunt de peccatis, per cogitationem, locutionem et opus perpetratis.

50. 6. Vtilitates, quae ex confessione generali totius vitae consequuntur, verbo explicandae sunt, quando, post sequentia exercitia tradita, opportune de confessione generali instituenda mentio fiet.

51. 7. Circa exercitia primae hebdomadae illud est aduertendum: imprimis, quod sigillatim sunt proponenda (praeter tertium et quartum, quae simul proponi possunt), vt singula bene retineantur, et ad praxim seorsum reducantur; 2.°, quod quae post quintum exercitium, de horis ea faciendi, dicuntur, scilicet, media nocte, in aurora etc., non eo tempore quo proponuntur, sed postquam omnia erunt proposita, obseruari debent [a].

3.° Cum proponitur 2.[m] colloquium tertii et quarti exercitii ad X.[m], vt mediatorem, vt impetret a Patre quae ibi habentur, minus eruditis explicari debet, quod licet personae Christi, secundum diuinam naturam, in qua aequalis est Patri, conueniat concedere, non impetrare, tamen secundum humanam, in qua minor est Patre, potest impetrare a Patre et a seipso secundum diuinam naturam, et a Spiritu Sancto. Et sic ostendit oratio ad animam Christi, quae ibi ponitur, id est, ad Christum secundum naturam assumptam. Et tamen non est necessarium, vt ea oratio, scilicet «Anima Christi», proponatur, si alia ei qui se exercet, magis conuenire videtur [1].

52. 8. Modus dandi additiones hic esse poterit: vt, cum primum exercitium proponitur, additio prima, 3.[a] et 4.[a], post illud [b] proponantur. Cum 2.[m] exercitium, additio 2.[a]. 5.[a] et 6.[a]; cum 3.[m], 7.[a], 8.[a] et 9.[a] additio; cum 5.[m], additio 10.[a] declaretur. Si tamen comodum esset aliter additiones partiri, non excluditur commoditas, dummodo cum 5.° exercitio, si quae reliquae sunt, absoluantur, vt a sequenti [c] media nocte, cum suis additionibus, omnia quinque exercitia inchoari possint.

53. 9.° Tempus, quo proponuntur exercitia, in genere loquendo, sit quam breue esse comode poterit, supposito [d] quod singillatim proponi debent, ita vt prius vnum fiat quam sequens proponatur, vt dictum est; et si domi nostrae esset qui exercetur, vel tam vicinus, vt sine incomodo crebro eum posset instructor inuisere, posset vespere proponi primum, vt fiat primo quoque tempore; 2.[m] mane, vt fiat ante prandium; 3.[m] a prandio, vt fiat sub vespertini officii tempus; 5.[m] [e] post

[a] debet *ms.*—[b] illum *ms.*—[c] *A v.* sequenti *usque* possint *sunt in marg.; additamentum tamen videtur esse a vv.* vt a sequenti; *vv.* vt a *sunt in corpore sed in extremo versu.*—[d] *Ab hoc v. usque* dictum est *add. in marg.*—[e] *Sic, recte ex sententia Polanci; dixit enim supra, n. 51, tertium et quartum exercitium simul proponi posse; addit paulo post, ut quinque exercitia, die sequenti, fiant horis assignatis; proinde oportebat ut quintum quoque jam pridie proponeretur.*

[1] Cf., supra, p. 222, annot. 1.

vesperas, vt fiat ante caenam; et tunc esset admonendus, vt incipiat die sequenti, media nocte, primum; in aurora 2.^m; ante prandium 3.^m; sub horam vesperarum 4.^m; ante caenam 5.^m Et satis erit in reliquis diebus hebdomadae semel eum qui se exercet inuisere, et quomodo se gesserit examinare. Et quia semper aliquid noui expedit adferri, vel de 4 illis nofandis, quae post additiones ponuntur, dicet aliquid quod ad rem faciat, vel de discernendis spiritibus aliqua ad primam hanc hebdomadam accomodata, vel de scrupulis, vel aliis de rebus, prout, habita ratione personae, quae se exercet, conuenire iudicabit. Non tamen in scriptis relinquat aliud quam exercitia et additiones. Si in loco remotiori esset qui exercetur, satis erit initio bis eum inuisere, hoc modo: vt sub vesperam [*proponat*] [a] primum exercitium pro die sequenti faciendum sub auroram; 2.^m mane, vt faciat ante prandium; 3.^m a prandio, quod cum iterum fit 4.^m dicitur; die sequenti, ante vel post prandium, proponet 5.^m; et admonebit, vt, incipiendo a media nocte, faciat die sequenti quinque exercitia praedicta.

54. 10. Quando eum inuiset, postquam vno die exercitia peregerit, obseruet an expediat, vt die sequenti eadem repetat (quod fere accidet); et nullum oportebit addere nouum, si in iis inuenit quod quaeritur, scilicet contritionem peccatorum, et libenter eadem retractaturus videtur; quin potius quae dicuntur in prima annotatione post additionem 10.^am explicet, scilicet vtilitatem vel fructum triplicem exterioris poenitentiae. Et si petit ipse vel cilicium vel flagellum, ei dare expediet; et si non peteret, ne tunc quidem cum fructus penitentiae dicuntur, nec in cibo et lecto aut alia in re, exteriorem vllam corporis castigationem subire intelligitur; interrogari posset, an vellet aliquid tale; sunt enim qui vellent quidem, sed petere erubescunt. Aliquis etiam ex primis Patribus flagellum, quasi excidisset, relinquebat in cubiculo, vt ad vtendum eo inuitaretur sponte sua qui se exercebat. Quatenus autem sit progrediendum in huiusmodi, prudentiae instructoris (qui personae se exercentis circumstantias considerabit) relinquitur, an scilicet debeat animare ad castigationem corporis, aut etiam moderari, si excedi mensuram videret.

55. 11. Cum sequentibus diebus redibit, si animaduertet quod fastidium quodammodo ex eisdem totiens iteratis exercitiis generatur, et tamen adhuc in iis, quae ad contritionem faciunt peccatorum, exercendus poenitens videbitur, mortis et iudicii meditationem, et alia etiam ad eundem finem pertinentia, loco alicuius ex primis quinque, proponere posset [b], prout expedire in Domino videbitur.

56. 12. Siue in primis quinque exercitiis, versetur, siue alia adiungantur, cum iam id satis consecutus videbitur, quod vt finis in hac

---

[a] *Constructio videtur postulare, ut hoc aut simile verbum suppleatur.*—[b] 7 *vv. praecedentia add. in marg.*

hebdomada proponitur, scilicet cognitionem et contritionem peccatorum, et ad id serio conatus, et cooperatus diuinae gratiae, tam per exercitia quam per additiones iudicabitur, dici ei poterit vt se ad confessionem generalem disponat, non omittendo interim exercitia consueta vel partem eorum, et reliquum tempus recogitandis peccatis, et si ipsi videbitur etiam scribendis, impendendo; quam confessionem alii facere quam suo instructori, vt plurimum, conuenire censetur. Sed si eius deuotio, vel sacerdotum penuria, vel aliae causae, quae momentum haberent, id exigerent, eidem instructori posset confiteri.

57. 13. Admoneatur, licet secum tulerit libellos aliquos, qui se exercet in hac prima hebdomada, non expedire vt eos legat, sed vniat cogitationes et affectus suos ad purgandam conscientiam per ea quae proponuntur ad contritionem excitandam; et si loci comoditas et solitudo inuitaret, nec aliorum colloquia timerentur, potius expediret vt missae sacrificio audiendo, vel dicendo, et aliis diuinis officiis (si ad ca afficitur) interesset, vt 20.ma annotatio insinuat.

58. 14. Quamuis non dictentur 14 regulae de motibus animae discernendis, quae ad primam hebdomadam pertinent, nec etiam omnes explicentur verbo, adhibeat nichilominus instructor explicationem aliquarum, quibus indigere viderit eos qui se exercent, vt animentur vel instruantur, vel consolationem accipiant, prout motus animorum, qui in ipsis cernuntur, occasionem dederint, vel ipsi qui exercentur requirent, vel vtilitas spiritualis eorum [a] id exiget.

59. 15. Temporum distributio, vt scilicet media nocte, in aurora etc., fiant quinque exercitia, variari, et tempus vnius horae in singulis augeri, et aliquando in aliquo minui, in hac hebdomada et sequentibus potest, prout vnicuique subseruit corporis et animi dispositio; sed in prima hac hebdomada numerus quinque exercitiorum non facile minuendus est, vt nec horae in singulis spacium.

60. [b].

61. CAPUT 6.m

DE QUIBUSDAM CIRCA 2.ae HEBDOMADAE EXERCITIA CONSIDERANDIS

62. Peracta confessione generali, cum vlterius progrediendum est, vt respiret qui exercetur [c], meditatio de regno Christi ei proponetur, quae bis fiet, mane scilicet et vesperi; et pro illo die alia non proponantur; deinde sub vesperam [d] exercitium incarnationis [e] proponetur,

---

[a] ejus *ms.*—[b] *Huic numero nihil respondet in textu: ad sinistram scriptum alia manu* desideratur.—[c] *Loco vv.* vt respiret, qui exercetur, *prius erat:* postquam respirauerit qui exercetur per medium diem vel vnum (prout indigere videbitur).—[d] *9 vv. praecedentia add. in marg. pro deletis in textu* et id antequam.—[e] *Post v.* incarnationis *est* natiuitatis, *oblitt.*

postridie [a] faciendum in aurora; eodem sequenti die, mane, proponatur exercicium natiuitatis, vt fiat ante prandium et sub vesperam. Vel postquam exercitium de regno Christi semel fecerit, exercitium incarnationis proponetur et fiet; et post illud iterabitur meditatio regni, antequam exercitium natiuitatis proponatur. Deinde simul proponi possunt 3.^{m} exercitium et 5.^{m}, vt [b] fiat 3.^{m} sub vespertinum officium et 5.^{m} ante caenam, omisso eo die 4.º, quod est repetitio tertii; et admoneatur vt sequenti die (qui, quamuis tertius sit post confessionem generalem, primus dicitur, quia quinque exercitia tum primum fieri de X.^{i} meditationibus incipiunt), media nocte primum de incarnatione, in au[ro]ra 2.^{m} de natiuitate, 3.^{m} ante prandium, 4.^{m} sub vesperarum tempus, 5.^{m} ante caenam, fiant [c]. Demum sic distribuatur in proponendo tempus, vt siue simul 3.^{m} et 5.^{m} proponatur, siue 5.^{m} seorsum, cum aliqua ex additionibus, quae mutantur hac hebdomada, incipiat is dies, qui primus dicitur, et fiat media nocte prima meditatio de incarnatione, et aliae consequentibus horis, vt dictum iam est [1].

63. 2.° Si viderit defatigatum esse eum qui se exercet, vel minus gustare quam vellet proposita exercitia, licet valeat corpore, non incomode aliqua ei relaxatio fiet horarum, quae meditationi tribuuntur, et tunc non surgendo media nocte, primum faciat exercitium in aurora, 2.^{m} ante prandium, 3.^{m} et 5.^{m} aliis horis, 4.° omisso, quod est semper [d] repetitio tertii in omnibus hebdomadis.

64. 3.° Admoneatur quod, absolutis meditationibus, potest in hac et sequentibus hebdomadis aliquid legere, quod pietatem nutriat, potius quam intellectum exerceat, vt sunt aliqua ex Euangelio, ex Ber-

---

[a] *Ab hoc v. usque* sub vesperam *add. in marg.*—[b] *Ab hoc v. usque* incipiunt *add. in marg.*—[c] *Post* fiant *deleta sunt sequentia:* Si accideret vt semel tantum meditatio [*pro oblitterato* exercitium] regni facta esset, cum exercitium incarnationis [*pro deleto* natiuitatis] proponitur; vel omitti potest repetitio, vel post meditationes incarnationis [*inceperat scribere* nat.] repetetur antequam meditatio natiuitatis proponatur, et.—[d] Est semper est *ms.*

---

[1] Duplex ratio proponitur expendendi primos duos dies hebdomadis secundae, sive numeretur ipse dies, quo facta est confessio generalis, sive non (cf. supra, n. 62).

Prima ratio: 1.° die, *a)* Meditatio de regno Christi bis facienda; *b)* Meditatio de incarnatione proponenda, non facienda nisi die 2.°; 2.° die *a)* In aurora fit meditatio de incarnatione; *b)* Meditatio de nativitate proponitur mane et fit ante prandium et sub vesperum.

Altera ratio: 1.° die, *a)* Meditatio de regno Christi semel; *b)* Exercitium incarnationis proponitur et fit; *c)* Iteratio meditationis de regno Christi; *d)* Meditatio de nativitate proponetur, ut die sequenti fiat; 2.° die, *a)* Meditatio de nativitate in aurora; *b)* Proponitur simul 3.um et 5.um exercitium; *c)* 3.um fit sub vespertinum officium; *d)* 5.um ante coenam.

Deinde ille dies, qui in libello Exercitiorum dicitur primus, habetur a Polanco dies tertius. Cf. etiam infra, n. 71.

nardo, vel Joane Gersone *De imitatione Christi* [1]. Sed si liber contineret tractatum de Christi mysteriis, non expediret legere eorum tractationem, quae meditaturus est postea, secus de iis, quae iam esset meditatus; non enim noceret legere quae Euangelium, vel pii libri et spirituales, de talibus tractare solent.

65. 4.° Exercitium 5.^{m}, quod est applicatio sensuum, vel potest accipi de sensibus imaginariis (et sic conuenit in meditatione minus exercitatis, quibus haec exercitia potissimum proponuntur), vel de sensibus superioris rationis aut mentalibus, et sic proficientibus et versatis in vita contemplatiua magis quadrant. Si primo modo, nulla difficultas est in visu imaginario personarum cum suis circumstantiis, et in auditu verborum, quae loquuntur, vel decenter loqui posse imaginamur. In tactu parum est etiam difficultatis, cum imaginamur nos osculari vestigia, vbi fuerunt pedes Christi vel vestes. Sed si aliquid amplius osculari imaginamur, sit cum reuerentia coniuncta imaginatio, vt esset osculando pedes Christi, veri et summi pontificis nostri (cuius vicarius Petrus et eius successores, quibus vt Christi locum tenentibus pedes osculamur), vel manus vt nostri summi et veri patris, regis ac Domini, sicut patribus, regibus et dominis manus hic osculari filii et subditi solent. In olfactu et gustu, super imaginationem, ad rationem est ascendendum, considerando fragrantiam quasi absentium, et gustum quasi presentium donorum Dei in anima sancta, et sua suauitate reficientium nos. Et imaginatio odorum et saporum, quae olfactui et gustui corporis obiiciuntur, deducit ad hos sensus internos rationis in huiusmodi meditationibus exercendos.

66. 5. Si de sensibus mentalibus et ad rationem superiorem pertinentibus interpretamur, iuxta B. Bonauenturae doctrinam, 4 ca [2]. *Itinerarii mentis in Deum*, explicari possunt hi sensus de anima, in qua Dei imago per gratiam Dei, fide, spe et charitate, reformata est. Dum enim per fidem credit in Christum, per eum tanquam per Verbum increatum, quod est splendor Patris et candor lucis aeternae [3], recuperat et exercet spiritualem visum ad considerandum ipsius lucis splendores, et sic Christus est ei veritas [4]. Dum per fidem credit in Christum, vt Verbum incarnatum, quae ad salutem et perfectionem nostram pertinent docentem, recuperat per eum et exercet auditum, ad eius sermones suscipiendos, et sic Christus ei est via [5]. Dum autem spe suspirat

---

[1] Notum est illo tempore Joannem Gersonem, universitatis parisiensis olim cancellarium, a multis habitum esse auctorem libelli *De Imitatione Christi*, per Thomam a Kempis compositi.

[2] Paragrapho tertia. In sequentibus non pauca instar commentarii addidit Polancus verbis S. Bonaventurae.

[3] SAP., VII, 25-26.

[4] Jo., XIV, 6.

[5] Ibid.

ad X.^m^ suscipiendum vt Verbum inspiratum, per sua dona in nobis habitantem [1] et ad potiora charismata [2] et demum ad plenam sui fruitionem inuitantem, per desiderii et spei affectum, recuperat homo spiritualem olfactum, quem exercet currens in odorem vnguentorum [3] Christi, qui ei hoc modo est vita [4]. Dum charitate coniungitur X.° vt Verbo incarnato, tanquam suscipiens ab ipso delectationem etiam in hac peregrinatione, gustans quam suauis est Dominus [5], recuperat et exercet gustum spiritualem. Dum eumdem complectitur et in eum transit per purum amorem in eum transformantem, qui ab eo diuelli non permittit, nec aliud quam ipsum cogitare nec amare sinit, nisi propter ipsum et in ipso, recuperat et exercet spiritualem tactum.

Quatenus autem haec attingi vel explicari oporteat, prudentia instructoris dictabit.

67. 6. Cum datur primum exercicium, scilicet incarnationis, declaratis praeludiis, admoneatur quod simili modo in exercitiis huius et sequentium hebdomadarum, tam oratio praeparatoria quam tria praeludia fiunt, materia mutata. Cum autem 2.^m^ exercitium, scilicet natiuitatis, datur, punctis tribus et colloquio proposito, admonendus erit qui exercetur eamdem formam, scilicet considerationis personarum, verborum et factorum, cum colloquio (quamuis materia mutetur) tenendam esse. Idem cum 3.^m^, 4.^m^ et 5.^m^ exercicium proponetur; scilicet, quod in sequentibus misteriis eamdem meditandi et orandi formulam, mutata materia, tenere debeat. Et ita in sequentibus misteriis satis erit materiam ipsam, de qua meditandum est, proponere, et monere vt formam primi diei teneant.

68. 7. Additiones, quae in hac hebdomada immutandae sunt, scilicet, 2.^a^, 3.^a [6], 6.^a^, 7.^a^ et 10.^a^, diuidi possunt; et dum primi diei exercitia proponentur, omnes declarentur; vel, si quid superest, 2.^a^ die id expediatur, et dictari possunt, vt et ipsa exercitia.

69. 8. Post primum diem huius hebdomadae satis erit si semel inuisatur quotidie sub vesperam qui se exercet, quamdiu de misteriis Christi tantum agitur; si enim de electionibus, bis in die expediet, si vacat, eum inuisere. Et simul proponi possunt duo misteria, de quibus meditari debet toto die sequenti, licet non debeat meditari posterius exercitium antequam prius fuerit meditatus. Si tamen esset domi nostrae qui exercetur, posset sub vesperam dari exercitium primum, quod facturus est noctu, mane 2.^m^, quod fiat 2.° loco; et cum 4 tantum horae

---

[1] EPH., III, 17.
[2] I COR., XII, 31.
[3] CANT., I, 3.
[4] Jo., XIV, 6.
[5] Ps. XXXIII, 9.
[6] Sic; at 3.^a^ additio in nulla hebdomade mutatur.

sunt tribuendae meditationi, facilius hoc fieret. Sed nihil oberit si duo simul proponantur, cum non vacat instructori bis venire eodem die.

70. 9. Cum proponitur 3.ii diei exercitium, quo modo scilicet puer Jesus subditus esset parentibus tota eius vita priuata, id est vsque ad 30.m annum, potest considerari, excepto eo misterio quod sequitur, scilicet de iis quae in templo cum sapientibus, et deinde cum matre, acta narrantur, cum esset 12 annorum, quod peculiarem habet considerationem. Et cum quis tradere volet misteria Christi meditanda, praeter ea quae prima die traduntur, querat versus finem exercitiorum, vbi misteria X.i suis punctis distincta traduntur. Et [a] non videtur expedire, vt illorum summarium conficiatur; liber enim Exercitiorum in manibus esse debet eorum, qui instructores sunt; et quidem valde familiariter eis esse notum et tritum illum optandum est. Et iis, qui magis versati sunt in meditationibus, satis erit dictare puncta prout ibi habentur, admonendo (vt paulo ante dictum est) vt eandem formam quam prima die teneant. Cum minus versatis ad particularia magis descendetur in accomodandis praeludiis ad materiam, et distinguendis punctis tribus: primo scilicet, visus imaginarii personarum cum suis circumstantiis; 2.o, auditus verborum; 3.o, considerationis facti cum colloquio. Et sic forma tertii et quinti explicetur, donec ipsi per se possint ad praxim deducere meditationem mysterii quod simpliciter proponitur.

71. 10. Quod in enumeratione dierum huius hebdomadae ad duodecimum vsque peruenitur (praeter vnum vel potius duos praecedentes eum, qui primus dies nominatur), non est mirandum, quia exercitia electionis bonam partem huius temporis sibi vindicabunt; ideo post tertiae diei meditationem et quarti (in quo non de misterio aliquo particulari, sed de duobus vexillis et tribus classibus agitur) vna tantum proponitur meditatio singulis diebus. Si tamen non ageretur de status vitae vel alia graui electione, possent duorum dierum meditationes in vno die dari, et breuior fieret hebdomada 2.a, praeterquam quod dicitur in annotatione prima post 12 dierum enumeratas meditationes, iuxta temporis facultatem et vtilitatem personae se exercentis posse alias meditationes proponi, vt de misterio visitationis, de pastoribus, de circumcisione etc., et substrahi ex iis quae ibi enumerantur: addc etiam quod possent vno die plura consideranda proponi, vt de pastoribus simul cum exercitio natiuitatis, et sic de aliis, si in vno non inueniret qui meditatur materiam expendendi vtiliter horam vnam.

72. 11. Si ad meditandum misteria Christi, aliqui parum oculati inueniuntur, et maiori manuductione indigere videntur, admoneri possent vt 3.o puncto, scilicet facti, pensato, oculos conuerterent ad modum et causam finalem eius facti. Hoc enim, iuxta piorum ac sanctorum doctrinam et experimentum, ad vtilem meditationem viam

---

[a] *Ab hoc v. usque* optandum est *add. in marg. Cf. supra,* n. 32.

magis aperiet. Si bene procedit qui exercetur, non opus erit, vt hoc ei suggeratur, sed sibi et Deo relinquatur.

73. CAPUT 7.m

DE QUIBUSDAM CIRCA ELECTIONES ADUERTENDIS, ANTEQUAM IN PARTICULARI INCHOËNTUR

74. 1. Quod dicitur, inchoandam esse electionum discusionem a contemplatione tertiae diei [1] vsque ad contemplationem quintae diei inclusiue, non tam dies, quam meditationes, quae in talibus diebus proponi dicuntur, debent attendi. Nam si dies 2.ae hebdomadae consideres, antequam ad eum venias, qui primus dicitur (quia tunc omnia quinque exercitia simul vno in die fieri incipiunt), duo dies vel tres sunt expendendi, dum exercitium de regno Christi et de incarnatione ac natiuitate, cum repetitionibus et sensuum applicatione proponuntur. Sic ergo intellige, quod cum proponitur exercitium de puero Jesu, qui cum esset 12 annorum substitit in templo, vel de eodem Domino a Nazareth ad baptismum veniente (quae meditatio 5.a die proponitur, licet immediate sequatur praedictam meditationem [a], quia 4.o die interponitur exercitium de duobus vexillis et tribus classibus); tunc, inquam, inchoëtur tractatio electionum, propter rationem, quae adducitur in praeludio circa considerationem statuum, videlicet, quod sicut dedit Christus exemplum status vitae communis dum erat subditus parentibus, ita formam exhibuit secundi status, qui consiliorum euangelicorum perfectionem sectatur, dum, relictis parentibus, in templum se contulit; et ita inde ordiri considerationem status, in quo debeamus Deo seruire, opportune poterimus. Non est autem intelligendum quasi a Nazareth eo se contulerit, insciis parentibus, Jesus; imo cum eis ascendit; sed cum illi ex domo, vbi Hierosolimis diuertebant, redirent Nazareth, hic, eis relictis, in templum se contulit puer 12 annorum.

75. 2.o Hoc praeludium non dictandum est, sed verbo explicandum, cum constat quod qui exercetur agere de vitae suae statu cupit. Quod si de eo non constaret, posset nichilominus qui exercitia proponit, hoc ei suggerere, vel [b] hoc in loco, vel post quartae diei exercitium de vexillis (quod etiam eis, qui non constituerunt agere de electionibus, vtile erit), si is videretur ad statum perfectiorem idoneus, et statum non habet immutabilem; aut si non de statu, sed alia de re magni momenti

---

[a] meditationes *ms.; cum prius diceret* inter meditationes, *deleto* inter *scripsit* praedictam, *oblitus emendare sequentem vocem.*—[b] *Ab hoc v. usque* facienda *add. in marg. et in ima pagina.*

---

[1] Cf. *Judicium Deputatorum*, n. [13], infra, *Directoria Recentiora*, VIII, ex quo loco emendandus etiam hic textus polancianus.

ad commune vel priuatum ipsius bonum, secundum instructoris iudicium, seria deliberatio esset facienda. Et si paratus erit, procedat vt cum iis, qui initio hoc se velle significassent. Si non libet, vel non expedit agere de statu vitae, nec de aliis electionibus magni momenti, et tamen cum eo vlterius progrediendum censetur, ad baptismi meditationem procedendum est.

76. 3. Quamdiu de electionibus agitur, non sunt relinquendae omnino meditationes vitae Christi, vt superius [1] attigimus, sed miscendae sunt cum exercitiis ad electionem pertinentibus; et tamen quarto die nullum particulare mysterium Christi proponatur; sed si 4 fiunt exercitia in toto die, illud de vexillis fiat, scilicet sub auroram, ante prandium, et sub vespertinum officium; et ante caenam fiat illud de ribus hominum classibus. Si quinque fiunt, fiat exercitium de vexillis media nocte et in aurora, cum duabus repetitionibus ante prandium et sub vesperarum tempus, iuxta annotationem, quae sequitur exercitium vexillorum. Quod autem annotatur post exercitium trium classium, vt qui sentit affectum aduersantem paupertati reali, petat a Deo, vt se ad paupertatem inclinet [2], dicendum est, non dictandum. Et ratio huius rei est illa, propter quam, vt ait philosophus [3], virga ad contrariam partem flectitur, vt recta relinquatur. Et monendus est qui exercetur, quod maiora signa voluntatis Dei exquirenda essent vt in via communi, quam praeceptorum vocamus, subsistat (cum Christus difficile esse dicat possidentes pecunias in vitam ingredi) [4], quam vt viam consiliorum eligat, quam idem Christus, aeterna sapientia, consulit, licet non praecipiat [5], quia securior, haud dubie, et perfectior est: vnde propensior esse debet (quod in ipso est) ad consiliorum viam, quam praeceptorum, capessendam, si Deo magis illa quam haec placeret [6]. Quia tamen non omnes capiunt hoc verbum [7], nec omnes ad statum consiliorum Dominus vocat, diligenter exquirenda est voluntas Domini eo modo, qui inferius traditur.

77. 4. Quinta die, postquam proposita ibi contemplatio de transitu Christi a Nazareth et de baptismo, fuerit media nocte vel in aurora facta, proponantur tres modi humilitatis, vt toto eo die eos verset animo qui exercetur. Et bis vel ter horam integram eis considerandis et sequentibus colloquiis tribuat; sed extra praescriptum hoc tempus,

---

[1] n. 71.

[2] Imo, eligat; vide locum Exercitiorum, supra, pag. 362.

[3] Πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν εἰς τὸ μέσον ἥξομεν, ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 9. (ed. acad. berolinensis a. 1831, 1109, b, 5-7).

[4] MATTH., XIX, 23-24; MARC., X, 24-25; LUC., XVIII, 24-25.

[5] MATTH., XIX, 12-21; MARC., X, 21; LUC., XVIII, 22.

[6] Cf. supra, *Directoria Ignatiana*, I, supra, p. 779, et *Di.* c. XXIII, n. 4, infra, *Directoria Recentiora*, IX.

[7] MATTH., XIX, 11.

loco lectionis, de re eadem considerare expedit. Quod autem annotatur post quinti diei meditationem, vt scilicet examen a prandio et caena fiat de defectibus, qui in meditationibus accidissent, tam de meditatione mysteriorum Christi, quam de aliis ad electiones spectantibus intellige.

78. 5.° Sub vesperam quinti diei, postquam rationem exiget instructor illorum, quae acta sunt eo die, obseruet an qui exercetur dispositus sit (quod ad affectum attinet) ad aggrediendas electiones; dispositio autem ea esse debebit, vt voluntas resignata sit in manibus Domini ad viam praeceptorum vel consiliorum sectandam, quasi in quodam aequilibrio; vel potius (quod in ipso est) ad partem consiliorum inclinet, si talem intelligetur esse Dei voluntatem. Quod si cernitur voluntas ad praecepta potius pendere, et a via consiliorum abhorrere, non est bene dispositus, nec sperandum esset, quod bonam faceret electionem; ille enim affectus auersus a via perfectiori et ad imperfectiorem conuersus, intellectum traheret ad excogitandas rationes tali affectui consonas [1]. Cum talibus ergo non oportet progredi ad tempora tria electionum, sed posset dari eis 6.ae diei exercitium, vt die sequenti id meditarentur; et praeludium etiam declaretur ad electionem faciendam, cum declaratione introductionis ad eligendarum rerum notitiam (quae non sunt dictanda, sed verbo explicanda); et admoneantur vt, repetendo exercitium de tribus classibus hominum et de tribus modis humilitatis, curent se ad resignationem impetrandam a Deo disponere, petendo, vt supra est dictum, vt si magis vel aeque Deo gratum sit, ad consilia eligenda, potius quam ad praecepta, ipsius affectum inclinet.

79. 6. Die eodem sexto post prandium, inuisens eum qui exercetur, videat an ad resignationem peruenerit, vel ad eam accedat magis, an potius recedat; et si recedere vel non proficere obseruat, non pergat ad electionum tria tempora, sed vel relinquatur tota electionum tractatio, et aliqua alia exercitia proponantur, prout expedire in re praesenti iudicatum erit, vel, si non operae precium videbitur in exercitiis procedere, cum dexteritate, aliqua occasione quaesita, tunc vel post aliquod breue tempus, dimittatur. Si accedet ad resignationem, et tamen nondum eam assecutus erit, alia exercitia, vel ad hanc hebdomadam vel ad tertiam [2] pertinentia, proponi poterunt, exhortando vt illam resignationem perfectam a Domino impetrare studeat: et quocumque tempore ad eam perueniet, et ad tria tempora electionum faciendarum accedendum erit, curandum est peculiari modo, vt segregetur ab eis omnibus, qui eius sinceram electionem impedire possent; nec

---

[1] *Di.*, c. XXIII, n. 3.

[2] Quae hic de meditationibus tertiae hebdomadis dicuntur, in neutrum ex Directoriis Aquavivae (1591 et 1599) recepta sunt, atque a *Directorio primo Mi.* excluduntur, n. 63.

quicquam videat vel audiat, quoad eius fieri possit, quod a superiori parte non proueniat, a Patre luminum descendens [1].

80. CAPUT 8.m

De quibusdam circa electionum faciendarum rationem in particulari considerandis

81. 1.° Si constituet instructor ad electiones procedendum esse, septimi diei exercitium proponet, et etiam (si non esset rediturus mane) simul octaui [a], vt faciat primum primo loco, 2.m 2.°, cum vna vel duabus repetitionibus; et explicabit interim quae de primo et 2.° tempore electionum dicuntur, omissis quae de tertio consequuntur; et declarando primum obiter, ad 2.m transibit, vt exquiratur scilicet Dei voluntas circa rem de qua deliberare debet, per experientiam consolationum et desolationum. Et bene declaret quid sit consolatio, descendendo ad particularia, scilicet quod est interius gaudium spirituale, pax animi, spes in Deo fixa et de rebus sublimibus, fides in eodem et ad altiora se conuertens, amoris sancti, scilicet, rerum aeternarum sensus, ex eodem lachrimae, mentis in Deum eleuatio, quae omnia dona sunt Sancti Spiritus. Quid etiam desolatio, scilicet tristitia, perturbatio mentis, spes in rebus vel personis terrenis, fides in eisdem, amor rerum inferiorum et vilium, ariditas et depressio mentis ad res terrenas, quae opposita sunt prioribus, vtpote a spiritu malo prouenientia [2]. Haec autem omnia verbo dicenda, non dictanda sunt.

82. 2.° Si de statu vitae agitur, proponat imprimis an conueniat ipsi qui exercetur viam consiliorum amplecti (quod enim simpliciter est melius non vnicuique melius est), de qua via Christus ait: Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes et da pauperibus, et veni, sequere me [3]; an viam praeceptorum, scilicet communem, de qua idem ait: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata [4]. Et admoneat, vt sine ratiociniis, dum facit meditationem et colloquia, coram Deo constitutus, proponat ante oculos mentis suae viam consiliorum, et obseruet an sentiat in anima sua motus aliquos consolationis, an desolationis, erga illam; idem obseruet, dum proponit sibi viam praeceptorum. Nec necesse est ad hoc particulare exercitium; sed dum versatur in meditationibus et oratione consueta, vt diximus, coram Deo hoc proponat, cum omnimoda resignatione voluntatis suae, Dei voluntatem in se sen-

[a] octauae *ms.*

[1] Jac., I, 17. Cf. *Di.*, c. XXIII, n. 5, et *Di. Ignatiana*, I, supra, p. 779.
[2] *Di. Ignatiana*, ibid., et *Di.*, c. XXVII, nn. 3-4.
[3] Matth., XIX, 21; cf. Marc., X, 21; Luc., XVIII, 22.
[4] Matt., XIX, 17.

tire cupiens [1]. Et extra consuetorum exercitiorum tempus, hoc ipsum mente pertractans, simili modo obseruet motus praedictos, non vacans discursibus propriis, sed se disponens vt optime poterit ad excipiendam inspirationem Sancti Spiritus. Cum autem venerit instructor; exigat ab eo rationem huiusmodi motionum; et si boni vel mali spiritus signa deprehendet, vtatur regulis de discernendis spiritibus, sed iis praecipue, quae 2.ae hebdomadae conueniunt, et declaret ei, quantum satis esse iudicabit ad ipsum dirigendum, vel, si opus sit, erigendum; et si bene procedere hac via videtur, alia meditatione proposita, hortetur vt eandem viam teneat circa electionem propositam, vt experiatur an perseuerent eaedem motiones, an contrariae aliae succedant; et postea, rediens, si videat easdem perseuerare et a bono spiritu profectae illae videntur, habet vnde probet electionem. Si contrariae occurrerent, per regulas praedictas discernere nitatur, quae sit voluntas Dei in re proposita, an scilicet sequendi consiliorum, vel praeceptorum viam. Si bene procedere videtur etiam tunc electio in primo puncto, proponatur 2.m, scilicet an in relligione, an extra illam, consilia X.i sequi conueniat ipsi? Posset enim quis in paupertate et castitate, sine obedientia, consilia aliqua seruare in ministerio hospitalium et aliis piis operibus. 3.° Si relligionem eligit, an contemplatiuam vel mixtam [2] et quam ex eis [3].

83. 3.° Si praedicto modo secundi temporis non conficitur electio, quia qui exercetur nullam notatu dignam motionem in se sentit, vel certe in vtramque partem sentit, adhibendi sunt modi tertii temporis, vbi tranquilla mente et vltimo fine sibi proposito, exquiritur quod medium sit eligenti conuenientius secundum voluntatem Dei, vt ad finem illum perueniatur. Et vt supra imprimis proponatur an conueniat eligenti via [a] consiliorum, an potius praeceptorum. 2.° loco, an in relligione an extra illam. 3.° si in relligione, an in contemplatiuae vitae instituto, an mixtae, et in qua. Et declaretur prior et posterior modus huius tertii temporis, vt in singulis punctis, postquam priori modo quidquam constituet, per posteriorem idem alia hora expendat, et si idem resultat ex vtroque, satis bonum signum est bonae electionis [4]. Hoc tempore 3.°, cum quis in discursu ad electionem faciendam occupatur, satis superque erit, si vnam meditationem ex his quae in 2.a hebdomada proponuntur, cum vna repetitione faciat; nam reliquo tempore in sua electione discutienda versabitur. Et moneatur, vt scripto

[a] viam *ms.*

[1] *Di.*, c. XXX, nn. 5-7.

[2] Significatur ordo religiosus, in quo contemplatio et actio inter se conjunguntur et quasi miscentur; ut ordines Praedicatorum, Fratrum Minorum, Societatis Jesu.

[3] *Di.*, c. XXV.

[4] Ibid., c. XXXI, n. 1.

ea, quibus in vtramque partem mouetur, complectatur, vt cum instructore conferat, et ab eo melius dirigi possit [1].

84. 4. Cum ratio redditur instructori discursus facti, et videtur solide et recte procedi, probet. Si tam in 2.° tempore, quam in 3.° videt quod ex aliquo falso principio vel ex affectu aut spiritu non bono, qui se immiscet, procedat discursus, aut voluntas moueatur, admoneat eum et dirigat, ne ex malis vel falsis principiis malam vel falsam conclusionem inferat, quam sequatur mala electio. Caueat autem instructor ne ipse pro animi sui affectu, eligentem ad vnam potius quam ad aliam partem inclinet. Sed hoc officium suum esse intelligat, creaturam disponere vt a suo Creatore vel per inspirationem et motionem affectus, vel per discursum intellectus praedictum, doceatur, et ei relinquatur totum negocium vocandi eligentem ad hunc vel illum statum, in quo solus ipse potest eum conseruare et perficere [2].

85. 5.° Est animaduertendum quod, licet excellentior sit modus electionis secundi temporis quam tertii, si constat a Deo esse motiones, illustrationes vel consolationes, quae in animam eligentis immittuntur, quia tunc immediatius suam ipse voluntatem per hos gratiae suae effectus, quam per discursus tertii temporis, ostendit; nihilominus, si non cognoscitur spiritus ille mouens per modum superiorem a Deo esse, et dubium est apud eligentem, vel apud instructorem, vel vtrumque, an illae illustrationes ac consolationes spirituales sint a bono spiritu, an a malo, se in angelum lucis transfigurante [3], saltem ex parte, licet peracta sit electio in secundo tempore, potest per duos illos modos tertii temporis eadem examinari. Nam illi et naturales vires exercent, et hominem simul ad supernaturalem motionem Dei et illustrationem disponunt; vnde de electione sic facta optimam rationem eligens Deo reddere potest, cum fecerit quod in se est ad Dei voluntatem cognoscendam, cum 2.° modo non potuerit certus esse quod eam inuenisset. Nam si de ea constaret in 2.°, superflua esset tertii temporis inquisitio; a meliore enim lumine quam sit ratio humana, directus esset et illustratus intellectus, et motus affectus eius [4]. Quod si in tertio tempore idem eligendum videretur quod in 2.°, sufficiens omnino ex vtroque lumine, supernaturali et naturali, certitudo haberetur.

86. 6.° Obseruet instructor, dum exigit ab eligente rationem suae electionis, siue in 2.°, siue in 3.° tempore ea fiat, an bene eius affectus sit dispositus, ita scilicet vt, vel ad perfectiorem viam sit propensus, vel certe tamquam in aequilibrio quodam modo sit constitutus, et paratus ad eam, quae melius ducet ad finem vltimum, et quae Deo sit fu-

---

[1] Ibid., c. XXXI, n. 3.
[2] Ibid., c. XXIV; *Di. Ignatiana*, III, supra, p. 788.
[3] II Cor., XI, 14.
[4] *Di.*, c. XXVII, n. 1

tura gratior, eligendam; quod si intelligeret, ad imperfectiora affectum propensum, licet ante quam inchoaret electionum tractationem, bonam dispositionem ostendisset, non est in electionibus progrediendum, donec affectus ad rectitudinem redigatur, alioqui de bona electione facienda nihil probabiliter sibi polliceri posset, licet multae rationes et motiones ad eam mouerent: affectus enim ad imperfectiora inclinans ne a [non] [a] bono spiritu inclinetur merito timeri potest; et tamen, si inclinatur, periculum esset manifestum, ne potius rationem ad se traheret quam ab ea traheretur. Secus est si ad perfectiora propendeat, quia non est huiusmodi spiritus a carne et sanguine; nec probabile est quod a malo sit spiritu talis propensio; et si a Deo est, non impediet cognitionem voluntatis Dei. Si tamen contra rationem videretur electio quae fieret ab homine propenso ad perfectiora, examinetur per priorem et posteriorem modum tertii temporis, et non solum per regulas discernendorum spirituum, ad maiorem eligentis et instructoris satisfactionem.

87. 7.° Quicquid eliget 2.° vel 3.° tempore, moneatur ne votum vllum emittat, praesertim si feruens et naturae praecipitis vel parum stabilis videatur, quamdiu in exercitiis erit; si tamen eligens, maturo consilio, et re cum magna claritate iam electa (praesertim si aetas et ingenium hominis de leuitate non sint suspecta), vellet suam electionem voto firmare, vt se contra oppugnationes demonis, mundi et carnis firmaret, non potest instructor nec debet id prohibere, sicut nec ad id vlla ratione impellere [1].

88. 8. Si accideret vt 2.° tempore aliquid eligeretur; et quia dubitatur an sit illa motio a Deo, proponuntur ei tertii temporis duo illi modi, et contrarium tunc eligitur; diligenter examinetur per regulas discernendi spiritus, et rectam rationem ac doctrinam sanam, quod 2.° tempore et quod 3.° elegit, et pondus rerum mouentium vtroque modo pensetur. Quod si constaret clare quod ratio astipulatur electioni tertii temporis, securius est eam sequi, propter dubitationem, quam habet instructor de motione secundi temporis, an esset a Deo necne; contra si rationes essent debiles, quae 3.° tempore mouerunt, et motiones secundi temporis elucescit magis quod fuerint a bono spiritu, et recta ratio eis non repugnat; tunc enim electio secundi temporis est praeferenda. Licet enim prius non clare constiterit per eam de voluntate Dei, rebus magis agitatis et discussis, accedente rationis testimonio, potest constare [2].

89. 9.° Notet instructor, quod ne tertio quidem hoc tempore potest

[a] *Hoc adverbium oblitt. post* ne *in ms., videtur hoc loco restituendum. Vide Di. primum Mironis*, n. 52.

[1] Ibid., c. XXXI, n. 6.
[2] Ibid., c. XXVIII, n. 9.

agi de electione, etiamsi in 2.° non clare constiterit de Dei voluntate, si adhuc anima eius, qui exercetur, variis motionibus agitari cernitur. Tranquillitate enim et pace opus est, vt vires suas anima exerceat priori et posteriori modo tertii temporis; et in aliis exercitiis vel 2.ae vel tertiae hebdomadae detineri potest qui se exercet, donec animi pax redeat, sine qua in electione rei grauis [non] [a] est procedendum, quia probabiliter non constaret recta illam esse factam.

90. 10. Puncta modi prioris electionis, et etiam posterioris, in hoc tertio tempore dictanda sunt; et aduertendum, cum post conclusam electionem, ad orationem se confert [1] (iuxta vltimum punctum), an sentiat mentem suam confirmari a Domino in electione facta; et si motiones aliquas vel illustrationes desuper immissas, in oratione senserit, examinentur iuxta regulas discretionis spirituum. Et si boni spiritus signa deprehenduntur et confirmatur electio per discursum facta, satis plenum argumentum diuinae voluntatis inuentae haberi debet. Si motiones, affectus vel illustrationes intellectus tunc acciderent, quae infirmarent electionem per discursum factam, et examinatae praedicto modo a malo spiritu viderentur vel dubio, non est mutanda electio; demonis enim opera posset huiusmodi tentatio prouenire. Si autem boni spiritus et superioris motio vel illustratio clare ostenderetur in parte opposita factae electioni, signum est discursum non fuisse bonum, et electionem denuo faciendam esse. Quod si in oratione, quae vltimo loco fit, nihil notabile accidit in vtramuis partem, nec in affectu nec in intellectu, et voluntas eligentis rationibus mota, ad electionem alterius partis rei propositae perseuerat, non est mutanda electio, sed iudicandum est quod Deus, per discursum rationis, suam voluntatem voluit inueniri. Et si posteriori modo huius temporis probetur electio, priori modo conclusa, tanto certius tenendum est inuentam esse Dei voluntatem.

91. 11. Dicitur in puncto primo posterioris modi, quod conuenit persentiscere in se, quidquid affectionis ad rem electam eligens habet, ex Dei solius amore proficisci; vbi notandum est quod dicit conuenit; perfecte enim fit electio in hoc genere cum solius Dei amor mouet. Sed si non solus Dei amor, et tamen is praecipue mouet, et praeter illum aliquid aliud ad eamdem electionem inclinat, quod non contrarium diuino amori, et in se honestum est, vt, puta, consolatio propria spiritualis, et ratio valetudinis, vel quid huiusmodi, non propterea improbanda est electio; quamuis alia, quae ad illam mouerent praeter Deum, non praecipue mouere, et ea ipsa ad Dei amorem referri deberent.

92. 12. Cum non agitur de electione status vel officii assumendi vel

---

[a] *Hoz v. oblitt. in ms.; non tamen est dubium quin restituendum sit.*

---

[1] Ibid., c. XXXII.

relinquendi, et tamen iudicat instructor eum, qui se exercet, de emendatione vel reformatione vitae et rerum suarum agere debere (quia vel ei impendendum videtur, vt benemerito, hoc pium officium, vel eius profectus ad alios iuuandos momentum habiturus creditur) non omissis aliis exercitiis 2.ae vel tertiae hebdomadae, proponi ei possunt deliberanda quae post modum posteriorem electionis, de familia, expensis, etc., dicuntur. Praeter exercitia disponentia ad electiones (vt illud est de duobus vexillis, et tribus hominum classibus et tribus gradibus humilitatis, et praeludium ad electionem faciendam, quae licet non necessario, vtiliter tunc praemitterentur), prior et posterior modus electionum tertii temporis potius quam secundi, exercendus et ei dictandus est. Et post vnum punctum discussum, ad aliud [a] transeat, in eadem hora vel diuersis, prout res maioris vel minoris momenti et difficultatis erunt [1]. Et nihil dictare oportet de iis, quae ad vitae emendationem in quouis statu dicuntur, sed verbo explicare satis erit.

93. CAPUT 9.m

VBI SUNT ALIQUA, IN 3.a HEBDOMADA NOTATA

94 Quod dicitur in primo puncto de aspectu personarum caenantium, et in 2.° de auditu eorum, non videtur omnino cum primo praeludio historiae quadrare, vbi etiam de lotione pedum, confectione sacramenti sanctissimi et sermone post caenam habito loquitur, et non tantum de caena; sed respondetur quod possent haec omnia, quae in praeludio attinguntur, in vno exercitio meditanda proponi; et quod dicitur de aspectu caenantium, et auditu eorum quae dicuntur, et consideratione eorum quae aguntur, debet extendi ad alia verba et actus, quae ibi acciderunt, et non tantum ad ea quae in caena. Sed certe, communiter caena et lotio pedum et confectio sanctissimi sacramenti pro vno exercitio satis erunt; ideo in tribus punctis de aliis non fit mentio. Nec absurdum esset tamen, si paulo latius pateret proposita historia (in genere tamen) quam meditatio, quae ad pauciora colligitur, quae melius in vno exercitio poterunt considerari.

95. 2.° Quamuis, vt ostendit 3.m praeludium, in exercitiis passionis Domini quaeratur peculiari modo dolor compassionis, indignatio contra nos et confusio, cum propter nos Dominus noster passus fuerit, et non solum incipientibus, sed omnibus, etiam exercitatis in contemplatione, sint hi affectus valde vtiles, cum praesertim honorare volumus Christi humiliationem, afflictiones et dolores, per memoriam gratam,

---

[a] alium *ms.*

---

[1] Ibid., c. XXXIV, nn. 3-4.

et susceptionem similium poenarum, saltem per compassionem; nichilominus non excludi debent alii affectus sancti, praecipue qui menti nostrae occurrerint, cum reflectimus meditata ad nos, quales sunt amoris, spei, desiderii imitationis in patientia, humilitate et obedientia, charitate, et sic de aliis.

96. 3.° Est aduertendum in repetitionibus, tam huius quam praecedentis et sequentis hebdomadae, quod non tantum expedit immorari in locis illis vbi gustum maiorem in meditationibus primis habuimus, sed etiam in illis punctis magis haerere, et diligentius ea ruminare, per quae prius breuius transiuimus, dum in aliis immoramur.

97. 4.° Ex his quattuor annotationibus, quae post 2.^{m} exercitium ponuntur, 3.^{a} tantum erit dictanda, caeteras satis erit verbo declarare. Ex meditationibus autem dierum sequentium tantum oportebit (nisi aliqua causa extraordinaria aliud exigeret) dictare quae vno die sunt meditanda, prout attinguntur in posteriore parte libri, quae agit de misteriis vitae Christi. Sed si agitur cum magis exercitatis, satis erit attingere misteria meditanda vt ibi ponuntur, admonendo vt formam eam teneant, quae in primo exercitio fuit proposita. Si cum parum exercitatis agatur, declaretur magis praxis de aspectu personarum, et verborum auditu, et factorum consideratione, et qualium praecipue, vbi sunt multa. Alia autem anotata in libro Exercitiorum, diligenter perspecta habeat instructor, et sibi familiarem faciat librum ipsum vel compendium eius; ad eum enim et eius praxim declarandam obseruationes huius directorii traduntur, non quod sine illis sufficiat.

98. 5. Quae de regulis ad victum bene temperandum, in fine huius tertiae hebdomadae traduntur, non dictanda sunt, sed verbo explicanda; et non omnia simul, sed per partes, nec omnibus eodem modo, sed, adhibita discretione, sunt proponendae hae regulae. Aliqui enim auidiores et corpore robustiores his magis opus habent ad temperandum affectum et vsum alimenti; alii non perinde. Circa 4.^{am} praecipue regulam, videat instructor cui et quomodo eam explicet, et quomodo ea vtatur, ne quid nimis. Tempus autem proponendi has regulas non solum est in tertia hebdomada, sed etiam in prioribus hebdomadis opportune aliquae eorum proponi possent, si is qui exercetur se opus habere eis significat, vel ipse instructor id obseruat. Hic tamen declarentur, si prius non sunt declaratae, quia pauciora documenta, extra ipsa exercitia, in hac hebdomada, quam in aliis traduntur, vnde magis vacabit instructori ea declarare, cum expediat aliquid noui afferre, cum se exercentem inuisit [1].

---

[1] Ibid., c. XXXV, nn. 12-13.

99. CAPUT 10.m

DE QUIBUSDAM ANNOTATIS IN 4.a HEBDOMADA

100. 1. Quae dicuntur notanda post primum exercitium 4.ae hebdomadae, dictare non oportet (nisi, propter memoriae comoditatem mutatio additionum dictetur), sed satis erit verbo explicare. Quod autem dicitur in 3.° notando, ad plura vel pauciora puncta redigi posse meditationem, non tantum in excrcitiis huius hebdomadae intellige, sed aliarum etiam; et in quemcumque numerum diuidantur, si in vno vel duobus inueniet qui exercetur id quod quaeritur, non est quod properet ad omnia percurrenda; sed cum hora finietur (vel si quid amplius meditationi temporis tribuit), ad colloquium vnum vel plura, se transferet: in repetitione vero poterit minus meditata puncta melius ruminare et colloquium (si videbitur) ad aliam personam quam prius, conuertere poterit, scilicet, si prius ad Patrem, in alio exercitio ad Filium, vel Spiritum Sanctum, vel ad ipsam Beatam Virginem, vel ad duas aut etiam tres simul, si deuotio id exiget, conuertere licebit.

101. 2. Dicitur in contemplatione ad amorem excitandum, primo, quod amor magis ex operibus quam ex verbis pendet: 2.° quod in mutua quadam facultatum, rerum et operum communicatione consistit. Pendere intellige demonstrari, quia effectus amoris opera sunt potius quam verba. Quod autem consistat in communicatione facultatum etc., sic intellige, non quod communicatio talis sit amor per essentiam, sed per efficientiam. Nam amor ipse proprie in affectu amantis vt actus vel passio illius, est; sed quia amare est bonum velle, effectus et finis amoris est illud bonum, quod amato volumus, siue sit communicatio facultatum, siue rerum aliarum, quae bona sunt, amato. Vnde illud Gregorii [1] quasi prouerbiale est: probatio amoris, exhibitio est operis. Et quod amor, vbi est, magna operatur, et vbi non operatur, non est. Et de amore amicitiae sermo est, quo volumus aliis bonum propter ipsos, non de amore concupiscentiae, quo dicimur amare id quod propter nos amamus, vt diuitias, voluptatem et huiusmodi.

102. 3. Hoc cxercitium ad amorem excitandum proponi poterit postquam vnum vel alterum diem, qui exercetur, in misteriis resurrectionis (sub resurrectione autem, ascensionis et pentecostes etiam misteria intellige) [a] versatus erit. Et licet vna hora impendatur meditationi alicuius ex his misteriis, alia impendi poterit huic, quae ad amorem excitandum proponitur. Et quia puncta quattuor sunt faecundissima, qui in vno pro vna hora satis habuerit, in sequenti poterit alii vel

---

[a] *Tota parenthesis est in marg.*

---

[1] S. GREGORIUS MAGNUS, *Homiliarum in Evangelia*, lib. II, hom. 30, n. 1 (Migne, P. L., LXXVI, 1220).

aliis vacare. Et colloquium in fine meditationis addetur, licet non omnia puncta percurrerit. Quod si videbitur seorsum de mysteriis resurrectionis et de hoc exercitio ad excitandum amorem agere, primis duobus diebus vel tribus, absoluentur misteria haec vsque ad ascensionem et penthecosten, et tertio vel quarto hoc per diem integrum in diuersis horis tractetur [1]; vt modis orandi exercendis aliqui dies huius hebdomadae supersint.

103. CAPUT 11.[m]

De annotatis circa modos orandi

104. Primus modus orandi, prout iacet, simplicioribus congruere magis videtur et non meditationem profundam in praeceptis, et peccatis mortalibus, potentiis et sensibus, sed potius praxim inquirentibus: quomodo scilicet obseruauerint et imposterum obseruare velint circa ea, quod oportet, vt, scilicet veniam transgressionum et gratiam faciendi quod debent, postulent; et est oratio media inter vocalem et mentalem, quia de vtraque participat, sed magis ad mentalem accedere videtur [a]. Quamuis autem in singulis praeceptis aut peccatis dicatur quod haerere debeat per spacium, quo ter dicitur Pater noster (communi modo scilicet vocaliter dictum), si quis gustum inueniret in aliquo vel vtiliter sibi videretur in eo haerere magis, nihil id prohiberet; et si non posset vna hora vel eo tempore, quod huic orationi dare decreuit, percurrere omnia praecepta vel peccata, posset subsistere, vbi finis illius praescripti temporis instaret, et colloquio ad Deum directo finire. Et inde in sequenti oratione incipere, vbi substitisset [2].

105. Si cui tamen ex iis, qui exercitatos magis habent sensus, et ad profundius meditanda huiusmodi magis sunt idonei, hic primus orandi modus proponeretur, haec formula eis tradi posset in praeceptis; vt post 3.[am] additionem et orationem praeparatoriam, quae ibi habetur, primo consideret praeceptum, quam in se sit sanctum et bonum; 2.° quam vtilis sit eius obseruatio; 3.°, quomodo obseruauerit. Sequetur deinde colloquium, in quo, dolens de mala obseruatione, petet veniam; et, proponendo meliorem obseruationem in posterum, ad id gratiam postulabit. Deinde, si hora non est absoluta, transibit ad aliud praeceptum, et formulam eamdem tenebit. Et herebit vbi tempus praescriptum finietur; et in sequenti oratione prosequetur quae supersunt. Vbi tamen videt se non peccasse, tra[n]seat expeditius, praecipue per 3.[m] punctum, et in colloquio gratias agat Deo, et proponat in posterum etiam abstinere, gratiam ad id petendo.

---

[a] *3 vv. praecedentia scripta supra versum pro deletis* vocalem accedit.

---

[1] *Di.*, c. XXXVI, nn. 2-3.
[2] Ibid., c. XXXVII, n. 8.

Cum ad mortalia transierit peccata, mutanda mutabit; formulam eamdem tenebit, vt primum punctum sit videre quam malum et quam iuste prohibitum sit peccatum superbiae; 2.m quam noceat huiusmodi si non caueatur; 3.m quomodo cauerit ipse, et consequetur oratio. Inde ad aliud et aliud transitus fiet, herendo magis vbi sibi opus esse quisque iudicat.

Cum ad potentias et sensus transeundum erit, praemissa oratione praeparatoria, primum punctum sit considerare quam preciosa et quam nobis vtilis sit potentia intellectus; 2.°, ad quem finem data et quomodo illa Christus vsus fuerit, vel Beata Virgo; 3.°, quomodo nos vsi fuerimus, et dolendo quod male intellectu simus vsi, et proponendo emendationem ad imitationem exemplaris quod nobis proposuerimus, consequetur colloquium, veniam petens de peccatis, et gratiam ad bene vtendum in posterum hoc dono Dei. Et sic in aliis potentiis et sensibus procedemus. Et addi poterit de loquendi facultate, imo de virtu[te] etiam motiua, vt incessu et gestu, prout ad modestiam et edificationem pertinent [1].

106. In 2.° modo orandi duo tantum occurrunt dicenda: primum, quod, cum vna vox sensum non facit, quem meditari possimus [a], vna sententia sumi potest loco vnius vocis, vt: «qui es in celis»: et «sanctificetur nomen tuum»; et ita de singulis petitionibus orationis dominicae: nam in voce «Pater», et «Pater noster» satis habet quod meditetur orans, et vbi haereat intellectus et affectus. Et non solum hae orationes, sed et multi psalmi comodam praebent huic orationi materiam; 2.m est, quod, cum instructor viderit quod bene procedit qui exercetur in hoc orandi modo, non debet exspectare vt finiat, sed vt imposterum sic procedat, admoneat. In praecedenti modo idem intellige; quia tamen ille aliquanto magis variam formulam habet, vno exercitio circa praecepta, alio circa peccata, alio circa potentias animae, alio circa sensus exerceri poterit, si tempus suppetet [2]. Et tunc, si non seorsum proponet instructor quae seorsum est oraturus, ea saltem dictabit, vt bene retineat formulam, in qua exerceri debet.

107. In tertio modo orandi, duo tantum [b] notanda videntur; alterum est quod haec oratio media etiam est inter vocalem et mentalem, et quod illud interstitium respirationum dat tempus oranti, quo intellectu magis penetret veritatem eorum, quae per voces vel sententias significantur, et affectu magis ad intellecta moueatur; alterum, quod non est ita praecise interstitium respirationum assumendum, quin possit aliquanto plus aliquis immorari, quam duret respiratio (cum praesertim aliqui crebrius aliis respirent), sed plus minus in talibus immorandum

[a] *6 vv. praecedentia posita sunt pro* sententiam non facit.—[b] tandum *ms.*

[1] Ibid,, nn. 3-5.
[2] Ibid., nn. 9-11.

est, quantum communiter durare solet respiratio; si enim quis profundius intelligere vel affici et immorari magis vellet, ad 2.m orandi modum in eo iam accederet [1]. Postquam autem quis semel aut iterum orationem huiusmodi probauerit, et quomodo in ea procedat instructor viderit, et quod opus esse iudicabit admonuerit, non est quod amplius immoretur qui se exercet, sed instructor eum adhortetur, vt in eo modo in posterum magis se exerceat, quem sibi magis vtilem experietur.

108. Quamuis hi tres modi orandi hic tradantur, non existimandum est quod alii excludantur, non solum quos Spiritus Sanctus edocere solet, sed etiam quos viri, in spiritu exercitati, secundum experientiam suam et rationem ac sanam doctrinam, tradere solent, vel quos quisque sibi vtiles ad profectum suum ipso vsu deprehenderit [2]. Sed interim hi tres idonei sunt, alius alio magis pro orantium varietate, imo et pro diuersa in eodem homine diuersis temporibus dispositione.

109 CAPUT 12.m

DE IIS, QUAE CIRCA SCRUPULOS DIGNOSCENDOS, ET DE REGULIS SERVANDIS UT CUM ECCLESIA CATHOLICA VERE SENTIAMUS, NOTANTUR

110. 1. Si non videtur is, qui se exercet, scrupulis vllis agitari, non est quod ei hae annotationes de scrupulis dignoscendis proponantur. Si videbitur agitari scrupulis primo modo sumptis, vt scilicet deffiniat aliquid esse peccatum, quod non est, admoneri debet, non tantum de eo iudicio erroneo in particulari, sed ne facile huiusmodi iudicia imposterum faciat; quia, praeterquam quod torquetur frustra de praeteritis propter conscientiam; si contra eam quid faceret iam peccaret, etiamsi in re ipsa peccatum non esset: admoneatur ergo vt intra limites dubitationis (si res est dubia) se contineat, et interim abstinere [3] nitatur. Sed si a viris doctis intellexerit ibi peccatum nullum esse, deponat conscientiam omnino et nullum ibi peccatum esse sibi persuadeat, potius aliorum auctoritati (qui fide digni sint), quam suae rationi credendo, quod tam in primi quam in secundi generis scrupulis est ei serio commendandum.

111. 2. Cum vel nimis delicata vel nimis crassa animaduerti potest eius, qui exercetur, conscientia, ei dicatur quartae annotationis sensus, vel ea pars quae ad ipsum attinet, addita exhortatione vt ab eo extremo, in quo versatur, ad mediocritatem se transferat, quod vt possit obtinere, ad contrarium extremum eius, quo est, declinare nitatur,

---

[1] Ibid., n. 12, et *Di. Mi. primum*, n. 65.
[2] *Di.*, n. 13.
[3] A re dubia scilicet exsequenda.

iuxta quintam annotationem [1]; ita tamen vt ne quid nimis, semper ad medium intentionem dirigendo, quae (vt etiam quod 6.ª annotatio continet) verbo, non scripto, satis erit proponere.

112. 3. Quod attinet ad regulas seruandas, vt cum catholica Ecclesia sentiamus, hoc notandum est: quod ea hic merito commendantur, quae horum temporum heretici, vel ad hereticorum doctrinam accedentes, suis libris, vel concionibus, vel colloquiis solent oppugnare vel contemnere. Et ideo vt antidota haec documenta sunt eis potissimum commendanda, qui in locis vel cum personis suspectis versantur [2]. Nec solum ad id conferunt, vt quis non erret, aliter sentiendo, vel priuatim aut publice loquendo vel scribendo, quam oportet, sed etiam vt dicta vel scripta ab aliis, si declinarent a modo sentiendi et loquendi Ecclesiae catholicae, discernat, et alios vt caueant admoneat. Ideo non solum verbo dicenda talia, sed in scriptis relinqui eis, qui exercentur, expedit, praecipue in locis praedictis.

113. Quod dicitur decima regula «operae precium fore, si priuatim admoneantur hi, qui, si velint mederi huic malo possunt», ita intelligendum est si certo constat de malo, quod non leuis momenti est nec putatur probabiliter quod alii eo charitatis officio functi sint vel fungi velint, et si sperari potest quod non inutiliter ei, qui mederi potest, referetur.

FINIS

SUMMARIUM

EORUM EXERCITIORUM QUAE SCRIPTO RELINQUENDA SUNT LICET VERBO MAGIS DECLARANDA [3]

De fundamento

Primo. Ad hunc finem homo creatus est ut Deum suum laudet ac revereatur, eique serviens salvus fiat.

Secundo. Reliqua super terram creata sunt hominis causa, ut eum ad finem praedictum juvent.

Tertio. Hinc sequitur esse creaturis utendum vel abstinendum, prout ad finem juvant vel obsunt.

Quarto. Unde quantum in nobis est, indifferentes esse debemus ad

---

[1] Hic nomine annotationum intelligit regulas de scrupulis discernendis. De re autem vide Roothaan, supra, p. 548, annot. 1.

[2] *Di.*, c. XXXVIII, n. 3.

[3] Ex apogr. saeculi XIX, quod est Romae, in «Archivio di Stato». Vide *Notitiam codicum*, p. 210, **codex 13.**

creata omnia, nec quaerere magis sanitatem quam aegritudinem, divitias quam paupertatem, honorem quam contemptum, vitam longam quam brevem. Sed ex omnibus ea magis desiderare, quae ad finem magis ducunt.

EXAMEN PARTICULARE

Mane ut surgit a somno, proponat diligentem sui custodiam circa illud peccatum, contra quod pugnare vult cum Dei gratia. Post meridiem primo petat gratiam reminiscendi quoties peccaverit in eo.

Secundo discussionem faciat discurrendo per singulas diei partes ab ea hora qua surrexit; et quoties invenerit se peccasse, tot puncta signet in linea priori subscripta, et proponat in reliqua diei parte abstinere.

Tertio a coena simili modo procedat et signet puncta in secunda linea.

Dom.

Lun.

Mar.

Mer.

Jov.

Ven.

Sab.

ADDITIONES

Primo. Quoties id peccatum commiserit, manum pectori admoveat, si interdiu id advertet.

Secundo. Ante somnum comparet puncta prioris lineae et posterioris, ut videat an aliqua emendatio sit facta.

Tertio. Comparet hoc modo secundi et primi diei puncta.

Quarto. Eodem modo sequentis hebdomadae et praecedentis.

PRIMUM EXERCITIUM

Fiat oratio praeparatoria, qua petitur gratia ut vires et operationes nostrae omnes sincere ad Dei gloriam et cultum tendant. Prius praeludium per imaginationem cernere animam nostram in corpore isto cor-

ruptibili, ut in carcere constitutam, hominem quoque in hac miseriae valle inter animalia exulantem.

Secundum praeludium. Petere pudorem et confusionem mei ipsius, attendendo quam multi ob unum peccatum mortale sint damnati, et quod ego toties sim damnationem peccando commeritus.

Primum punctum est meminisse primi omnium peccatorum ab angelis commissi, qui in gratiae statu creati non volentes Creatori suo reverentiam et obsequium praestare, sed contra eum insolescentes, conversi sunt in malitiam, et in infernum praecipitati.

Discursu intellectus pensiculatius hoc penetrandum, attendendo angelorum perfectionem, peccatum et poenam. Deinde insistendum motui affectus concitando; dum ea volvuntur animo per quae totus confundar, facta unius tantum peccati angelorum cum tot meis comparatione.

Secundum punctum est memoria revolvere quomodo Adam de limo terrae factus, in paradiso terrestri positus, et Eva ex ejus costa formata, cum de prohibito fructu arboris scientiae boni et mali, ea suggerente, comedissent de paradiso ejecti et justitia originali privati reliquum tempus in aerumnis exegerint.

Intellectu penitius consideretur quam diuturnam poenitentiam ipsi egerint, quae penae genus hominum sequutae, in hac vita et sequenti, fuerint.

Affectus etiam excitabitur ut in primo puncto.

Tertium est ut simili modo exerceatur memoria, intellectus et affectus circa quodlibet peccatum mortale, ut eorum qui in diluvio perierunt [1], vel Sodomis igne conflagrarunt [2], quodque forte multi ob peccata nostris pauciora aeternis poenis addicti sint.

Intellectus consideret quanta sit peccati gravitas, Deum infinitae bonitatis et universorum Dominum offendentis. Unde juste supplicium aeternum pro eo irrogatur.

Colloquium fiat cum Christo, ac si crucifixus in conspectu meo esset; et quaeram rationem quare Creator meus ad talem se mortem demiserit pro meis peccatis. Arguam me percontans quid egerim hactenus pro Christo, quid agere debeam in futurum, et ea quae suggeret affectus loquar.

Colloquium est sermo, ut amici ad amicum, vel servi ad Dominum, gratiam petendo vel incusando me, vel quaevis communicando.

In fine Pater noster.

SECUNDUM EXERCITIUM DE MEDITATIONE PECCATORUM

Oratio praeparatoria et prius praeludium ut supra. Secundum poscit dolorem de peccatis et abundantem fletum.

[1] GEN., VI-VII.

[2] Ibid., XVIII, 20-33; XIX, 1-25.

Primum punctum est totius vitae peccata in memoriam revocare, discussis temporum spatiis, consideratis locis habitationis nostrae, conversationum modis et negotiorum generibus.

Secundum perpendere peccata et eorum foeditatem ex natura sua, licet non essent prohibita.

Tertium considerare seipsum, quis aut qualis sit; et ad suum contemptum juvetur comparando se cum omnibus hominibus, et hos cum angelis ac beatis, et omnem creaturam cum Deo; et demum quis ipse sit comparatus Deo, sui corruptionem considerando, ut ulceris, ex quo tanta sanies peccatorum fluxerit.

Quartum quis sit Deus offensus, collectis et comparatis ejus perfectionibus cum oppositis meis defectibus, et ejus potentia, sapientia, bonitate [a], cum mea infirmitate, ignorantia, malitia.

Quintum prorumpere in exclamationem admirando quomodo me creature sustinuerint tam diu et juverint, tam angeli et sancti, quam coelum, elementa et mixta, nec vindictam fecerint.

Colloquio terminabitur extollendo Dei misericordiam et gratias agendo, quod vitam ad resipiscentiam conservarit, emendationem proponendo.

Pater noster.

TERTIUM EXERCITIUM

Hoc erit repetitio quaedam primi et secundi, notatis locis in quibus majorem senserimus spiritualem affectum, et in illis diutius immorando; et occurrente motione, veniemus ad colloquia sequentia.

Primum colloquium ad Christi Matrem, petendo intercessionem apud Filium, et ut gratiam impetret primo ad internam cognitionem et detestationem peccatorum; secundo ad emendationem ut nostra secundum Deum recte ordinemus; tertio ut a rebus mundanis nos recipiamus, damnata mundi pravitate. In fine Ave Maria.

Secundum ad Christum, ut mediatorem, ut ea nobis impetret a Patre. In fine Anima Christi.

Tertium ad Patrem, ut eadem largiatur. In fine Pater noster.

QUARTUM EXERCITIUM

Est etiam velut ruminatio quaedam eorum, quae in prioribus exercitiis sum meditatus, additis tribus colloquiis.

QUINTUM EXERCITIUM DE MEDITATIONE INFERNI

Post consuetam orationem praeparatoriam, prius praeludium est subjicere oculis imaginationis inferni longitudinem, latitudinem et profunditatem.

---

[a] potentiam, sapientiam, bonitatem *apogr*,

Posterius vero petit poenarum, quas luunt damnati, cognitionem; ut, si amor Dei non me cohibet a peccatis, supplicii timor cohibeat.

Primum punctum est spectare per imaginationem incendia inferni et animas igneis corporibus, ut ergastulis, inclusas.

Secundum audire per imaginationem planctus, vociferationes, blasphemias.

Tertium odorare fumum, sulphur et putredinis graveolentiam.

Quartum gustare simili imaginatione lachrymas, rancorem et conscientiae vermem.

Quintum tangere ignes illos, quibus animae amburuntur, eadem imaginatione.

Ultimo fiat colloquium cum Christo, in quo considerando eorum animas, qui ante Christi adventum, vel ipso in terris agente, vel post ascensionem damnatae sunt, quia non crediderunt, vel quia praecepta ejus non servaverunt, gratias agam quod in tale exitium non permiserit me ruere, sed in hunc usque diem servaverit. In fine Pater noster.

ADDITIONES

Prima. Post cubitum, ante somnum, spatio unius Ave Maria, cogitabo qua hora mane surgendum erit et de exercitio tunc faciendo.

Secunda. Expergefactus, exclusis aliis cogitationibus, animum applicabo ad exercitium primo faciendum, cogitando quomodo miles erubesceret et anxius esset, qui post multa beneficia accepta graviter regem offendisse convictus esset. In secundo exercitio, reputans quantum peccaverim, fingam me a catenis vinctum et statim ante judicem praesentandum, ut quispiam reus mortis.

Tertia. Prope locum meditationis, per spatium unius Pater noster, considerabo Jesum ut praesentem et spectantem quid acturus sim, et reverentiam ei exhibebo.

Quarta. Vel prostratus, vel genuflexus, vel eo me componam modo, aggressurus meditationem, quo sperem facilius consequi quod quaero; et si uno modo compos voti fio, alium non tentabo.

Quinta. Completo exercitio, per quartam horae partem, sedens aut deambulans, dispiciam quomodo successerit meditatio; ut si quidem male, causas quaeram cum poenitudine et proposito emendationis. Si vero bene, gratias Deo agam, eumdem postea modum observaturus.

Sexta. Cogitationes quae gaudium afferunt, ut de resurrectione, subterfugiam; quia dolorem et fletum impediunt, et potius de morte aut judicio cogitabo.

Septima. Privabo me lucis claritate ob eamdem causam, nisi cum legendum aut vescendum erit.

Octava. A risu et verbis risum provocantibus abstinebo.

Nona. In neminem oculos intendam, nisi salutandi occasio id postulet.

Decima. Aliquam satisfactionem exteriorem vel castigationem addam, quae triplici [ratione] [a] sumi potest. Primo circa victum, non tantum subtractis superfluis, sed etiam convenientibus alimentis; et eo melius fit, quo plura subtrahuntur, vitata interim debilitate gravi vel infirmitate. Secundo circa somni et strati modum, non tantum mollibus vitatis, sed etiam opportunis, quantum valetudo feret; de necessario tamen somno nihil est demendum. Tertio circa carnem, admotis, ut dolorem sentiat, ciliciis, verberibus et aliis austeritatibus, in quibus eae magis probantur, quae dolorem carni inferunt, nec ossa penetrant cum infirmitatis periculo. Talia sunt flagella ex minutis funiculis.

Exercitia quae sequuntur vel aliqua eorum in prima hebdomada eis proponi poterunt, qui pluribus quam quinque praedictis egere videbuntur.

SEXTUM EXERCITIUM DE MEDITATIONE MORTIS

Post orationem praeparatoriam et praeludium, quale in primo exercitio traditum est, secundum erit petere gratiam ad utilem meditationem mortis.

Primum punctum considerare mortem esse inevitabiliter obeundam cujuscumque gradus hominibus [1], et incertissimam [2] horam, qua obeunda est; qui enim surgit, nescit an ad vesperas sit perventurus; et qui cubitum concedit, an sit ex lecto mane sequenti surrecturus.

Secundum quod in morte omnia, quae in hoc mundo amantur, sunt relinquenda, etiam illa quae cum magna sollicitudine, labore et periculis quaeruntur, etiam corpus ipsum; nec animam ab eo recedentem aliud sequitur quam opera bona vel mala ad salutem vel damnationem.

Tertium consideretur quod in hora mortis saepissime sensus obstupescunt, et intellectus tantopere doloribus aut vi morbi impeditur, ut vix possint exercitati homines attendere et vacare rebus ad salutem necessariis cogitandis. Daemones nihilominus valde oppugnant. Terret etiam Judex ante cujus tribunal brevi qui moritur ad reddendam vitae suae rationem praesentandus est [3].

Finietur per colloquium ad Christum, rogando ut ita me per veniam peccatorum disponere dignetur, ut mortem sine timore expectare valeam. Pater noster. Ave Maria.

---

[a] *Ut hoc vel simile v. suppleatur, postulat res ipsa.*

---

[1] HEBR., IX, 27.
[2] MATTH., XXIV, 42; XXV, 13; LUC., XII, 40.
[3] HEBR., IX, 27.

SEPTIMUM EXERCITIUM DE MEDITATIONE JUDICII

Post orationem praeparatoriam et praeludium simile praecedenti, secundum erit praeludium gratiam petere ad judicium, tam universale, quam meum particulare, bene considerandum.

Primum punctum considerare quod ante tribunal Christi omnes nostrae cogitationes, affectus, verba, opera et omissiones nuda erunt et aperta [1], quod quam de omnibus Deo exactam reddere rationem debeamus [2]; et quidem habita consideratione omnium donorum, tum naturalium animae et corporis, tum supernaturalium gratiae, virtutum et auxiliorum Dei omnium, etiam bonorum externorum, quae a Deo accepimus.

Secundum considerare quod expectanda est sententia illa tanti momenti, qua vel beatitudo aeterna obtinebitur, vel perpetua miseria erit subeunda [3], prout bene aut male dispositi inveniemur, cum ex hac vita decedemus.

Tertium quod Judex erit inflexibilis tunc a rectitudine [4], quem nec fugere, nec ei resistere, quisquam potest, cum sit omnipotens; nihilque eum celare, cum non tantum exteriora opera, sed intimi etiam recessus cordis ejus sapientiae oculis sint manifesti. Hinc autem, Judex, ut nec verbum quidem otiosum sine discussione [5], ita nec malum ullum sine punitione relinquet; idemque erit et Judex et pars cum contra ipsum peccata admittantur.

Quartum. Judicium illud erit severissimae justitiae, in quo multi accusatores, nullus amicus vel advocatus erit ei qui in peccato mortali moritur. Quid ergo mihi faciendum de tot delictis laesae majestatis convicto? Id nimirum ut tempore hujus vitae, in quo exercetur judicium misericordiae, ad eam petendam me convertam.

Finiam per colloquium ad Christum mediatorem vel ad Beatam Virginem, ut misericordiam impetrent. Pater noster. Ave Maria.

OCTAVUM EXERCITIUM DE MEDITATIONE PENAE AETERNAE

Oratio praeparatoria et prius praeludium ut supra. Secundum praeludium petere gratiam bene meditandi poenam peccati.

Primum punctum considerare id quod amittitur per quodvis peccatum mortale, scilicet, in hac vita gratia Dei et omnes virtutes infusae ac omnia merita et spiritualis consolatio; in futura vero, beatitudo

---

1 Ibid., IV, 13.
2 MATTH., XII, 36; LUC., XVI, 2; ROM., XIV, 10; II COR., V, 10; I PETR., IV, 5.
3 MATTH., XXV, 34-46.
4 Ps. VII, 12; CXVIII, 137.
5 MATTH., XII, 36.

aeterna, propter quam creatus et redemptus erat homo, quae poena, omnium gravissima, damni dicitur.

Secundum considerare quid acquiratur, scilicet, reatus poenae aeternae in inferno, quae dicitur poena sensus, cujus expendenda est acerbitas in visionibus horrendis, clamoribus diris, foetore intollerabili, fame et siti perpetua [a], ignique inextinguibili exterius; interius autem vermis conscientiae et ignominia aeterna.

Tertium attendatur poenarum universalitas in omnibus partibus corporis et sensibus ac viribus animae. Qui ergo in uno membro dolorem aegre fert, quomodo cruciatus tam universales feret?

Quartum attendatur etiam continuitas sine interpellatione, sine refrigerio, sine fine. Quod si quis validam febrim vel acutum dolorem lateris continuum per paucos annos nollet ferre, licet mundi dominus esset futurus, quomodo inferni dolores perpetuos feret?

Ultimo, considerata hominum stultitia, qui propter exiguam delectationem vel utilitatem ad peccatum inclinantem se exponunt periculo tantae calamitatis, et quod cuivis peccato mortali ea debita est, imo quod evitari non possit, si quis in peccato moriatur.

Colloquium ad Christum convertatur, veniam humiliter petendo et gratias agendo, quod hactenus non me punierit; et gratiam postulando ad evitandum in posterum peccatum ac punitionem quae ipsum consequitur.

SECUNDAE HEBDOMADAE PRINCIPIUM
MEDITATIO DE REGNO CHRISTI

Oratio praeparatoria ut supra.

Prius praeludium constructio locorum, ubi Christus solitus erat versari, scilicet, synagogarum, montis etc.

Secundum petere ne obsurdescamus, sed vocati, Christo prompte obtemperemus.

Primum punctum imaginationis oculis proponam regem divinitus datum, cui omnes christiani obedire debeant.

Secundum considerabo quasi audiam loquentem ad omnes subditos, quod velit infidelium nationes sibi subjugare; et qui velit ipsum sequi, paratus sit eodem victu et vestitu uti ac eisdem in laboribus vigiliis et casibus persistere in quibus ipse erit, ut particeps fiat quilibet victoriae, prout laborum etc. extiterit.

Tertium quod respondere debeant tali regi fideles subditi, et quam ignavus esset qui conditionem propositam recusaret.

Pars secunda hujus exercitii applicat similitudinem hujus regis ad Christum circa triplex illud punctum hoc modo, scilicet:

Primo, si terrenus ille rex dignus est cui attentio et obsequium

---

[a] perpetuae *apogr.*

praestetur, quid Christus rex aeternus, qui suos invitat his verbis? Mea voluntas est totius mundi dominium, inimicis debellatis, vindicare. Quisquis mecum venire cupit, laboret mecum necesse est, et labori praemium respondebit.

Secundo, ratiocinabimur neminem sanae mentis fore, qui se totum Christo non offerat.

Tertio, quid respondere debeant, qui se prorsus obsequiis Christi mancipaverint, scilicet, majora quaedam offerendo contra amorem proprium, volendo Christum cui [a] ipsius gratia propius sequi imitarique in injuriis adversisque omnibus ferendis cum spirituali, et si Christo placet, etiam reali paupertate.

PRIMAE DIEI MEDITATIO PRIMA.—DE INCARNATIONE

Oratio praeparatoria semper est eadem.

Primum praeludium contemplandae rei historia [b], quomodo sancta Trinitas aeternum consilium de homine per incarnationem secundae Personae redimendo exequens destinat Gabrielem ad Beatam Virginem.

Secundum, imaginari terrae ambitum, et in quadam ejus parte Galilaeam, Nazareth, domum Mariae.

Tertium, petere gratiam ad cognoscendum quomodo Filius Dei, mei causa, factus sit homo, ut ipsum amem et sequar studiosius.

Primum punctum est speculari personas, de quibus hic agitur, ut homines tam varie se habentes super terram, Personas divinas quasi ex regali solio intuentes homines, qui caecorum more viventes ad infernum descendebant. Virginem Mariam et angelum salutantem eam, aliquid ex hoc intuitu ad nos reflectendo, ut fructum aliquem capiamus.

Secundum, auditu interno excipere quid loquantur personae praedictae, praecipue angelus et Maria; et reflectendo ad nos ut supra.

Tertio, actiones personarum attendere, praecipue Verbi incarnati et Mariae concipientis Deoque gratias agentis, reflectendo ad nos similiter.

Colloquium subjicietur, studiose Personas divinas, Verbum incarnatum et ejus Matrem compellando et petendo aliqua secundum affectum quem in me sensero, quae ad imitationem Christi juvent. Pater noster.

MEDITATIO SECUNDA.—DE NATIVITATE

Oratio praeparatoria ut supra.

Primum praeludium, historia ab egressu Virginis cum Josepho ex Nazareth usque ad Bethleem, ubi censum erant soluturi Augusto.

---

[a] *Sic apogr.; forte legendum* sui.—[b] historiae *apogr.*

Secundum, consideratio itineris et loci nativitatis.

Tertium petit gratiam ad intime cognoscendam Christi nativitatem, eamque mei causa, ut ipsum ardentior et amem et sequar.

Primum punctum, aspectus personarum, ut Virginis, Joseph, Christi nati. Inter quos ego me imaginabor ut pauperculum, eorum necessitatibus reverenter famulantem; et videbo quid ad me utilitatis ex tali spectaculo redire possit.

Secundum, verborum quae ibi dicuntur apprehensio.

Tertium, negotiorum quae geruntur consideratio; ut itineris et causarum ob quas omnium Dominus in tanta egestate natus, victurus in tanta paupertate etc., propter me, reflectendo ad me ut supra.

Colloquium ad personas quae ibi considerantur. Pater noster.

TERTIA ET QUARTA CONTEMPLATIO

Repetuntur duae praecedentes meditationes cum oratione praeparatoria et praeludiis, notando et fixius considerando eas partes, in quibus aliquid illustrationis vel consolationis acceptum sit; et colloquium cum Pater noster finietur.

QUINTA CONTEMPLATIO
QUAE EST APPLICATIO SENSUUM AD PRAEDICTA

Oratio praeparatoria et tria praeludia, ut supra.

Primum punctum, secundum imaginationem respicere omnes personas, et notatis circa eas circumstantiis, utilitatem elicere propriam.

Secundum, velut audire quid loquantur, aut eas loqui deceat; omnia in usum nostrum trahendo.

Tertium, interno quodam affectu et gustu sentire quanta sit suavitas et dulcedo animae divinis donis imbutae, ad nos reflectendo ut supra.

Quartum, per internum tactum attrectare et osculari vestimenta, loca, vestigia et caetera personis conjuncta, ex quibus nobis fiat boni alicujus spiritualis accessio.

In fine, post colloquium Pater noster, Ave Maria.

ADDITIONES SECUNDAE HEBDOMADAE

In secunda hebdomada variari debet additio secunda, sexta, septima et decima ex parte.

Pro secunda, erit meditationem sequuturam menti objicere, et desiderare cognitionem majorem mysteriorum Christi, ut tanto magis ei serviam.

Pro sexta, versabo [a] memoria vitam Christi ab incarnatione usque ad mysterium, quod jam prae manibus habeo.

Pro septima, luce vel tenebris utar, quatenus ad scopum desideratae rei mihi confert.

In decima sic me geram, ut requirit mysterium contemplandum; aliqua enim poenitentiam requirunt, alia vero non item.

In omnibus exercitiis, praeterquam mediae noctis et aurorae, aliquid quod tertiae additioni et secundae [1] aequivaleat assumendum erit. Ut scilicet, cum adest hora meditationis, prospiciam quo ferar et coram quo sim appariturus.

Secundae diei contemplatio

Prima, praesentatio in templo.

Secunda, fuga in Aegiptum, cum duplici repetitione et sensuum applicatione.

Tertiae diei contemplatio

Prima, quomodo Jesus in Nazareth subditus esset parentibus.

Secunda, quomodo repertus in templo, ut in fine libri exercitiorum.

Quartae diei contemplatio

Oratio praeparatoria solita.

Primum praeludium est historica consideratio, hinc Christi, inde Luciferi, omnes ad suum vocantis vexillum.

Secundum, imaginari campum amplissimum prope Hierusalem, ubi Christus bonorum dux; et alium prope Babylonem, ubi Lucifer dux malorum est.

Tertium, petere gratiam, ut exploratas habeamus et vitemus fraudes mali ducis, et boni mores ingenuos cognoscere ac imitari possimus.

Primum punctum, quasi aspicere ducem impiorum in campo Babiloniae in cathedra ignea et fumosa sedere horribilem.

Secundum, advertere quomodo vocat daemones impuros, et per orbem spargi jubet ad nocendum omnibus hominum generibus.

Tertium, quomodo instruit ut in primis trahant homines ad cupiditatem divitiarum, deinde ad honoris mundani ambitionem, et demum in superbiae barathrum, unde ad vitia fit decursus proclivis.

Alia ex parte in Christo.

Primum punctum, quasi aspicere eum in amoeno campo humili loco sedentem, vultu speciosum et amabilem.

---

[a] versabor, *apogr.*

---

[1] Cf. *Proleg.*, pp. 152-153.

Secundum, speculari quomodo discipulos et ministros per orbem mittit, ut omnibus hominum generibus doctrinam salutis impertiant.

Tertium, quasi audire concionem qua instruit suos ad omnes juvandos et in primis inducendos ad affectum paupertatis; et si divini obsequii ratio et electio coelestis eo ferat, ad sectandam actu paupertatem; deinde ad opprobrii et contemptus desiderium alliciant, unde vera humilitas et omnes virtutes consequantur.

Primum colloquium fiat ad Beatam Virginem, ut gratiam impetret qua recipiar et maneam sub vexillo Christi per spiritualem paupertatem et etiam per realem, si vocare ad eam Dominus dignabitur. Deinde per abjectionem, ut ipsum imiter vicinius, deprecando tamen culpam aliorum, ne contemptus mei cedat in alicujus detrimentum et Dei offensam. In fine, Ave Maria.

Secundum, ad Christum hominem, ut mihi a Patre impetret illa ipsa. In fine, Anima Christi.

Tertium, ad Patrem, ut concedat eadem. In fine, Pater noster.

Eodem die repetitur hoc exercitium bis aut ter.

MEDITATIO DE TRIBUS HOMINUM CLASSIBUS

Oratio praeparatoria solita.

Primum praeludium, proponere ante oculos tres hominum classes, de quibus infra. Quarum singulae decem millia ducatorum sibi, non Deo, paraverint; et nunc vellent Deum habere placatum.

Secundum, me coram Deo et sanctis considerabo, desiderando scire quomodo Deo placere possim.

Tertium, petere gratiam ad id eligendum quod Deo maxime placeat.

Prima classis optat exuere affectum non bonum et Deo reconciliari [1], sed media nunquam adhibet.

Secunda auferre vellet talem affectum, sed rem interim tenere et Deum trahere ad proprium votum potius quam, relicto impedimento, ad eum tendere.

Tertia volens affectum non sincerum abjicere, rem ipsam auferre vel tenere prout ad divinum cultum id facere animadvertet.

Colloquia tria, ut supra.

QUINTA DIE

Fiet contemplatio de transitu Domini a Nazareth ad Jordanem et baptismo; fiet autem prout in prima die, praecedentibus praeparatoria oratione et tribus praeludiis ac colloquiis, ut circa classes etc.

---

[1] Vide supra, pp. 350, annot. 2, et 358, annot. 2.

Sexta die, quomodo post baptismum ierit in desertum et ibi fuerit, et quomodo tentatus est post quadraginta dies.

Septima die, de vocatione sancti Andreae et aliis sequentibus.

Octava, de sermone Domini in monte, octo beatitudines edisserentis.

Nona, cum apparuit navigantibus.

Decima, cum in templo docuit.

Undecima, de suscitatione Lazari.

Duodecima, de gestis in die Palmarum.

Exercitium de tribus modis humilitatis

Primus est ad salutem necessarius, ut me penitus subdam legi divinae, nec pro dominio mundi vel ullo vitae discrimine velim deliberato animo mandatum ullum divinum vel humanum, quod ad mortale obligat, transgredi.

Secundus est majoris perfectionis, ut fixo animo ad divitias et paupertatem, honorem et ignominiam sim aeque propensus, ubi aequalis et divinae gloriae occasio; et nulla spe vel timore adducar ut culpam etiam venialem committere decernam.

Tertius est humilitatis absolutissimae, prioribus habitis, quae est, si par Dei gloria esset, ut ad majorem imitationem Christi, eligam potius cum eo pauperiem et contemptum, quam opes et honores amplecti. Addantur tria colloquia, prout in exercitio de duobus vexillis habetur, petendo ut si major vel aequalis gloriae Dei proventus subsit, ad electionem talem perducar.

Praeludium ad electionem faciendam

Ad bene eligendum aliquid, oculo puro finem spectemus ad quem creati sumus, gloriam scilicet Dei et salutem nostram. Unde eligenda sunt ea tantum quae ad hunc finem conducunt; et prius finis ob oculos ponatur, deinde media, scilicet, uxorem ducere, vel sacerdotium, prout expedit ad talem finem consequendum.

Modus prior electionis

Primum punctum est proferre in medium rem deliberandam, quae ad electionem pertinet.

Secundum, adducto ante oculos creationis fine, in neutram declinabo partem amplectendae rei de qua delibero vel repudiandae. Sed quasi in aequilibrio subsistam, paratus in eam partem ferri, quae ad finem aptior erit.

Tertium, orabo Deum, ut mentem illuminet et voluntatem impellat

ad id quod magis ad finem confert per ratiocinationem eligendum.

Quartum, perpendam quot commoda mihi ad finem consequendum accedent ex ea re de qua delibero suscepta; quot etiam incommoda. Contra vero, ea omissa, quot commoda vel damna expectari possunt.

Quintum, his ergo praemissis, ratiocinari oportet in utramque partem, et juxta rationis dictamen, sepositis affectibus, electio concludenda.

Sextum, electione facta, ad orationem statim est recurrendum, ut Deo offeratur quod electum est, tunc perfecte recipiendum, si ei placere intellectum erit.

POSTERIOR MODUS ELECTIONIS

Prima regula est quod, cum oporteat [a] ex affectu amoris Dei fieri electionem, convenit eligentem praesentiscere in se quidquid affectionis ad rem electam tenet, ex Dei solius amore proficisci.

Secunda, considerare, si quis, cui omnem perfectionem opto, dubius esset super electione hujusmodi, quidnam ei consilii darem; quod enim alteri suaderem, mihi agendum est.

Tertia, si mors ingrueret, quem mallem observasse modum in hac deliberatione; et juxta illum eligere nunc debeo.

Quarta, quando pro tribunali Dei sistar judicandus, quo consilio in hac re vellem usus esse; et eo nunc utar.

Demum, juxta sextum punctum prioris modi, electionem factam offerre Deo in oratione, et diffinire ibi debeo.

TERTIA HEBDOMADA

PRIMA CONTEMPLATIO MEDIA NOCTE FACIENDA

Oratio praeparatoria solita.

Primum praeludium ex historia, quomodo missi a Bethania discipuli Hierosolymam, coenam pararunt, et Christus post esum agni pedes lavit discipulorum, et sanctissimum sacramentum Corporis et Sanguinis sui confecit et largitus est, ac sermonem habuit post coenam.

Secundum, consideratio itineris et coenaculi, ubi coena fuit peracta.

Tertium petit dolorem et indignationem contra se et confusionem, quod propter mea peccata Dominus omnium tantis se tormentis objiciat.

Primum punctum, aspectus personarum coenantium; et aliquid in suum usum elicere, quod in secundo et tertio fiat semper.

Secundum, eosdem audire quid loquantur.

---

[a] oportet *apogr., quod mutandum videtur in* oporteat, *ut est in Vu.*

Tertium, attendere quid agant.

Quartum, advertere quid jam inde Christus pati appetat et incipiat, unde incipiam et ipse dolere et me affligere.

Quintum, considerare quomodo se abscondat Divinitas, nec adversarios perdat, sed pati humanitatem sinat tam acerba.

Sextum, cum talia ferat pro peccatis meis, quid agere vel pati pro ejus causa debeam.

Colloquium in finc ad Christum, vel si devotio instiget, ad Matrem, Filium et Patrem; petam quod maxime desidero: certam, scilicet, aliquam rem, ut virtutes vel statum vitac ipsi gratum scire, vel aliud juxta praesentis tractationis rationem.

Secunda meditatio in aurora

Oratio pracparatoria eadem.

Primum praeludium, historia a transitu ex monte Sion, ubi coenati fuerant, in hortum usque ad comprehensionem et deductionem in Annae domum.

Secundum est consideratio loci, id est, itineris et horti.

Tertium, petere moerorem et planctum, ut Christo pro me patienti compatiar.

Reliqua hujus diei exercitia sunt repetitiones cum applicatione sensuum; et ita in sequentibus hujus hebdomadae diebus fiet.

Mutanda est additio secunda, ut dum surgo et induor, percogitans meditationem statim faciendam, nitar me ad dolorem excitarc compatiendo Christo.

Sexta additione excludere cogitationes jucundas; angores vero et Christi poenas ab ipsa nativitate usque ad mortem mente revolvere.

QUARTA HEBDOMADA

Prima meditatio

Oratio praeparatoria solita.

Praeludium primum ex historia, quomodo postquam expiravit Christus, anima divinae personae unita descendit ad inferos; et liberatis justorum animabus, rediens ad sepulchrum, corpus sibi univit; et surgens, Matri primo apparuit, ut pie creditur.

Secundum, considerare scpulchri situm et domus Beatae Virginis et ejus cellam.

Tertium petit participationem gaudii Christi et Matris cjus.

Primum punctum, consideratio personarum.

Secundum, auditus verborum quae loquuntur.

Tertium, factorum meditatio cum reflexione ad se, ut in aliis hebdomadis.

Quartum, quomodo Christi divinitas passionis tempore abscondita, se in resurrectione manifestet per tot miracula.

Quintum, quam copiose Christus functus sit consolatoris officio, ad similitudinem amicissimi hominis.

Colloquio uno vel pluribus, ut in primo exercitio tertiae hebdomadae, terminetur; et in fine, Pater noster.

CONTEMPLATIO AD AMOREM DEI IN NOBIS EXCITANDUM

Primo, notatur quod amor magis ex operibus quam verbis pendet, et consistit in quadam mutua facultatum, rerum et operum communicatione.

Oratio praeparatoria ex more.

Primum praeludium, ut coram Deo, angelis et sanctis mihi propitiis stare me videam.

Secundum, gratiam petere ut perspiciendo beneficiorum magnitudinem, ad amorem et cultum Dei totum me impendam.

Primum punctum, revocare in memoriam beneficia creationis et redemptionis et privata mihi impensa, perpendendo quantum mei causa egerit et passus fuerit Dominus, quantum bonorum suorum communicaverit, quamquam seipsum mihi dare velit quantum potest.

Deinde vertam me ad meipsum, et disquiram quae meae sint partes, quid aequum sit ut offeram Deo, scilicet, me totum; et sic offeram memoriam, intellectum, voluntatem et omnia, restituendo ipsi quidquid ipse dedit; solam ipsius gratiam requirendo.

Secundum punctum, considerare Deum in singulis creaturis existentem, elementis danten esse, plantis vivere, animalibus sentire, hominibus etiam intelligere; et [a] quod mihi dedit haec omnia, et insuper templum me suum esse voluit ad imaginem et similitudinem suam. Et reflectam ad me, ut in primo.

Tertium, contemplari Deum in creaturis propter me operantem et laborantem quodam modo, dum eis dat esse et conservat propter me id quod sunt, habent, possunt, agunt; et ad me reflectam, ut supra.

Quartum, intueri quomodo dona omnia coelitus descendunt: scilicet, potentia, justitia, bonitas, scientia, terminis quibusdam definita quae ab infinito illo totius boni thesauro, ut lumen a sole, ut a fonte aqua derivantur; et addatur reflexio, ut supra.

Colloquium fiet in fine, terminandum per Pater noster.

---

[a] et et *apogr.*

Primus ex tribus modis orandi

Primus deducitur ex praeceptis, peccatis mortalibus, animae potentiis et sensibus consideratis.

Tertia additio semper praemittitur, pensando paulisper quo mihi accedendum sit, et quid faciendum.

Oratio praeparatoria petit gratiam cognoscendi ad melius intelligenda praecepta et in quo peccavero contra illa, ut me emendem et melius observem.

Primum deinde mandatum discutiam, et attendam quomodo servaverim illud; et de occurrentibus contra illud [a] delictis veniam petam. In fine, Pater noster.

Et transibo ad sequentia, tamdiu in singulis, ut minimum, manendo, quamdiu ter recitabitur Pater noster. Ubi tamen rarius peccavimus, haerendum minus; magis autem ubi saepius. Post completum discursum circa praecepta cum mei accusatione et gratiae imploratione, colloquio ad Deum directo finiam.

Secundo, circa mortalia peccata similem modum tenebo, mutata orationis materia, quia ad ea devitanda tendit, ut superior ad praecepta servanda. Juvat autem notitia vitiorum et peccatorum per contrariorum habituum et actuum considerationem, virtutum scilicet quae parandae sunt.

Tertio, circa tres animae potentias idem modus teneatur, mutata materia orationis.

Quarto, idem circa quinque sensus, in quibus si quis cupiat Christum imitari, in praeparatoria oratione se super eo debet commendare Deo, et singulorum sensuum considerationi Pater noster subjicere. Si Beatam Virginem imitari volet, ei se commendet, ut id sibi a Deo impetret, finiatque per Ave Maria.

Secundus modus orandi

Additio tertia, ut prius.

Oratio praeparatoria congruens personae ad quam dirigitur.

Secundus hic modus eo situ, quem ad devotionem experiemur commodiorem, recitat orationem dominicam, et in prima voce, ut Pater, figit pedem quamdiu circa illam variae comparationes, conceptus aut motiones spirituales incident; et ita in sequentibus vocibus ejusdem vel alterius orationis. Et in ruminatione cujusvis vocis cum expleverit horae unius tempus, dicat Ave Maria, Credo, Anima Christi, Salve Regina communi modo percurrendo.

Si in una voce vel duabus affluet meditatio et interna delectatio,

---

[a] illum *ms.*

postponatur transcurrendi cura; et, hora elapsa, reliqua cursim recitet.

Si in una vel paucis vocibus hora effluet, die sequenti his vocibus percursis, ruminet sequentes; et hoc modo excussa oratione dominica, succedet Ave Maria, deinde alia atque alia oratio. Quavis autem oratione sic finita, personam ad quam dirigitur paucis compellabimus, gratiam vel virtutem aliquam petendo, qua maxime nos egere senserimus.

TERTIUS MODUS ORANDI

Additio et oratio praeparatoria, ut supra.

Hic modus in eo consistit, ut inter singulas respirandi vices, singula orationis dominicae vel alterius verba transmittamus, expensa interim vel prolatae vocis significatione, vel personae ad quam dirigitur dignitate, vel nostra vilitate [a], vel utriusque differentia. Caetera ut supra.

Finita autem hoc modo oratione dominica, sumatur alio die salutatio angelica, simili respirationum intervallo tractanda, aliis orationibus usitato more recitatis; quae tamen eodem modo per interstitia hujusmodi dici deinde possunt.

FINIS

II

DIRECTORIUM PRIMUM P. JACOBI MIRONIS [1]

1582. DIRECTORIUM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM AUCTORITATE 1.ae CONGREGATIONIS CONFECTUM [b]

DE QUIBUSDAM, QUIBUS IUUARI POSSIT TAM IS, QUI EXERCITIA TRADITURUS QUAM IS, QUI EA ACCEPTURUS EST. CAPUT I

1. «Ad exercitia spiritualia aliis tradenda, postquam quisque in se ea fuerit expertus, assuescant; et dent operam omnes», cum facultate [c] superioris «ut et eorum reddere rationem, et in hoc armorum spiritualium genere tractando (quod Dei gratia ad ipsius obsequium tantopere conferre cernitur) dexteritatem habere possint» [d].

---

[a] utilitate *apogr.*—[b] *In marg.* I Congr., tit. 6, Decr. 28. *V. supra, Praefationem p.* 752. —[c] juxta ordinem *alt. in n. 2.*—[d] *In marg.* Const., P. IV, c. 8, § 5.

---

[1] Ex apogr. in cod. *De Instit.*, II, 8 ff., n. 21. Numerus 1582, in principio hujus monumenti scriptus, videtur indicare vel annum, quo primum scriptum est, vel tempus, quo illud exemplum fuit exaratum. Cf. *Praefationem*, supra, pp. 758-763, ubi diximus quare hoc Directorium Mironi tribuendum censeamus.

2. Cum horum exercitiorum ratio redditur (ad quod expediret rationes in promptu habere), non solum id agatur, ut aliis satisfiat, sed etiam ut in illis desiderium excitetur, ut iisdem iuuari uelint [a], etsi oportet media orationum et bonorum operum ipsi adhibeant, quibus hoc a Deo impetrent.

3. Possent aliqui arbitrio superioris [b] ad exercitia aliis tradenda assuescere, nonnullis ea tradendo, in quibus minus iactura [c] esse possit, si quid erretur, et conferre cum aliquo magis exercitato, praesertim cum superiore, suum procedendi modum, bene adnotando quod magis uel minus conuenire deprehenderint [d].

4. Exercitia plene nonnisi paucis, iisque huiusmodi ut ex eorum profectu non uulgaris ad Dei gloriam fructus speretur, uel qui de uitae suae statu deliberare uelint, tradenda sunt. Primae uero hebdomadae exercitia ad multos, et aliqua conscientiae examina, et modi orandi (praesertim primus trium illorum, qui in libro Exercitiorum proponuntur) ad multo plures etiam extendi possent. Quiuis enim bona praeditus uoluntate ad haec idoneus est [e].

5. Expedit ut qui traditurus est exercitia totum librum Exercitiorum perlegat, et prae manibus habeat, sed praecipue uiginti annotationes, et illa quae pertinent ad exercitia, quae tunc temporis aliis tradit, et illius hebdomadae; et antea aliquantulum meditetur exercitium quam illud proponat: et rogare pro se et illo debet, ut ambos Dominus dirigere dignetur, et interdum redigat in memoriam superiori, ut pro eo a nostris oratio fiat [f].

6. Alicui facienti exercitia tantum instructor unus est assignandus, qui illa det; nam facilius quis in re aliqua, praesertim spirituali, intelliget unum directorem, quam plures; si tamen aliqua de causa qui coepit tradere exercitia, impeditus fuerit, et alius eius loco successerit,

---

[a] *In marg.* Ibid., lit. E. *Haec paragr. 2 est in Mi. alt. paragr. 5.*—[b] *Duo. vv praeced. non sunt in Constitutionibus, loco paulo post allato in marg., nec in Mi. alt.*—[c] Minus jactura *apogr.; lege* minor jactura, *ut est in Constitutionibus loco citato et in Mi. alt.*—[d] *In marg.* Ibid.—[e] *In marg.* P. 7, C. 4, lit. F. Et P. 4, c. 8, lit. E; *Mi. alt. addit:* De variis autem modis tradendi exercitia agitur in adnotatione 18.[a], 19,[a] et ultima ex viginti.

[f] *Mi. alt.* 6. Expedit ut qui traditurus est exercitia totum librum Exercitiorum perlegat et prae manibus habeat, sed praecipue primas viginti adnotationes et illa quae pertinent ad exercitia quae tunc temporis aliis tradit; et antea exercitium illud quod daturus est, aliquantulum meditetur, et magno charitatis affectu spiritualem profectum ejus qui exercetur, desideret atque procuret. Et rogare pro se et illo debet, ut ambos Dominus dirigere dignetur, et interdum superiori in memoriam redigat, ut pro eo a nobis [a'] oratio fiat.

[a'] *Sic apogr.; suspicamur mendum esse pro* nostris *quod est in primo.*

aduertendum erit ne qua contradictio aut diuersitas inter eos deprehendatur, quae possit parere confusionem ei qui exercetur [a].

7. Qui tradit exercitia non debet secum ferre librum, ut ea, quae traditurus est, alteri legat: sed antea quod dicturus sit, memoriter teneat, et postea breuiter narrando, rerum capita percurrat, adiecta solum breui declaratiuncula iuxta secundam annotationem libri Exercitiorum, et eadem scripta tradat iuxta uigesimam annotationem eiusdem libri [b].

8. Legere non debet qui exercetur nisi scripta, quae ei traduntur, nec libros (ut legendi occasio tollatur) praeter breuiarium, aut librum precum B. Virginis Mariae [1], in cubiculo habeat: sed in prima hebdomada librum Gersonis [2] de Imitatione Christi, uel librum confessionum D. Augustini legere potest: in secunda uero librum Euangeliorum, et illos, de quibus in annotatione ultima primae meditationis de rege temporali fit mentio [c 3].

---

a *Mi. alt.* 11. Facienti exercitia instructor unus idoneus et eidem gratus quantum fieri poterit, assignandus est, qui quidem multis simul tradere non debet, sed cum unoquoque seorsum agat: si vero aliqua de causa qui coepit dare exercitia impeditus fuerit, et alius eius loco successerit, advertendum erit, ne qua contradictio aut varietas inter eos, quae possit parere confusionem ei qui exercetur, deprehendatur.

b *Mi. alt.* 12. Qui dat exercitia non debet secum ferre librum, ut ea quae traditurus est, alteri legat, sed potius quae dicturus sit, memoriter teneat, et rerum capita breviter narret, adjecta solum brevi declaratiuncula, juxta secundam annotationem ex viginti. Simplicibus tamen et iis qui in rebus spiritualibus parum sunt versati, explicatius exponenda sunt. Eadem vero omnibus, ratione personae vernacula vel latina lingua, scripto tradere expedit, juxta ultimam adnotationem ex viginti, quod quidem scriptum, nisi declaratione praemissa, tradere non debet. In principio tamen Societatis multi nullo scripto dato illa faciebant; et nunc etiam idem aliquando fieri poterit, si instructor aliquibus ita convenire judicaverit. Item si is qui exercetur legere nesciat, ea, quae ei dixerit, mox summatim repetat, ut postea eorum melius recordari possit; idemque faciat qui sine scriptis exercitia accepit. *Utrumque Di. loquitur de Vu., cujus vigesima annotatione illud commendatur quod dicit Mi.*

c *Mi. alt.* 14. Legere non debet qui exercetur, nisi scripta quae ei traduntur, nec libros praeter breviarium, si sacerdos est, aut librum precum B. Virginis Mariae in cubiculo (ut legendi occasio tollatur) habeat; sed in prima hebdomada librum Gersonis De Imitatione Christi legere poterit. In secunda vero aliquid ex evangelico codice, et De Imitatione Christi et Sanctorum vita, ut in annotatione post primam meditationem de rege temporali dicitur. Sed in evangelico codice nullum debet legere mysterium, nisi

---

1 *Horas* Beatae Mariae Virginis, qui libellus et medio aevo et tempore S. Ignatii vulgatissimus erat. Cf. *Proleg.*, supra, p. 50, annot. 4.

2 Thomae a Kempis; vide supra, pp. 49, 50 et 57, annot. 1.

3 Ibi praeter *Evangelia* et *Imitationem Christi*, commemorantur *Vitae Sanctorum*.

9. Tradenda sunt omnia exercitia, secundum uniuscuiusque dispositionem, eodem, quo procedunt, ordine, ut dicitur in uigesima annotatione libri Exercitiorum; et saepe Pater noster Ignatius admonebat, tamquam de re magni momenti, ut hunc ordinem seruaremus; alioqui, qui exercetur parum proficit, ut experientia satis docet [a] [1].

10. Aduertendum est, quod si is qui exercetur non obediret illi qui tradit exercitia, sed uellet suo iudicio procedere, in dandis ei exercitiis non erit ultra progrediendum [b].

11. Inuisitur [c] semel aut saepius quotidie is qui facit exercitia, iuxta arbitrium eius qui illa tradit, cum quo solo, quantum fieri potest, hoc tempore ille agere debet [d]; et expediret potius statim a prandio uel a caena; nam hoc tempus ad meditandum aptum non est, et ille est minus occupatus et interdum consolatione tunc eget.

12. Quando inuisitur qui exercetur, ratio punctorum exigenda est; et quaeratur ab eo quomodo in iis se gesserit, et quid magis senserit; et qui tradit exercitia iis, quae ab illo proponuntur etiam satisfaciat, et quando opus erit, eum in omnibus magno charitatis affectu dirigat; et aduertat in modo procedendi ne nimirum [e] ille sibi uim faciat, aut in attollenda mente, aut in compositione loci aut applicatione potentiarum caput laedat [f].

---

quod eadem hora vel die considerandum sit, ut habetur in primo notabili post quinque contemplationes secundae hebdomadae.

a *Mi. alt.* 15. Tradenda sunt omnia exercitia, eodem quo procedunt ordine, ei qui fructum maximum ex his consequi optat, ut dicitur in ultima annotatione ex viginti. Et ideo nemo sive ipsa exercitia, sive ordinem praescriptum illa tradendi, juxta suum sensum mutare debet; alioquin qui exercetur parum proficiet, ut experientia satis docet; hoc enim ordine et mediis rationabilibus quidem experimur, quod divina sapientia ad egregia dona capienda sibi homines cooperari voluit, in qua sola confidentia tota constituenda est.

b *Mi. alt.* 16. Advertendum est etiam quod in dandis exercitiis non erit ultra progrediendum, si is qui exercetur suo instructori juxta praedictum ordinem non obediret; nam in hac via spirituali qui suo magistro se docendum cum humilitate non exhibet, facile errare poterit; superbis enim Deus resistit, humilibus autem dat gratiam.

c 17. Invisi debet *Mi. alt.*—d cum quo solo hoc tempore illi agere licet *Mi. alt.*—e *Sic apogr.; forte legendum* nimium. *Cf. Di., c. VIII, n. 3.*

f *Mi. alt.* 18. Quando invisitur qui exercetur, ratio punctorum exigenda est, quomodo in iis se gesserit, et quid magis senserit, et de consolatione ac desolatione, si quam habuit; et qui tradit exercitia eum in omnibus magno charitatis affectu dirigat ac praecipue doceat; atque iis, qvae ab eo quaeruntur, etiam satisfaciat. Advertat autem in modo procedendi, ne ille in attollenda mente aut in compositione loci aut applicatione potentiarum sic sibi vim faciat, ut caput laedat.

---

1 Cf. *Di. ignatiana*, III, n. 17, supra, p. 793.

13. Si bene respondet cum pace et animi quiete, non oportet diu manere cum eo qui exercetur, nec multa alia interrogare aut docere iuxta secundam annotationem libri Exercitiorum, nisi secundum rerum exigentiam illum instruere opus sit, aut eidem satisfacere; alioqui sinat ut, citra medium, Creator ipse cum creatura et haec uicissim cum illo, rem transigat, ut dicitur in decima sexta annotatione libri Exercitiorum. Si uero non plene inuenit ille quod quaeritur, tunc de diuersorum spirituum motionibus [a], iuxta regulas discretionis spirituum primae hebdomadae, et de additionibus exercitiorum diligenter percontari debet, ut in sexta annotatione libri Exercitiorum praescribitur. Et uideat an expediat mutare rationem uictus uel poenitentiae, iuxta tertium et quartum notabile post decimam additionem libri Exercitiorum [b].

14. Caueat ne umquam det occasionem ei, qui exercetur, suspicandi quod minus bonam opinionem de ipso habeat, etiamsi non ita bene ille se gesserit: quin potius semper faciat ei animos ad diligenter procedendum in uia incoepta divini seruitii [c].

15. Si expedire uidebitur, admonendus est qui exercetur ut scribat suos conceptus et motiones, et praecipue notabiles consolationes et desolationes [d].

16. Quanto maiori desiderio et animo proficiendi in spiritu aggressus quis fuerit exercitia, maiorem ex illis fructum consequetur. E contrario uero qui inuiti ad illa facienda trahuntur, nisi postea mentem mutauerint [e], parum aut nihil [f] proficient.

17. Quantum ad locum attinet, si ille, qui uult exercitia facere, non sit de Societate, nec in illam ingredi decreuerit, in domo aliqua foris, ab omni negotiorum genere remota, iuxta uigesimam annotationem libri Exercitiorum, ut liberius agat exercitia, illi tradi poterunt; aut in aliquo cubiculo separato domus uel collegii nostri, si commode fieri potest, et superiori uidebitur: et hic secundus locus, si inueniretur, aptior esset [g].

---

[a] notionibus *apogr.*

[b] *Mi. alt.* 19. Si bene respondet et satisfacit, non oportet diu cum eo manere, nec multa alia circa conceptus meditationum explicare, juxta secundam annotationem ex viginti, nisi secundum rerum exigentiam illum instruere opus sit; sed sinat ut citra medium Creator ipse cum creatura et haec vicissim cum illo rem transigat, ut ibidem dicitur in decimaquinta annotatione. Si vero non plene invenit ille quod quaerit, percontetur diligentius, quomodo ipsa exercitia et eorum additiones egerit, ut ibidem in sexta annotatione.

[c] semper ei animum addat ad diligenter procedendum in via coepta divini servitii *Mi. alt. in n. 20.*—[d] *Mi. alt.* 21. Si is qui exercetur aliqua in re notabiles consolationes habuerit, admonendus est, si ita expedire videbitur, ut eas sibi scribat.—[e] *Quatuor vv. praeced. desunt in alt. n. 7.*—[f] nihil communiter *alt.*

[g] *Mi. alt.* 9. Quantum ad locum attinet, si is qui facturus est exercitia non sit e Societate nec in illam ingredi decreverit, in domo aliqua seu habi-

18. Qui seruit ei, qui facit exercitia, seruet cum eo silentium, exceptis iis, quae ad illius seruitium pertinent, et nisi qui tradit exercitia, ut illi loquatur, expresse iniunxerit.

19. Intelligat ab ipso qua hora auditurus sit sacrum, ut eo tempore possit parare illi lectum et componere cubiculum, nisi haec ipsemet faceret.

20. Curet ut ex sua humilitate, modestia et diligentia, ille aedificetur; et quotidie particulari oratione oret pro eo et pro illo qui ei tradit exercitia, ut in ambobus diuina uoluntas adimpleatur [a].

21. In his adnotationibus huius Directorii, potissimum agitur, quomodo in dandis exercitiis quis se habere debeat, cum exacte dantur; nam de aliis modis tradendi illa, satis dicitur in decima octaua et decima nona adnotatione libri Exercitiorum [b].

22. Constat [c] quod haec Exercitia spiritualia a sede apostolica

---

tatione foris ab omni negociorum genere remota, juxta ultimam adnotationem ex viginti, illi tradi poterunt, aut in aliquo cubiculo separato domus vel collegii nostri, si commode fieri potest et superiori videbitur. Alicui vero mulieri prudenti in ecclesia, cum aedificatione tamen, etiam dari possunt, ut postea ipsa in locum secretiorem domus suae ad ea facienda se recipiat.

a *Tres paragr. praecedentes sic in unam conjungit alt.:* 22. Instruendus est is qui inservit facienti exercitia, tum ut servet cum eo silentium, exceptis iis quae ad illius servitium pertinent, et nisi qui tradit exercitia, ut ei loquatur expresse injunxerit; tum ut ab ipso intelligat qua hora sacrum auditurus sit, ut eo tempore parare illi lectum et componere cubiculum possit; nisi haec ipsemet faceret; tum etiam curet ut ex sua humilitate, modestia et diligentia ille aedificetur, et quotidie particulari oratione pro eo et pro illo, qui tradit exercitia, oret.

b *Mi. alt.* 61. Exercitia primae hebdomadae praedicto modo ordinarie tradenda sunt cum exacte juxta ultimam annotationem ex viginti dantur. Si vero extraordinarie juxta ejus qui exercetur habitudinem illa tradi oporteat, assumi poterit aliquis modus ex iis qui in decima octava et decima nona annotatione ex eisdem viginti a P. N. Ignatio ponuntur, ut capite primo praecedenti, paragrapho quarto, annotatum fuit. *V. supra, n. 4. Mi. primi.*

c *Mi. alt. in Praefatione.* Exercitia spiritualia Patris nostri Ignatii a sede apostolica approbata sunt, et quicumque zelum salutis animarum habet, omnem occasionem quaerere deberet, prudenter tamen, movendi homines ad ea peragenda; nam ad excipiendam gratiam Dei efficacissime animos disponunt, et ubicumque horum usus hactenus viguit, fructus magnus in Domino tum in nostris tum in externis apparuit; et diu, praesertim in principio Societatis nostrae, hoc experti sumus; et antiqui Patres ejusdem Societatis per haec Exercitia beneficium vocationis acceperunt; imo et ipsamet Societas fundata fuit. Nam Pater noster Ignatius hanc methodum tradendi exercitia primus invenit, et per eum singulari Dei beneficio illa velut arma spiritualia ad profectum animarum nostrarum et aliorum nobis concessa sunt, et in constitutionibus commendata, ita ut per ea nostri in disciplina Societatis primum instituantur. Aequum est igitur ut omni

approbata sint; et quicunque zelum salutis animarum habet, omnem occasionem quaerere deberet, prudenter tamen, mouendi homines ad ea peragenda. Ubicunque enim horum usus hactenus uigebat, fructus magnus in Domino tum in nostris tum in externis, apparuit; et diu, praesertim in principio Societatis nostrae, hoc experti sumus; et antiqui Patres eiusdem Societatis per haec Exercitia beneficium vocationis acceperunt, imo et ipsamet Societas fundata fuit; nam Pater noster Ignatius hanc methodum tradendi exercitia primus inuenit, et per eum singulari Dei beneficio illa, uelut arma spiritualia ad profectum animarum nostrarum et aliorum, nobis concessa sunt, quibus nos ad diuina dona capienda perfecte parare possimus.

De quibusdam quae ad exercitia primae hebdomadae potissimum pertinent. Caput II

23. In libro Exercitiorum ante fundamentum ponitur illa annotatio quae incipit: «Imprimis, ut per huiusmodi exercitia», ut ille qui facit exercitia, de ea, si oportuerit, admonitus, omnia quae fiunt et quae dicuntur in bonam partem interpretetur, nihil celando ex iis, quae spiritus bonus uel malus illi suggesserit [a]; sed omnia cum eo qui ei tradit exercitia, communicet, ne decipiatur, iuxta decimam septimam annotationem libri Exercitiorum, et decimam tertiam regulam de discernendis spiritibus primae hebdomadae. Alia etiam ratione dicitur fuisse hoc annotatum; quia in principio nostrae Societatis non erant Patres tantae

---

studio ex ipsius instituti ratione in eis bene utendis nos exerceamus, ad idque praestandum hoc directorium ea tradendi juxta mentem ejusdem P. N. Ignatii ex decreto congregationis generalis confectum est.

Mi. alt. habet in c. I paragraphos, 8, 10, 13, quae non sunt in primo. Sunt vero hujusmodi: 8. Curandum igitur valde est, ut qui exercendi sunt bene disponantur ejusmodi desiderio proficiendi in spiritu et resignatione in Dei voluntatem: ne vero deterreantur aut retrahantur, non est in principio res haec nimium exageranda, sed postea dum gustu spirituali paulatim moventur, ad perfectiorem exercitiorum juxta suas additiones observationem inducendi sunt.—10. Si is qui facturus est exercitia solet frequenter confiteri et communicare, deberet id facere antequam ea incipiat, ut his sacramentis munitus promptiore et ardentiore animo illa aggrediatur.—13. Formula harum meditationum et adnotationum, quae iis qui exercentur singillatim in scriptis dari solent, sicut alibi seorsim in schedulis describuntur, tradendae sunt, quae ex contextu exercitiorum relictis documentis fideliter sunt excerptae, ut harum formularum unicum sit exemplar, quo omnes uti debeant, ne earum varietas confusionem pariat. Hinc etiam intelligi poterit, quid ex Exercitiis scripto iis qui ea faciunt, arbitrio tamen instructoris, tradendum sit. *Numerus 1 in alt. respondet numero 49, qui est in c. III, in primo Di. Mi.*

1. a *Quae praecedunt in hoc n. 23 habet Mi. alt. in n. 24; quae sequuntur non habet.*

authoritatis apud homines, ut in omnibus facile fidem illis adhiberent, et propterea admonebant, si opus erat, eos qui faciebant exercitia, ut si quid displiceret, aperte dicerent, ne huiusmodi silentii causa profectus spiritualis eorum impediretur.

24. Antequam principium uel fundamentum exercitiorum tradatur, quatuor annotationes ex primis uiginti libri Exercitiorum explicentur. scilicet, prima et quinta et decima septima et uigesima, quae hominem ad exercitia auspicanda bene disponunt. Reliquae annotationes, cum opus fuerit, suo tempore declarentur [a].

25. Quod ad ordinem attinet, fundamentum spiritualis aedificii, in quo finis hominis continetur, ante omnia proponatur. Fundamento enim tanquam fine proposito impedimenta perueniendi ad illud, quae sunt peccata, per dolorem et contritionem de iisdem tollenda sunt; et ad hanc perfecte habendam dirigantur exercitia primae hebdomadae, incipiendo a consideratione peccatorum per examen particulare, ut particularia et praecipua peccata et vitia nostra, quae nos.magis premunt, primum consideremus. Sicut enim homines uno uel altero morbo potissimum corporali laborare solent, ita spiritualiter sunt aliqua particularia vitia, uelut morbi in nobis, quibus considerandis et medendis praecipua cura adhibenda est: quod quidem examen etiam toto tempore uitae suae quisque facere deberet [b].

---

[a] *Mi alt.* 25. Antequam principium vel fundamentum ei tradatur, quatuor annotationes ex viginti, quae hominem ad exercitia auspicanda bene disponunt, explicandae sunt, videlicet prima, quinta, decimaseptima et vigesima de loci secessione, in quo ab aliis negociis et solicitudinibus ita expeditus esse debet, ut solum Deo et saluti suae vacare possit.

[b] *Hanc paragr. 25 in tres dividit alt.:* 27. Quod ad ordinem attinet, fundamentum in quo finis hominis continetur, ante omnia proponatur, fundamentumque ideo vocatur, quia totius moralis aedificii basis est: eo igitur tamquam fine proposito, impedimenta perveniendi ad illud, quae sunt peccata, per dolorem et contritionem de eisdem tollenda sunt, ad quam perfecte habendam exercitia primae hebdomadae diriguntur.—28. In consideratione autem peccatorum et [a'] examine particulari incipiendum est, ut particularia et praecipua peccata ac vitia, ex quibus alia oriuntur, et quae nos magis premunt, primum consideremus et expugnemus. Sicut enim homines uno vel altero morbo corporali potissimum laborare solent, ita spiritualiter sunt aliqua particularia vitia velut morbi in nobis, quibus considerandis et medendis praecipua cura adhibenda est. Et si hoc examen diligenter fiat, multum juvat, ut ab ejusmodi vitiis liberemur; nam de communi lege juxta hominis conatum vel dispositionem gratia ei a Deo confertur.—29. Praecipuus usus examinis de particularibus vitiis post peracta exercitia esse debet, ut quisque toto tempore vitae suae eo utatur. Inchoatur tamen his primis duobus diebus, tum ut aliquis illius habeatur usus, tum ut in aliis

---

[a'] *Sic apogr.; forte legendum* ab.

26. Alia examina deinde dantur, ut per illa in cognitionem peccatorum totius anteactae uitae ueniamus, qua iuuemur ad meditationes primae hebdomadae melius faciendas. Animaduertendum est tamen, quod dum examina consideranda traduntur, etiam meditatio prima de fundamento durat, et in his per duos dies immorari possemus [a].

27. In 2 die sub uesperum, si fieri potest, proponetur primum et secundum et tertium exercitium, ut primum media nocte sequentis diei qui exercetur tractare incipiat et secundum mane ubi primum surrexerit, et 3.[um] ante prandium, et a prandio dabitur quartum, ut hora uesperarum, et quintum ut hora ante caenam fiant iuxta annotationem libri Exercitiorum, quae post quintum exercitium primae hebdomadae ponitur [b].

28. Post caenam diei tertii, et sequenti etiam die additiones exercitiorum illi tradantur, et proponatur etiam examen particulare super omnia exercitia bis quotidie, post prandium et caenam, faciendum, de quo agitur in ultima annotatione primae hebdomadae, et in 2.[da] annotatione quinti diei 2.[ae] hebdomadae, et in quarto notabili 3.[ae] hebdomadae; et una cum illo examen quotidianum; deinde sequentibus diebus regulae de discernendis spiritibus primae hebdomadae declarentur iuxta octauam et nonam annotationem libri Exercitiorum [c].

29. Quamuis singula exercitia iis, qui ea faciunt, adiecta breui declaratiuncula, tradenda sunt, iuxta 2.[am] annotationem libri Exercitiorum; nihilominus breuiter et obiter aliqua explicari aliquando poterunt; sicuti nunc, traditis fere iam exercitiis primae hebdomadae, si expedire uidebitur, explicari poterit quod malitia et sordes peccati cognoscuntur: 1.° Ex eo quod Deus summe odit peccatum, illudque punit asperrime

---

examinibus de his praesertim vitiis emendandis recordemur, tum etiam quia hoc examine circa exercitia et eorum additiones uti oportet, ut mox dicetur.

a *Hanc paragr. 26 in duas dividit Mi. alt.*: 30. Deinde eadem et sequenti die reliqua examina dantur, ut per illa in cognitionem peccatorum totius anteactae vitae veniamus, et ad meditationes primae hebdomadae melius faciendas juvemur. Examen autem generale per modum meditationis non datur sicut reliqua examina, sed potissimum ut per illud peccata totius vitae, quocumque modo fiat, in memoriam revocemus.—31. Animadvertendum est, quod dum examina consideranda traduntur, meditatio prima de fundamento durat, in qua qui se exercet, considerationem reflectere ad se debet, quomodo hactenus ad finem et media se habuerit, et quomodo in posterum se habere velit.

b *Haec vide inferius, in nn. 54 et 55 c. III alterius Di. Mironis, quod ponitur in notationibus post c. II primi hujus, p. 859.*

c *Mi. alt.*: 39. Postea eo die quo incipit omnia quinque exercitia facere, sub vesperum additiones ad melius exercitia faciendа, aut earum bona pars illi tradatur. Deinde sequentibus diebus reliquae additiones et regulae de discernendis spiritibus, quae conveniunt primae hebdomadae, eidem dilucide explicandae sunt.

etiam in excellentissimis creaturis, quas summe diligebat, ut in angelis et primis parentibus. 2.° Ex grauitate paenarum, quae ob peccatum infliguntur. 3.° Ex eo quod totam inficit animam. Quae omnia proponuntur in his exercitiis 1.ae hebdomadae [a].

30. Si uidebitur, explicari etiam hic poterit quod ad purgationem animae tria sunt necessaria, sicuti ad cubiculi purgationem: 1.um est, ut sordes animi uideantur et cognoscantur; 2.um ut aqua contritionis et doloris aspergantur; 3.um ut scopis confessionis et satisfactionis mundentur. Quae omnia consequi possumus per exercitia primae hebdomadae, et confessionem generalem, cuius utilitates breuiter explicandae sunt, ut in libro Exercitiorum continentur.

31. Repetitiones exercitiorum, quae a P. N. Ignatio adducuntur, multum faciunt ad profectum in spiritu, quem intendimus consequendum. Saepe enim fit ut curiositate et nouitate rerum et materiarum, inter meditandum aliqui pascantur, et excursiones potius ab intellectu quam a uoluntate fiant, et postea haec fastidiunt si alia meditanda non dentur; ideo his repetitionibus prouisum est ne amplius excursiones intellectus sine utilitate fierent, sed potius, quae tractata sunt, et frequentius et diligentius examinata, efficaci uoluntate retineantur et ruminentur, ut cum gustu et optata affectione illa in Domino sentiamus et gustemus: nam sensus et gustus rerum interior desiderium animae explere solet ut in 2.a adnotatione libri Exercitiorum dicitur; et mouere affectum et uoluntatem praecipuus finis exercitiorum est, et res magni momenti [b].

32. Quod in 3.° exercitio 1.ae hebdomadae dicitur, ut repetitio fiat de iis, in quibus antea maiorem consolationem aut desolationem senserimus, ita intelligendum est, quod praecipue debeat fieri repetitio eorum ex quibus magis consolamur, ut in Domino proficiamus [c]; sed expedit

---

a *Paragraphi 29 et 30 non sunt in alt.*

b *Mi. alt.*: 40. Repetitiones, quae in exercitiis adducuntur, multum faciunt ad profectum in spiritu, quem intendimus, consequendum. Saepe enim fit ut curiositate et novitate rerum inter meditandum aliqui pascantur, et postea haec fastidiunt, si alia meditanda non dentur. Ideo his repetitionibus provisum est, ne excursiones intellectus sine utilitate fiant, sed potius quae tractata sunt, efficaci voluntate retineantur et ruminentur, ut cum gustu illa in Domino sentiamus; non enim abundantia scientiae, sed sensus et gustus rerum interior desiderium animae explere solet, ut in secunda annotatione ex viginti dicitur, et movere affectum et voluntatem praecipuus finis exercitiorum est, et res magni momenti. Hae igitur repetitiones, juxta modum quem adducit P. N. Ignatius in Exercitiis, faciendae sunt; et ideo in prima hebdomada unum exercitium dari non debet, ut per unum diem cum suis repetitionibus fiat, et aliud per alium diem et sic consequenter, nam talis modus non traditur in exercitiis.

c *Quatuor vv. praeced. non sunt in alt. n. 41.*

etiam illa puncta in quibus nos aridos senserimus, fixius et profundius [a] repetere, ut loco praeteritae desolationis consolationem aliquam inueniamus; nam forsitan Dominus postea ibidem fontem suae gratiae aperiet.

33. Colloquium in fine uniuscuiusque exercitii semper fieri debet, ut in libro Exercitiorum praescribitur; sed non prohibetur, iuxta cuiusque spiritualem motum aut deuotionem, in principio uel in medio meditationis uel exercitii, ut aliquando alia colloquia et petitiones fieri non possint [b].

34. De numero exercitiorum, quae in prima hebdomada proponenda sunt, in fine quinti exercitii eiusdem hebdomadae dictum est; sed, ut non prohibetur, ultra quinque praedicta alia quaedam addere, ut de morte, de judicio et similibus; ita, si per illa quinque inuenitur quod quaeritur, scilicet desideratus dolor de peccatis, alia necessaria non sunt. Et [1] si eiusmodi exercitia adderentur, loco quarti aut quinti exercitii primae hebdomadae ponenda sunt [c].

35. Quae in decima additione Exercitiorum de poenitentia dicuntur, quamuis nobis liceat eum, qui exercetur, ad ea inducere, et utilitates proponere ut ea facere uelit; tamen ut ea omnino impleat, ab eo exigenda non sunt: nihilominus percontari oportet quomodo in illis se habeat; nam uictus ratio cum sobrietate multum confert ad mentis eleuationem; expedit tamen ut sit uoluntaria et ad uniuscuiusque naturam accommodata. In principio nostrae Societatis, in peragendis exercitiis, praesertim primae hebdomadae, multum uiguit abstinentia, et usus huius decimae additionis, adeo ut qui exercitia absoluebant, sub cura infirmarii constituerentur; et hodie timendum est ne huius rei negligentia fructus spiritualis exercitiorum ex parte impediatur [d].

---

[a] *Omissis tribus vv. praeced., habet* etiam *alt. in n. 41.*

[b] *Mi. alt.* 42. Colloquium in fine uniuscujusque exercitii semper fieri debet, ut ibidem praescribitur. Sed non prohibetur ut juxta cujusque devotionem, in principio vel medio, alia colloquia et petitiones fieri non possint imo aliquando expedit.

[c] *Mi. alt.* 44. Ultra quinque exercitia quae ponuntur in prima hebdomada, alia quaedam addi possunt, ut de morte et aliis peccati poenis, et de judicio, si ad profectum illius qui se exercet, expedire videbitur, ut in fine quinti exercitii ejusdem hebdomadae dicitur; sed si per illa quinque invenitur quod quaeritur, scilicet dolor intensus de peccatis, alia addere opus non est; et si ejusmodi exercitia adderentur, loco quarti aut quinti exercitii ponenda sunt; nam reliqua tria, quia ad consequendum dolorem multum faciunt, mutanda non sunt.

[d] *Mi. alt.* 45. Quamvis juxta id quod in decima additione Exercitiorum de poenitentia dicitur, nobis liceat eum qui exercetur, ad eam inducere et ejus utilitates proponere; tamen ut illa omnia quae ibidem adducuntur, fa-

---

[1] Sententia sequens, usque ad finem hujus paragraphi, omissa est in *Di. 1591* et *1599*.

36. Moneat a principio instructor eum qui exercetur, ut a prandio petat quid sibi uult parari ad coenam, et a coena quid ad prandium sequentis diei, et ei qui ministrat, ut hoc ab illo petat, et quod petierit ferat. Curet tamen, qui exercitia tradit, intelligere quomodo circa hanc uictus rationem ille se habeat, ne forte aliquis excessus fiat [a].

37. Quod ad confessionem generalem attinet, qui facit exercitia non debet se ad eam parare usque dum exercitia primae hebdomadae absolverit: quod autem dicitur in 1.° puncto 2.di exercitii ciusdem hebdomadae, ut ad multitudinem peccatorum considerandam discurratur per loca, officia et personas cum quibus quisque [b] egit, potius generali quam particulari examine id est agendum; non enim ad dolorem adeo expedit subtilia exacte disquirere, quam grauia simul ante oculos proponere.

38. Dum uacat concinnandae huic confessioni generali non debet in ullis aliis exercitiis extra eandem [1] occupari; et ita sub finem 1.ae hebdomadae postquam qui exercetur desideratum dolorem peccatorum suorum senserit, iuxta quartam annotationem libri Exercitiorum, iniungendum est ei ut cesset a meditationibus exercitiorum et a reliquis rebus, quantum fieri poterit, ut solum sit occupatus per aliquod tempus in confessione generali praeparanda, ut illam plene et perfecte faciat; in qua re tradens exercitia poterit illum instruere prout opus esse iudicauerit.

39. Expediret, si commode fieri poterit, ut alius audiret confessionem illius, qui exercitia facit, et non ipsemet qui illa ei tradit [c].

---

ciat, ab eo exigendum non est. Percontari nihilominus oportet, quomodo in illis se habeat; nam victus ratio cum sobrietate multum confert ad mentis elevationem, sed expedit ut sit voluntaria et ad uniuscujusque naturam accommodata. Aliquando vero flagellum vel aliquid simile, juxta personae circumstantias, arbitrio instructoris, offerri poterit. In principio nostrae Societatis, in peragendis exercitiis, praesertim primae hebdomadae, multum viguit abstinentia et usus hujus decimae additionis, adeo ut nostri qui exercitia absolvebant, sub cura infirmarii constituerentur. Et merito quidem viguit; nam si ex parte nostra ejusmodi poenitentiis bene nos disponamus, infinita Dei bonitas mentes nostras illuminabit et perficiet.

a *Mi. alt.* 46. Moneat a principio instructor eum qui exercetur, ut si aliquando causa poenitentiae a quotidiano alimento aliquid subtrahere voluerit, a prandio petat quid sibi ad coenam, et a coena quid ad prandium sequentis diei afferri vult, et is qui ministrat, quod ille petierit praecise ferat, nisi ipse instructor debitum abstinentiae modum excedi observaret.

b *Hoc v. omissum est in alt. u, 47.*

c *Paragraphi 39 et 40 in unam coalescunt in alt.* 48. Dum vacat concinnandae huic confessioni generali, non debet in ullis aliis exercitiis extra

---

1 Cf. tamen *Di. ignatiana*, II, [2], supra, p. 784, et *Di.*, c. XVI, n. 1, infra *Directoria Recentiora*, IX.

40. In 1.ª hebdomada, ubi de purganda anima per contritionem et confessionem agitur, homo ex consideratione peccatorum se ipsum tunc praesertim [a] abiectum, et perceptione diuina indignum reputat; et nisi deuotio aut profectus spiritualis, aut alioqui obligatio impellat, bonum esset ut hoc tempore sacerdotes, qui exercitia faciunt, desiderio humilitatis a quotidiano sacrificio cessarent; ut postea, confessione generali peracta, maiori cum praeparatione, fiducia ac reuerentia, ad sacramentum altaris accederent [b].

41. Iis qui exercitia 1.ae hebdomadae absoluerunt, etiamsi non ultra admodum progressuri sint, aliqua exercitia secundae hebdomadae communiter tradi solent [c].

42. Qui, absolutis exercitiis [d] primae hebdomadae, efficaci uo-

---

eamdem occupari; et ita sub finem primae hebdomadae postquam desideratum dolorem peccatorum suorum senserit, injungendum est ei, ut a meditationibus exercitiorum cesset et solum in confessione generali praeparanda, ut illam plene faciat, occupatus sit. In qua re tradens exercitia poterit illum instruere, prout opus esse judicaverit, quam confessionem alii facere quam suo institutori ut plurimum convenire censetur, nisi ejus devotio aut alia causa aliud exigeret.

a *Duo vv. praeced. non sunt in alt. n. 49.*—b *Alt. add.:* In secunda vero et reliquis duabus hebdomadis pro cujusque devotione et instructoris consilio sacerdotes sacrum facere et alii communicare poterunt *n. 49.*—c *Haec paragr. 41, non est in alt.*

d *Mi. alt.* 50. Qui absolutis exercitiis primae hebdomadae ad reliqua omnia peragenda processurus est, postquam generaliter confessus fuerit et communicaverit a labore exercitiorum saltem per unum diem vacare debet, sed interim meditationem de filio prodigo, applicatione ad se facta, in mente versare convenit. *Addit praeterea in c. II nn. 23, 26, 32, 33, 35, 37, 38, 43, 51, qui sunt ejusmodi:*

23. In praecedenti capite quod ad recte faciendum exercitia juvat in genere dictum est; adnotationes vero quae in hoc et reliquis capitibus adducuntur, locis exercitiorum juxta eorum ordinem in particulari applicandae sunt, ita ut quae primae meditationi de fundamento conveniunt, primo loco ponantur, postea quae ad quinque exercitia, quae sequuntur, pertinent, et sic consequenter quae ad alia.—26. Qui facit exercitia totum animum ad ea convertere, nec velle sequi vel cogitare alias meditationes debet, sed tantum his operam dare, ac si nullae essent aliae, nec ab eo intellectae aliae fuissent.—32. In hoc autem biduo horae in quibus vacare debemus huic meditationi et examini generali, non praescribuntur, sicut fit in quinque exercitiis sequentibus, ut in fine quinti exercitii dicitur, sed ut facili initio inchoëmus unusquisque pro viribus et modo suo ad id tempus sibi assumat vel instructor, si opus erit, eum dirigat.—33. Examen quotidianum quinque puncta complectens, et particulare fit a prandio et a coena per quartam horae partem, et specialiter de negligentiis circa haec exercitia et eorum additiones fieri debet, ut dicitur in ultima annotatione primae hebdomadae, et in secunda quintae diei secundae hebdomadae, et in quarto notabili tertiae hebdomadae.—35. Utilitates quae ex confessione generali totius vitae consequuntur, verbo explicandae sunt, et si opus erit, scripto tradendae juxta

luntate desiderat ultra progredi ad exercitia 2.dae hebdomadae peragenda, ut statum uitae suae determinet, uel alia de causa, postquam

---

personae dispositionem, quando de generali confessione instituenda mentio fiet; quae saltem antequam primum exercitium detur, facienda est *.—37. Si propter defectum memoriae aut aliqua rationabili causa aliquis non posset quinque haec exercitia uno die accipere, dentur illi per duos dies, ita ut die secundo suis praescriptis horis ea facere possit.—38. Singula haec exercitia per horam integram juxta duodecimam et decimam tertiam annotationem ex viginti, et suis praescriptis temporibus, praecipue media nocte cum exacte dantur, facienda sunt, nec sine experientia contradicente aliqua hora ex his facile relinquenda esset, saltem in prima hebdomada, ut innuit P. N. Ignatius in tertio notabili post quinque contemplationes secundae hebdomadae. Nihilominus juxta ejus qui exercetur habitudinem, puta pro viribus, aetate, doctrina vel ingenio, accommodari debent exercitia, ut dicitur in decima octava annotatione ex viginti, et in alia quae post quintum exercitium primae hebdomadae ponitur.—43. In colloquiis autem et orationibus major reverentia quam in meditationibus et speculationibus a nobis exigitur, quia in illis loquimur cum Deo vel cum Sanctis ejus, et praecipue utimur actibus voluntatis, ut in tertia annotatione ex viginti dicitur. Quemadmodum etiam in veneratione et osculatione locorum, in quibus Christus vel sancti in terris morabantur, major reverentia eadem ratione adhibenda est, et sic in similibus.—51. Si quis exercitia primae hebdomadae antea fecerit, et denuo redit ut reliqua peragat, a prima hebdomada iterum illum inchoare expedit, ita ut secunda aut tertia die generaliter confiteatur, ab ultima generali confessione ante facta; et sacram communionem accipiat, atque sic prima hebdomada breviter absoluta, exercitia secundae aggrediatur. Imo et illis qui exercitia omnia fecerunt, si aliquando eorum partem repetere velint, a prima hebdomada saltem praedicto modo illos incipere convenit, accepto etiam alio magis exercitato pro directore, si commode fieri poterit. Nam in iis habere magistrum in rebus spiritualibus versatum ad uberiorem fructum capiendum multum juvat.

Additum praeterea est integrum c. III hoc modo:

EXERCITIA I HEBDOMADAE QUO ORDINE TRADENDA SUNT. CAPUT TERTIUM

52. In dandis exercitiis primae hebdomadae ordo sequens communiter observandus est, ut e variis locis libri Exercitiorum et ex antiqua traditione colligitur, praesuppositis his quae in superioribus duobus capitibus dicta sunt.—53. Prima die ante vel post prandium explicentur ei qui exercetur quatuor annotationes ex viginti, scilicet, prima, quinta, decimaseptima et vigesima, ubi agitur de secessione loci: deinde tradatur meditatio de fundamento, ut eo die saltem bis eam faciat. Post coenam proponatur examen particulare, ut sequenti die mane illud facere incipiat cum meditatione de

---

* Sic. apogr.; probabiliter omisit librarius aliquid. Nam confessio generalis plerumque fit in fine hebdomadis primae, saltem itaque ante primum exercitium secundae. V. supra, p. 272.

confessionem generalem fecerit, illo et sequenti die, in quo communicabit [a], uel si sacerdos est, sacrum fecerit, a labore exercitiorum quiescere debet, quamuis aliquid eo tempore ei tradendum sit, quod leuiter meditetur, ut de filio prodigo [1].

---

fundamento quam semel saltem tunc repetet.—54. Secunda die post prandium tradatur examen generale et aliud quotidianum cum meditatione de fundamento etiam, quam semel a prandio faciet: post coenam vero pro media nocte sequenti detur primum exercitium, et pro hora matutina secundum, et pro hora ante prandium tertium, vel summo mane haec duo ultima dentur.—55. Tertia die post prandium detur quartum exercitium pro hora vesperarum, et quintum pro hora ante coenam, et post coenam explicandae sunt additiones ad exercitia melius agenda, et sequenti die media nocte et mane et ante prandium eadem exercitia eisdem horis, ut hodie, sunt repetenda.—56. Quarta die post prandium tradantur aliqua notanda circa poenitentiam; et de cactero a prandio et coena per quartam horae partem cum examine quotidiano fiat semper examen particulare ad tollendos defectus circa exercitia et additiones; et hodie quartum et quintum exercitium praescriptis horis ut heri repetantur. Item post coenam explicentur septem regulae de discretione spiritus primae hebdomadae, et sequenti die media nocte et mane et ante prandium repetet exercitia eisdem horis ut etiam die praecedenti factum est.—57. Quinta die post prandium loco quinti exercitii de inferno tradatur ei meditatio mortis, et post coenam explicandae sunt reliquae septem regulae de discretione spiritus primae hebdomadae, et sequenti die media nocte et mane et ante prandium agat eisdem horis eadem exercitia, quae praecedenti die fecit.—58. Sexta die post prandium tradenda est meditatio judicii loco meditationis de morte, et post coenam injungendo ei ut a meditationibus exercitiorum cesset * et sequenti tempore prout opus erit solum ad confessionem faciendam se praeparet.—59. Si quis taedio afficeretur ob has frequentes repetitiones exercitiorum, monendus est ut vincat seipsum credens expertis spe majoris spiritualis profectus; alioquin qui haec fastidit, non admodum ea penetrare nec compunctionis affectum gustare videtur.—60. Septima vel octava die, post confessionem peractam, tradatur meditatio de filio prodigo, non pro aliqua hora, sed ut eam hoc tempore in mente verset; et post sacram communionem detur tandem contemplatio ad amorem spiritualem in nobis excitandum, sed ei qui progressurus est ad alia exercitia secundae aut tertiae hebdomadae facienda, haec contemplatio hic non detur, sed postea ultimo loco cum exercitiis faciendis finem imponet. *Sequitur n. 61, quem vide supra, annot. b, sub numero 21 Di. primi Mironis.*

[a] *Sic apogr.; sed legendum videtur* communicarit; *sequitur enim* sacrum fecerit, *et in alt. est* communicaverit.

---

[1] *Di.*, c. XVII, n. 2.

---

* Vide tamen *Di.*, c. XVI, n. 1.

DE QUIBUSDAM QUAE AD EXERCITIA 2.dae HEBDOMADAE POTISSIMUM PERTINENT. CAPUT III

43. Peractis exercitiis 1.ae hebdomadae, in quibus via purgatiua comprehenditur, tradenda sunt exercitia 2 ae hebdomadae, quae uiae illuminatiuae respondent, ut in decima annotatione libri Exercitiorum dicitur: nam anima, a uitiis bene purgata, longe capacior est diuinae illustrationis quam antea; quae quidem illustratio a Christi Domini nostri uita imprimis petenda est, ex cuius consideratione quid nobis agendum sit perspiciamus, ut christianam perfectionem consequi possimus: certissimumque est eam uitae rationem, quam Christus in hoc mundo amplexus est, esse omnium perfectissimam. Itaque perfectissimus uitae hominis status is est, qui proxime ad Christi Domini nostri uitam accedit [a].

44. Notandum, quod contemplatio de rege temporali, quae ponitur in principio 2.dae hebdomadae, est ueluti fundamentum omnium meditationum vitae Christi Domini nostri, quae sequuntur; nam continet Christi Domini nostri imitationem, in qua hominis perfectio consistit [b].

45. In 1.a meditatione 2.ae hebdomadae, quae est de incarnatione, tria sunt puncta: 1.um contemplari personas; 2.um quid illae loquantur; 3.um earum actiones. In personis cogitationes, in uerbis uero et factis modi et causae et reliquae circumstantiae comprehenduntur et considerandae sunt. Et quando uidebitur expedire, hoc poterit explicari ei, qui exercitia facit [c].

46. Ex summario mysteriorum Domini nostri Jesu Christi, quod est

---

a *Mi. alt.* 62. Exercitiis primae hebdomadae in quibus via purgativa deprehenditur, peractis, exercitia secundae hebdomadae, in qua de vita Christi agitur, tradenda sunt, quae viae illuminativae respondent, ut in decima annotatione ex viginti dicitur. Anima enim bene a vitiis purgata longe capacior est divinae illustrationis quam antea; atque etiam, eradicatis per poenitentiam in agro cordis nostri spinis peccatorum, bonum semen solidarum virtutum jaciendum est, quae quidem a Jesu Christi Domini nostri vitae exemplo in primis petenda sunt, ex cujus consideratione perspicimus, quid nobis in omni virtutum genere agendum sit, ut christianam perfectionem consequi possimus; certissimum namque est eam vitae rationem, quam Christus in hoc mundo complexus est, esse omnium perfectissimam, perfectissimumque deinde vitae hominis statum eum esse, qui maxime ad Christi Domini nostri vitam accedit. *Hac paragrapho incipit Mi. alt. cap. IV.*

b *Mi. alt.* 63. Contemplatio de rege temporali est veluti fundamentum omnium meditationum vitae Christi Domini nostri, quae sequuntur; nam ea tota nihil aliud nisi ejusdem Christi imitationem continet, quae quidem in omnibus aliis item quaerenda est.

c *Mi. alt.* 67. In meditatione de incarnatione tria ponuntur puncta, scilicet contemplari personas et earum verba et actiones. Et quamvis in reliquis secundae hebdomadae meditationibus ordinarie ita fieri debeat, his tamen

in libro Exercitiorum, accipienda sunt puncta historiae pro singulis exercitiis: sed peritis aut bene uersatis in historia euangelica non oportet haec tradere; nam ipsimet ex libro Euangeliorum eadem colligere poterunt [a].

47. Expedit [b] ut qui facit exercitia, in his meditationibus praesertim 2.[dae] hebdomadae [c], quoad fieri poterit, conetur uoluntatem suam semper inflectere ad id quod est perfectissimum: nam quamuis in re ipsa id non sit consecuturus, nihil tamen ei nocebit tale desiderium, imo plurimum proderit, ut saltem longius ab eo, quod est imperfectum, recedat. Proinde in his Exercitiis semper proponitur id quod est perfectius, tanquam imprimis optandum, et a Deo obnixe petendum.

48. Tempore electionum uno die meditari poterit unum mysterium, iuxta exemplum meditationis baptismi in libro Exercitiorum; sed ibi non dicitur, duo eodem die non posse meditari, sicut factum est in meditatione de incarnatione et natiuitate in hac 2.[da] hebdomada; et ita iuxta profectum uniuscuiusque unum uel duo exercitia eodem die hoc tempore tradi poterunt. Quando autem de electione non agitur, duo mysteria communiter pro uno die tradenda sunt [d].

49. In libro Exercitiorum [e] non agitur in particulari de iis, qui de Societate nostra sunt, sed in genere de omnibus, ut per ea quiuis homo dirigatur, ut uincere seipsum possit, et uitae suae rationem instituere, ut ex multis huius libri locis manifeste constat [f]. Ideo nostris, qui fa-

---

alia puncta addi possunt, juxta tertium notabilem post primam contemplationem quartae hebdomadae, ut verbi gratia tres potentiae animae et virtutes, earum personarum modus et finis, item causa, effectus, tempus et reliquae circumstantiae actionum, quae ad easdem spectant, ut plures inde conceptus, quando opus erit, in meditatione inveniantur. Et idem modus contemplandi poterit observari in meditatione vitae Dominae nostrae et cujusvis sancti.

a *Mi. alt.* 65. Mysteria vitae Domini nostri Jesu Christi, quae fere in fine Exercitiorum ponuntur, singularibus punctis distincta, loco historiae ei qui exercetur, in singulis meditationibus proponenda sunt, quae quidem iis qui in evangelico codice ea non legerint, praesertim simplicioribus, explicatius tradi poterunt, percursis obiter duntaxat punctis praecipuis cujusque mysterii, et adjecta solum brevi declaratiuncula, ut in secunda annotatione ex viginti dicitur.

b Expedit igitur *alt. n. 73.*—c *Sex vv. praeced. omitt. alt. n. 73.*

d *Mi. alt.* 74. Quando de electione non agitur, duo mysteria vitae Christi quotidie meditanda sunt, ad exemplum meditationum de incarnatione et de nativitate Christi, quae uno die fiunt; tempore tamen electionis unum mysterium meditandum, juxta etiam exemplum contemplationis baptismi, quae ponitur quinta die secundae hebdomadae. Sed cum hoc non praecipiatur, credi potest quod juxta profectum uniuscujusque unum vel duo etiam exercitia electionis tempore meditari licebit.

e In his exercitiis spiritualibus *alt. in n.* 1.—f *Octo vv. praeced. non sunt in. alt. n. 1.*

ciunt exercitia, non sunt ex hoc libro tradenda ea, quae solum ad alios pertinent; ut modi faciendi electionem, quia nostri statum religionis iam elegerunt; nec ut indifferentes sint ad actualem aut spiritualem paupertatem, nam nos actualem paupertatem iam habemus, nec his similia [a] [1].

50. Electionem status non oportet proponere, nisi iis, qui eam desiderant aut libenter eam facere uolunt, nam aliter externi facile turbari possent, quasi nos hac via et ratione ad religionem nostram eos inducere cupiamus [b].

51. Qui determinare desiderat de statu vitae suae, si non fuerit indifferens ad sequenda consilia uel praecepta, resignatus in manibus Domini, ut illi magis placuerit; non sunt ei tradendae regulae de modo bene eligendi, quae incipiunt a praeambulo ad faciendam electionem [c].

52. Licet eligens, antequam inchoaret electionum tractationem praemissam, bonam dispositionem ostendisset, nihilominus instructor obseruet in progressu electionum, dum exigit ab eo rationem suae electionis, siue in secundo siue in tertio tempore ea fiat, an bene eius affectus sit dispositus ita ut ad perfectiorem uiam sit propensus, uel certe tanquam in aequilibrio quodammodo sit constitutus, et paratus ad eam, quae melius ducat ad finem ultimum, et quae Deo sit futura gratior, eligendam; alioqui de bona electione facienda nihil probabiliter sibi polliceri posset, affectus enim ad imperfectiora inclinans ne a spiritu non bono inclinetur, merito timeri potest: et tamen si a tali spiritu inclinatur, periculum esset manifestum, ne potius rationem et intellectum ad se traheret; secus si ad perfectiora propendeat affectus, quia non est huiusmodi spiritus a carne et sanguine: nec probabile est, ut plurimum,

---

a *Ex vv.* Ideo nostris, *omissa voce* ideo, *sic mutata sunt in Mi. alt.*: 70. Nostris qui faciunt exercitia non sunt ea tradenda, quae ad electionem pertinent, sicut externis. Nam nostri Dei beneficio statum religionis jam elegerunt, nec licet hoc revocare in dubium; et eadem ratione cum conjugatis et religiosis externis de electione status non est agendum. Si vero nostri de re aliqua, quam superior in manu eorum relinqueret, deliberare vellent, ejusmodi modis eligendi uti poterunt.

b *Mi. alt.* 77. Electio status non est proponenda nisi his qui eam desiderant, aut libenter eam facere velint. Nam aliter, cum externi alioqui sint, facile turbari possent, quasi nos hac via ad religionem nostram eos inducere velimus.

c *Mi. alt.* 78. Qui de statu vitae suae determinare desiderat, si non fuerit indifferens ad sequenda consilia, resignatus vere in manibus Domini, ut illi magis placuerit; tota tractatio de modo bene eligendi omnino relinquenda est; et tunc si expedire videbitur, procedat ille in exercitiis faciendis, vel post breve tempus eis finem imponat, vel in aliud tempus differat.

---

1 *Di.* c. X.

quod a malo sit spiritu talis propensio; et si a Deo est, non impediet cognitionem uoluntatis Dei [a].

53. Pater noster Ignatius dicebat quod in 2.da hebdomada, cum quis ingreditur tria tempora recte faciendi electionem, plus solito se recipere deberet, ita ut nihil, quoad fieri potest, uideret, neque sentiret, nisi quod coeleste aut diuinum sit [b] [1].

54. Res, quae ad deliberandum de statu suo alicui proponuntur, sunt huiusmodi: 1.° Si consilia aut praecepta sint ei sequenda. 2.° Si consilia eligit, an seruare illa in religione aut extra religionem debeat. 3.° Si in religione vult, in qua iterum religione seruabit. 4.° Quando et quomodo in illam ingredietur. Et rursus si eligit seruare praecepta, in quo statu uult illa seruare, aut qua ratione uiuendi. Et singulae hae propositiones per omnes modos eligendi discutiendae sunt, ut altera pars earum stabiliatur et eligatur [c].

55. De aliqua re, praesertim si esset magni momenti, de qua quis deliberare uellet, et non de statu uitae, aliquando electio fieri posset: vt si religiosus de profectione ad indos, si eam superior in manu sua relinqueret; uel si externus aliquis de peregrinatione aut cura aliqua suscipienda electionem faceret; aut si de acquirenda perfectione in statu suo, aut de reformatione uitae iuxta ultimam annotationem 2.dae hedomadae libri Exercitiorum, uel de aliis rebus aliquis ageret [d].

---

a *Paragr. 52 non est in alt.*

b *Mi. alt.* 84. Cum quis tria tempora recte faciendi electionem ingreditur, plus solito se colligere deberet, ut P. N. Ignatius censuit, ita ut nihil, quoad fieri possit, eligens videret neque sentiret, nisi quod coeleste aut divinum sit.

c *Mi. alt.* 81. Ei qui de statu suo deliberare vult, duo singillatim proponi solent: primum si paupertatem actualem sequi velit, quae in rerum expoliatione sita est, an non. Alterum est, si hanc sequi jam statuerit, in qua religione eam servare vult, nam extra religionem nunc servari illa vix potest. Hoc idem quod summatim dictum est et in usu positum, explicatius juxta dispositionem animae proponi poterit hoc modo. Primo si consilia aut praecepta sequi conveniat ipsi. Secundo, si consilia eligit, an servare illa in religione aut extra eam debeat. Tertio, si in religione vult, in qua iterum religione servabit. Quarto, quando et quomodo in illam ingredietur. Et rursum, si servare praecepta eligit, in quo statu aut qua ratione vivendi, illa servare vult. Et singula haec dubia si instructori proponenda videbuntur, per omnes modos eligendi ab eo qui facit exercitia separatim discutienda sunt, ut eorum altera pars ab illo eligatur.

d *Mi. alt.* 82. De re aliqua magni momenti, quam quis deliberare vult, etiamsi non sit de statu vitae, aliquando electio fieri posset, ut si quis de vitae reformatione juxta ultimum notabile secundae hebdomadae, aut de cura aliqua admittenda aut de alia re simili electionem facere vellet.

---

1 *Di. Ignatiana*, I, supra, p. 779.

56. Regulae de discernendis spiritibus 2.^dae^ hebdomadae ei, qui de electione agit, iuxta nonam et decimam annotationem libri Exercitiorum tradi debent, ut ad bene eligendum iuuetur, et ut etiam de aliis multis in Domino instructus sit [a].

57. Quando uerbo uel scripto dantur annotationes de modo recte eligendi non est de eis potissimum agendum tempore, quo uacandum est meditationi; sed, peracto unoquoque exercitio, cum animus est iam pacificus et quietus, tunc de iis agendi et ratiocinandi proprium tempus est; et ideo diligenter procurandum ut meditationes suo tempore fiant, quae animum consolantur et ad bene eligendum disponunt [b].

58 [c]. In quarto puncto modi prioris bonae electionis faciendae dicitur in libro Exercitiorum, ut perpendantur commoda et incommoda, quae ex officio suscepto uel omisso accidere possent. Quando haec discussio fit, expediret ut rationes quae pro unaquaque parte se offerunt, seorsum simul scriberentur; nam omnes sic collectae, si perlegantur, magis ueritatem manifestant et maiorem uim habent.

59. In 2.do tempore recte faciendi electionem in libro Exercitiorum dicitur quod vocatio cognoscitur per experientiam consolationum et desolationum; et ideo oportet illi qui exercetur, bene declarare quid sint haec duo. Consolatio autem est alacritas spiritualis, amor et spes rerum supernarum, et omnis motus, qui relinquit animam consolatam, ut dicitur in 3.^a^ regula de discernendis spiritibus 1.^ae^ hebdomadae. Huic contraria est desolatio, quae est tristitia, diffidentia, defectus amoris, et siccitas, ut ibidem 4.^a^ regula dicitur [d].

60. Bonum esset tempore electionis die uno Deo Optimo Maximo partem unam rei, quae proponitur, et alio die aliam repraesentare; verbi gratia, quodam die consilia, et alio die praecepta, et obseruare in quam partem Deus magis per istos modos eligendi signum suae uoluntatis ostendat, sicut qui offert uaria fercula cuidam principi, et obseruat quod ex illis magis ei placeat [e] [1].

61. Animaduertendum est, quod, licet excellentior sit modus electionis 2.^di^ temporis quam tertii, si constat a Deo esse motiones, illu-

---

[a] *Mi. alt.* 79. Regulae de discernendis spiritibus secundae hebdomadae omnibus qui se exercent, sed ei potissimum, qui de electione agit, juxta octavam, nonam et decimam adnotationem ex viginti, ante praeambulum ad electionem faciendam tradi debent, et dilucide explicandae, ut de multis contra humani hostis astutias in Domino instructi sint.

[b] *Mi. alt.* 80. Quando verbo vel scripto considerationes sive modi recte eligendi facienti exercitia dantur, non est de iis agendum toto tempore quo vacandum est meditationi; sed peracto unoquoque exercitio, sive in aliqua ejus parte, dum animus est jam quietus, tunc [*etc. ut in primo*].

[c] *Mi. alt.* 88.—[d] *Quae hic dicuntur habet alt. in n. 85.*—[e] *Haec habet alt. in n. 89.*

[1] Ibid.

strationes et consolationes, quae in animam eligentis immittuntur; quia tunc immediatius suam ipse uoluntatem per hos gratiae suae effectus, quam per discursus tertii temporis, ostendit: nihilominus, si non cognoscitur spiritus ille, mouens per 2.dum modum, a Deo esse, et dubium est apud eligentem, uel apud instructorem, an illae illustrationes ac consolationes spirituales sint a bono spiritu uel a malo se in angelum lucis transfigurante [1]; saltem ex parte, licet peracta sit electio in secundo tempore, expedit per illos duos modos tertii temporis eandem examinari. Nam illae regulae et naturales uires exercent, et homines simul ad supernaturalem motionem Dei et illustrationem disponunt. Unde de electione sic facta optimam rationem eligens Deo reddere potest, quod facere uideatur, quod in se est ad Dei uoluntatem cognoscendam, cum 2.do modo non potuerit certus esse; nam si hoc 2.do modo de ea constaret, superflua esset tertii temporis inquisitio; a meliore enim lumine, quam sit ratio humana, directus esset et illustratus intellectus, et motus affectus eius; et ideo in 2.do et 3.o tempore idem eligendum uidetur, ut securior et sufficiens omnino ex utroque lumine, supernaturali et naturali, certitudo haberi possit [a] [2].

62. Si acciderit ut secundo tempore aliquid eligeretur, et quia dubitatur an sit illa motio a Deo, proponuntur eligenti tertii temporis duo illi modi, quibuscum quoddam contrarium ab eo eligitur; tunc diligenter examinetur per regulas discernendi spiritus, et rectam rationem, et sanam doctrinam quod secundo tempore et quod tertio eligitur, et pondus rerum mouentium utroque modo pensetur. Quod si constaret clare quod ratio adstipulatur electioni tertii temporis, securius est eam sequi, propter dubitationem quam habet eligens uel instructor de motione secundi temporis, an esset a Deo, necne. Contra, si rationes essent debiles quae tertio tempore mouerunt, et elucescit magis quod motiones secundi temporis fuerint a bono spiritu, et recta ratio eis non repugnet,

---

[a] *Mi. alt.* 87. Licet modus electionis secundi temporis excellentior sit quam tertii, si constat a Deo esse consolationes et illustrationes, quae in animam eligentis immittuntur, quia tunc immediatius suam ipse voluntatem per hos gratiae suae effectus, quam per discursus tertii temporis ostendit; nihilominus, si spiritus ille movens secundi temporis non bene cognoscatur, et dubium sit an illae illustrationes et consolationes spirituales sint a bono spiritu an a malo, se in angelum lucis transfigurante; debet electio etiam fieri per duos modos tertii temporis. Itaque electiones non solum in secundo, sed etiam in tertio tempore communiter fieri debent; et in electione sic facta optimam rationem eligens Deo reddere potest, cum in secundo et tertio tempore fecerit quod in se est ad Dei voluntatem agnoscendam.

---

[1] II Cor., XI. 14.

[2] Cf. *Di. Po.*, n. 85, supra, p. 820.

tunc electio secundi temporis est praeferenda; licet enim prius non clare constiterit per eam de voluntate Dei, rebus tamen postea magis agitatis et discussis, accedente rationis testimonio, iam poterit constare [a].

63. Si in secundo tempore[b] per experientiam consolationum et deso-

[a] *Haec non sunt in alt.*

[b] *Mi. alt.* 90. In quocumque tempore fiat electio, tranquillitas mentis requiritur, ad quam habendam variis exercitiis secundae hebdomadae utimur, et in iis immorandum quousque facta fuerit electio. Exercitia vero tertiae hebdomadae, quae tristitiam et moerorem secum afferunt, et ideo ad eligendum non [a'] aeque conferunt, post absolutam electionem tradenda sunt.

De secunda hebdomade addit praeterea Mi. alt. in c. IV nn. 64, 66, 68, 69, 71, 72, 75, 76, 83, 86, 91, et capita V et VI, quae sunt ejusmodi:

64. Meditationes de rege temporali et de duobus vexillis et de tribus modis humilitatis tradi poterunt etiam iis qui non sunt facturi electionem sicut et meditatio prima de fundamento. Nam in iis omnibus in genere agitur de iis quae ad majorem Dei gloriam ab unoquoque fieri possunt, et non in particulari de electione aliqua tunc serio facienda.

66. In compositione loci homo constituit se quasi praesentem loco ubi res gesta fuit vel alibi, et oculis imaginationis videt omnia quae illic sunt, dicuntur et fiunt vel fieri creduntur, atque haec eadem ut praesentia sibi in loco ubi ipse est eodem modo considerare poterit, et hoc ultimum communiter fieri expedit. Sed in hujusmodi loci compositione non est nimis immorandum ne caput defatigetur, sed transeundum ad rei propositae meditationem.

68. In quinta contemplatione secundae hebdomadae in tertio puncto circa applicationem sensuum olfactus et gustus, supra imaginationem ad rationem est ascendendum, considerando suavitatem et dulcedinem donorum Dei in anima sancta, reficientium nostrum olfactum et gustum spiritualem; imaginatio vero odorum et saporum, quae olfactui et gustui corporis objiciuntur, deducere nos poterit ad hos sensus internos et mentales exercendos.

69. Advertendum maxime in consideratione uniuscujusque puncti exercitiorum, praesertim vitae Christi, ut fructum aliquen spiritualem semper nobis elicere conemur, ita ut ad profectum nostrum in iis potissimum quibus consolamur, aliquid facere proponamus, et postea in fine exercitii sive eo absoluto, hujusmodi fructus in memoriam redigere, et quantum in illis profecimus colligere expedit.

71 [b']. Meditatio de tribus hominum classibus ad hoc tendit ut juxta eas examinemus et cognoscamus affectum nostrum majorem vel minorem erga res mundanas, et ut illo ablato eas relinquere vel tenere aeque parati simus, prout ad divinum cultum sive per divinum instinctum sive per rationis dictamen commodius fore assequemur.

72 [c']. Post meditationem de tribus hominum classibus dicitur: ubi affe-

[a'] *Pro* non *scriptum est mendose* nos; *et in margine notatio haec:* in alio exemp[lo] scripto legitur [*aliquid resectum est in codice*] dum non ita [*iterum aliquid resectum*] et ita legendu[m].—[b'] 41 *apogr.*—[c'] 62 *apogr.*

lationum, in re proposita de Dei uoluntate non clare constiterit, in quo

ctum sentimus paupertati perfectae adversantem, multum confert petere a Deo ut ad ejusmodi paupertatem sectandam nos eligat, servata tamen libertate ad convenientiorem servitio Dei viam invadendam [1*]. Hoc sic intelligendum est, ut voluntas nostra sit quasi in quodam aequilibrio ita ut potius, quod in nobis est, ad partem perfectiorem inclinet, si talem intellexerimus esse Dei voluntatem. Quod si cernatur voluntas ad divitias nimium pendere et parum ad paupertatem, talis non est bene dispositus nec sperandum quod bonam faceret electionem. Ille enim affectus aversus a via perfectiore et ad imperfectiorem conversus intellectum traheret ad excogitandas rationes tali affectui consonas, et monendus esset quod majora signa voluntatis Dei exquirenda sunt, ut in via communi, quam praeceptorum vocamus, aliquis subsistat, cum Christus difficile esse dicat possidentes pecunias in vitam ingredi, quam ut viam perfectiorem consiliorum eligat, quam idem Christus consulit, licet non praecipiat, quia sine dubio securior via et perfectior est. Unde propensior quisque esse debet, quod in ipso est, ad consiliorum viam quam praeceptorum capessendam.

75. In secunda hebdomada in secundo notabili ante tres modos [a'] humilitatis sic dicitur: Usque ad eam quae fit quinto die simul comprehendendam. Hoc intelligitur de eadem contemplatione nempe de baptismo Christi, quae eodem quinto die fit, et de his quae in ea comprehenduntur, a qua quidem inchoatur electionum discussio [2*].

76. Proponuntur tres modi humilitatis, ut toto die eos verset animo qui exercetur; nihilominus unum vel duo mysteria vitae Christi eodem die sicut in reliquis meditanda sunt. Nam hi tres modi non dantur pro certa hora loco alicujus meditationis, cum non contineant nisi punctum unum praecipuum, scilicet desiderium attingendi tertium modum humilitatis, quod per totum diem mente revolvendum est, etiam in meditatione, opportuno tamen tempore, adhibito usu triplicis colloquii de vexillo, ut ibidem dicitur.

83. Facientes exercitia sinantur libere determinare quod de se statuere voluerint juxta decimam quintam annotationem ex viginti, non enim violenta durant, idque maxime cum de mutando statu agitur. Nec vero mutatio ejusmodi aut status alicujus assumptio eis suadenda est, sed via recta bene eligendi proposita, admonendi sunt, ut rem diligenter considerent, Deique gratia potissimum et rationis lumine adjuti, id quod melius in Domino judicaverint, amplectantur, et hoc ad eorum quietem et constantiam multum confert, nec ipsi postea nisi de se, si non perseveraverint, jure conqueri poterunt.

86. Quando juxta secundum tempus bene eligendi quis eligit, in meditatione vel extra eam coram Deo, id quod deliberare vult, proponat cum omnimoda resignatione voluntatis propriae, divinam in se voluntatem sentire cupiens, non vacans discursibus propriis, sed se disponens, ut optime potc-

[a'] modus *apogr.*

1* Vide supra, p. 362, textum Vulgatae versionis, et annot. * et 2.

2* Vide supra, p. 368, textum Vulgatae versionis, et annot. *.

quidem sine animi quiete electio fieri non potest; sic nec in tertio tem-

---

rit, ad excipiendam motionem Sancti Spiritus per experimenta consolationum et desolationum, ut ibidem dicitur.

91. Quamvis obviandum sit, juxta decimamquartam annotationem ex viginti, ne quis vacans exercitiis, voto inconsulte et praecipitanter se adstringat, tamen si aliquis maturo consilio et re cum magna claritate jam electa, vellet suam electionem voto firmare, ut se contra impugnationes daemonis, mundi et carnis firmaret, non debet instructor id prohibere.

Paragraphus 92, quae ultima est capitis IV in Mironis altero, respondet Directorio Mironis primo, n. 66, quem vide suo loco, infra, p. 878.

EXERCITIA SECUNDAE HEBDOMADAE CUM DE ELECTIONE AGITUR, QUO ORDINE TRADENDA SINT. CAPUT 5 [1*]

93. Qui aggressurus est exercitia secundae hebdomadae, postquam exercitia primae absoluerit et confessus et communicatus fuerit, praesuppositis his, quae praecedenti capite dicuntur, post coenam illius diei, qua sacram communionem acceperit, et meditationem de filio prodigo finierit, tradatur ei contemplatio de rege temporali, ut sequenti die mane semel eam faciat; et eadem die a prandio iniungendum est illi, ut ante coenam illam repetat; et post coenam tradenda est meditatio prima de incarnatione Christi Domini nostri pro media nocte sequentis diei, et contemplatio secunda de eius natiuitate pro hora matutina, et etiam contemplatio tertia pro hora ante prandium.

94. Prima die meditationum uitae Christi post prandium tradenda est quarta contemplatio pro hora vesperarum, et etiam quinta de applicatione sensuum pro hora ante coenam; et post coenam explicandae et tradendae sunt additiones secundae hebdomadae; ac pro media nocte sequentis diei detur ei contemplatio de Christi praesentatione in templo; et pro hora matutina de fuga in Aegyptum, et repetitio harum duarum fiat hora ante prandium eodem modo et forma, qua hodie mane in duabus primis meditationibus factum est.

95. Aduertendum tamen est quod si in eo, qui exercetur, deprehendatur, feruorem, quem conceperat in prima hebdomada, aliquo modo remitti, tunc relinquendae sunt hae meditationes secundae diei, et fiat transitus ad eas, quae tertia die dantur, ut citius ille perueniat ad faciendam suam electionem [2*].

96. Secunda die post prandium (de cetero a prandio et coena per quartam horae partem cum examine quotidiano semper fiat examen particulare ad tollendos defectus circa exercitia et additiones) [a'], hora vesperarum fiat

---

[a'] *Quae parenthesi clauduntur, addita sunt eadem manu in marg.*

[1*] Capita V-VIII sumimus ex apographo saeculi XVI, quod est in bibl. Vittorio Emanuele, Romae, «Fondo Gesuitico, 1594 (3723), N.° 4», 10 ff. In involucro legimus: «Haec scripta sunt pars magna Directorii P. Mironis».

[2*] Properatio haec, quam nullibi alias commendatam vidimus, parum ad fervorem instaurandum conferet.

pore potest agi de electione, si adhuc anima, eius qui exercetur, uariis

---

repetitio praesentationis in templo et fugae in Aegyptum ad modum quartae contemplationis praecedentis diei; et hora ante coenam fiat applicatio sensuum harum duarum contemplationum; et post cenam pro media nocte sequentis diei tradatur quo pacto puer Jesvs subditus erat parentibus; et pro hora matutina quo modo ab eis repertus fuerit in templo; et repetitio harum duarum contemplationum fiat hora ante prandium iuxta modum praecedentis diei.

97. Tertia die post prandium tradatur ei praeludium quoddam circa considerationem statuum, et hora vesperarum fiat repetitio, quo pacto puer Jesvs subditus erat parentibus, et quo modo ab eis repertus fuerit in templo, ad modum quartae contemplationis primae diei, et hora ante coenam fiat applicatio sensuum harum duarum contemplationum ut in eadem prima die; et post coenam pro media nocte et primo mane, et pro hora ante prandium sequentis diei tradenda est meditatio de duobus vexillis.

98. Quarta die post prandium, hora vesperarum, repetenda est etiam meditatio de duobus vexillis; et pro hora ante coenam tradenda est meditatio de tribus hominum classibus; et post coenam tradatur adnotatio quaedam, quae sequitur meditationem praedictam; et detur contemplatio de baptismo Domini, quae media nocte sequentis diei facienda est, et primo mane, et etiam hora ante prandium, repetenda.

99. Quinta die post prandium tradantur tres modi humilitatis, per totum diem considerandi; et hora vesperarum repetatur eadem contemplatio de baptismo; et ante coenam applicabuntur circa eam quinque sensus; et post coenam dentur octo regulae de discretione spiritus secundae hebdomadae. Deinde pro media nocte sequenti tradenda est meditatio, quo modo Jesvs Christus a flumine Jordanis petierit desertum, cum duabus repetitionibus eiusdem pro hora matutina et hora ante prandium.

100. Sexta die post prandium tradendum est praeludium ad electionem faciendam; et hora vesperarum repetenda est eadem contemplatio de deserto; et ante coenam fiat applicatio quinque sensuum circa eam; et post coenam detur adnotatio de tempore triplici ad electiones recte faciendas; et pro media nocte sequentis diei tradatur meditatio quo modo Beatus Andreas et alii successiue Christum secuti sunt, cum duabus repetitionibus eiusdem, pro hora matutina et hora ante prandium.

101. Septima die post prandium tradatur modus prior bonae electionis faciendae; et hora vesperarum repetenda est eadem contemplatio de vocatione apostolorum; et ante coenam applicabuntur circa eam quinque sensus; et post coenam pro media nocte sequentis diei, detur quo modo sermonem fecit Dominus in monte octo beatitudinis modos edisserens, cum duplici repetitione pro hora matutina et pro hora ante prandium.

102. Octaua die post prandium tradatur modus posterior bene eligendi et hora vesperarum repetatur eadem meditatio de sermone Domini in monte; et ante coenam fiat applicatio sensuum circa eam, et post coenam, si electio non fuerit omnino conclusa, quod saepe euenire poterit, pro nono die sequenti tradatur meditatio, quo modo nauigantibus discipulis Dominus se ostendit ambulans super aquas maris, sernata omnino precedentium

motionibus agitari cernatur: tranquillitate enim et pace opus est, ut ui-

---

dierum forma. Et sic consequenter fieri potest, sumendo singulis diebus unam meditationem usque ad duodecimam diem, si opus erit, iuxta ordinem meditationum, qui in eadem secunda hebdomada post quintam diem a Patre nostro Ignatio traditur. Et si oportuerit per plures adhuc dies quam duodecim in electionibus immorari, sumantur etiam aliae meditationes ex secunda hebdomada, iuxta id quod in praecedenti capite, § 79[1*] adnotatum fuit. Ac post factam electionem sequenti die, cum gaudio et laetitia in Domino fiat contemplatio de gestis in die palmarum. Et si hic faciendis exercitiis finis imponitur, etiam tradatur ultimo loco contemplatio ad amorem spiritualem in nobis excitandum.

EXERCITIA SECUNDAE HEBDOMADAE, CUM DE ELECTIONE NON AGITUR, QUO ORDINE TRADENDA SINT. [a'] CAPUT 6

103. Postquam exercitia primae hebdomadae quis absoluerit, saltem breuiter, ut in ultimo paragrapho secundi capitis huius Directorii dictum est, et confessus et comunicatus fuerit, praesupositis multis, quae in quarto capite praecedenti dicuntur; post coenam illius diei, qua sacram communionem acceperit, et meditationem de filio prodigo finierit, tradatur ei contemplatio de rege temporali, ut sequenti die mane semel eam faciat, et eadem die a prandio iniungendum est illi, ut ante coenam illam repetat: et post coenam tradenda est meditatio prima de incarnatione Christi Domini nostri pro media nocte sequentis diei, et contemplatio secunda de eius natiuitate pro hora matutina, et etiam contemplatio tertia pro hora ante prandium.

104. Prima die meditationum uitae Christi, post prandium tradenda est quarta contemplatio pro hora uesperarum, et etiam quinta de applicatione sensuum pro hora ante coenam; et post coenam explicandae et tradendae sunt additiones secundae hebdomadae; ac pro media nocte sequentis diei detur ei contemplatio de Christi praesentatione in templo; et pro hora matutina de fuga in Egyptum, et repetitio harum duarum fiat hora ante prandium eodem modo et forma, qua hodie mane in duabus primis meditationibus factum est.

105. Secunda die post prandium (de caetero a prandio et coena per quartam horae partem cum examine quotidiano semper fiat examen particulare ad tollendos defectus circa exercitia et additiones) [b'], hora uesperarum fiat repetitio praesentationis in templo et fugae in Aegyptum ad modum quartae contemplationis praecedentis diei; et hora ante coenam fiat applicatio sensuum harum duarum contemplationum; et post coenam, pro media

---

[a'] *Hic titulus et totum caput sextum scripta sunt manu alia a praecedenti, quae tamen scripsit verba* Cap. 6, *notationem in marg., de qua postea, et numeros initio paragraphorum.*—[b'] *Clausa in parenthesi, addita sunt in marg. eadem manu, qua scriptum est cap. quintum.*

[1*] Sic ms.: sed haec inveniuntur in n. 90 apographi recentioris. V. supra, p. 867, annot. b.

res suas anima plane exerceat; et interim tempore electionis in uariis

---

nocte sequentis diei tradatur quo pacto puer Jesus subditus erat parentibus; et pro hora mattutina quomodo ab eis repertus fuerit in templo; et repetitio harum duarum contemplationum fiat hora ante prandium iuxta modum praecedentis diei.

106. Tertia die post prandium, hora uesperarum, fiat repetitio, quo pacto puer Jesus subditus erat parentibus, et quomodo ab eis repertus fuerit in templo, ad modum quartae contemplationis primae diei, et hora ante coenam fiat applicatio sensuum harum duarum contemplationum, ut in eadem prima die; et post coenam, pro media nocte et primo mane, et pro hora ante prandium sequentis diei, tradenda est meditatio de duobus uexillis.

107. Quarta die post prandium, hora uesperarum et hora ante coenam repetenda est etiam meditatio de duobus vexillis; et post coenam detur ei contemplatio de baptismo Domini, pro media nocte sequentis diei; et quomodo Jesus Christus a flumine Jordanis petierit desertum, pro hora mattutina; et repetitio harum duarum contemplationum hora ante prandium.

108. Quinta die post prandium tradantur tres modi humilitatis per totum diem considerandi; et hora uesperarum repetatur contemplatio de baptismo Domini et de deserto; et ante coenam applicabuntur circa eas quinque sensus; et post coenam dentur octo regule de discretione spiritus secundae hebdomadae; deinde pro media nocte sequenti tradenda est meditatio quomodo Beatus Andreas et alii successiue Christum secuti sunt; et pro hora mattutina quomodo sermonem fecit Dominus in monte, octo beatitudinis modos ediserens; et repetitio harum duarum meditationum hora ante prandium.

109. Sexta die post prandium, hora uesperarum, repetenda est contemplatio de uocatione apostolorum et de sermone Domini in monte; et ante coenam fiat applicatio quinque sensuum circa has duas contemplationes; et post coenam pro media nocte sequentis diei tradatur meditatio quomodo nauigantibus discipulis Dominus se ostendit ambulans super aquas maris; et pro hora mattutina quomodo in templo docuit; et repetitio harum duarum meditationum hora ante prandium.

110. Septima die post prandium hora uesperarum, repetendae sunt contemplationes, quomodo Dominus se ostendit discipulis et quomodo docuit in templo; et ante coenam applicabuntur circa eas quinque sensus; et post coenam pro media nocte sequentis diei, detur contemplatio de Lazari suscitatione; et pro hora mattutina, de gestis in die palmarum; et hora ante prandium repetitio harum duarum contemplationum.

111. Octaua die post prandium, hora uesperarum, repetantur hae duc meditationes, de Lazari suscitatione et de gestis in die palmarum; et ante coenam fiat applicatio quinque sensuum circa eas; et post coenam, si faciendis exercitiis iam finis imponitur, tradatur ei ultimo loco contemplatio ad amorem spiritualem in nobis excitandum.

112. Notandum quod in hac secunda hebdomada, vt ait Pater noster Ignatius [a'], iuxta temporis facultatem et utilitatem personae sese exercen-

---

[a'] *5 vv. praecedentia addita sunt supra versum alia manu.*

exercitiis 2.dae hebdomadae qui eligit detineri debet [1]; nam exercitia

tis, possunt aliquot meditationes, uel adiici, ut de misteriis uisitationis, pastorum, circumcisionis, et trium regum: uel subtrahi ex supra positis, quippe quae pro introductione tantum detineantur [a'] ad formandam melius contemplationem.

Addit etiam Mi. alt. cap. VII de tertia hebdomade et VIII de quarta. Sunt autem ita:

EXERCITIA TERTIAE HEBDOMADAE QUO ORDINE COMMUNITER TRADENDA SINT [b']. CAPUT 7

113. Qui exercitia primae et secundae hebdomadae sine interuallo fecerit, dubium non est quin exercitia etiam tertiae consequenter ei tradi possint. Tamen, si, peractis primis duabus hebdomadis, longa intermissio exercitiorum facta fuerit, et de nouo quis exercitia tertiae hebdomadae aggredi uult, expedit ut a prima hebdomada incipiat, ita ut, illa breuiter absoluta, ut in ultimo paragrapho secundi capitis dictum est, tertiam inchoet. Igitur, postquam exercitia primae hebdomadae absoluerit, et confessus et communicatus fuerit, et meditationem de filio prodigo finierit [c'], tradatur ei contemplatio de rege temporali, quae est ueluti fundamentum omnium meditationum uitae Christi Domini nostri, ut sequenti die mane semel eam faciat; et eadem die a prandio iniungendum est illi, ut ante coenam illam repetat; et post coenam tradenda est prima contemplatio de coena Domini et de rebus ante et post coenam gestis, pro media nocte sequentis diei; et contemplatio secunda de rebus post coenam et in horto gestis, pro aurora; et fiat repetitio harum duarum contemplationum hora ante prandium.

114. Prima die meditationum passionis Christi post prandium, hora vesperarum, repetantur hae duae contemplationes de coena Domini et de rebus in horto gestis; et ante coenam fiat applicatio quinque sensuum circa eas; et post coenam explicandae et tradendae sunt additiones tertiae hebdomadae; postea tradatur contemplatio de gestis in domo Annae, media nocte sequenti transigenda; sub auroram uero de secutis rebus in domo Cayphae; deinde fiat repetitio harum duarum contemplationum hora ante prandium.

115. Secunda die post prandium (de caetero a prandio et coena per quartam horae partem cum examine quotidiano semper fiat examen particulare ad tollendos defectus circa exercitia et additiones) [d'], hora vesperarum fiat repetitio contemplationis de gestis in domo Annae et in domo

[1] *Di. Po.*, n. 89, supra, p. 822, ait posse tradi etiam hac occasione exercitia tertiae hebdomadis ante electionem. *Di.*, c. XXXV, n. 1. exercitiis tertiae hebdomadis officium tribuit confirmandi electionem vitae melioris.

[a'] *Sic apogr.: forte scribendum fuit* delineantur—[b'] *Hunc titulum et totum caput scripsit nova manus. Duo vv.* Cap. 7, *addita sunt eadem manu, quae supra addidit vv.* Cap. 6. —[c'] *6 vv. praecedentia scripta sunt eadem manu in marg.*—[d'] *Quae parenthesi continentur, scripta sunt eadem manu in marg.*

tertiae hebdomadae tristitiam et moerorem secum afferre solent, et post absolutam electionem tradenda uidentur.

Cayphae; et hora ante coenam fiat applicatio sensuum circa has duas contemplationes; et post coenam in media nocte sequenti, contemplandum quomodo Christus Dominus noster ductus est ad Pilatum, et quid ibi actum sit; diluculo uero de iis, quae gesta sunt transmisso Christo ad Herodem. Subdetur postea repetitio harum duarum contemplationum hora ante prandium.

116. Tertia die post prandium, hora vesperarum repetenda est contemplatio quomodo Christus ductus est ad Pilatum et de gestis in domo Herodis; et ante coenam applicandi sunt quinque sensus circa has duas contemplationes; et post coenam tradatur meditatio pro sequenti media nocte, de reditu ab Herode usque ad mediam partem misteriorum, quae apud Pilatum sequuta sunt; reliquam uero partem circa primam lucem matutinam prosequatur; et hora ante prandium fiat repetitio harum duarum contemplationum.

117. Quarta die post prandium, hora vesperarum, fiat repetitio de reditu ab Herode usque ad mediam partem misteriorum, quae apud Pilatum secuta sunt, et etiam de reliqua parte; et ante coenam fiat applicatio quinque sensuum ad has duas meditationes; et post coenam, sub noctis sequentis medium, contempletur a sententia Pilati usque ad crucifixionem; sub auroram deinceps ab eleuatione crucis usque ad Christi expirationem; et hora ante prandium hae duae contemplationes repetantur.

118. Quinta die post prandium, hora vesperarum, fiat repetitio contemplationis a sententia Pilati usque ad crucifixionem, et ab elcuatione crucis usque ad Christi expirationem; et hora ante coenam applicentur quinque sensus circa has duas contemplationes; et post coenam tradatur pro media nocte sequenti quomodo mortuus Dominus, sublatus de cruce, ad monumentum delatus est; et primo mane meditetur ex quo Dominus sepultus fuit donec Beata Virgo in domum aliquam se recepit; et hora ante prandium fiat repetitio harum duarum contemplationum.

119. Sexta die post prandium, hora vesperarum, repetenda erit contemplatio quomodo mortuus Dominus, sublatus de cruce, ad monumentum delatus est, et ex quo sepultus fuit, donec Beata Virgo in domum aliquam se recepit; et hora ante coenam applicabuntur quinque sensus ad has duas meditationes, et post coenam, pro media nocte sequenti, tradatur ut dimidiam partem misteriorum passionis Christi contempletur, et mane reliquam eius partem prosequatur ita ut inter noctu et mane pasionem totam reuoluat [a]; postea repetitionum et sensuum uice, per diem totum sequentem considerabit, quam licebit frequentissime, quo pacto sanctissimum Jesu Christi corpus remanserit ab anima seiunctum, et ubinam aut quomodo sepultum. Item, quae fuerit beatae Matris solitudo, desolatio qualis, et quanta afflictio, quam acerbus quoque discipulorum moeror extiterit.

120. Septima die post prandium idem considerabit, sicut modo praedictum est; et post coenam si faciendis exercitiis iam finis imponitur, tradatur

---

[a] *9 vv. praecedentia addita sunt supra versum alia manu, fortasse Mironis.*

64. In primo modo orandi, ubi dicitur: «Porro in excutiendis singu-

---

ei ultimo loco contemplatio ad amorem spiritualem in nobis excitandum.

121. Meditationes passionis Christi, praedicto modo exactius praescribuntur a Patre nostro Ignatio; nihilominus aliis modis tradi possunt, ut ipsemet in fine tertiae hebdomadae adnotauit.

EXERCITIA QUARTAE HEBDOMADAE, QUO ORDINE COMMUNITER TRADENDA SINT [a']. CAPUT 8

122. Peractis tribus hebdomadis exercitiorum, si quis ad longum tempus ea intermiserit, et postea de nouo exercitia quartae hebdomadae aggredi velit, expediret vt a prima hebdomada incipiat, ita vt, illa breuiter absoluta, ut in vltimo § secundi capitis dictum est, quartam inchoaret; igitur, postquam exercitia primae hebdomadae absoluerit, et confessus et communicatus fuerit, et meditationem de filio prodigo finierit, tradatur ei post coenam, pro media nocte sequenti, contemplatio prima, quomodo Jesvs Dominus post resurectionem apparuit sanctae Matri suae; et pro aurora, quomodo summo mane ad monumentum profecta est Maria Magdalena cum aliis mulieribus, cui Christus apparuit, quae, aliis digressis, iuxta sepulcrum remanserat; et hora ante prandium fiat repetitio harum duarum contemplationum.

123. Prima die post prandium, hora vesperarum, repetenda est contemplatio quomodo Jesvs apparuit Matri suae; et quomodo Mariae Magdalenae; et ante coenam applicandi sunt quinque sensus circa has duas contemplationes, et post coenam explicandae et tradendae sunt additiones quartae hebdomadae; et pro media nocte sequentis diei tradatur quomodo apparuit in via Christus mulieribus redeuntibus de monumento, et ait: «Auete» [1*], et illae, accedentes ac prostratae ad pedes eius, ipsum adorarunt; et pro hora mattutina quomodo Petrus, audita ex mulieribus Christi resurrectione cucurrit ad monumentum, et illi super his cogitanti Christus se ostendit: vnde dicebant apostoli: «Surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni» [2*]. Et hora [b'] ante prandium repetitio harum duarum meditationum facienda est.

124. Secunda die post prandium (de caetero a prandio et coena per quartam horae partem cum examine quotidiano semper fiat examen particulare ad tollendos defectus circa exercitia et additiones), hora vesperarum, repetenda est contemplatio, quomodo Christus apparuit mulieribus de monumento redeuntibus, et quomodo Beato Petro; et hora ante coenam fiat applicatio sensuum circa has duas meditationes; et post coenam tradenda est contemplatio, quomodo apparuit Christus duobus discipulis cum irent in Emaus, pro media nocte sequenti; et quomodo apparuit discipulis, domi

---

[a'] *Hic titulus et totum caput scripta sunt eadem manu, quae scripsit caput sextum. Duo vv.* Cap. 8, *addita sunt ea manu, quae supra scripsit vv.* Cap. 6. —[b'] *Hoc v. add. supra versum manu Mironis (3).*

1* MATTH., XXVIII, 9.
2* LUC., XXIV, 34.

lis praeceptis, satis fuerit insumi spatium temporis, quo ter posset oratio dominica percurri», hoc intelligendum est iuxta quartam additio-

congregatis, propter metum judeorum et ait illis: «Pax vobis» [1*], pro aurora. Deinde repetendae sunt hae duae meditationes hora [a'] ante prandium.

125. Tertia die post prandium, hora vesperarum, fiat repetitio contemplationis quomodo Dominus apparuit discipulis cum irent in Emaus, et quomodo apparuit discipulis congregatis; et hora ante coenam applicandi sunt quinque sensus circa has duas contemplationes; et post coenam tradenda contemplatio pro media nocte sequentis diei, quomodo post dies octo, iterum, clausis ianuis, obtulit se videndum Christus, et Thomae dixit: «Infer huc digitum tuum, et vide, et noli esse incredulus sed fidelis» [2*]; et pro hora mattutina, quomodo palam se denuo fecit Christus piscantibus discipulis, qui cum tota nocte nihil cepissent [b'], iactum ad mandatum eius rete extrahere iam non valebant prae piscium multitudine; et hora ante prandium fiat repetitio harum duarum contemplationum.

126. Quarta die post prandium, hora vesperarum, repetendae sunt praecedentes duae meditationes, quomodo post dies octo apparuit discipulis, et quomodo discipulis piscantibus palam se fecit; et ante coenam fiat applicatio per quinque sensus circa has duas meditationes; et post coenam tradenda est contemplatio pro sequenti media nocte, quomodo ex Domini mandato abeunt discipuli ad montem Thabor, et, eis apparens, inquit: «Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra: ite, docete omnes gentes, baptiza[n]tes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti» [3*]; et deinde pro hora matutina, quomodo visus est plusquam quingentis fratribus simul, ac Jacobo [c']; et hora ante prandium fiat repetitio harum duarum contemplationum.

127. Quinta die post prandium, hora vesperarum, repetendae sunt praecedentes duae meditationes, quomodo apparuit Christus discipulis dicens: «Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra»; et quomodo visus est plusquam quingentis fratribus simul, ac Jacobo [d']; et hora ante coenam applicandi sunt quinque sensus circa has duas meditationes. Et post coenam tradenda est contemplatio quomodo apparuit Christus Beato Paulo post ascensionem: «Nouissime vero tamquam abortiuo visus est et mihi» [4*], inquit ipse; pro media nocte sequenti; et de ascensione Christi Domini nostri, pro hora matutina, et repetendae sunt hae duae meditationes hora ante prandium.

128. Sexta die post prandium fiat repetitio praecedentium duarum contemplationum, quomodo apparuit Beato Paulo, et de ascensione Domini; et hora [e'] ante coenam applicandi sunt quinque sensus circa has duas contemplationes; et post coenam tradenda est contemplatio ad amorem spiritualem

[a'] *Vox addita supra versum manu Mironis (?).*—[b'] caepissent *apogr.*—[c'] ac Jacobo *add. supra versum manu Mironis (?).*—[d'] ac Jacobo *add. supra versum manu Mironis (?).*—[e'] *Vox add. supra versum manu Mironis (?).*

1* Luc., XXIV, 36, et Jo., XX, 19.
2* Jo., XX, 27.
3* Matth., XXVIII, 18 et 19.
4* I Cor., XV, 8.

nem, quod in puncto, in quo assecutus quis fuerit quaesitam deuotionem, conquiescere debet, sine transcurrendi anxietate, donec sibi satisfecerit, ut etiam in 2.da regula sequentis modi dicitur [a].

65. In 3.° modo orandi duo notanda uidentur: alterum est, quod illud interstitium respirationum dat tempus oranti, quo intellectus magis penetret ueritatem eorum, quae per uoces uel sententias significantur, ut affectus ad intellecta magis moueatur: alterum, quod non est ita praecise interstitium respirationum assumendum, quin possit aliquanto plus aliquis immorari, quam duret respiratio, cum praesertim aliqui crebrius aliis respirent; sed plus minus in talibus immorandum est quantum communiter durare solet respiratio. Si enim quis profundius intelligere, uel affici, et immorari magis uellet, poterit quidem pro sua deuotione, sed tunc potius ad secundum praedictum orandi modum iam accedere ac pertinere uidetur, quam ad hunc tertium [b] [1].

---

in nobis excitandum, pro media nocte; quae et hora matutina et hora ante prandium repetenda est.

129. Septima die post prandium, pro hora vesperarum detur primus modus orandi; et hora ante coenam fiat eius repetitio; et post coenam tradendus est pro media nocte sequenti secundus orandi modus, quem bis repetet, et in aurora et etiam hora ante prandium.

130. Octaua die post prandium, pro hora vesperarum tradatur tertius orandi modus; et ante coenam fiat illius repetitio [1*]; et post coenam tandem proponi possunt aliqua, pro dispositione personae, ex his, quae ei, qui absoluit exercitia, commendanda sunt, iuxta vltimum caput huius Directorii.

Caput IX in alt., quod est «De tribus orandi modis» *complectitur paragr. 131-134, quae fere sunt eadem atque paragr. 64-65 Mironis primi. Paragraphus 131, quae non est in primo, sic se habet in alt.:*

131. Hi tres modi orandi particulares sunt, nam non excludunt alios quos Spiritus Sanctus docet, et viri in spiritu exercitati tradere solent, vel quisque sibi utiles deprehenderit, sed inter alios hi tres pro orantium varietate et dispositione etiam idonei sunt, juxta quos praecepta Dei, precationes sacras et psalmos percurrere orando possumus.

[a] *Haec habet alt. in n. 132.*

[b] *Hanc paragr. in duas dividit alt. hoc modo:* 133. In secundo et tertio modo orandi notandum quod pro una voce vel verbo potest etiam accipi una sententia pro cujusque devotione, ut Pater, et Pater noster, et qui es in coelis, et sanctificetur nomen tuum. Et sic in reliquis verbis vel petitionibus orationis dominicae et aliarum.—134. Tertius orandi modus est, ut in considerandis singulis vocibus alicujus orationis tantum tempus insumamus, quantum communiter respiratio una durare solet; quod si quis pro sua devotione magis in his voluerit immorari, poterit quidem, sed tunc potius ad secundum orandi modum, quam ad hunc tertium pertinere videtur.

---

[1] *Di. Po.*, n. 107, supra, p. 827.

[1*] Vix intelligas, quare hos orandi modos ita tractandos fere dicat quasi mysteria essent vitae Christi. Cf. *Exercitia* ipsa; et *Di.*, c. XXXVII.

66. Regulae ad uictum temperandum et regulae seruandae in distribuendis eleemosynis, et quaedam quae notantur de scrupulis, et regulae ad uere sentiendum cum Ecclesia, ei, qui exercetur, communiter non dantur; sed quando oportuerit, in 2.da hebdomada, ubi de statu uitae reformando agitur, tradi poterunt; nam hae regulae ad hoc tendunt [a].

DE IIS REBUS, QUAE PERACTIS EXERCITIIS TRADI POTERUNT. CAPUT IV [b]

67. Cum post peracta exercitia quis relinquitur, possunt haec ei in memoriam reduci: 1.° Ut praesentiam Dei frequenter consideret, et quod ille semper nos conspiciat. 2.° Orationibus iaculatoriis ad Deum saepe utatur, nunc ueniam peccatorum aut gratiam et auxilium petendo, nunc gratias agendo, uel aliud faciendo. 3.° Ex amore puro charitatis omnia interiora et exteriora sua in gloriam Dei pro uiribus dirigere et facere conetur. 4.° Perspicere magnitudinem et multitudinem beneficiorum Dei in se collatorum, et de passione Christi quotidie aliquid meditari. 5.° Considerare quod peregrini et morituri sumus in hoc saeculo: Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus [1]. 6.° Peccata propria et aliorum frequenter lugere, et misericordiam a Domino implorare. 7.° Ruminet, et frequenter etiam in oratione consideret, sententias et loca Scripturae Sacrae, et egregia dicta aut exempla sanctorum, in quibus antea notabilem consolationem senserit [c].

Mi. alt. 92. Regulae [*etc. ut in primo;*] sed quando ratione personae opus erit, praesertim in fine secundae hebdomadae, ubi de statu vitae reformandae agitur, tradi poterunt; sed non omnibus proponi debent, sed iis qui eis indigere videbuntur.

[b] *Mi. alt.* Quae commendanda sunt ei qui absolvit exercitia. Caput decimum

[c] *Quae n. 67 continentur in primo Di. Mi., in octo numeros divisa sunt in alt., initio c. X:* 135. Cum post peracta exercitia quis relinquitur, pro aetate, doctrina, ingenio ac animi dispositione, aliqua ex his, quae sequuntur, proponi ei poterunt, ut deinde ea memoria teneat, et in spiritu accepto perseveret.—136. Primo ut praesentiam Dei frequenter consideret, et quod ille semper nos conspiciat, paratus sua dona in nos effundere, magis quam sol radios suos, si nos ipsos disponamus, cum nos diligat plus quam nos ipsi.—137. Orationibus jaculatoriis ad Deum saepe utatur, nunc veniam peccatorum aut gratiam aut auxilium petendo, nunc gratias agendo etc. cum ipse magis conferre nobis sua dona quam nos recipere desideret.—138. Ex amore puro caritatis omnia interiora et exteriora sua in gloriam Dei pro viribus dirigere et facere conetur, ad hoc enim creati sumus.—139. Perspiciat magnitudinem ac multitudinem beneficiorum Dei in se collatorum, et ex corde ei gratias agat; ab ipso enim totius boni thesauro, sicut lumen a sole et ex fonte

---

[1] HEBR., XIII, 14.

68. Admonendus erit etiam, si manserit in saeculo: 1.° Ut quotidie mane per dimidiam horam aut integram, si fieri poterit, oret; ubi praecipue meditetur vitam et passionem Christi Domini nostri iuxta formam in exercitiis ei traditam. 2.° Ut singulis diebus examen conscientiae ante uel post prandium faciat, et antequam cubitum eat. 3.° Ut examine particulari quotidie etiam utatur; nam exercitiorum tempore huius examinis praecipuus usus fuit ad tollendas negligentias, quae circa exercitia fiunt; postea uero uti eo debemus ad tollendas culpas et uitia, quae in quotidiano uitae cursu, et praesertim in uirtutibus acquirendis, cuiquam accidere solent. 4.° Poterit etiam aliquam orationem uocalem ei praescribere, ut officium paruum, uel rosarium Dominae nostrae. 5.° Ut confiteatur et communionem accipiat singulis octo diebus, et saepius, si sacerdos est. 6.° Ut cum idoneo instructore res, quae ad suam animam pertinent, tractet [a].

69. Deuotio sanctis omnibus est etiam ualde commendanda, ut ex vitae illorum meditatione, facta eorum imitemur, sed ante omnia deuotio particularis ad Beatam Virginem Dominam nostram habenda est, et ad proprium angelum custodem, et ad sanctum sui nominis, et ad

---

aqua, cuncta bona derivantur. Ac de beneficio passionis Christi quotidie aliquid meditetur, et cum talia ille passus est pro peccatis nostris, quid nos agere et pati ejus causa debeamus.—140. Consideret quod peregrini et mortui sumus in hoc saeculo; non enim habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus; nam novissima memorari utilissimum est.—143. Peccata propria et aliorum frequenter lugere et misericordiam a Domino implorare, et quotidie saltem aliquid poenitentiae sumere, et tribulationes quas patitur, tamquam dona Dei in poenitentiam ac profectum suum accipere nitatur.—144. Ruminet frequenter vitam Christi Domini nostri ac sanctorum, et Scripturam sacram; legatque, audiat, loquatur et quaerat diligenter, quando commode poterit, omnia quae ipsum ad devotionem magis movent, relictis multis aliis, quae ad rem non faciunt.

[a] *Hanc paragr. 68 in duas dividit alt.:* 149. Admonendus est etiam qui exercetur, si manserit in saeculo, ut quotidie per dimidiam horam aut integram, si fieri potest, oret. 2.° Singulis diebus examen conscientiae per quartam horae partem faciat. 3.° Octavo quoque die confiteatur et communionem accipiat. 4.° Aliquo misericordiae spiritualis aut corporalis opere pro ratione status et talenti juvet proximum. 5.° Cum idoneo instructore res, quae ad animam suam pertinent, tractare curet. 6.° Pios libros legat, bonas conversationes sectetur, malas vel distractivas fugiat.— 141. Examine particulari quotidie utatur ad tollenda praecipua ipsius vitia et peccata, et examine quotidiano breviter facto reputans se indignum colloquio ac familiaritate divina, ad meditationem se praeparet. Nam oratio humiliantis se penetrat coelos, et post meditationem ea, in quibus notabilem consolationem senserit, praesertim quae [a'] ex usu meditandi ei pervia et facilia sunt, frequenter in memoriam redigat.

[a'] praesertimque *apogr.*

alios sanctos iuxta particulares cuiusque pias affectiones. 2.° Cura sit praecipua, ut in uirtutibus crescat, praesertim in iis in quibus uitae spiritualis fundamenta consistunt, iuueritque prius in una magis desiderata plus et maiori cum diligentia seipsum exercere, deinde in alia atque alia, et quotidie saltem aliquid poenitentiae sumere. 3.° Legat aliquando libros deuotos, et frequenter Scripturam sacram, ut inde meditetur et proficiat in Domino. 4.° Poterit postea, ut Deus mouerit, pro ratione talenti et status iuuare proximum aliquo misericordiae spiritualis uel corporalis opere [a].

70. Oratio mentalis, iuxta modum exercitiorum, in Constitutionibus ualde nobis commendatur [1], in qua fit reflexio semper ad nos et ad spiritualem profectum nostrum; quae quidem orationem uocalem semper praecedere, et comitare, et etiam sequi deberet, ut illud euangelicum dictum implere possimus: oportet semper orare et nunquam deficere [b 2].

---

a *Haec paragr. 69 dividitur in duas in alt.:* 145. Devotio ad sanctos omnes et angelos est valde commendanda, ut apud Dominum nostri advocati sint, cum quibus etiam conversari debemus, ut nostra conversatio in coelis sit. Et in primis devotio specialis ad B. Virginem Dominam nostram habenda est, et ad proprium angelum custodem, et ad sanctum sui nominis, et ad sanctos, quorum reliquiae sunt in loco ubi ipse habitat, et ad eos qui in martyrologio singulis diebus leguntur, et ad alios juxta particulares cujusque pias affectiones, ubi poterit considerare se ipsum spiritu ac virtute pauperem et mendicum, petentem bonorum spiritualium eleemosinam a paradisi civibus, tamquam intercessoribus apud Deum omnipotentem, coram quo comparere dignus non est, convertens se humiliter modo ad unum, modo ad alium, modo ad omnes, adducendo in medium propriam necessitatem et indigentiam, atque eorum magnam gratiam ac dona.—147. Cura sit praecipua ut in virtutibus ipse profectum faciat, praesertim in humilitate, patientia ac charitate et in reliquis, in quibus vitae spiritualis fundamenta consistunt, juveritque prius in una magis optata plus et majori cum diligentia se ipsum exercere, deinde in alia atque alia. Res suas spirituales et procedendi modum, praesertim si ex Societate nostra fuerit, cum superiore vel praefecto rerum spiritualium vel confessario conferre debet, nolens proprio sensu duci, juxta Constitutiones.

b *Haec paragr. non est in alt.—In hoc c. X habet Mi. alt. numeros 142, 146, 148, 150, qui sunt ejusmodi:*

142. Convenit summopere ut in oratione et meditatione, inter alios conceptus qui de Deo habentur, cogitemus quod sit Pater noster, ut ipse in oratione dominica nos docuit, erga quem reverentialem timorem et amorem maximum ac filialem fiduciam habere debemus.—146. Summam doctrinae christianae memoriter teneat, et interdum aliquid de ea recitet, et meditetur juxta tres modos orandi qui in Exercitiis continentur.—148. Quotidie ali-

---

1 *Constitutiones S. J.*, part. III. c. I, n. 20; part. IV, c. IV, B; part. VI, c. III, n. 1.

2 Luc., XVIII, 1.

[ADJUNCTUM] [1]

Est aliud Directorium, et forte antiquius [a], ex quo aliqua in hoc omissa transferre huc operae pretium duco.

Cap. 1, post num. 4.[um] haec ponuntur [b]: «Expedit aliquando ad eos, qui Societatem nostram ingredi uolunt, magis cognoscendos, ut exercitia spiritualia illis tradantur [c]; et oportet nouitios in initio sui ingressus mensem unum plus minus in spiritualibus exercitiis uersari [d], ac exactis duobus annis, per unius hebdomadae spatium, antequam sua vota illi emittant, aliqua spiritualia exercitia facere iuxta Constitutiones [e]. Eis qui ad huiusmodi exercitationes apti non esse uiderentur, qualis ex coadiutoribus temporalibus aliquis esse posset, proponi debent ea, quae ipsorum captui conueniant, et quibus ad scruitium Dei ac Domini nostri illi iuuentur» [f].

Post n. 17 haec adduntur [g]: «Si homo hic pauper non esset, satis erit si nos illi spiritualia dederimus, et pro uictu poterit emptori domus pecunias dare, ut pro illo, quae necessaria sint emat; emptor uero summam pecuniarum quam recepit, et expensas scribere debet, ut post peracta exercitia illi rationem reddat, aut superior uideat, si haec aliter fieri aliquando expediat» [2].

Post n. 21 potest collocari hoc ex illo Directorio [h]: «Finitis exer-

---

quam orationem vocalem sibi praescribat, ut officium parvum vel rosarium vel coronam Dominae nostrae, aut septem psalmos poenitentiales, coronam Domini nostri Jesu Christi, litanias vel aliquid simile. Aliquando etiam poterit in meditatione paulatim dicere et contemplari aliquem psalmum, praesertim unum ex septem dictis, vel himnum, ut Veni Creator, vel Veni Sancte Spiritus, Te Deum laudamus, aut Ave maris Stella; vel canticum Benedictus, aut Magnificat, vel alia, potissimum ex Sacra Scriptura, quae omnia juxta secundum et tertium orandi modum percurri poterunt.—150. Nostri finitis exercitiis librum eorumdem exercitiorum habere debent, ut illo familiarissime utantur, et ut hanc rationem orandi nostri instituti in posterum servent, juxta regulas magistri novitiorum et praefecti rerum spiritualium Externis autem qui ea fecerunt, is liber concedi non debet, ne postea evulgetur, nec illis est neccessarius, cum multi alii ejusmodi libri spirituales reperiantur, quibus uti poterunt. Scripta enim, quae exercitiorum tempore traduntur illis, reliquenda non sunt, sed curandum ut ipsi, peractis exercitiis, ea instructori restituant.

---

[a] *In infima pagina notatum est:* «Dixi supra *forte antiquius*, quia alterum, quod habes hic, est, ut mihi uidetur, limatius et copiosius, in rebus praesertim spectantibus ad 2.am hebdomadam».—[b] Cap. I, n. 5, *in marg.; ubi etiam reperiuntur sequentes omnes notationes.*—[c] P. I., c. IV, lit. D.—[d] Et in Ex., c. 4, § 10 et § 41.—[e] n. 6.—[f] P. 3, c. 1, lit. R. —[g] n. 22.—[h] n. 18.

---

[1] Quae sequuntur scripta sunt sine titulo in cod. *De Instit., II*, post Directorium primum Mironis, cujus et capita et numeri in textu afferuntur.

[2] *Di. ignatiana*, III [5], supra p. 787.

citiis nostri librum exercitiorum legant, et ex eo, quod ipsis proderit, sumant, et praeterea dare aliis exercitia discant; tunc etiam liber Exercitiorum externis communicari poterit, ut seipsos exercentes magis in Domino proficiant» [1].

Num. 22, ubi dicitur [a]: «Et diu, praesertim in principio Societatis nostrae, hoc experti sumus»: in illo dicitur: «Ut duo praesertim in principio Societatis experti sumus».

Cap. 2, in fine n. 26, post ea uerba «immorari possemus», adduntur haec [b]: «in quibus certas horas ad meditandum praescribi non oportet» [2].

In fine n. 28 adduntur haec [c]: «et demum semper aliquid noui afferatur» [3].

Num. 35 quod breuius dicitur de cura infirmarii, in illo sic habetur [d]: «In regulis antiquis infirmarii dicebatur, quod ille per aliquod tempus eorum, qui exercitia absoluebant, peculiarem curam haberet: unde colligere licet quam diligenter et exacte haec exercitia superioribus temporibus a nostris fieri solerent» [4].

Post n. 36 haec possunt poni ex illo Directorio [e]: «Juuat non parum tum ob interpolationem mentalium exercitiorum, quae continuari commode nequeunt, tum ob humilitatis bonum, ad quam confert humiliatio, ut quisque, etiam qui delicate uiuere, et multorum ministeriis uti consueuit, cubiculum euerrat, et si opus est, riget, lectulum etiam sternat, et demum functionibus huiusmodi omnibus se occupet, quae famulorum ministerio confici solent: verum qui tradit exercitia uideat an aliquando aliud fieri expediat» [5].

Cap. 3 post num. 43 collocari haec possunt [f]: «Aduertendum, quod in 2.ª hebdomada expedit aliquoties non surgere media nocte, et quatuor uel quinque exercitia uno die tunc fieri poterunt iuxta notabile 3.um post quintum exercitium applicationis quinque sensuum, et iuxta notabile, quod in 2.do die ponitur; sed in prima hebdomada haec concedenda non uidentur, nisi maioris necessitatis causa moueret» [6].

Nota, quod numeri marginales sunt numeri illius Directorii, ex quo haec desumpta sunt.

---

[a] n. 19.—[b] Cap. 2, n. 4.—[c] n. 6.—[d] n. 11.—[e] n. 12.—[f] Cap. 3, n. 4.

---

1 *Di. Anon. Br.*, infra, III, f. 16r et v.
2 *Mi. alt.*, n. 32, supra, p. 858, annot. d, et *D.*, c. XII, n. 6.
3 *Di.*, c. XXXV, n. 13.
4 *Di. Aeg.*, f. 12.
5 *Di. ignatiana*, II, [2], supra, p. 785.
6 *Di. Po.*, n. 59, supra, p. 810.

III

DIRECTORIUM ANONYMUM B1 [1]

DE MODO TRADENDI EXERCITIA SPIRITUALIA BREUIS INSTRUCTIO, MAGNA EX PARTE SUMPTA EX IPSO LIBRO EXERCITIORUM, CAPITA DUMTAXAT ATTINGENDO, PRO IIS QUI DARE DEBENT EXERCITIA

Primo agemus de excellentia seu dignitate, utilitate ac necessitate horum exercitiorum spiritualium. 2.° Quid sint hec Exercitia spiritualia et quas partes habeant. 3.° Quibus personis, et que exercitia quibus personis. 4.° De modo dandi ipsamet exercitia. 5.° Si opus fuerit, breui decursu per omnia et singula exercitia progrediemur [a], aliqua quibusdam locis annotando.

EXCELLENTIA SEU DIGNITAS, VTILITAS ET NECESSITAS

1. Sunt primi institutoris [b] nostrae religionis, cuius uitam et praecepta sequi et imitari oportet.

2. Christus [2] ipse eademmet Exercitia dedit Patri nostro Ignatio, et eodem ordine et modo plus minus quo scripta sunt. Atque haec est causa cur tantam uim et efficaciam habeant, quia sunt Christi etc.

3. Vnde sunt similia in hac re magna ex parte sacris literis [3]: Nam ut illae lectae simpliciter non ita mouent ac [c] si considerantur et perpenduntur [d] sunt plena mysteriis; ita haec Exercitia lecta tantum uidentur quidem bona esse precepta, tamen non ita mouent; at facta tum maximam habent uim et efficaciam ad conuersionem animarum et fructum spiritualem, ut experientia ostendit. Quare hec Exercitia non sunt uulgo tradenda ut legantur; sed, si quis petat, hortandus erit ut prius faciat, si quidem ex lectione parum fructus capiet, et ex parte impediet fructum, si uelit ea facere postea. Et excussa sunt, ut nostri

---

[a] progrediamur *mss.*—[b] institutores *mss.; significatur S. Ignatius.*—[c] *Sic mss.; fortasse legendum* at, *ut paulo post* at facta.—[d] *Sic corrigendum* perpendantur, *quod habent mss., nisi prius legeris* considerentur.

---

[1] Ex apogr. in cod. *Instruct. II*, ff. 14-18. Aliud exstat exemplum in cod. *Domenici*, ff. 208-222, quod ab *Instruct. II* penderc videtur; ideo variationes, quae omnes fere nullius momenti sunt, omittimus. *Instruct. II* diphthongos per vocalem simplicem plerumque scribit. Haec et similia menda, quibuscum sententia integra manet, prudens ipse lector emendabit. Cum notamus, aliquid legi in mss., intelligimus utrumque apographum.

[2] Cf. infra *Di. Aeg.*, f. 3, annotationes in *Directorium B;* vide quoque *Proleg.*, supra, pp. 35-47.

[3] Ibid.

solum, qui dare debent, utantur, non ut aliis dentur excussa, ut admonet etiam epistola prefixa eisdem Exercitiis. Forte autem perfecto alicui uiro et in oratione multum uersato, dari possent, ut ipse legeret, presertim amico, et docendo eum quae essent.

4. Per haec Exercitia X primi Patres nostrae Societatis ad X.^{um} et Societatem a P. Ignatio aducti et per hos innumeri alii.

14v 5. Hodie, ubicunque istorum Exercitiorum uiget usus, magnus apparet fructus in populo et in nostris. Plurima centena hominum, ne dicam milliaria, per hec Exercitia ingressa sunt alias religiones [1]; plurimi etiam nostram religionem; plurima etiam hominum centena uitam recte instituerunt uel in melius eam mutarunt ex iis, qui in seculo remanserunt.

6. Sunt a pontifice approbata, precedente examinatione eorum, ut constat in bulla [2] approbationis prefixa: quare tutissima sunt et certissima.

7. Est etiam in eadem bulla pontificis luculentum testimonium de his Exercitiis: esse plena pietate et sanctitate, et preterea, quod plus adhuc utilitatem et excellentiam ostendit, hortatur ipse pontifex omnes Christi fideles, ut in eis se uelint exercere etc. Ita ad uerbum, si placet.

8. Necessarium est itaque, ut nostri non solum in eis sint exercitati, quod est primum ac maxime necessarium, sed etiam ea dare sciant, cum sint propria ac potissima arma Societatis.

QUID SINT EXERCITIA SPIRITUALIA

«Nomine spiritualium exercitiorum intelligitur modus quilibet examinandi propriam conscientiam; item meditandi, contemplandi, orandi secundum mentem et uocem; ac postremo alias quascunque» et usque «spiritualia» [a] ut in prima annotatione exercitiorum. Cape, uide et transcribe ad uerbum. Vt uno ergo uerbo dicamus, spiritualia exercitia sunt omnis mentis nostrae actio erga Deum, siue intellectu Deum cognoscere et que ad Deum attinent, siue uoluntate Deum amare et aliis diuinis affectibus affici, siue sensum et appetitum ac corpus comprimere et subiugare propter Deum, siue demum operare propter Deum. Est itaque spirituale exercitium actio spiritualis mentis nostrae propter Deum, et quidem non momentaneum [b] tantum, sed actio assidua, ut exercitii nomen merere possit [c].

---

a *Virgulis includimus ea, quae desumpta sunt ex prima annotatione Exercitiorum, cujus ultima vox est* spiritualia.—b *Sic mss.; refer ad* exercitium.—c potest *mss.*

---

1 Agit oratorem; confer tamen *Polanci Chronicon*, I, 50; II, 25, 59, 118, 122; IV, 297 V, 46, 67.

2 Scribendum fuit hic et paulo post «brevi». Illud vide supra, pp. 216-218.

Diuisio seu partitio exercitiorum
Quas habent partes haec exercitia spiritualia

1. Diuiduntur in tres partes Exercitia spiritualia: in partem seu uiam purgatiuam, illuminatiuam, perfectiuam; cuius diuisionis fit mentio in aliquibus locis Exercitiorum, que etiam antiqua est diuisio doctorum et perfectorum uirorum spiritualium, ac D. et[iam] Dionisii De coelesti et De ecclesiastica Hyerarchia, omnes actus hyerarchicos in hos diuidentis: purgare, illuminare, perficere [1].

2. Sic autem intelligitur, si quis forte non intelligit quae haec sint: in anima nostra spiritualia mala sunt, uel errores in intellectu, uel peccata in uoluntate cum prauis habitibus, affectibus, imperfectionibus. Cum haec ergo mala amouentur, purgari anima seu mens nostra dicitur; errores mentis per catechismum [a] auferuntur, ut cum quis haereticum uel infidelem a suis erroribus liberaret, de qua parte purgationis in his Exercitiis non agitur, quia pro catholicis sunt conscripta tantum, postquam quis iam credit; altera pars purgationis est ea, per quam auferuntur peccata et illi praui habitus et affectus mentis, et haec traditur et continetur in prima hebdomada istorum Exercitiorum, que tota tendit ad extirpanda haec peccata, inducens primum examen et confessionem generalem, cognitionem peccatorum et grauitatis eorum et penas peccatorum.

3. Jam deinde, ablatis erroribus ab intellectu et peccatis, superest primo ut intellectus illuminetur, **15** ut scilicet cognoscat Deum et que ad Deum attinent, diuina scilicet, nec non se ipsum et rerum humanarum uanitatem et uilitatem [b]; nam uoluntas non tendit in incognitum; Et haec est secunda pars dicta illuminationis, que incipit tradi in secunda hebdomada Exercitiorum, in qua incipit meditari uitam Christi-incarnationem, natiuitatem etc.; usque ad passionem; et datur praeterea cognitio uilitatis nostrae et rerum omnium huius uitae et huiu. mundi, et excitatur ut Xpum. ducem suum et eius uexillum sequatur, et ostenditur, non solum quis sit status et bona uia, sed que etiam perfecta, ut eam, si Dominus uocauerit, eligat. Et facta electione status et uitae huius, finitur hebdomada secunda.

4. Sequitur deinde ut, sic iam illuminato intellectu, facta hac electione, perficiatur uoluntas, et tantum in uirtutibus crescat, usque ad charitatem etiam perfectam, in qua est ultimum perfectionis. Atque ita perficitur aliquis, cum in humilitate crescit magis, ac magis fit humilis; crescit in patientia, in obedientia, in fortitudine et in omnibus uirtuti-

[a] *Sic Do.;* catchismum *Instruct.*—[b] utilitatem *mss.*, *ut paulo post* utilitatis; *at sententia requirere videtur* uilitatem, uilitatis.

[1] *De Hierarchia coelesti*, c. III (Migne, P. G., III, 165).

bus, et tandem in fide, spe et charitate huic perfectioni attendit. Quarta hebdomada postrema, que tota posita est in inflammando diuino amore, ita incipit a meditatione resurrectionis usque ad finem uitae et mysteriorum Christi, et datur deinde exercitium amoris Dei et regulae altiores discretionis spirituum, et modus orandi [1]. Puto autem ad hanc proficiendi partem spectare quoque precedentem hebdomadam tertiam, que tota est de passione Domini et amore, et omnes augentur uirtutes, et uiuum ibi omnium uirtutum et omnis perfectionis exemplar ponitur Xpus. Redemptor noster in cruce.

5. Tandem perfectus quis factus, egreditur ut alios perficiat, ut scilicet iuuet proximum, atque ita in fine exercitiorum quaedam etiam regulae ponuntur ad consentiendum cum ortodoxa Ecclesia et mente et uerbo, et presertim nostra etate, ad pugnandum e diametro aduersus nostri temporis hereses.

6. Sed tandem animaduertendum est, has tres partes non ita separari ab inuicem, quin aliqua etiam ex parte misceantur. Nam quo tempore purgantur a peccatis, quod fit in prima hebdomada, etiam aliquo pacto illuminantur, uidelicet in cognitione peccatorum et sui cognitione et iustitiae Dei; et aliquo etiam modo perficiuntur in augmento uirtutum, uel acquisitione earum uitiis suis praesertim contrariarum, et contritione peccatorum propter Deum ex Dei amore. Et similiter, cum illuminantur in Christi cognitione ac Dei, quo [a] incipitur secunda hebdomada, etiam peccatorum purgandorum habetur cura; semper enim quasi sinister oculus tenditur eo, ut que sint maneantve [b] peccata, auferantur; et ideo examen conscientiae semper relinquitur; similiter ad perfectionem contenditur in augmento uirtutum et amoris Dei. Et tandem, cum postremo perfectioni attenditur, scilicet amoris Dei et aliarum uirtutum, tum etiam maxime illuminantur in Dei ac diuinarum rerum cognitione; et aliqua semper manent peccata, affectus uel imperfectiones, que purgare et extirpare oporteat. Tamen uerum [c] hoc est, in prima parte precipuam curam et priman esse purgationis, extirpandorum scilicet peccatorum, et primo ac per se in prima hebdomada; deinde illuminationis potissimum, tertio perfectionis.

QUAE EXERCITIA QUIBUS PERSONIS DANDA; AC PRIMO SI SIT RUDIS ET ILLITERATUS, HAEC ET HOC ORDINE

Primo. Datur particulare examen; forte etiam fundamentum.
15v 2.° Generale examen ad generalem confessionem.

---

[a] quod *mss.*—[b] *Sic videntur corrigenda mss., quae habent* maneantur; *infra* manent peccata.—[c] *Sic videntur corrigenda mss., quae habent* uero.

---

[1] Neque regulae discretionis neque modi tres illi orandi sunt pars hebdomadis quartae.

3.° Modus quotidie examinandi conscientiam.

4.° Modus orandi mane per hore dimidium ex praeceptorum Dei et peccatorum mortalium consideratione.

5.° Primus orandi modus, qui est circa finem Exercitiorum; est enim ille proprius pro rudibus et illiteratis. Poterit postea adiungi meditatio passionis Christi sumendo eius praecipua [a] quedam mysteria, sudoris sanguinis, flagellationis, coronationis, ferentis [b] crucem, crucifixionis, depositionis in ulnis Virginis, et sepulture; uel meditatio quindecim misteriorum rosarii. Item hoc medio tempore possent dari, aut dici uerbo tenus, aliqua ex annotationibus, que ad illam spectant.

6. Octauo quoque die confiteatur, et communicet saltem quindecimo, et detur ei modus bene confitendi et comunicandi.

7. Exponenda cis erunt singula precepta Dei atque Ecclesiae, mortalia peccata, quinque sensus et opera misericordie, tres animae potentiae, idque tum singulatim exponenda, cum singula seorsim meditantur.

8. Tandem ipse, dimissus, hoc uitae genus sequetur, si manserit in seculo. Vt mane per mediam horam oret de iis dictis. 2.° Examen generale faciat, uel ante uel post prandium, et post cenam. 3.° Ut communicet et confiteatur singulis octo diebus. Poterit etiam praescribi [c], preter haec, aliqua oratio uocalis, aut corona [1].

SI SIT IMBECCILLUS SEU UALETUDINARIUS ET DE QUO PARUM FRUCTUS SPERAMUS, HOC ORDINE DABUNTUR

1. Aliqua ex dictis leuioribus exercitiis primae hebdomadae, quousque faciat confessionem peccatorum.

2. Postea nonnulla conscientiae examina.

3. Dare methodum confessionis et ut frequenter communicet.

4. Non est progrediendum cum illis ad electionem, presertim cum alii sint tunc exercendi, cum quibus maior fructus speratur. Si tamen hic imbeccillis uel ualetudinarius esset doctus, uel in oratione mentali quouis modo fuisset exercitatus, possemus ei dare omnia exercitia primae hebdomadae cum aliquibus meditationibus uitae Christi.

SI SIT INGENIOSUS UEL LITERATUS, TAMEN OCCUPATUS NEGOCIIS PUBLICIS UEL ALIIS CONUENIENTIBUS, UT JUDEX, PATER FAMILIAS

1. Impetrabimus ab eo saltem horam cum dimidia quotidie. Dabimus ex annotationibus aliquot ex iis, que attinent ad eum, qui facit exercitia, ut ea uideat et consideret.

---

[a] principia *mss.*—[b] ferenti *mss.*—[c] perscribi *mss.*

[1] Formula precandi, quam vulgo *rosario*, *chapelet*, *Rosenkranz*, *beads* vocant.

2. Fundamentum per horam duobus diebus aut tribus, et ut ad praxim [a] conetur deducere, ut omnia agat [b] propter illum finem ultimum, et ea que ad illum conducunt, non alia; et hoc propositum innouet in initio saltem praecipuarum actionum.

3. Examen particulare per mediam horam.

4. Examen generale cum modo confitendi et sumendi sanctissimum sacramentum; ut confiteatur generaliter.

16r 5. Mane postea per triduum spatio unius hore, dabit meditationem primam de triplici peccato, secundum tres animi potentias; prima die de primo peccato; 2.ª de secundo peccato; 3.ª de 3.°, ut in primo exercitio primae hebdomadae.

6. Per tres alios dies, eadem hora, secunda de poenis quae peccatis respondent, scilicet de inferno, cum altero exercitio de peccatorum grauitate et poena [1].

7. Item postea de morte, judicio similiter.

8. Dictandae illi erunt intra harum meditationum tempus decem additiones primae hebdomade ad exercitia melius agenda; sunt enim in eis optima consilia ad recte meditandum.

9. Obseruabitur eadem ratio circa misteria Domini nostri Jesu Xpi., quamuis fortasse postea, cum sit paulo exercitatior, posset una die meditari; altero meditationem repetere, cum exercitio quinque sensuum.

SI SIT INGENIOSUS UEL ETIAM LITERATUS ET NEGOCIIS LIBER ET FRUCTUM OPTAT EX EXERCITIIS, QUEM POTEST MAXIMUM

1. Tradenda sunt illi omnia exercitia eodem ordine, quo procedunt.

2. Et quidem scribi rerum capita, ne excidant e memoria, expedit.

3. De modo autem dandi singula exercitia tum istis tum aliis, mox dicetur.

SI SIT RELIGIOSUS ALTERIUS QUAM NOSTRAE RELIGIONIS

1. Si hic religiosus non est mentali orationi deditus, eadem eius est ratio, que alterius cuiusuis secularis ex iis, que diximus [2].

2. Si uero est mentali orationi deditus, tunc quidem primam

---

a proximum *mss.*—b agant *mss.*

---

1 S. Ignatius assignat secundo loco quem ille peccatorum processum vocat, seu de peccatorum gravitate; tertio loco meditationem de peccatorum poenis. Annot. 19, supra, pp, 244-246.

2 Cf. supra, p. 883, not. 2.

hebdomadam, in qua de purgatione peccatorum agitur, breuiter poterimus percurrere, et in modo meditandi totam Christi vitam diligentius inhaerere.

3. Datis etiam omnibus aliis exercitiis ordine, cum additionibus et regulis discretionis spirituum, et amoris Dei tandem exercitio, nec non altero [a] beatitudinis, quamuis hoc [b] non sit in libro Exercitiorum.

4. Item secundus orandi modus ei indicandus, ut cum postquam [c] in vita Christi et eius mysteriis fuerit diligentissime uersatus, si uoluerit, in eo se exerceat, accipiendo orationem dominicam, salutationem angelicam, psalmum aliquem, uel cantica, uel euangelium, uel quippiam aliud, quod ea ratione meditetur.

5. Item non dare electionem status, nam posset turbari, sed tamen docere ea omnia, que de electione dicuntur, ut ipse legat et sciat quo pacto fieri debet ab eis, qui non habent firmum et immutabilem uitae statum.

Posset dari electio inter duas uirtutes uel inter 2.[m] et tertium gradum humilitatis ex tribus qui in secunda hebdomada in quadam meditatione ponuntur [1], vel quid mallet: dissolui et esse cum Christo [2], an manere diutius et Christo seruire, vel quid aliud simile.

6. Finitis exercitiis communicari [d] poterit liber exercitiorum, ut ipse legat, et, se ipsum exercens, proficiat [3].

7. Item ultimo, cum in lectione libri Exercitiorum aliquantulum sit progressus, docere modum dandi aliis exercitia.

16v SI SIT RELIGIOSUS NOSTRAE SOCIETATIS JESU [4]

Aut sunt nouitii aut antiquiores; et hi quidem coadiutores temporales et qui parum ualeant ingenio, uel alii ingeniosiores et doctiores, et qui semel fecerunt saltem primam hebdomadam aut qui non fecerunt, etiam si diutius manserunt in Societate [5] et multum in oratione et deuotione profecerunt, de quibus singulis dicamus.

Si sint ergo nouitii, cum primum Societatem ingrediuntur, et ualeant ingenio ac literis, et uires eis suppetant, omnia, si fieri posset, exercitia

---

[a] altera *mss.*—[b] hic *mss.*—[c] cum. postquam *mss.*; *altera particula redundat.*—[d] communicare *mss.*

---

[1] Ibid. Praeter ea quae habet Aegidius (infra, V, f. 3), animadverte S. Ignatium hos humilitatis gradus adhibere, non ut quilibet, sed ut perfectissimus eligatur. Vide locum, supra, p p. 368-372.

[2] PHIL., I, 23.

[3] Cf. supra, not. 2, p. 883.

[4] Ibid.

[5] Haec indicant, quo tempore facta haec instructio est, sat multos fuisse in Societate, qui exercitia non fecissent.

eodem ordine [a]; sin autem primam saltem hebdomadam et initium secundae, exercendo eos in modo meditandi vitam Christi cum aliquibus presertim mysteriis uitae Xpi. precipuis.

Si sint coadiutores temporales qui ualeant ingenio, forte prima hebdomada et deinde primus orandi modus [b], explicando eis praecepta et peccata singulatim, quotidie 3. Deinde exercitium vexillorum, natiuitatis, pastorum, resurrectionis, assumptionis Beatae Virginis et coronationis eius uel quidem [c] mysteriorum rosarii, quae ferme sunt haec eadem.

Si uero sint rudiores coadiutores, ut de rudioribus dictum est.

Si nostri fecerunt semel omnia exercitia, tunc ipsi ex se legant librum ipsum Exercitiorum, et considerent et faciant ipsi, et inde sumant id quod [d] ipsis prodest et discant preterea dare exercitia.

Si nostri fecerunt tantum primam hebdomadam, presertim si sint deuoti, iis modus uidetur conueniens, quem diximus religiosorum esse, qui profecerant in spiritu, et orationi [e] mentali erant dediti: ita ut, prima hebdomada breuiter absoluatur, et secunda aut tertia die confiteatur generaliter ab ultima confessione generali ante facta. Deinde, absoluta prima hebdomada, in meditatione uitae Xpi., multum proficiat, et diligenter exerceatur; et caetera, quae dicta sunt de illis religiosis.

Si nostri non fecerunt exercitia, sed tamen in spiritu profecerunt, ut aliquis qui diutius sit in Societate [f], si presertim non sint firmo corpore; ut legant ipsi et considerent, ut inde proficiant [g] et ea meditentur, sed tamen utantur alicuius opera in iis experti, qui eos dirigat.

SI SUNT PUERI

Jamuero, si sunt pueri, hoc est a septimo anno usque ad duodecimum, plus minus, ut multi ex nostris scholasticis, qui singulis mensibus confiteantur [h], a suis confessoribus saltem semel aut bis in hebdomada possunt quaedam eis dari pro ratione capacitatis eorum, non quidem per modum meditationis, nescirent [i] enim meditari, sed per modum sententiae alicuius, ut eius recordentur frequenter, uel matutino tempore per aliquam partem temporis, puta decimam uel uigesimam [partem horae] [j] non enim possunt pueri firmam imaginationem conseruare diutius.

Possunt autem haec potissimum, ut uidetur, proponi, aut ex iis aliqua; istis etenim maxime solent delectari et commoueri ac proficere pue-

---

[a] *Supple* faciant.—[b] *Supple* dari potest.—[c] *Sic mss.; forte legendum* quindecim.—[d] *Sic Do.*, sumant que *Instruct.*—[e] oratione *mss.*—[f] manserant *addunt mss.*—[g] proficiantur *mss.*—[h] confiteatur *mss.; at reliqua omnia, praeter unum verbum, efferuntur numero plurali.*—[i] nesciret *mss.*—[j] *Sententia exigere videtur ut haec vel similia vv. suppleantur.*

ri. Tradetur eis et prescribetur oratio uocalis quotidie mane et uesperi aliqua, ut Pater, Aue, Salue, Credo; item praeces Beatae Virginis et orationis eius aliquot uel corona [1].

Examen generale quotidianum uesperi.

Fundamentum finis ultimi.

17r De morte, iudicio, inferno, paradiso; licet mortis consideratio et paradisi potius eos mouere solet et allicere, quam inferni.

De natiuitate, pastoribus ac regibus.

De passione Christi.

De Beatae Virginis assumptione et coronatione.

De beneficiis Dei.

Item vitae sanctorum, eas illis referendo, et ut ipsi legant; et exempla eis proponere, presertim eorum, qui a primis incunabulis sancti fuerunt; et virginum ac angelorum deuotio, ut suimet angeli, etc.

Tandem dare eis sententias uel dicta aliqua egregia sanctorum Patrum de aliquibus uirtutibus, ut de uirginitate, poenitentia, etc.; quae ipsi discant et scripta habeant ac memorentur; et dare eis imagines quas habeant in suo cubiculo coram oculis, uel ut ipsi emant, nam iis multum delectantur et afficiuntur.

SI SINT FOEMINAE

Cum foeminis ut cum pueris agendum, que frequenter presertim nostris confitentur, ut proxime dictum est, uel ut cum rudioribus diximus faciendum.

Quod si magno pollere uideantur ingenio et spiritu [a], posset seruari consimilis ratio eorum, qui ingeniosi sunt uel literati, sed tamen occupati [b] negociis, ut horam cum dimidia istis daret aut duas horas.

Fortasse si esset religiosa et liceret ei toto die meditari, et [c] magno polleret spiritu et ingenio, possent omnia exercitia serio ei ordine dari plene, quod tamen raro puto.

Cauendum ne in scriptis dentur ita, ut possit quis dicere nostros non exercitia sed epistolas dare.

MODUS DANDI SINGULA EXERCITIA

Ante meditationem [d] legere in ipso libro Exercitiorum ipsa exercitia et diligenter considerare, imo in initio cuiusuis hebdomadae totam hebdomadam legere in ipso libro Exercitiorum.

---

[a] spiritus *mss.*—[b] occupatus *mss.*—[c] ut *mss.*—[d] *In utroque exemplo verba* ante meditationem *ita cum praecedentibus conjuncta sunt et a sequentibus separata, quasi pars tituli essent; novus enim versus incipit a verbo* legere. *Id autem vitiosum esse patet.*

---

[1] Vide supra, p. 887, annot. 1.

Meditari deinde idem exercitium, quod dari debet; orare deinde, ut Dominus Jesus det gratiam, ut ex iis, que meditatus sum, ipse eligam quod alteri dicam, et quidem optime, et alteri maxime utilia.

Petere quomodo se gesserit in preterito exercitio, quid senserit etc., ac iuuare, dare consilium, opem etc., ut opus est; explicare uerbo alteri futuram meditationem seu exercitium faciendum, breuiter.

In scriptis id postea dare breuiter. Ac quidem, cum non sit omnium ad compendium breue et [a] commodum reducere exercitia, annotando precipua puncta illi tradenda, diserte et utiliter ad meditandum; optimum erit uti [b] illis, quibus Societas communiter uti solet, italico sermone conscriptis [c], que puto sic a Patre Polanco uel ab ipsomet Pre. Ignatio in eam breuitatem redacta [1].

Accipit alterum [d] scriptum datum, et legit ac considerat, et transcribat.

Item noctu, cum it cubitum, exercitium legit matutinum; et in lecto existens, per spatium salutationis angelicae memoria repetat quid et qua hora matutina debeat surgere et meditari; et experrefactus [e], **17v** statim eiusdem recordatur, et se parat ad orationem. In meditatione et post meditationem se primum preparet hoc modo.

Facit exercitium, scilicet meditatur per horam integram, genibus flexis, uel aliter, quo attentius et deuotius meditetur.

Examinat postea per quartum horae plus minus, qualiter successerit; et quidem, si male successit, notat causas, ut eas caueat; si bene, agat Deo gratias et eodem modo se gerat.

Ita notat simul que sensit, affectus, discursus, consolationes etc. ut ea breuiter ei referat, qui dat exercitia, et in scriptis etiam ea postea breuissime notare memoriae causa.

Refert tandem successum, ut ea que fecit ac sensit, breuiter danti exercitia; et ille dirigit, atque ita ad singula alia fit progressus.

Maximum [f] autem omnium est, ad recte aliis dandum exercitia, fecisse ea primum diligenter, et meditatum antea fuisse. 2.° Item, de nouo meditari cum daturus est. Item legisse ipsum librum Exercitiorum, et diligentissime omnia antea notasse et perpendisse, et tunc etiam cum exercitia dat; et tandem se experientia pollere, aliquoties videlicet dedisse aliis exercitia.

---

[a] se *mss.*—[b] ut *mss.*—[c] conscripta *mss.*—[d] *Sic utrumque apogr.: forte rectius* alter *(is est se exercens); incipit enim auctor docere quid debeat facere se exercens, cum adhuc loquutus sit de exercitiorum magistro, nullibi vero mentio scripti alicujus praecesserit.*—[e] *Sic mss.; dicendum* experrectus *vel* expergefactus.—[f] maximus *mss.*

---

[1] Haec italica non vidimus; latine a Polanco scripta habes supra, pp. 829-846 Sancti Ignatii summaria hujusmodi nulla novimus. Ejus generis aliqua scripsisse in schedulis videtur etiam Jacobus Miro. Cf. supra, p. 762.

Quaedam in communi obseruanda danti exercitia

Inuisitur bis in die qui facit exercitia, ad minimum uero semel.

Postquam intellexit successum, non reprehendat acriter aut damnet id, quod fecit, uel in meditatione accidit, quod ualde nocet, et animum ac spem ab illis auferre solet; sed suauiter doceat et instruat quomodo postea se gerat; sed neque nimium laudet, ne in superbiam efferatur; uerum moderate ostendat sibi placere et in spem erigat.

Locus, ubi fieri debent exercitia, esse debebit separatus et secretus, et expediret ut cum nullo prorsus loqueretur, nisi cum eo, qui dat exercitium; sed in cubiculo clausus maneret, saltem si quis serius uellet ea agere multumque proficere, ut solus cum Deo rem transigat.

Tempus, quo dantur exercitia, est dierum quidem spatio 30 plus minus, uel 20, aut 18; uel 8 tantum si prima tantum hebdomada, uel etiam aliquando 40 [1].

Singulis uero diebus, cum plene fiunt, quinque horae meditationis praescribuntur [a]; circa mediam noctem; 2, sub aurora; 3, circa tempus sacri; 4, sub uesperam; 5, ante cenam; ac preterea post singula exercitia successum considerare et examinare per 4.^{tum} horae, ut in libro Exercitiorum dicitur [2].

Item examen particulare post prandium et post coenam.

Aliis, qui non ita pollent uiribus, uel per tempus non licet, quatuor horis omisso mediae noctis tempore; uel tribus, semel mane sub auroram, uel circa sacrum, et bis a prandio; uel contra bis matutino tempore, et semel a prandio: aut certe duabus horis, altera matutina, altera uespertina; aut saltem ut minimum una hora matutino tempore, presertim sub auroram cum primo surrexit, et per mediam alteram examen generale uel particulare, ut supra diximus in hominibus negociis grauibus occupatis.

Corporis situs esse poterit genibus flexis uel prostratus uel stans uel sedens decenter uel obambulans uel in quauis alia positione, in qua sit maxime deuotus et attentus, seruata **18** decentia et reuerentia, ut in libro Exercitiorum dicitur [3]. At ut in plurimum genibus flexis expediati uel, si nequeat semper ita manere, saltem in initio per paruum aliquod tempus genua flectat; postea stans uel sedens; prostratus uero, nisi forte deuotio ad id impellat nec noceat uel, si alias habeat consuetudinem illam, per aliquod tempus, sed rarius, nam solet memoria et inge-

---

a pscribuntur *Do.*; perscribuntur *Instruct.*

---

1 Petrus Ortiz diebus quadraginta, Alfonsus Ramirez de Vergara diebus viginti operam exercitiis dederunt. Supra, p. 575, et p. 577.

2 Additione quinta in prima hebdomade, supra, p. 302.

3 Ibid, additione quarta. Quae sequuntur non habet S. Ignatius.

nium turbari; obambulare uero proprius conuenit cum successum exercitii facti examinat; animo tamen semper debebit esse prostratus et humilis ac reuerentia debita etc.; oculi sint uel clausi uel fixi et immobiles circa aliquem locum immutabilem.

Item repetitio exercitiorum fit hoc modo: ut post duo exercitia sequenti 3.° [a] hora meditationis repetat utrumque simul, in iis potissimum locis, in quibus consolationem aliquam deprehendit aut desolationem. Aliquando datur unum, deinde iubetur repeti, et deinde alterum similiter, imo aliquando bis repeti, si magnam in eo semper sensit consolationem uel alium Dei affectum [b] et hoc potissimum in prima hebdomada fieri consueuit.

Possent etiam aliquando transmutari exercitia, si necessitas uel utilitas facientis postularet, uel etiam aliqua omitti.

Differri etiam et elongari primae hebdomadae tempus poterit, ut et aliarum, ac contra adstringi, ut in 4.ª annotatione dicitur, quandoquidem alii citius, aliqui tardius reperiunt contritionem; deuotionem et meditandi modum quoque citius uel tardius alii aliis assequuntur [c].

Additiones dandae loco et tempore.

Regulae discretionis spirituum adhibendae et etiam dandae suo tempore, maxime uero iis est opus in prima et 2.ª hebdomada tempore potissimum electionis status.

Penitentiae sunt aliquot praescribendae [d], ut in additione primae hebdomade. Cita et vide [1]. Et cum non recte succedit meditando, sed aride et ieiune, expedit subinde mutare penitentiae genera per duos aut tres dies, ut ibidem dicitur; item uidere causas et auferre; item instruere in meditandi modo, indicando quedam, que consideret, ut causas, effectus seu utilitates eius mysterii, et uirtutes aliquas, quas ibi deprehendat, et alia aliqua inuentu faciliora; tandem hortari ut perseueret, etiam aridus et ieiunus; nam Deus tandem aderit, si perseuerat humiliter, et non desistit ab oratione et spiritualibus exercitiis.

Finitis tandem exercitiis, relinquatur in posterum cum hoc uitae genere in quo etiam exercitiorum tempore deberet quoque exerceri.

VITAE GENUS IN QUO QUIS POST EXERCITIA RELINQUITUR, POSSET UT IN PLURIMUM [HOC ESSE] [e].

Praesentiam Dei semper habere debeat uno ex iis modis: uel primo, Xpi. humanitatem sacratissimam coram oculis ac si Xpum. crucifixum uideret coram se semper, uel imaginem mysterii eius diei.

---

[a] *Sic mss.; legendum videtur* 3.ª—[b] *Sic Do.:* affectus *Instruct.*—[c] assequantur *mss.*—[d] perscribendae *mss.*—[e] *Haec vv. supplemus ad sensum perficiendum.*

---

[1] Locum habes supra, pp. 306-308.

quod meditatus est mane. In corde effigiem seu imaginem Xpi. crucifixi gestare, ibi illam intuendo, aut Beatam Virginem cum Xpo. in ulnis. Vel in celo ad dexteram Dei Patris, ubi sedet et unde nos aspicit. In coelis existentem et inde omnia gubernantem. Vel ubique existentem in omni loco et coram nobis, ut creator [a] omnium et omnia conseruans ac gubernans: Vel intra nos ipsos et essentia animae nostrae existentem dansque ei essentiam et uiuere ac esse etc. Uel sub aliquo alio conspectu, prout plus expediet [1].

18v Orationibus uti iaculatoriis interdiu frequentibus, saltem in initio omnium operum paulo maioris momenti, aut etiam in fine et in medio, ut puta gratias agendo, petendo gratiam et auxilium faciendi, referendo Deo que facit, laudando Deum, orando pro se et pro proximo etc., item quotidie renouando uota si sit religiosus, cum communicat uel audit sacrum.

Finis ultimi praxim omnibus operibus adhibere, ut scilicet omnia faciat propter Deum et eius gloriam, alia non; et sic se facturum proponat mane et deinde aliquoties in die, et actu semper ita faciat, uel quasi semper, uidendo intellectuali uisione, uel contemplando intellectuali consideratione, uel memoria recordando eius frequenter, uel adhuc perfectius proponat sibi se facturum quod melius possit semper omni loco et tempore ad maiorem gloriam Dei, secundum illud dictum Pauli: Siue manducetis, siue bibatis, siue aliquid aliud facitis, omnia in Dei gloriam facite [2]. Et ita agat semper, saltem ad id conetur pro uiribus.

Nota. Facienda sunt omnia propter Deum, tum maxime propter se ipsum, scilicet ex amore puro charitatis, tum ob beneficia recepta, scilicet ex gratitudine, atque ob haec duo potius quam ex timore inferni aut ob spem gloriae, quamuis istis quoque interdum nos iuuari oporteat [3].

Cum sciant meditandi modum, in eo optime se exercere, in meditatione videlicet uitae mysteriorum Xpi. per unam, duas aut plures horas quotidie, et preterea duplici examine, ante prandium et post coenam, imo etiam breuiori examine aliquoties uel post recreationem uel aliud negocium.

Item deuotio particularis aliquibus sanctis, virginibus, angelis et custodi, ac Societatis angelo [b] et collegii, et sui nominis sancto; et ante omnia Beatae Virginis deuotio.

Cura sit precipua ut in uirtutibus crescat, presertim in istis, in quibus uitae spiritualis fundamenta consistunt, et Deo magis placent;

---

[a] *Sic mss.; etiam infra* conseruans, gubernans, essentia, dans.—[b] angeli *mss.*

---

[1] Cf. supra, not. 2, p. 883.

[2] Cf. I Cor., X, 31.

[3] *Summarium constitutionum Societatis Jesu*, reg. 17.

ut in humilitate, obedientia, patientia, paupertate, puritate et castitate corporis et mentis, reuerentia et amore superiorum, maxime uero in Dei amore et Xpi. et Beatae Virginis. Iuuaret etiam in una prius, magis desiderata, plus incumbere et maiori cum diligentia; deinde in altera atque alia.

Item legat aliquando libros deuotionis, ex quibus utilitatem capiat, et potissimum Gersonem de Imitatione Christi, et Aloysium Granatam [1], De oratione, et alios; atque etiam Nouum et Uetus Testamentum, si sit paulo doctior, non ob curiositatem, sed ut inde proficiat et meditetur.

Item corporis externa compositio ex regulis modestiae.

Cum talis sit factus paulo perfectior, poterit postea (ut Deus mouerit pro ratione talenti et status) egredi ad iuuandum proximum in aliquo misericordiae spiritualis uel corporalis opere ad hospitalia, carceres etc., ad concionandum, docendum doctrinam christianam, et ad danda haec ipsa aliis spiritualia exercitia etc., audiendas confessiones etc.

Meditandi et orandi modus quis qualisue esse debeat, in genere exposuimus in ultima exhortatione Patauii habita: inde sumatur. Patri Carolo [2] reliqui in quadam cartula per modum tabellae.

Annotanda quedam circa nonnulla particulatim exercitia p.ae et 2.e et 4.e hebdomade, per tempus mihi non licuit ea notare et scribere.

IV

ANONYMUM B2 [3]

Societatis Exercitia spiritualia accipi et tradi utiliter solent modo sequenti, atque ad eundem finem uniuersa officia et ministeria nostrae religionis ordinari debent, predicatio, sacramentorum administratio, doctrina.

Primo. Fundamentum hominis finem ob oculos ponit nempe Deum cognoscere et cognitum reuereri, amare, colere quod cunctis hominibus commune est, bonis et malis, fidelibus et infidelibus etc. Huc spectat materia creationis, conseruationis, redemptionis etc., ut fine cognito, quisque uitam suam, operationes et omnes creaturas ad illum

[1] P. Ludovicum Granatensem (de Granada), O. P., significat (1504-1588), cujus opera Claudius Aquaviva, Societatis Jesu summus moderator, sociis etiam commendata voluit. (*Institutum Societatis Jesu*, Florentiae, 1893, III, 265). Pulcherrimum opus *Libro de la oración y meditación* saepissime editum et in plurimas linguas conversum est.

[2] Fortasse is erat P. Carolus Pharao, theologiae magister in collegio patavino, anno 1569 (*Po. Complementa*, II, 698), rector collegii catacensis (Catanzaro), anno 1576 (*Bobadillae Monum.*, 532).

[3] Ex apogr. in cod. *Instruct. II*, f. 12. aliud servatur exemplum in cod. *Domenici*, ff. 202-203, a priore illo dependens.

consequendum applicet; quod omnis generis, facultatis et conditionis hominibus conuenit, et unusquisque iuxta suum statum edoceri debet, ita ut media licita et conuenientia ad id adhibeant.

Occurrunt itaque primo impedimenta remouenda per penitentiam, ut solutis debitis nostris, et liberati a uinculis, liberius finem assequi ualeamus. Idcirco immediate examen ad cognitionem peccatorum cogitatione, uerbo et opere commissorum accipitur, et meditatio de peccatis succedit, ut ex cognitione et detestatione eorum penitentia uera deleantur. Deinde uitae Christi Domini exemplo dirigimur, atque instituendae uitae modum docemur; atque ibidem, certum uitae statum iis qui nullum habent atque decernere cupiunt, per electionis puncta eligendi modus praescribitur. Qui uero in certo quodam statu consistunt, dummodo bonus atque utilis existat, in eodem confirmandi ac perficiendi se ipsos [a]; demum orandi modi proponuntur, ut habeant aliquam formulam et instructionem orationis exercendae.

Similiter qui audiunt confessiones, concionantur, docent litteras, diligenter curare oportet, ut animas per hanc uiam ad finem suum dirigant, hunc Societatis scopum sibi praefixum in cunctis habeant, ad salutem, ad Creatorem, ad beatitudinem alios iuuent, sicut de exercitiis spiritualibus dictum est; ut hac ratione in omni re et actione **12v** nostra maior Domini nostri cognitio habeatur, et nomen illius magis illustretur. Quamuis autem uideantur exercitia quodammodo arida et insulsa; saepius tamen, quinimo semper, si debito modo suscipiantur, fructus apparet uberrimus, ita ut interdum ex solius fundamenti consideratione anima tota emendetur [b], reformetur dum se colligit, atque in sui finis speculatione haeret.

Modus dandi exercitia seruari debet simpliciter et eodem ordine quo a Patre Ignatio prescribitur in documentis, idque seruasse P. Ignatium, P. Lainez, Fabrum, Paschasium [1] etc. [constat] [c].

Repetitionem exercitiorum, licet uideatur superuacanea, ad multa ualere: primo, ad patientiam et obedientiam exercendam; 2.°, ad fructum meditationis intentum consequendum; saepe enim fit ut curiositate et nouitate rerum et materiarum aliqui pascantur; quare prouisum est his repetitionibus, ne excursiones fierent; sed tractata frequentius et diligentius examinata retineantur melius.

Doceri in omnibus exercitiis omnium hebdomadarum uarietatem materiarum uniuersarum, quae meditari possunt, ac proinde nostris et aliis omnibus religiosis utilem esse discursum per omnia.

---

[a] *Sic in utroque apogr.; supple* modus praescribitur.—[b] emendatur *mss.*—[c] *Res ipsa postulat, ut hoc aut simile v. suppleatur. Similia supplenda sunt in sequentibus. Scripti hujus auctor aliquas ejus partes adumbrasse potius quam absolvisse videtur.*

---

[1] Paschasius Broët, gallus († Parisiis, 1562), Jacobus Laynez, hispanus († 1565, Romae) et B. Petrus Faber, sabaudus († 1546, Romae) e primis S. Ignatii sociis fuerunt.

Instrui debent omnino exercitantes, quomodo potentias in meditatione applicent ad usum, intellectum, memoriam, uoluntatem; aliter enim nescient quid agant, in reliquis uero, quod ad historiam spectat, quam breuissime proponi debet.

Exercitia nostra spiritualia in materia electionis complecti omnia, que in doctoribus et sanctis uniuersis ea de re inueniri possent; imo pleraque noua et inaudita ibi proponi [1]; presertim ubi de triplici tempore ad electionem faciendam, tertium illud tempus ex discursu in animi tranquillitate, admirabile esse ac plenum uera sapientia.

Exercitia spiritualia Societatis mirum in modum ad id conducunt; cum enim eorum intentio precipua sit hominem ad finem suum, beatitudinem, se dirigere; primo finem ostendunt; 2.° per penitentiam de peccatis animam expurgant; denique per amorem, ad quem ex consideratione operum Dei, incarnationis, conuersationis Christi inter nos, redemptionis etc. excitamur, eo peruenire docemur.

Non solet autem meditatio regis dari externis, nisi electionem certi status uitae facturis [2].

V

DIRECTORIUM P. AEGIDII GONZÁLEZ DÁVILA [3]

Quae videntur annotanda circa Directoria exercitiorum hoc ordine proponentur [a].

Principio dicam quid in vniuersum de his Directoriis censeam. 2.° loco, quid in singulis annotatione dignum visum sit, quid in hoc aut in illo notandum corrigendumue. Postremo breuiter indicabo quo ordine Directorium exercitiorum conscribi placeret, ut plenam et absolutam haberemus hanc tractationem, et quid in his Directoriis seligendum, quid ab uno aut ab altero authore copiosius traditum sit.

---

[a] *Praecedit titulus* Annotationes pro Directorio ex probincia Betica missae a R.P. Egidio González; *est ex alia manu, eadem forte, quae titulo Directorii Polanciani adjunxit* P. Polanci.

Vide *Di. Aeg.*, f. 2v ad finem; haec in *Di.* admissa non sunt.

[2] Cf. tamen *Di.*, c. XIX, n. 3.

[3] Ex apogr. quod est Romae, in bibl. Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico, 1594, n.° 6», ad marg. «3723». Continet plus quam triginta emendata manu Aegidii González et notationem in fine: «De los Ex.os para n. p.e» id est: «De los exercicios para nuestro padre [general]» quae omnia, etiam cum una tantum littera emendatur, ponimus in textu typis italicis. Codex bene consutus, mensurae 220 × 160 mm., foliis 22 constans, conscriptus a duobus amanuensibus, quorum alter partem latinam, alter hispanam scripsit. In involucro manu recentiore haec notata sunt: «Questo è un manoscritto prezioso assai. E opera del P. Egidio Gonzales, che a contribuito assai alla formazione del Direttorio che abbiamo». Cf. *Praefationem*, art. II, p. 763.

Directorium A, a Patre Polanco compositum [1], reliquis praeponerem propter orationis perspicuitatem, doctrinae methodum, et quod copiosius et multo uberius ea tradat, quae ad hanc institutionem necessaria sunt. Manca caetera sunt et mutila, si cum hoc uno conferantur. At uero summarium exercitiorum [2], quod in fine hujus Directorii positum est, omnino retinerem ad nostrorum usum, qui exercitia tradituri sunt; nam quod in 2.ª annotatione libri Exercitiorum scriptum quidem est, sed hactenus non obseruatum, author in hoc compendio praestitit, ut habeat ad manum instructor, quod scripto relinquat ei, qui exercetur [3]. Apud nostros enim exercitia scripta eo modo hactenus relinquuntur, quo a Patre nostro edita in libro Exercitiorum circumferuntur.

Directorium B [4], 2.° loco positum, incerti authoris, multa quidem continet notatu digna et in vsum operariorum nostrorum ualde vtilia; opus tamen non videtur absolutum; quae enim spectant ad orandi et meditandi modos, et ad exercitia 1.ae, 2.ae et 3.ae hebdomadae, ab authore praetermissa sunt, ut ipse testatur numero 488 et 489; quae vero sequuntur usque ad numerum 493 nullam prorsus habent connexionem cum praecedentibus. Rursus, a numero 493 usque ad numerum 504 [a], ex priori Directorio in hunc locum, nullo seruato ordine, transposita sunt; et numero 495 incipit caput 7.m, cum nulla fuerit antea capitum distinctio [5]; et numero 505, tota illa tractatio **1v** de electione, ex abrupto, vix integra periodo absoluta, desinit. Conferendus est locus ille cum priori Directorio, numero 83. Quare crediderim haec ab aliquo assuta, ab authore vero hujus Directorii omnino praetermissa.

Numero 506. Aliud Directorium [6] et ab alio authore compositum videtur, et quidem non ante multos annos. Numero enim 518 citatur P. Euerardus generalis, quae vero hic in summam contracta breuissime annotantur, in aliis multo plenius tradita sunt.

Numero 539. Aliud Directorium est, ut titulus ipse indicat; pauca

---

a *In apogr. perperam positi sunt nn. 494 et 495; cf. infra, f. 3v. p. 903.*

---

1 Supra. pp. 795-829.

2 Cf. *Di. Po.* 795, not. 1, et p. 804, not. 1.

3 In secunda quidem annotatione ex viginti primis agitur de brevi declaratione; scripta vero rerum capita tradenda ei qui se exercet, additur annotationi vigesimae in Vulgata versione exercitiorum; neque enim in Aut. dicitur; sed ex hoc Aegidii loco et aliis bene multis, constat illud factitatum esse. Cf. *Di. Po.*, in fine, supra, p. 829.

4 Existimamus, illud, ex parte saltem, esse *Anon. B1*, quod supra dedimus; V. *Praefationem*, supra, pp. 763-765.

5 Hujus rei vestigium reperimus in cod. *Tolet. Ignat.* (vide *Notitiam codicum*, supra. pag. 206), ubi inter alia multa varii generis scripta ad f. 48 habet «Directorio acerca de las elecciones» et in f. 49 ait: «Cap. 7.um» cum antea nulla capitum mentio facta sit. Item reperiuntur haec, nullo nexu cum praecedentibus vel sequentibus juncta, in codd. *Instruct. II*, ff. 10v-12r, et *Domenici*, ff. 196r-201v.

6 Neque hoc neque sequens videre adhuc potuimus.

quaedam habet quae excipi possunt, et ad hanc institutionem conferent; caetera in aliis copiosius traduntur.

Numero 570. Dictata a Patre nostro sanctae memoriae, quae P. Victoria [1] excepisse et uberiori orationis stilo digesisse videtur, in meliorem ordinem disposita, suis locis reponerem, ubi de trahendis alliciendisque ad exercitia hominibus, et illorum dispositione qui exercentur, agendum est [2].

Numero 579. Epistolam illam Patris nostri [3] retinerem, aut integram, quod magis probarem, aut in summam redactam; ut testatum nostris sit quanti sint facienda exercitia.

Quae certo constat Patris nostri Ignatii esse [4], a numero 581 usque ad numerum 604, ea sub ejus nomine in Directorio, et quantum fieri possit, seruata eadem orationis grauitate, suis quaeque locis reponenda sunt; haec enim **2** apud nostros, ut par est, multum ponderis et aestimationis perpetuo sunt habitura.

Numero 605 usque ad numerum 625 non quidem sunt P. Ignatii, ut manifeste colligitur ex numero 623. Sunt tamen a P. Victoria excepta, Patre eodem dictante, et praesenti institutioni admodum utilia futura sunt [5].

Directorium C a P. Mirone ante nonnullos annos editum est, de quo ego semper judicaui, quod non contineret plenam institutionem, quae Directorio satis futura sit in usum nostrorum, quanquam a multis receptum, et usu pene quotidiano nostrorum probatum sit [6].

Directorium D, postremo loco positum, ex prioribus consarcinatum [a] est; breuem tamen et perutilem satisque digestam continet institutionem [7].

Haec sunt, quae de his Directoriis generatim dixisse satis sit: nunc sigillatim examinanda sunt, ut 2.° loco proposui.

ANNOTATIONES IN DIRECTORIUM A

Pauca hic censura et annotatione digna uisa sunt:

Numero 54. Illud est obseruandum, tardiores et negligentiores incitandos esse ad poenitentiam aliquam externam, quae non solum ad sumendam vindictam de peccatis et ad satisfactionem necessaria est,

[a] confarcinatum *ms.*

[1] Supra, *Di. ignatiana*, III, p. 785.

[2] Ita factum invenies in *Di.*, c. I, n. 7.

[3] Ad Emmanuelem Miona sine dubio, quam vide in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 111.

[4] Haec illa sunt, quae *Directoria Ignatiana* vocavimus, praesertim quae ab eo scripta multorum testimonio confirmatur.

[5] Supra, *Di. ignatiana*, III; cf. *Praefationem*, art. I, pp. 750-752.

[6] Cf. *Praefationem*, art. II, § 3, p. 578.

[7] Ibid, §§ 4 et 5, p. 763 et 765.

sed ad parandam contritionem et consequendum dolorem de anteactae vitae offensis mirum in modum animum hominis disponit.

Numero 66. Quae dicuntur de applicatione sensuum ex Bonauentura, abstractiora sunt a communi hominum sensu, et curiosa magis quam quae oporteret communiter tradi harum rerum rudibus et inexpertis; ejusmodi sunt fere qui ad exercicia facienda accedunt: pro his tamen, qui exercitatos habent sensus, satis fuerit indicare locum apud Bonauenturam. Quod uero multi prorsus vsum hunc **2v** applicandi sensus in meditatione ignorent, aut infructuosius praestent, opere praecium erit, si haec dilucide magis, et accommodatius ad uulgarem hominum praxim declarentur.

Numero 76. Uitam mediam et communem uocat viam praeceptorum. Sensum probo, locutionem non admodum, cum in obseruatione praeceptorum sita sit omnis christianae vitae perfectio.

Ibidem. Si Deo magis illa placerent, etc. agit autem de sequendis consiliis Christi, quae absque ullo dubio placent magis, quia meliora et perfectiora; qui enim non nubit, teste Paulo, melius facit [1]. Sed multi impedimenta habent, quibus ad ea sequenda, quamuis alioqui animo parato, retardentur.

Numero 78. Non dicerem in aequilibrio, sed ut ad consilia potius anima [a] perpenderet, quod ipsum docuit Pater noster Ignatius.

Numero 82. Quod simpliciter est melius, non vnicuique melius est, sed contrarium docet S. Thomas 2.ª 2.ae, q. vltima, articulo vltimo. Quare haec juxta illius doctrinam corrigenda [2] uiderentur.

Num.° 91. Persentiscere [3] etc. Vocabulum hoc multi in judicium uocant. Et quidem si juxta sanam doctrinam explicetur, nihil periculi est; sed quoniam eo modo dicendi, qui in Hispania aut illuminati, aut derelicti uocati sunt, abutuntur, explicarem potius P. N. Ignatii mentem, quam ea uoce sine distinctione uterer.

---

[b] Animae *ms.*

---

[1] I Cor., VII, 38.

[2] In autographo Polanci nihil est, nunc certe, corrigendum. Locus Sti. Thomae qu. CLXXXIX, art. X de illo agit, qui jam a Deo ad religiosum statum vocatus est.

[3] In Vulgata versione Exercitiorum est «Modus posterior bene eligendi», cujus prima regula ita se habet: «Cum oporteat per affectum ex Dei amore caelitus infusum, fieri electionem, eligentem convenit persentiscere in seipso, quod quidquid affectionis (sive multum sive modicum sit) erga rem electam tenet, ex solius Dei amore proficiscatur». (Supra, p. 386.) Hunc locum vehementer exagitat Thomas de Pedroche, O. P., in sua censura seu impugnatione Exercitiorum (quam vide in *Polanci Chron.*, III, 515-518); explicat et defendit Nadal (*Epist. P. Nadal*, IV, 855-859); Pedroche et Nadal legunt «praesentiscere».

ANNOTATIONES IN DIRECTORIUM B

Numero 365. Quae dicuntur in commendatione exercitiorum, quod, in tractatu de electione, inaudita quaedam et stupenda doceantur [1]; **3** et num. 371 et 372, quod Xus. dederit illo ordine P. N. Ignatio exercicia; et quod ea ualde similia sint diuinis scripturis [2], etc.; tollerem omnino, ne aliqui cogantur in nostris desiderare modestiam in earum rerum commendatione.

Numero 381, 386. Placent quidem illa, quae de diuisione exercitiorum secundum triplicem uiam, purgatiuam, illuminatiuam et vnitiuam traduntur [3], quae consentanea maxime sunt iis, quae P. N. Ignatius in annotationibus docuit; distinctius tamen et copiosius haec explicanda sunt, ut nostri, instructi magis, accedere possint ad exercitia tradenda.

Numero 419. Corrigerem quae hic dicuntur de instituendis religiosis [4]; nam, etsi ii aliquando orationi mentali dediti non sint, alia tamen ratione et peculiari modo, quam saeculares, instituendi et tractandi sunt.

Numero 424. Non probarem modum eligendi, qui in negotiorum tractatione et deliberatione valde commendandus est, at inter duas virtutes, aut inter duos gradus humilitatis, tantum consultationis adhiberi non consulerem [5].

Numero 426. Rarissime liber Exercitiorum communicari debet, et iis tantum qui iam exercitia omnia spiritualia exactissime fecerint, et eo libro ad maiorem profectum uti posse viderentur [6].

A numero 428 usque ad 433 omittenda censerem, quae de instituendis nostris in exercitiis spiritualibus traduntur; ea potius ad constitutiones et regulas magistri nouitiorum remitterem [7].

3v Numero 479. Vt commendatum maxime oportet, vitam in conspectu Domini semper instituere, ita non facile probarem quae hic docemur de praesentia Dei corporali quadam imagine; ea enim meditandi ratio vehementer laedit caput, et eo nomine ab hujus vitae spiritualis magistris reprehenditur; et praeterea illusioni et daemonum praestigiis facilem aditum parat [8].

---

[1] Supra, *Anon. B2.*

[2] Supra, *Anonymum B1*, p. 883, n. 3.

[3] Ibid, p. 885.

[4] Ibid., p. 888.

[5] Recte Aeg., quod ad rem pertinet. Nam illud ***probarem*** manet anacoluthon. Videtur Aegidius voluisse scribere: «Non probarem modum eligendi inter duas virtutes», sed interposito novo membro «qui in negotiorum tractatione»... novam huic constructionem apposuit. Cf. *Anonymum B1*, supra, p. 889.

[6] Ibid. Quod ad rem pertinet, idem sentiebat Ignatius auctor. Cf. *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, VIII, 356; IX, 701-702. Item *Lainii Monum.*, IV, 332.

[7] Supra, *Anonymum B1*, p. 889.

[8] Ibid., p. 894.

A numero 493 usque ad 504. Ex P. Polanco, uti supra annotauimus, mutuata sunt, et in hunc locum transposita sine ullo delectu et ordine.

Numero 578. Magna cum circunspectione et rarissime istae visitationes, etiam nostrorum, permittendae sunt [1].

Numero 612. Frequentius eos inuisendos qui exercentur, et caetera omnia Directoria praescribunt, et antiqua iam olim Patrum consuetudine et usu pene quotidiano nostrorum confirmatur [2].

Numero 616. Quod in illis verbis, qui potest capere capiat, aliquando praeceptum contineatur absolute necessarium, et falsum existimo et indigere censura; et quae hic traduntur de electione, multo melius in aliis directoriis tractata sunt [3].

ANNOTATIONES IN DIRECTORIUM C [4]

Numero 635. Non probo, omnia quae in constitutionibus dicuntur de exercitiis spiritualibus, in unum locum coaceruare; sed ea suis locis, seruato rerum ordine, disponenda sunt.

Numero 673. Consulerem uti aliquando repetitione alicujus ex meditationibus iam factis eo tempore, quo parandae confessioni generali uacat, eum, qui exercetur, potissimum si diutius in ea re 4 immorandum sit, ne arida sit et jeiuna examinatio vitae anteactae et peccatorum discussio.

Numero 675. Si meditatione de filio prodigo vtendum est aliquando, multo opportunius, et tempore ipso accommodate magis, ante peractam confessionem peccatorum ca utemur.

ANNOTATIONES IN DIRECTORIUM D [5]

Si quis videtur ad religionis statum capessendum ineptus admodum propter naturae infirmitatem, et alia impedimenta, quae tam facile superari non posse videantur, ad eum statum non esset ullo modo incitandus. Experimur enim conceptum illum feruorem postea refrigescere, et naturae illa impedimenta ac difficultates multum negotii iis hominibus facessere; ac proinde, successu temporis aut religionis desertores sunt, aut in ea cum suo et aliorum detrimento perscuerant. Quanquam

---

[1] Cf. *Di ignatiana*, III, supra, p. 788.

[2] Ibid., p. 790, n. 6.

[3] Ibid., p. 792. Caeterum severior justo videtur Aegidii censura, nisi forte non erat in ejus cod. conditio illa in nostro adjecta: «en caso que juzgassen que en el siglo no podían guardar la ley de Dios»; consilia sane evangelica illi evadunt praecepta, qui ea sibi esse unicam viam existimat assequendae salutis aeternae, quod passim docent catholici morum doctores, etiamsi raro id accidat.

[4] Cf. *Praefationem*, supra, p. 760.

[5] V. *Praefationem*, p. 673.

enim facile sit in oculis Domini subito honestare pauperem [1], haec tamen, quae diximus, frequentius contingere videmus; nisi uocatio Dei ea esset, ut sperare possimus omnes difficultates uberiori quodam auxilio gratiae superandas.

In iis Directoriis oporteret explicare loca, quae in libro Exercitiorum Patris nostri paulo obscuriora sunt, et quae nonnulli non admodum aequi censores, in judicium uocare uoluerunt, ut eorum nostri reddere rationem possint, si quando opus sit. Satis quidem est testimonium sedis apostolicae, ut exercitia omnia et quoad singulas partes quam commendatissima sint vnicuique fideli; sed omnibus debitores sumus, sapientibus et insipientibus [2].

Nunc aggredi oportet id quod postremo loco propositum est, nempe quo ordine, quibus de rebus, Directorium conscribendum sit, ut plenam et suis numeris absolutam habeant nostri huiusmodi tractationem.

In prooemio igitur agendum erit, cur necesse fuerit Directorium **4v** exercitiorum conscribere in usum nostrorum, atque eae potissimum sunt rationes.

Prima congregatio, inter alia quae iudicauit necessaria ad iuuandos nostros operarios, proposuit ut conficeretur Directorium exercitiorum tradendorum, titulo 6, decreto 28; et hoc officii generali Praeposito commissum est [3].

In usum Directorii extant nonulla praecepta a P. N. Ignatio tradita, partim manu ipsius conscripta, partim illo dictante excepta [4], quae, quamuis non potuerit absoluere, quid tamen de necessitate hujus directorii iudicauerit testatum reliquit.

Vsus exercitiorum tradendorum alicubi rarissimus est; sicubi uero retentus, minori cum fructu traduntur: et hoc armorum spiritualium genus, quod initio Societatis tantopere profuit, minus efficax, minus fructuosum est, quod desit nostris dexteritas in eo tractando. 4. p. Const. c. 8, § 5.

Quotusquisque ex nostris rationem horum Exercitiorum reddere potest? Plerique neque regulas, neque annotationes Exercitiorum, vel a primo limine salutarunt; orandi meditandique modi, non ex regulis Exercitiorum, sed aliunde irrepsere, et parum tuti, et peculiari uocationi Societatis minus accommodati.

Operarii praeterea nostri, in proximorum salute juuanda, qui vnicus scopus Societatis nostrae praefixus est, minori cum fructu uersantur, nulla alia ratione, quam quod, hac spirituali institutione **5** destituti, ad haec ministeria tractanda, quasi illotis manibus accedunt; quare operae precium existimarem, si hoc Directorium, non solum in usum nostro-

[1] Eccli., XI, 23.
[2] Ita de se S. Paulus, Rom., I, 14.
[3] Vide supra, p. 752.
[4] *Di. Ignatiana*, supra, pp. 778-794.

rum, qui exercitia tradituri sunt, sed ad juuandos praeterea omnes operarios nostros in quocunque ministerio Societatis versentur, siue concionentur, siue confessiones audiant, siue rudes et ignaros doceant, editum credatur. Vide numero 2, 359-360.

POST PROËMIUM SEQUUNTUR QUAEDAM VTI PROLEGOMENA AD RELIQUA

1.° Quid sint exercitia spiritualia, et quare hoc nomine uocentur, ut in 1.ª annotatione libri Exercitiorum habes, et in Directoriis, numero 378.°, 379.°, 507.°, 540.° Ergo nomine exercitiorum spiritualium actiones mentis nostrae spirituales intelliguntur, ad tollendas affectiones inordinatas et quaerendam et amplectendam voluntatem Dei institutae, non quidem illae momentaneae, sed frequentes, ut merito exercitii nomine dignae sint. Vnde in historiis ecclesiasticis, et decretis conciliorum; qui vitam spiritualem a vulgari hominum uita separatam instituebant, exercitatores, aut agentes vitam exercitatricem, uocatos accepimus [1]; et in Scripturis, in hoc sensu, frequens est hujus uocis significatio, ut in psalmo: exercebar et scopebam spiritum meum [2], etc.

2.° Quanta sit horum exercitiorum utilitas, et quanti aestimanda, in primis ex testimoniis sedis apostolicae, in approbatione Pauli III, quae praemittitur Exercitiorum libro. Rursus quanti ea aestimauerit P. Ignatius, ex epistola ejus ad Patrem Miona [3], et quantum ipse P. Ignatius, in initio conuersionis his exercitiis adjutus, profecerit: esse praeterea vnum ex mediis Societatis ad salutem animarum, Const. p. 4, c. 8, § 5, et p. 7, c. 4, § 8. Imo vero ex hoc uno ad reliqua peculiarem vim efficiendi, et quasi vitam et spiritum peruenire, testimonio 5v esse possunt primi Patres Societatis, et alii fere omnes ex nostris, qui, per haec spiritualia exercitia et spiritum Domini et beneficium vocationis acceperunt. Testes etiam sunt omnium ordinum et statuum homines, ecclesiastici, viri religiosi et saeculares, qui, his exercitiis adiuti, ad insignem reformationem et uitae mutationem peruenerunt. Vide numero 2 [4] et 360, 370 usque ad 376; et 544 usque ad 546 et 656.

3.° Quae uero sit ratio peculiaris, quod in spiritualibus exercitiis tantum profectum homines experiantur, vide numero 4 usque ad 8 [5]; quod in iis exercitiis optime anima disponitur cum diuino auxilio ad

---

[1] Apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM, *Paedagogi*, l. I, c. VII (Migne, P. G., VIII, 320), primo, ut videtur, occurrit verbum ὁ ἀσκητής. TERTULLIANUS: «Est aliquis inter exercitatos conversatus», *De Praescriptionibus*, c. XIV (Migne, P. L. II, 32). EUSEBIUS CAESARIENSIS, *Historia Ecclesiastica*, l. II, c. XVII laudat christianorum primi saeculi «exercitationes» sive ἀσκήσεις (Migne, P. G., XX, 181 et 183).

[2] Ps. LXXVI, 7.

[3] Hanc epistolam, Venetiis 16 Novembris 1536 datam, vide in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 111-113.

[4] Cf. *Di. Po.*, in Prooemio, supra, pp. 795-797.

[5] Ibid., c. I, supra, pp. 797-799.

magna dona Dei accipienda; quod a peccatis et uitiis purgetur per confessionem totius anteactae vitae; quod ad Christi mediatoris beneficia cognoscenda illuminetur, exciteturque ad uitae illius exemplar imitandum, et ad instituendam eam vitae rationem, quae Deo magis placitura credatur; quod praeterea mediis valde conuenientibus et a Deo ad hunc finem consequendum institutis haec omnia obtinere studeat, oratione scilicet et meditatione, usu debito sacramentorum, castigatione corporis, et aliis pietatis operibus. Demum, quod strenue diuinae prouidentiae cooperetur, relictis prorsus iis, quae ab ea re animum auocare possent, soli animae suae saluti uacando. Adde his humilitatem et resignationem ejus, qui exercetur, instructoris etiam industriam et prouidentiam. Uide in annotatione 20 libri Exercitiorum tres rationes hujus utilitatis. Vide in Directoriis numero **6** 360, 373, 365, 366, 548 vsque ad 552.

4.° Quomodo ad haec exercitia inuitandi alliciendique homines sint, ex iis quae excepit P. Victoria, dictante P. N. Ignatio numero 570 usque ad 573 [1]. Cauendum in uniuersum ne inuiti accedant, sed ultronei, et quidem eo animo, ut et Deo magis placere, et animae saluti melius uacare possint. Paulatim uero ad hanc animi dispositionem pertrahendi sunt, partim colloquiis familiaribus, partim in confessionis sacramento; atque hic efficacius, et cum spe foelicioris euentus, operam suam locare quisque poterit.

5.° Quo animo quis ad exercicia facienda accedere debeat, ex 5.ª annotatione libri Exercitiorum, magno scilicet, generoso et liberali, ut se suaque omnia Creatori Domino nostro offerat et committat; ut sit liber et expeditus ab omnibus aliis negotiis, huic vni totus incumbens, ut eleemosinis et aliis pietatis operibus et orationibus, confessione et communione, si in vsu habeat, ad hoc se praeparare studeat, et placare faciem Domini [2], ut in re tanti momenti propitium habeat diuinum numen; ut magni faciat exercitia et eis uelit iuuari; ut obediat instructori et magistro suo, nihil eorum praetermittens, quae ei praescribuntur, ut cor habeat apertum, nihil omnino celans; sic enim securius et certius poterit dirigi. Demum, ut firma sit et constanti capitis ualetudine.

6.° De diuersis hominum generibus, quibus haec exercicia **6v** tradi possunt, quod caput magnam habet connexionem cum praecedenti; nec enim passim nec omnibus tradenda sunt. Const., p. 4, c. 8, numero 5 et 71. Ut sit firma iam et adulta aetate qui exercetur, capaci judicio et ingenio, ne oleum et operam perdamus. Magnus enim delectus habendus est, ne exercitia in contemptum veniant, vtendumque dono discretionis, ne super arenam [3] aedificium construamus. Vide numero 10 usque ad 19. Et in Directorio B, numero 388 usque ad 424 [4], 435 usque

[1] *Di Ignatiana*, III, supra, p. 786.
[2] I REG., XIII, 12.
[3] MATTH., VII, 26.
[4] *Anonymum B1*, supra, pp. 886-891.

ad 445, diligentissime haec omnia discussa et tractata sunt, quae debent omnibus operariis nostris esse quam commendatissima, habent enim hic ad manum quomodo vnumquenque iuxta captum, iuxta actatis, conditionis et talenti mensuram, ad perfectiorem in uita christiana profectum adducere possunt. Vide praeterea numero 555 usque ad 559, et 745 usque ad 744 [*sic*].

7.° Qualis debeat esse instructor et quomodo paratus, ex constitutione, p. 4, c. 8, § 5, ut prius exercitia in se expertus fuerit; et ibidem, littera E, ut conferat cum aliquo magis experto suum procedendi modum, et initio ea tradat iis, in quibus minor iactura esse possit. Vide practerea in annotationibus exercitiorum, 2.ª, 6.ª, 7.ª, 15.ª, 17.ª, 20.ª Perspectum habeat diligentissime totum librum Exerciciorum P. Ignatii, regulas omnes et annotationes. **7** Sit potius suauis quam austerus. Nulli det occasionem suspicandi quod minus bonam habeat opinionem de eo qui exercetur, etiam si non ita se bene gesserit, quin potius det illi animum, oret pro eo et curet ab aliis, admonito superiore, orationes fieri et sacrificia. Naturam, ingenium, conditionem illius qui exercetur, perspectam habeat, ut illi se accommodet, et illius difficultatibus plenius satisfaciat; totus denique in eo sit ut cooperari possit diuinae motioni et prouidentiae, ea omnia, quae impedimento esse possunt, quantum in se fuerit, remouendo. Vide in Directoriis, numero 27, 30 usque ad 33; 452 usque ad 455; 462 usque ad 465.

8.° De loco, in quo fieri debeant exercicia et quae sint obseruanda ei qui ministrat. Locus esse debet, quam fieri possit, separatus, ex 20 annotatione libri Exercitiorum, et ex documentis Patris nostri num. 573, 575. Nihil aliud ministrare oportet ei qui exercetur, siue in prandio, siue ad coenam, nisi quod, expresse rogatus, uoluerit; quam rem seuere admodum praecipit Pater noster [1] numero 576 et 577. De nulla alia re cum eo agat, nisi de his quae ad ministerium et ejus obsequium spectant; et nisi instructor aliud praeceperit, cubiculum mundum et caetera praeparata habeat. Semel quotidie referat instructori, quantum comederit is qui exercetur, et si quid aliud persenserit, de quo instructorem certiorem oporteat fieri. Humilitate et modestia et morum grauitate illum aedificet, et pro eo quotidie oret; si quid vero uoluerit ab eo rogare, modeste ad magistrum et instructorem remittet. Vide numero **7v** 650, 651, 672, 673, 713.

9.° De diuisione Exercitiorum in 4.or hebdomadas, et quod hae quatuor hebdomadae triplici viae, purgatiuae, illuminatiuae et vnitiuae, respondeant, habes in quarta decima annotatione Exercitiorum.

1.ª hebdomada viae purgatiuae, cujus scopus est discussio anteactae vitae, purgatio a peccatis cum debita satisfactione. 2.ª et 3.ª illuminatiuae, etenim imitationem habent vitae et doctrinae Domini nostri, ele-

[1] *Di. Ignatiana* omnia.

ctionem ejusmodi uitae, quae Deo sit magis placitura; quae omnia passionis mysteriis multum confirmantur. 4.[a] de resurrectione, et de aliis quae illic traduntur, viae vnitiuae; harum enim rerum meditatione mens humana vehementer accenditur amore aeternae patriae, ut cupiat iam dissolui et esse cum Christo [1]: numero 41, 381 usque ad 386, 5 8 [a] 665, 678, 721. Tempus vero harum quatuor hebdomadarum triginta diebus paulo plus minusve ordinarie absoluitur; atque haec mensura temporis, ne quis existimet ad superstitionem spectare, horum triginta dierum spacium (quod inique aliquos interpretatos uideo) [2] pro instructoris prudentia, aut breuior aut longior esse poterit; et in vniuersum, et quoad singulas partes exercitiorum, quas hebdomadas uocamus, nec tam breui tempore absolutam quandam sanctitatem iis qui exercentur promittimus, quod in his diebus culmen 8 perfectionis christianae consecuturi sint [3]; viam tantum aperimus, qua et homo possit se ipsum agnoscere, et cum auxilio diuinae gratiae eam uitam instituere, quae illum recte ad beatitudinem aeternam, ad quam consequendam creatus est, perducat.

10. De modo dandi singula exercitia, cum in genere et exacte dantur; de reliquis satis dicitur in annotatione 18 et 19 libri Exercitiorum. Cum vero exacte dantur, semel saltem quotidie inuisendus est qui exercetur, et bis in 1.[a] hebdomada, saepius vero raro; et tunc cum opus esse judicauerit, numero [b].

Tempus vero ad hoc magis opportunum videtur esse a prandio et a coena, tunc enim agitari solet animus magis motionibus; uacat enim, et ad meditandum orandumque parum aptus est. 611.

Cum uisitat, hilarem vultum praeseferat instructor, paternae cujusdam grauitatis non immemor; nec ferat secum librum Exercitiorum, memoriter et fideliter referat historiam meditandi, punctis praecipuis obiter praecursis, et scripta ea relinquat ex summario Patris Polanco, juxta annotationem 2.[am c], nisi is qui exercetur ea scripto accipere malu-

[a] 5 8, *sic ms., spatio inter 5 et 8.*—[b] *Nullus numerus add.*—[c] *Sic opinamur scripsisse Aegidium; in secunda enim annotatione agitur de summaria seu breui rerum declaratione, nisi forte significare voluerit annotationen vigesimam, quae rerum capita scribenda commendat; librarius vero perperam scripsit 21am, cum in libro Exercitiorum sint tantum annotationes viginti.*

[1] PHIL., I, 23.

[2] Cf. Pedroche censuram, *Chron. Po.*, III, 507.

[3] Huic calumniae occasionem aliquam dedisse videtur imprudens aliquorum sociorum loquendi modus. Titulus Exercitiis praepositus in cod. *Domenici* est: «Breuiter en uulgar todos complidos los exercicios spirituales, por los quales el christiano exercitándose en ellos, en breue tiempo uerná en perfecto conoscimiento de su Criador, hasta las annotaciones últimas». Quam tamen loquendi rationem apud alios quoque invenias. «Y así el que en los ejercicios de las dichas tres vías diligentemente se ejercitare con deseo de alcanzar el amor divinal: con la ayuda del Señor en breve tiempo podrá alcanzar la perfección.» (GARCÍA DE CISNEROS, O. S. Ben., *Ejercitatorio de la vida espiritual. Prólogo*, ad finem.)

erit; rarissimus tamen hujus rei usus est, nec sine causa grauis momenti permitti deberet. Verum est quod cum parum expertis, et in initio exercitiorum excursiones aliquas indicare oporteret, et aperire quasi viam ad meditandum, ne aliqui rudes laedere caput cogantur. Numero 641, 604, 609, 613, 455, 432. Atque illud admonere instructorem necessarium est, ut graui semper oratione utatur, et breui et ad rem ipsam accommodata, ut prius quae dicturus sit meditetur, et Deo in oratione commendet; sic enim fiet ut animus auditoris 8v incalescat, et ad orandum magis disponatur. Contrarium accidet, si effluat oratio, et si sine praemeditatione et sine spiritu uerba profundat *instructor*.

Rogandus est quomodo se gesserit, quid senserit, quid dubii occurrerit, an obseruet omnia quae ei praescribuntur iuxta 6.am annotationem et 7.am Curet vero semper animum illius confirmare, ut in posterum strenue se gerat. Vide numero 35, 454, 465, 587, 645, 646, 717.

Is uero, qui exercetur, multa sinceritate, nihil celando eorum quae in animo habet, instructori omnia aperiat, ut melius dirigi possit et institui, iuxta 17.am annotationem [1] et 13.am de discernendis spiritibus [2], magnumque momentum in hac vna re positum esse sibi persuadeat. Longanimis vero sit; etsi distractiones et ariditatem patiatur, Dominum expectet, viriliter agat [3]. Tempore 1.ae hebdomadae lectione alicujus libri pii, qualis est de imitatione Xi., et confessionum divi Augustini, iuuari interdum poterit. Vide annotationem vltimam 2.ae meditationis 2.ae hebdomadae [4]: in Directoriis, numero 34, 461, 642.

Illud vero in vniuersum dicendum est, annotationes, regulas et demum totum ordinem dandi exercitia, ut in libro Exercitiorum traditur, exactissime obseruari debere. Et P. N. Ignatius docuit, si haec recte fiant, multum utilitatis, sin vero praetermittantur, parum fructus et emolumenti ex his meditationibus prouenire [5].

De distributione vero temporis et horarum in meditationibus quotidie faciendis, consule annotationes quinti exercitii [6], et in Directorio primo, numero 51 et 52. Illud ego non probarem, ut semper uno et eodem die quinque exercitia absoluantur; periculum enim est ne tantarum rerum multitudine obruatur animus. Continget etiam plerunque aridam esse et jeiunam illam meditationem, si repetitionibus tantum quibusdam tot dies in posterum animus distineatur. Adde multorum grauissimorum 9 Patrum praxim, qui in exercitiis tradendis P. Ignatio

---

[1] Ex viginti primis, supra, p. 240.

[2] In fine libelli, pro hebdomade prima, supra, p. 524.

[3] Ps. XXXVI, 14.

[4] i. e. post repetitionem de Regno Christi, supra, p. 322.

[5] *Di. Ignatiana*, III, supra, p. 793.

[6] In prima hebdomade supra, p. 298. Cf. etiam in secunda notandum secundum post quintum exercitium supra, p. 338; et unicum post meditationes secundi diei, supra, p. 344; in tertia, secundum notandum post alteram contemplationem, supra, p. 402; in quarta, secundum post primam, supra, p. 422.

magistro usi sunt; ii enim aut vnum aut duo exercitia, quinque quatuorue horarum spatio, vno die percurrenda, tradere soliti sunt, iuxta eorum, qui exercentur, uariam dispositionem; quidam enim foecundiori intellectu puncta omnia vnius meditationis vix vna aut altera hora percurrunt. Alii aliis tardiores, alii promptiores sunt ad consequendum id quod quaerunt. Ergo prudentiae instructoris relinquendum hoc esset, quod ipsum congruere videtur iis, quae Pater noster in libro Exercitiorum annotauit.

ATQUE HAEC UTI PRAELUDIA AD EXERCITIA IPSA SATIS SINT: NUNC QUID IN SINGULIS ANNOTATIONE EXPLICATIONEVE DIGNUM UISUM SIT PROPONEMUS

Annotatio illa [1], quae fundamento praeponitur, et in capite omnium meditationum praefixa est, omittenda hoc tempore omnino, aut saltem magna ex parte videretur. Initio enim Societatis necessaria visa est, cum Patres nostri et Exercitia haec non essent apud homines tantae authoritatis et existimationis, ut tam facile in omnibus fides tuto adhibenda crederetur; et propterea opportunum fuit hac admonitione animum illius, qui exercetur, praemunire; et praeterea ut nihil celaret eorum, quae aut bonus aut malus spiritus illi suggesisset, sed omnia confidenter aperiret. Nunc vero, cum per Christi gratiam Exercitia haec tantam apud homines authoritatem sibi conciliarint, si haec annotatio uti scripta est, nullo adhibito temperamento, proponatur, id unum efficiemus, ut animos illorum, qui ad nos exercitia facturi accedunt, suspicione et formidine plenos reddamus. Vide numero 31, 658.

In primo congressu fundamentum per puncta, ut habes in summario P. Polanco, proponetur. Addi poterunt nonnullae excursiones ad meditandum, ut in 1.° et 2.° puncto, proposito fine ad quem homo creatus est, meditari **9v** poterit quantum ab eo scopo in anteacta uita aberrauerit; quo studia sua direxerit; quot [a] creaturis abusus sit, quae illi adjumento futurae erant ad sui vltimi finis consecutionem; ut iam incipiat turpitudinem uitae suae et deformitatem agnoscere, et agnitam odio habere; et ad illam rectitudinem, quae in vna charitate sita est aspirare; cupiditates prauas tollere, affectus inordinatos moderari; ut ad eam indifferentiam et resignationem, quae in 3.° et 4.° puncto traditur, gradum sibi parare possit. Atqui in hac vna meditatione, hujus spiritualis aedificii basis posita est. Hic enim nobis proponitur finis prae-

[a] quod *ms.*

[1] In Aut. dicitur «Prosupuesto», qui titulus est omissus in versionibus latinis. Cf. et *Di.*, c. XI, n. 6. Ex hoc loco incipit Aegidius explicare quae ad primam hebdomadem pertinent.

cepti, nempe charitas de puro corde, et conscientia non ficta [1], ut nihil charitati diuinae praeferamus, nihil sit in animo quod eam retardare et impedire possit, ut demum modus diligendi Deum sit sine modo: reliquis omnibus ipsa lex charitatis mensuram praescribat et modum; et, omnem solicitudinem nostram in Dominum proiicientes, quia ipsi est cura de nobis [2], nunquam fluctuemus; vera pace et animi tranquillitate perfruamur. Sed quoniam quae hic dicuntur de indifferentia ex schola Pyrronis ad nos deuenisse quidam iniqui censores perperam interpretati sunt [3], declaranda sunt, maxime si cum hominibus doctis agamus, iuxta doctrinam Sti. Thomae, 1 2[ae], q. 13, ar. 3; et 2, 2[ae], q. 83, ar. 5 et 6 [4], admonendus est is, qui exercetur, quanto altius hoc fundamentum iecerit, tanto futurum firmius aedificium [5]; multumque momenti hic situm esse docuit P. Ignatius annotatione 15.ª et 16.ª

Examen particulare in 2.° congressu traditur, cujus examinis interim dum fiunt exercitia usus est ad tollendos defectus, qui circa additiones et regulas exercitiorum solent obrepere, ut habes in ultima additione, 1.ª hebdomada. Per totam tamen vitam hujus examinis frequentissimus **10** usus futurus est cum summa utilitate conjunctus, et inter alia media, ad consequendam animi puritatem, hoc unum maxime efficax est et praesentaneum: docet id Cassianus, collatione 4 [6], et Bernardus frequenter [7], et alii qui ad uitam spiritualem instituendam documenta perscripserunt; quin uero et philosophi ipsi, solo rationis ductu, ad frangendas domandasque animorum cupiditates, maximas utilitates in hoc examine depraehenderunt contineri [8]; quare, licet hoc tempore exercitiorum de usu illius tam multa docendi tempus oppor-

---

[1] I TIM., I, 5.

[2] I PETR., V, 7.

[3] Cf. *Chron. Po.*, III, 511, sqq. Reprehendit quidem Pedroche hanc indifferentiam. Pyrrhonis tamen non meminit. Alius fuerit censor, qui haec dixerit. Pyrrhon (360-270 a. Chr.) philosophus graecus et antiquioris scholae skepticae parens docuisse fertur. Homo sapiens et animi tranquillitate florens nihil curat nisi virtutem; caetera omnia ei «indifferentia» (ἀδιάφορα) sunt.

[4] Cf. etiam SUÁREZ, *De Religione Societatis Jesu*, l. IX, c. V, n. 12.

[5] S. AUGUSTINUS, Sermo LXIX, c. I, n. 2 (Migne, P. L., XXXVIII, 441). Cf. Augustini *Tractatum in Joannem*, XL, c. VIII, n. 5 (Migne, P. L., XXXV, 1690).

[6] Est locus in Collatione quinta, c. 14 (Migne, P. L., XLIX, 629).

[7] *De Consideratione*, l. II, c. VII, n. 15; c. XI, n. 20; Sermo LVIII in Cantica, n. 12 (Migne, P. L., CLXXXII, 750, 754; CLXXXIII, 1061). Adde *Tractatum de ordine vitae et morum institutione*, c. XI, n. 34 (Ibid. CLXXXIV, 580-581); *Epistolam ad Fratres de Monte Dei*, l. I, c. VIII, n. 22; c. X, nn. 28, 29; l. II, c. II, n. 6 (Ibid., 322, 325, 326, 342), etc. Nam haec duo opera, quae S. Bernardi non sunt, Aegidii tempore Bernardo tribuebantur.

[8] Pythagoram examen conscientiae vespertinum commendasse narrat S. Hieronymus, Apologia adversus libros Rufini, l. III, n. 39 (P. L., XXIII, 507). Ad iracundiam tollendam examen nocturnum commendavit L. Annaeus Seneca (*De ira*, l. III, c. XXXVI); propositum ad certum tempus Plutarchus περὶ ἀοργησίας, n. 16.

tunum non sit, in fine, cum praecepta recte viuendi tradenda sunt, de hoc examine uberius et copiosius agi poterit. Aduerte postremo in illis lineis, quas succedente hebdomada magis contrahi [1] uides, nullam superstitionem esse, sed eas tantum indices esse memoris cujusdam animi et diligentis in extirpatione cujuscunque vitii, numero 46, 47.

Animaduerte praeterea circa examen generale, quotidianum illud esse, et in illorum usum tantum conscriptum, qui iam diu uitam spiritualem instituerunt; hae enim species peccatorum, quae circa cogitationes et verba accidunt, de quibus hic diffuse traditur, frequentiores esse solent iis hominibus; et ex uno jurandi modo per creaturas exemplum sumere licebit, quae admodum utilia futura sunt ad confessiones, quae singulis mensibus aut octauo quoque die fiunt. At uero, ad confessionem generalem totius anteactae uitae recte parandam, aliunde documenta petenda sunt; nam quae hic traduntur paucissima sunt, si hunc scopum spectes; nec tam digesta, et speciatim tradita et explicata, quantum huic operi sunt necessaria: ut cum agitur de peccatis, quae cogitatione contingunt, praetermissa **10v** fere sunt quae de delectatione morosa apud authores sunt; cum uero agitur de peccatis circa opus, generatim tantum praecepta dari uides; itaque non fuit ea mens authoris, tam breui tractatione ea omnia comprehendere, quae ad cognitionem peccatorum per totam uitam humanam contingunt, sed tantum pios iam animos admonere eorum peccatorum, quae in quotidiano usu sunt. Ad hanc rem confirmandam illud etiam argumento erit, quod author tam solicite et diligenter admonet, cum reduci ad iussa superiorum docet, cum diplomata seu iussa pontificum promulgantur [2]. Consulerem ego in fine exercitiorum hujus examinis generalis, quemadmodum antea dixi de particulari, utilitates explicari debere, et usum ad purgationem animae et peccatorum confessionem.

Interim dum haec exponuntur, quae explicatione, non meditatione, indigent, perseuerare debet is, qui exercetur, in meditatione fundamenti.

Quae de confessione generali hic habes, et de praeparatione ad communionem, utilia quidem maxime sunt; non tamen in hoc loco tradenda, sed in fine exercitiorum 1.ae hebdomadae, cum instructor modum parandi se ad confessionem generalem docebit.

Nunc vero ante priorem meditationem quis sit scopus hujus 1.ae he-

---

[1] Contrahuntur quidem in Vulgata versione, ed. prima; minime in Aut. In caeteris editionibus magna varietas; in paucis quibusdam omittuntur. Cf. supra, pp. 258-259.

[2] Obscurus locus. Indicare videtur Aegidius, Ignatium piis praesertim hominibus conscripsisse quae de examine dicit; idque ex eo intelligi, quod notat de jussis seu diplomatis, quibus summi pontifices christianos homines variis occasionibus ad sacramenta frequentius sumenda hortantur, quandoquidem pii tantum homines solent frequentare sacramenta. Cf. locum Exercitiorum, in Examine, De opere, supra, paginis 268-270.

bdomadae dicendum est, nempe purgatio peccatorum, cum uera animi contritione et dolore, et proposito melioris uitae, et satisfactione debita, ut cognoscat homo et doleat aberrasse se a vero scopo et fine, propter quem creatus est, et redire in viam, qua recta ad Deum tenditur, tota animi contentione conetur.

11 In hoc primo exercitio [1] meditandi secundum tres animae potentias, omnia sunt sigillatim explicanda, quae sequentibus exercitiis vsui futura sunt. Hic enim traditur modus meditandi et orandi, quem oportet semper retinere, ut cum fructu et sine capitis detrimento in his exercitiis uersemur. Est autem modus hic naturae humanae maxime consentaneus, quae discursu vtitur et ratione; ratione vero et discursu mouetur animus et excitatur affectus, juxta illud: in meditatione mea exardescet ignis [2]. In primis igitur docendum est quare uocetur meditatio trium potentiarum, et quod in reliquis exercitiis his potentiis semper utendum sit, maiorque habenda cura affectus et interioris gustus, quam abundantiae scientiae, ut habetur in 2.ª annotatione; et quod in 3.ª, ne si nimium excursionibus propriis indulgeamus, contingat in affectu ariditas, et tepescat ille calor, qui in meditatione exardescit. 2.° Dicendum erit quo modo animus se colligere ad orandum et parare ad agendum cum Deo debet. 3.° Quid sit compositio loci, quis ejus rei usus; is certe, ne uagetur in incertum animus, sed habeat ubi uires suas colligat, quae hinc atque illinc dispersae sunt, ut atten*ta oratio* sit; ut, si quando animus alio diuertet, habeat ad manum quo se iterum facile colligat; multi vero in hac vna re et diutius *et* sine fructu immorantur; et quod vehementi attentione laedant caput, ad alia peragenda, propter quae instituta est compositio loci, inepti redduntur. 4.° Quid sit petitio, in qua solet proponi ante oculos finis illius meditationis propri*us*. 5.° Quid meditatio, quomodo in ea discurrendum, quid colloquium, quando eo **11v** utendum, et si quae sunt alia; quae omnia, non sunt vno et eodem congressu explicanda, sed paulatim successu temporis instillanda sunt. Addi solent nonnulla hic de foeditate et grauitate peccati pro his qui minus ualent ingenio et harum rerum usu.

In 2.° exercitio [3] in 1.° ª puncto aduertere oportet ne is, qui exercetur, admodum subtili et exactae discussioni conscientiae uacet, discurrendo sigillatim per singula loca, negotia et personas; hoc enim postea fiet cum se parabit ad confessionem generalem. Nunc satis est grauiora peccata et quae confussionem maiorem ingerere poterunt, ante oculos proponere, et in genere tantum, ne si in particularium conside-

ª *Librarius perperam scripsit* 2.°

[1] *Di.*, c. XIV, nn. 2-5.
[2] Ps. XXXVIII, 4.
[3] *Di.*, c. XV, n. 1.

ratione haereat animus, uoluptatum praeteritarum recordatione inficiatur.

Vsus harum repetitionum [1], quas habes in 3.° exercitio et 4.°, summopere commendandus est. Saepe enim fit, ut primo nouitate rerum et curiositate tantum intellectus pascatur, exiguusque admodum sit uoluntatis interior gustus; postea vero, cum cessat magna ex parte speculatio et curiositas intellectus, liberior locus est spiritualibus et internis affectionibus; quare, in his repetitionibus excursiones intellectus uitandae sunt; sed percursis et quasi ruminatis iis, quae primo meditari contigerit, immorandum potius interno gustui, quo voluntas pascitur; iccirco plura hic colloquia vides, quam in prioribus exercitiis. Rursus, frequenter contingit ut, si in quibusdam ariditatem primo experti **12** simus; in his repetitionibus uberrimum et largissimum fontem diuinae consolationis inueniamus; perseueranti enim et pulsanti aperit Dominus ostium misericordiae. Vide num. *362*, *666*, *667*.

Colloquium [2] 2.m ad Christum ut mediatorem, ut impetret a Patre, pro rudioribus et minus eruditis explicandum est; et cum mediator [3] sit et aduocatus apud Patrem [4], non dubitabimus eum orare ut interpellet pro nobis [5]. Numero 51.

In 5.° exercicio applicatio illa sensuum facilis est, et multum confert ad meditandum qui cruciatus sint apud inferos; ex qua meditatione concipit animus horrorem aduersus peccata. Possent adjungi huic meditationi quae de consideratione aeternae poenae habentur in summario Patris Polanco.

Rarissime [6] omittendas judicarem meditationes judicii et mortis. Multum enim momenti habent, ut auocetur animus ab inordinato amore rerum harum visibilium; facile enim contemnit omnia qui se existimat moriturum. Et in his meditationibus timorem sanctum Domini concipit homo, ut pariat spiritum salutis, iuxta illud: Memorare nouissima tua et in aeternum non peccabis [7].

[a] *Sic, pro* 6.º; *nisi forte tertium appellaverit hoc ipsum punctum sextum, quia ex tribus punctis hujus hebdomadis propriis tertium est; tria enim priora hebdomadi tertiae cum secunda et quarta communia sunt.*

---

1 GAL., II, 20.
2 Epist. VIII (Migne, P. G., III, 1.100).
3 HEBR., V, 7.
4 I PETR., I, 19.
5 LUC., XXIII, 31.
6 Ps. CXVIII, 163.
7 Cf. *Homil. in Ps.* XXXIII, n, 3, et in Ps. CXIV, n. 3 (Migne, P. G., XXIX, 329-332 et 489).
8 Ps. CXVIII, 158 et 53.

caritatem suam in nobis, quoniam, cum inimici essemus [1], etc.; y lo de San Joán: Sic Deus dilexit mundum, etc. [2].

Lo 4, aquí se alienta nuestra esperança y se quitan los desmayos de coraçón de gente ruýn y pusilánime. Qui enim propio Filio suo non pepercit [3], etc. Vltimo, nos animamos a la ymitación; tanto Dios por mí, tan a costa suya, ¿qué yo por Dios? Principalmente si se añade aquel conoscimiento; ¿tanto yo hasta aquí contra Dios? Lo que San Pablo nos propone que ymitemos en Xo: exinaniuit, humiliauit, factus obediens, [4] etc.

Algunas palabras de la Scriptura, como de los Psalmos y de Isaías quando hablan de Xo. nuestro Señor en este mysterio, y los euangelistas en esta historia, en las quales se nos propone aquel coraçón del Señor en medio de la tempestad de su sanctíssima passión, nos serán para entre día como despertadores para hazer compañía a Christo crucificado, y que podamos dezir: amor meus crucifixus est.

Lo demás que toca a esta semana está en el libro de los exercicios clara y distinctamente en el número y progreso de las meditaciones, y lo que se debe de mudar en las addiciones para esta semana, y assí no ay aquí que repetir ni añadir otra cosa alguna.

De la 4.ª semana

Esta quarta semana [5] corresponde a la vía vnitiua de amor y desseo de la eternidad, donde se nos propone el premio de 22 Xo. resucitado; y se pueden añadir aquí algunos discursos para meditar la gloria y el galardón que esperan los justos, cuyas prendas vemos en estos misterios de la gloriosa resurrección: conresuscitauit et consedere nos fecit, dize el apóstol [6].

El exercicio del amor de Dios suelen algunos poner al principio de la 2.ª semana, por parescerles que dispone algo a la elección; mas su lugar es el que tiene en esta semana, que toda es de alegría y amor, y consideraciones que dispiertan el gusto de lo celestial; si consurrexistis cum Xo., quae sursum sunt sapite [7]; et nostra conuersatio in celis est [8], vnde fit, vt terrena non sapiamus [9].

De los modos de orar ay poca enseñança, siendo ellos tan útiles, y

---

1 Rom., V, 8.
2 Jo., III, 16.
3 Rom., VIII, 32.
4 Phil., II, 7-8.
5 *Di.*, c. XXXVI, n. 1.
6 Eph., II, 6.
7 Col., III, 1.
8 Phil., III, 20.
9 Phil., III, 19.

el primero encomienda mucho nuestro Padre, parte 7, c. 4, lit. F. [1], y quiere que sea muy vniuersal el vso dél y de los exámenes: Quilibet enim bona voluntate praeditus, ad haec idoneus est, y en la 18 anotación de las primeras le [a] pone nuestro Padre para ynstrucción y ayuda de gente ruda, y debiera ser a los nuestros muy familiar; y se sabe que el Padre Francisco Xauier le vsaua con sus penitentes, con notable fruto y ayuda de sus almas, y les daua por penitencia lo hiziessen a la mañana vna vez y a la tarde otra [2]. Tiene facilidad este modo de orar, y en él ay trato con Dios, y meditación de la ley diuina, tanto encomendado de la Escriptura, y ayuda para cumplirla. Puede aquí auer oración vocal o mental, según que más se ayudare el que lo vsa. Puede también seruir a gente más prouecta, como se vee en los Directorios, número 103.

Los otros dos modos siruen mucho para que la oración vocal sea con atención y deuoción, y se cumpla lo del apóstol: orabo spiritu, orabo et mente [3]. Y esta doctrina es muy útil a los que tienen obligación a oras canónicas y otras oraciones vocales [4].

Las reglas de templarse en la comida, del distribuír limosnas, pueden seruir según la disposición, necesidad y desseo de ayudarse del exercitante. Las que tratan del sentir con la Yglesia son muy necessarias aora para los operarios y que tratan la palabra de Dios; porque todas **22v** son derechamente contra el sentir y hablar de los herejes de nuestro tiempo, en el qual se vee quánto se debe hablar con sobriedad y cumplir aquel precepto del apóstol a su discípulo: formam habe sanorum verborum [5].

Acabados los exercicios se deue de dar ynstructión para lleuar adelante lo començado y proseguir el camino en que aora ha puesto los pies, encomendándole el vso de la oración, examen, freqüencia de sacramentos, lección de libros spirituales con fructo. Lo que toca a estos medios se debe de declarar más en particular que al principio de los exercicios se hizo, como queda aduertido en su lugar. Véanse los Directorios número 704, 705, 756, 757, y, sobre todo, vt curent bonis operibus praeesse según el estado de cada vno.

---

[a] *Prius* que.

---

[1] In *Constitutionibus Soc. Jesu.*
[2] *Di.*, c. XXXVII, n. 7.
[3] I COR., XIV, 15.
[4] *Di.*, c. XXXVII, n. 12.
[5] II TIM., I, 13.

Quae P. Egidius e Boethica prouincia usque misit circa usum exercitiorum, uisis quae ex vrbe [a] ad ipsum fuerant transmissa.

BB. [b]

[*Manu P. Aegidii*] De los exercicios para N. P.

VI

ANONYMUM B3 [1]

SOPRA GL'ESERCITII
CAUATO DA UNA INSTRUTTIONE

1. Quid nomine exercitii.
2. Vtilitas.
3. Modus dandorum et capiendorum.

Qui dat, hilari uultu, signo ✠ facto, ei, qui facturus est magno animo [c] (?) exercitia, debet ipsi exponere, quid nomine exercitiorum etc.

Deinde dicat fructus.

Nostris autem Societatis potest dici quod Societas per exercitia initium habuerit, Deusque Ignatio, quo tempore penitentiam agebat atque orabat, dedit exercitia. Quo ipse modo, cupidus salutis animarum, postea collegit et dedit aliis, motus, ut pie credi potest, hoc instinctu a Deo, ut daret aliis eadem exercitia. Deinde, Parisiis studens, per haec collegit alios socios, et initio Societatis, quicunque uolebant admitti ad Societatem, per hoc medium probabantur [2]; et ita in Constitutionibus de examinandis est una ex experientiis [3].

Iis autem, qui non sunt de Societate, poterit dici quinam fructus et quantus perceptus est a multis doctis, indoctis, religiosis, saecularibus, iuuenibus, senibus, uiris, foeminis, uirtuosis, dissolutis, etc. Et ita, quamuis unus magis, alter minus profecerit, omnes tamen adepti sunt magnam mentis claritatem et lucem in uia spirituali et perbonam voluntatem [d] et feruorem in spiritu Dei. Et sane uidetur manifeste operari Spiritus Sanctus in iis, qui ea agunt [e] et cum cognitione [f] peccato-

---

[a] vrbem *ms.*—[b] *Tota haec notatio scripta est alia manu. Binis litteris BB distinguebatur hoc scriptum a caeteris, quae ad Directorium Variorum conficiendum adhibita sunt. V. supra, p. 579.*—[c] nro. *mss., quod videtur scriptum pro* aîo. *seu* animo.—[d] *Deest in Do.*—[e] agit *mss.*—[f] cognitionem *mss.*

---

[1] Ex apographo in cod. *Instruct. II*, ff. 13-14r. Aliud habetur exemplum in cod. *Domenici*, ff. 204v-207.

[2] Primis Societatis annis certe complures in ea versabantur qui exercitia non peregerant. Cf. *Epist. P. Nadal*, IV, 329 et *B. Petri Canisii Epistulae et Acta*, V, Friburgi Brisgoviae, 1910, p. 849.

[3] *Examen generale*, c. IV, n, 10.

rum, dolorem eorum, uoluntatem uitae mutandae, contemptum mundi, et desiderium mortificationis etc. Hoc sunt experti qui magis uersati sunt in iis dandis ea diligentia qua oportet.

Et sane uidetur singularis gratia et donum, quod Dominus Societati dedit horum exercitiorum tradendorum; et uidetur item quod potissimum Deus concurrit cum nostris in iis dandis.

Declarato autem nomine et fructu dictorum, ne quid dubii restet in mente eius, qui accipit, possunt afferri aliquae causae huius fructus.

Prima, quod cum 3 uiae sint, quibus quisque [a] iuuari possit in uia spirituali, lectio, auditio uerbi Dei, meditatio et oratio; haec ultima excellentior atque efficacior est; quod experimur, qui loquendo sepe aliquid aut audiendo, non gustamus ita rem, ut meditantes etc. Exemplum ab eo qui uidet cibum aut contrectat aut gustat; hic enim magis etc.

2.[a] causa. Qui dat exercitia est uiua uox, quae habet energiam tanto maiorem, quanto homo magis est dispositus et semotus a distractionibus.

3.[a] Quia cum auditione habet item lectionem breui scriptam eorundem punctorum sine multiplicitate aliarum rerum. Itaque concurrunt lectio, auditio, meditatio.

4.[a] Quia ut sancti [b] aiunt, ac precipue S. Vincentius in suo libro de uia spirituali, nemo putet se profecturum in uia spirituali nisi magistrum et instructorem habuerit in ipsa [1]. Nam si in artibus et scientiis etc. quanto magis in hac uia [c] ubi tot pericula, difficultates, daemon [d] decipiens etc. Itaque dator exercitiorum est dux, et securiorem uiam ostendit et faciliorem, et maiore cum fructu. Deinde perplacet Domino humilitas, cum quis etiam doctior docetur ab alio indocto, quod et experti sunt aliqui literati in ordinibus S. Dominici et Hieronimi, qui mirifice profecerunt [e]. Et credendum est, quanto eius, qui accipit, maior fuerit humilitas, tanto uberiorem sine dubio fructum futurum; cumque cogitauerit se nihil scire, magnaque reuerentia affectus sit erga eum, qui dat exercitia etc. per quem saepe Deus illum docebit multa etc.

---

[a] *Deest in Do.*—[b] Quia santi, ut *Do.*—[c] sua *ms.*; uia *Do.*—[d] demum *perperam ms.*; *Do. lectio dubia, fortasse*, demon.—[e] *Integra periodus praecedens desideratur in Do.*

---

[1] «Quod per instructorem idoneum citius et facilius peruenitur ad perfectionem quam per se ipsum.

Sciendum igitur quod homo facilius et in breviori tempore posset ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cujus regimine duceretur, cujus obedientiam in omnibus actibus parvis et magnis totaliter sequeretur, quam si aliquis conetur se ipsum perficere; quantumcunque vigeat acumine intellectus et libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam. Immo, plus dico, quod numquam Christus suam gratiam ministrabit, sine quo nihil possumus, si homo habet a quo possit instrui et deduci, et negligit vel non curat alterius ducatum amplecti, se credens sibi sufficere et per se posse investigare et invenire quae sunt utilia ad salutem». S. VINCENTII FERRERII *Tractatus seu Instructio de vita spirituali*, ed. Augustae Vindelicorum, 1729, c. IV. p. 7.

13v 5.[a] Quod qui facit exercitia, relinquit alias occupationes et consuetudines ac recreationes et commoda, et solum Deo uacat; atque ita his Deus sua solet conferre dona, gratias et secreta etc.; et ita quanto magis se remouebit ab his commodis et rebus humanis, tanto liberaliorem erga se Dominum sentiet.

Iuuat uero habere locum secretum, tempus, horas ordinatas, quibus agat cum Deo.

De modo

Multiplex est modus tradendi exercitia ac [a] diuersis hominum generibus. Exacte iis, qui mense [b] separantur ab omnibus etc., extra suum domicilium, habentes qui eis [c] cibum ministret aut afferat; item et sacrum sine impedimento possint audire, cum 5 horis cum dimidia [1] meditationis etc.

Hic modus dari solet adolescentibus magnae expectationis, cum electionibus, quia hi nondum statum elegerunt.

2. Minus exacte in aliquo cubiculo dicti domicilii, qui 4 horas cum dimidia et cum examine; et hic modus communior est nostris, qui iam sunt in Societate, aut admitti uolunt; et hoc in aliquo collegio aut domo, in aliquo cubiculo separato et aliis commoditatibus.

3. Aliis, quibus neque haec commoditas est, neque otium omnino se recipiendi, aut tantum temporis spatium habent, dantur 3 horae exercitiorum aut duarum horarum aut una, pro cuiusque hominis commoditate, et omnes proficient sed illi magis, qui plus temporis et maiore cum feruore impendent.

Iis autem, qui iam statum delegerunt, qui mutari nequit, ut coniugibus et religiosis, non sunt dande electiones, sed curandum ut reformentur et perfectioni operam dent quatenus poterunt.

Mulieribus [2] dabuntur exercitia in ecclesia, et sat erit ut bis terue ueniant ad ea accipienda, si quidem poterunt sine murmuratione; quod si sequi posset murmuratio, sat erit semel, ac uero duas horas exercitiorum faciant.

Dispositio, quae in eo requiritur, qui exercitia facit, haec est.

1. Vt magno desiderio et feruore, tanquam in re summi momenti. Atque ita iuuat interdum, ut non subito dentur, sed probetur eorum desiderium differendo [d] traditionem exercitiorum.

2. Vt in eo maxime, qui uult aliquem statum eligere, sit uera quę-

---

[a] *Sic mss.; fortasse scribendum fuit* pro.—[b] qui non se *in utroque, sed error est manifestus.*—[c] habens qui ei *mss.*—[d] deferens *mss.*

---

[1] Hanc dimidiam horam, praeter alias quinque, alius nemo, quod sciamus, adjungit. Ea tamen ad examen bis per quartam horae partem faciendum referri posse videtur.

[2] Non solum monialibus, sed aliis etiam mulieribus dabantur exercitia, jam inde a primis annis Societatis. Cf. *Chron. Pa.*, I, 218; *Epist. Nadal*, IV, 597.

dam resignatio, et magna sui ipsius in uoluntate Dei; dictum: «Domine quid me uis facere?» [1].

3. Magna attentio in intelligendis exercitiis, que sibi proponuntur et diligentia in scribendis statim punctis, et multo maior in faciendis, nihil pretermittendo eorum, que proponuntur.

4. Cor habeat ualde apertum, nihil celans tradenti exercitia, nec desolationem neque consolationem, desiderans ut ab eo, qui tradit exercitia, possit integre dirigi.

5. Obseruandum est quod initio presertim qui non soliti sunt meditari, solent item sentire multas distractiones, difficultates in mente applicanda et tentationes; et propterea debet patientia et magna in Dominum confidentia sequi, sperans se si perseueret, maiorem facilitatem et auxilium a Domino assecuturum.

6. Dum facit exercitia nullos alios libros habere debet, nec uelle sequi alias meditationes, sed tantum his operam dare, ac si nullae essent aliae, nec ab eo intellectae aliae fuissent; sed totum animum ad eas conuertere etc. Libri [a] quos solent habere, sunt: uite sanctorum, et Gerson De imitatione Christi.

7. In actibus affectus [?] [b], maior diligentia et studium quam intellectus, ita ut, non tantum operam det aut **14** curam habeat se diffundendi aut dilatandi in iis punctis, in quibus multa ipsi occurrent aut suppeditabuntur, quae cogitet siue conceptus uarii, ut solent quidam perspicacioris ingenii, sed magis in eo debet uersari, ut applicet uoluntati, et desiderare ac procurare, ut moueatur affectus. Et hoc est magni atque adeo potissimi momenti, ut moueatur affectus.

Qui non est solitus dare exercitia, debet primo legere adnotationes propositas exercitiis spiritualibus etc.

VII

DIRECTORIUM P. FABII DE FABIIS [2]

DIRECTORIUM EXERCITIORUM MAIOREM UTILITATEM ALLATURUM SI IN CERTA CAPITA DISTRIBUATUR

Nomen ipsum Directorii ordinem aliquem indicare uidetur in iis quae ibi traduntur, quod etiam uarietas ipsa rerum explicandarum merito sibi postulat; ut habeat quisque in promptu suo capite repositum

[a] conuertere, ei libri *Do.*—[b] *Sic videtur corrigendum ex* affectibus, *quod est in ms., sequitur enim* quam intellectus.

[1] ACT., IX, 6.

[2] Ex antiquo exemplo, partim apographo, partim autographo, quod est in bibliotheca Vittorio Emanuele, Romae, «Fondo Gesuitico, 1594, (3723) n.° 9». Constat 4 ff. quorum ultimum purum. In involucro: «Direttorio del P. Fabio de Fabiis segnato nell indice colla lettera K». In ultima pagina: «Directorium Exercitiorum tradendorum. Videtur esse P. Fabii de Fabiis. K». Vide *Praefationem*, art. II, supra, pp. 759 et 766.

id quod quaerit; et legenti facilius pateant atque haereant [a] omnia, ita in partes digesta, ut quae ad idem caput spectant, seorsim ab aliis ponantur, nec ullum fastidium saepius lecta cuique parere possint.

DIUIDI POSSE DIRECTORIUM IN SEPTEM CAPITA

Cum Patris nostri Ignatii memoria recens adhuc sit, et uix unus aliquis inter nostros habeatur, qui exercitiorum tradendorum artem perfecte norit, iure censendum erit progressu temporis fore ut omnia oblivioni tradantur; quapropter opere pretium est ea, quae [b] de hac materia hactenus ex sancti Patris memoria, licet pauca, uigent uel ab eodem tradita uel ex aliorum relatione ac traditione ad nos delata, posteris consulendo, in hoc Directorio congerere; ita tamen ut non omittantur quae in Examine et Constitutionibus Societatis de hoc proprio nostri instituti medio sparsim dicuntur[1]. Nec minoris momenti erit loca obscuriora libri Exercitiorum aliqua declaratione elucidare. Praeterea, dubiis quibusdam, quae in his Exercitiis nunquam pene non se offerunt, satisfacere. Denique toti huic negotio satisfactum plene fuerit, si quod maxime necessarium esse apparet de ratione, connexione exercitiorum, tum in particulari, tum in communi, nonnulla tractarentur. Nam ex ignorantia finis et intenti, ad quem dirigitur haec uel illa pars, examen, fundamentum, exercitium, etiamsi textus prout iacet legatur ac dictetur, et eodem ordine tradatur, facile possent multi errores promanare; et a mente Patris Ignatii recedendo, posset unusquisque nouum sibi sensum atque intellectum fingere, aliosque non bene instruere nec secundum ueritatem. Sicut enim Patrem Ignatium in singulis exercitiis aliquem peculiarem scopum habuisse credendum est, ita etiam non casu neque temere hoc ordine illa disposuisse existimari debet, ut ipsemet in X.[a] adnotatione libri Exercitiorum subnotat.

Septem capita Directorii [c]. Commodam igitur putauerim fieri posse huius Directorii diuisionem in septem capita, in quorum primo totum illud reponeretur, quod in Constitutionibus et Examine circa fructum, modum, ac debitum [d] faciendi exercitia traditum est. In 2.° documenta quaedam circa praeparationem, progressum et ordinem in dandis exercitiis seruandum, tam pro eo qui tradit, quam pro eo qui accipit. In 3.° tractari posset de exercitiis in communi breuiter, et deinde in specie de fine peculiari, de intentione singulorum eorum, saltem quae praecipua

---

[a] *Duo vv. praeced. scripta sunt supra versum manu Fabii.*—[b] *Decem vv. praeced. sunt Fabii manu scripta in marg.*—[c] *Hic titulus et reliqui crassioribus litteris exprcssi, sunt marginales in cod.*—[d] *Sic ms., etiam virgula (,) ante v.* ac; *in Examine, c. IV. n.° 10, primum experimentum, ingredientibus Societatem faciendum, sunt exercitia per mensem obeunda.*

---

[1] Cf. *Di. Aeg.*, f. 3v, supra, p. 903.

sunt, ac de ratione quare ita disposita se consequantur. In 4.°, loca difficiliora ex libro Exercitiorum aliqua explicatiuncula illustrari. In 5.°, dubia nonnulla soluere ad uberiorem fructum ex hac exercitatione colligendum, cuiusmodi hic aliqua subscribentur. In 6.° collocari possent quaecunque extarent uel ab ipsomet P. Ignatio expresse accepta, uel, dum ille uiueret, ab aliis de consensu illius obseruata, tam circa spiritualem quam corporalem rationem eorum, et qui faciunt et qui tradunt exercitia. In 7.°, media et consilia apponentur, quibus iuuari possent et conseruari qui exercitia iam peregerunt.

REDDITUR RATIO DE SINGULIS CAPITIBUS

Vt autem non temere id exigi uideatur, rationes, quae id suadent, subiiciuntur aliquae.

Caput 1.m Et de primo quidem capite, nulli est dubium nostris eo gratiora fore haec Exercitia, si intelligant tanti **1v** fieri in nostris Constitutionibus, tamque [a] honestis titulis insigniri, ut tanquam medium proprium ac necessarium ad finem propriae uocationis diligentius amplectantur.

Caput 2.m —Primum documentum. De 2.°, ut nostri possint inoffenso pede legere ac practicare quae in libro Exercitiorum traduntur, praemonendi sunt de quibusdam ad rectam et germanam Exercitiorum intelligentiam necessariis; falli namque facile posset religiosus, ut ad particularia descendamus [b], si omnia, quae in libro habentur, ad litteram seruare uellet, idque exemplis declarabitur [c]. Habetur enim in prima ex uiginti adnotationibus, quaerendam etiam uoluntatem Dei per haec exercitia circa uitae suae institutionem; quae res posset alicui dubiam facere suam uocationem, cum tamen uerum sit locum illum intelligi debere de iis, qui certum uitae statum non habent [1]. Item [d], quod dicitur in fine fundamenti de indifferentia ad paupertatem et diuitias, et in 3.° puncto contemplationis regni Xi. de paupertate uoluntaria, et in colloquio de duobus uexillis. Vbi et in aliis similibus locis, si qua inueniuntur, cum iis agi docendum esset, qui statum aliquem eligere optant non cum iis, qui iam in religione consistunt.

2.m documentum. Similiter non potuit Pater Ignatius singula documenta et adnotationes in libro Exercitiorum describere quae in singulis casibus opus essent, sed praecipua tantum et magis necessaria posuit,

---

[a] tanque *ms.*—[b] *Quatuor vv. praeced. sunt Fabii manu scripta in marg.*—[c] *Hoc v. scriptum est manu Fabii pro* rem aperiamus *oblitt.*—[d] *Hoc. v. scriptum est manu Fabii pro* similiter *oblitt.*

---

[1] «Disposición de su vida», quod est in *Aut.*, intelligitur quidem hoc modo; sed recte etiam de vitae ratione bene instituenda in eo vitae genere, quod fortasse jam firmum amplexus sis.

relinquens prudentiae ac iudicio magistri ut, iuxta occasionem, noua praescribat, sequutus experientiam aliorum, dummodo a proposito et fine exercitiorum non discedat, iuxta 17.am adnotationem, ubi dicitur, praescribat nonnulla exercitia presenti animae necessitati opportuna [1].

Ad hoc etiam fingam casum. Dicitur in 6.a adnotatione. Si nullae facienti exercitia incidant consolationes, etc., interrogetur an suis temporibus omnia faciat, et additiones seruet, etc.; et tamen fieri posset ut cum his omnibus seruatis nihilominus non sentiant illos affectus, propter alias causas, quarum una tangitur in 20.a adnotatione, et externis est frequens, quia non abducunt animum ab omni rerum humanarum sollicitudine [2].

3.m documentum. 3.m documentum esse posset non ita alligatos esse oportere ad litteram et ordinem [3] in libro Exercitiorum traditum, quin maiori cum fructu pro spiritus libertate, et gratiae diuinae lumine mutari aliquando possit. Nam, verbi gratia, in fine cuiuslibet exercitii ponitur colloquium, in principio petitio; potest euenire, immo fit saepissime, ut ipso meditationis ingressu ad colloquium sollicitetur spiritus; et e contra quod meditationis initio faciendum est, occurrat in fine; itaque non uidetur alienum ab exercitiorum proposito, immo maxime illis et rationi consentaneum, ut, pro deuotione ac impulsu spiritus, partes exercitiorum disponantur, et eo in loco unaquaeque collocetur, unde maior speratur fructus.

Caput 3.m De 3.° capite, cum ex supradictis ante septem capitum diuisionem, tum ex uno tantum argumento res poterit clarius innotescere. Si quis ignoret quo tendat fundamentum, quid item sibi uelit primum et 2.m exercitium et quomodo inter se differant, quid examina et additiones; non poterit tam bene applicare animum ad fructum inde colligendum, qui ex huiusmodi exercitiis praetenditur, sed confusa quadam cognitione ad omnia exercitia feretur et ad singula haerebit; at si contra intelligat ad quem finem singula destinentur, quomodo inter se connectan-2 tur [a], et aliae illorum rationes, poterit solertius in assequendo peculiari cuiusque fine inuigilare.

Caput 4.m De 4.° Primo, adnotatione 18.a dicitur: methodum confessionis frequentioris praescribere [4]. Quaeritur quae sit illa methodus [5]

---

a Connectentur *ms.*

---

1 Haec ad materiam, non ad formam pertinent, de qua praesertim sollicitus Ignatius est. Cf. SUAREZ, *De religione Societatis Jesu*, l. IX, c. VI.

2 Ii quidem non servarent additionem sextam, quae docet fovendas esse cogitationes, quae animum juvent ad fructum meditationum augendum.

3 Cf. tamen *Di. Ignatiana*, III, 17, supra, p. 793. *Di.*, c. VIII, n. 5, infra, *Directoria recentiora*, IX. Quod vero de colloquiis ait Fabius, probat *Di.*, c. XV, n. 5.

4 V. supra, p. 244, *Vu.*

5 V. locum in *Aut.* et in *Versione P. Roothaan*, supra, pp. 244, 245.

et si ex libro Exercitiorum uel examine aliquo conscientiae uel aliunde desumenda.

2.° Adnotatione 19 dicitur: per horam dimidiam examen particulare et generale [1]. Dubium est an dimidia hora sit accipienda continua, et utrique examini eodem modo et tempore impendenda; nam differunt illa examina plurimum inter se, etiam in usu et modo faciendi [a].

3.° Eadem adnotatione 19 dicitur seruandum eumdem ordinem circa mysteria uitae Xi. [2], qui in primae hebdomadae exercitiis seruatus fuit, cum sit uarius modus meditandi in 2.ª hebdomada ab eo qui traditur in prima; explicetur clarius quomodo id fieri possit [3].

4.° Adnotatione 20 dicitur et scribi rerum capita [4], ubi uidetur significare non esse danda capita exercitiorum scripta omnibus, sed tantum iis, qui exacte illa faciunt.

5.° In compositione primi exercitii secundum tres animae potentias, ubi dicitur: si meditatio est de re incorporea, ut consideratio peccatorum, debet talis esse constructio, ut animas in carcere inclusas imaginemur [5] etc.; an in quacunque meditatione spirituali illa compositio eo modo fieri debeat, an uero solum in consideratione peccatorum [6].

6.° In 5.ª additione, post exercitia primae hebdomadae, ubi dicitur: si bene successerit contemplatio [7], quaerunt aliqui num bene intelligat succedere orationem, cum nullis inter orandum molestis cogitationibus infestantur, aut spiritibus malis impugnantur; an uero, si strenue ac fortiter aduersus eiusmodi malos motus dimicent. Sic enim uidetur maior successus et profectus orationis, quam si nullam pugnam uel contrarietatem patiantur [8].

7.° Ex punctis primae meditationis 2.ªe hebdomadae et aliarum meditationum sequentium, quomodo reflecti ad nos possit illa consideratio pro referendo fructu, prout ibidem praescribitur.

8.° Ibidem quomodo illa applicatio sensuum, quae fit in 5.° exercitio differat a superioribus seu conueniat [9]; uidetur enim confundi cum

---

a *Sex vv. praeced. addita sunt Fabii manu in textu.*

---

1 V. supra, p. 244, *Vu.*

2 Ex *Vu.*, supra, p. 246.

3 V. quoque *Aut.* et *Roothaan*, supra, pp. 246, 247.

4 Haec sunt in *Vu.*, non in *Aut.*; constat tamen id eo tempore in usu fuisse. Cf. *Di. Aeg.*, annot. 4, supra, p. 899.

5 Supra, pp. 274-276, *Vu.*

6 V. loci compositionem in exercitio de tribus binariis, *Aut.*, supra, p. 258, et in contemplatione ad fovendum amorem, p. 428.

7 Supra, p. 304, *Vu.*

8 Male succedere exercitium intelligit Ignatius, si culpa aliqua contracta est; siquidem causae inquirendae sunt «cum poenitudine et emendationis proposito». Cf. hunc locum, supra, pp. 302-304, et regulas ad spiritus discernendos, primae hebdomadi accommodatas, a tertia ad nonam, supra, pp. 514-522.

9 Cf. *Di.*, c. XX.

prima et 2.ª, quia nihil aliud in consideratione personae, uerborum et operationum, efficitur, nisi applicatio sensuum seu potentiarum sensitiuarum. Ideo explicatius declaretur prout in 2.° notabili 4.ae hebdomadae, uel simili modo.

9.° In 5.° notabili 2.ae hebdomadae uidetur sibi contradicere, cum ait in omnibus aliis meditationibus assumendum esse aliquid quod aequipolleat 2.ae et 3.ae additioni; praeterquam in prima et 2.ª, cum tamen supra in 4.° notabili contrarium dici uideatur [1].

10. Inter primam et 2.am classem, ex tribus post meditationem de duobus uexillis, quae differentia constituatur. Utraeque enim in idem uidentur recidere [2].

Caput 5.m De 5.° dubitant nonnulli quomodo repetitio fiat circa contraria, et indifferenter, tam in iis, ubi consolatio, quam ubi desolatio contigerit. Explicetur ergo quare circa contraria et cum quo fructu repetitio commode fiat [3].

2v 2.° Quando aliquis pro confessione generali se parare debet, non satisfacit sibi solo examine generali, cum in illa debeat circumstantias et species peccatorum exprimere; quinimmo examen generale neque habetur ex libro Exercitiorum positum esse pro confessione generali, sed potius pro particulari uel quotidiana, et propterea subiungitur examen quotidianum; quia quae ibi dicuntur sunt fere communiora quae in dies committuntur, neque uidetur ad generalem confessionem sufficiens ratione iam dicta [4].

3.° An protrahere orationem ad duas horas [5] liceat uel ultra; et videtur iuxta mentem P. Ignatii paulo plusquam horam durare debere; quia facile fatigantur, et sic fastidiunt orationem.

4.° An quacunque hora possit post prandium uel coenam fieri exercitium. Videtur quiescendum a cibo per tres uel ad minus per duas horas.

5.° An omnia exercitia mentaliter fieri debeant necne; nam licet ex prima viginti adnotationum uideatur colligi [6]; et ex X additionibus et ex ipsis exercitiis mente facienda esse: tamen non prohibetur ex abundantia deuotionis in uocalem prorumpere orationem, ut in 3.ª adnotatione expresse habetur de colloquio.

---

[1] Cf. locos in *Aut.* et *Ro.*, supra, pp. 340-342, et 341-343.

[2] Cf. supra, p. 358, not. 2; *Di. Po., Summarium punctorum*, supra, p. 840, et *Di.*, c. XXIX, n. 5.

[3] *Di.*, c. XV, n. 3.

[4] Ibid., c. XVI, nn. 3-4.

[5] Cf. annotationes duodecimam et decimam tertiam ex viginti primis in *Aut.*, supra, pp. 232-234 et *Ro.*, supra, pp. 233-235, e quibus Ignatii mentem aliam esse patet.

[6] Imo ibi meminit Ignatius orationis vocalis. Caeterum verum est, exercitia Ignatiana esse praecipue, non tamen unice, orationis mentalis. Neque exspectanda rursus est «abundantia devotionis» ut vocali utamur. Cf. examina et colloquia frequenter usurpanda; item, supra, p. 290, annot. 2.

6.° Ex lectione libri Exercitiorum uidetur colligi omnia, quae ibi traduntur ad saeculares proprie pertinere. Nam ubi agitur de indifferentia ad paupertatem et diuitias, et ad electionem status uia aperitur; et 14.[a] adnotatione, ubi uota non emitti debere dicitur, manifeste patet non loqui nisi de saecularibus. At contrarium habetur in examine Societatis generali, ubi inter probationes Societatis primo loco numeratur, et in Constitutionibus frequens mentio fit de hoc saluberrimo Societatis ministerio [1].

7.° De iis, qui electionem status non faciunt, dubitatur an danda sit adnotatio illa quae ponitur in fine 2.[ae] hebdomadae circa reformationem uitae; quae si danda esset, dubium est an in genere, prout ibi ponitur, dari debeat, an uero magis specifice, iuxta obligationem, quae statui cuiusque conuenit [2].

Caput 6.[m] 6.[um] Habetur in Directorio [3] aliquibus in locis.

Caput 7.[m] 7.[m] In tribus postremis capitibus Directorii.

Si quis tamen uellet omnia redigere in quinque capita, posset, quae in 5.° capite dicuntur, partim secundo, partim quarto inserere; quae autem in 6.°, ad suum locum accomodare in quotumuis inciderent. Etiam, si placeret, primum caput posset in alia 4.[r] iuxta subiectam rem collocari [a].

IN DIRECTORIUM LOCA QUAEDAM ADNOTATA

N.° 21 vbi dicitur, post coenam [4], et habetur simile quid in 3.° adnotando. Non uidetur esse tempus aptum ad colloquendum de rebus seriis post coenam neque post prandium immediate; interim [b] enim utrque, tam qui tradit, quam qui accipit exercitia, debent sese colligere atque summam attentionem his quae tractantur adhibere, quod tunc et corporis ualetudini obesse et rei grauitati derogare posset. Quare potius videtur ante cibum uel danda esse exercitia, uel rationem de factis exigendam. Tempus uero post coenam relaxationi concedendum, uel per modum domestici colloquii **3** cum eo qui facit exercitia interdum agendum, si charitas exigat ac se exercentis conditio.

Ibidem, ubi dicitur, proponatur examen particulare [5], uidetur simul

---

[a] Tredecim *vv. praecedentia addita sunt Fabii manu in textu.*—[b] *Hoc v. scriptum est manu Fabii pro* tunc *oblitt.*

---

[1] Cf. *Di.*, cc. IX et X.

[2] Ibid., c. XXXIV.

[3] Significavimus in *Praefatione*, art. II, ignotum nobis esse Directorium de quo Fabius heic loquitur; neque enim capita neque numeri quos affert, cum nostris conveniunt.

[4] *Di. Ignatiana*, III, 5-6, supra, p. 790; *Di. primum Mi.*, n. 11, supra, p. 849; *Di.*, c. VI, n. 2.

[5] *Di. primum Mi.*, n. 28, supra, p. 854, ubi etiam habes quae sequuntur de spiritibus discernendis.

addendum esse, cum aliqua ipsius explicatione et fructus, qui tam in exercitiis quam toto tempore uitae ex illo percipi potest. Consueuerunt enim ea, quae primo loco proponuntur, facilius et attentius percipi, et diutius retineri.

Ibidem, circa regulas spirituum tradendas, forte praestaret dari, non omnes omnibus, sed uel omnes uel aliquas, pro re nata, iuxta cuiusque necessitatem.

N.° 22. Multis datur occasio amittendi fructus, qui ex oratione percipi posset, si nulla ratio reddatur harum repetitionum, praesertim quia in plures dies eadem semper exercitia cum suis repetitionibus reiterantur; quare non esset absque re repetitionum harum necessitatem et fructum indicare ei, qui facit exercitia, prout hic declaratur [1].

N.° 36. Ad confessionem generalem qui se disponunt, quia non inueniunt in illo examine generali particulares peccatorum species et circumstantias necessarias ad exprimendum in confessione [a], petere solent aliquod confessionale, quibus non uidetur denegandum [2].

N.° 43. Vbi dicitur, si sacerdos est, sacrum fecerit, uidetur innui non esse celebrandum ante id temporis, cum tamen multi peculiari deuotione, ad celebrandum potius quam abstinendum, etiam tempore primae hebdomadae, inclinentur; quibus forte expediret liberum relinquere, ut suam sequerentur in hac re deuotionem [3].

Ibidem, non uidetur leue, quod proponatur de praeceptorum obseruatione [4], nec tempori illi accomodatum, in quo, peracta confessione peccatorum et dolore ex illorum recordatione percepto, potius quiescendum esset ab eiusmodi materia, et iucundioribus incumbendum, uel per modum benefitii accepti aliquid meditandum, sicuti de filio prodigo, uel de Lazaro resuscitato uel simili.

N.° 54. Regulae ad uictum temperandum referuntur ad X.am additionem in exercitiis primae hebdomadae, ubi de poenitentia agitur, in uictu praesertim temperando [5].

Praeter [b] haec, nonnulla tanguntur in superiori diuisione, quae ad huius Directorii cognitionem clariorem spectant.

Aliud Directorium. Alius modus diuidendi Directorii occurrebat, qui posset et utilitatem maiorem et facilitatem afferre. Esset autem huiusmodi: si primo capite ageretur de utilitate exercitiorum, tum pri-

---

[a] *Tria vv. praeced. scripta sunt Fabii manu.*—[b] *Ab hoc v. usque ad finem omnia scripta sunt Fabii manu.*

---

[1] Ibid., n. 31, supra, p. 855; *Di.*, c. XV, n. 2.

[2] *Di. primum Mi.*, nn. 37-38, supra, p. 857; *Di.*, c. XVI, n. 3.

[3] *Di. primum Mi.*, n. 42, supra, p. 858; *Di.*, c. XI, n. 3.

[4] *Di. Ignat.*, I [2], supra, p. 780; *Di. primum Mi.*, n. 42, supra, p. 858; *Di.*, c. XVII, n. 2.

[5] S. Ignatius inter poenitentiam et temperantiam sapienter distinxit; de prima loquitur in additione decima, supra, p. 306; de altera in his regulis, supra, p. 410.

uata uniuscuiusque tum pro aliis capienda, ubi significandum esset qua ratione possent nostri per haec Exercitia finem Societatis quaerere atque obtinere, in salute et perfectione, cum propria, tum aliorum, positum. Nam ut dicitur c. 13 Directorii, confessariis datur occasio mouendi poenitentes ad exercitia [1]; et magnus fructus initio Societatis ex eisdem uiguit, et in nostris, quorum multi per illa beneficium uocationis acceperunt, et in aliis; verum hic posset tractari in communi, quomodo confessarii exercitiorum adminiculo animas dirigere possent in uia Domini, finem praemo[n]strando, ac media consulendo, statui et uocationi poenitentium conuenientia, quibus ad illum perducantur. Quid etiam concionatores, quid magistri et omnes alii Societatis operarii, et in se et in aliis procurare debeant, dum Societatis ministeriis uacant. Cum enim tantus insignium personarum numerus hisce exercitiis Deo sit acquisitus, uel in religionis uel in xianae. uitae statu, non est dubitandum vim quandam in illis latere, utpote in sanctorum doctrina, in Scripturae ueritate et in diuturna experientia fundatis, quae si diuino fauore exerceatur, in uberem fructum non [a] erumpat? [b]

Caput 2.m In 2.° documenta addi possent modo [c] supra tradita.

Caput 3.m In 3.° de fine et connexione exercitiorum in communi et in particulari.

Caput 4.m In 4.°, dubiis responderi.

Caput 5.m In 5.° obscuriora loca tractari.

3v N.° 21. Ubi dicitur additiones decem dari oportere vna cum examine particulari [2] etc. non est a ratione dissonum si aliquae ex additionibus cum fundamento proponantur, praesertim iis, qui ad exercitia noui ac rudes accedunt, puta 3.ª ubi de praesentia Xpi. habenda in meditatione; item 4.ª de modo se ad meditationem componendi etc. Quod multum iuuare posset illos.

Ibidem de regulis spirituum tradendis, ultimo loco, interdum necessitas postulat ut uel primo ipso die aliqua ex illis dictetur, dum meditatur fundamentum et examina illa exercet. Sic enim impetitus aliqua mali spiritus inuasione, siue boni spiritus instinctu ductus, poterit facilius utilitati animae suae prospicere, malos repellendo et bonos admittendo; hoc autem non uidetur explicandum, nisi necessitas, ut dictum est, in discipulo appareat; et ab illo detur occasio seu id requirat. Nisi enim primis occurratur tentationibus, animus solet despondere.

N.° 8. Ubi dicitur qui exercitiis tradendis aptus esse uoluerit, expe-

---

[a] *Hoc v. additum est supra versum, pro* erupturam *oblitt.*—[b] *Signum interrogandi non est in ms.; sententia tamen illud exigit propter additum adverbium* non.—[c] *Verbum obscure scriptum.*

---

[1] Hujus rei vestigia sunt in *Anon. B2.* supra, p. 896, et *Di. primo Mi.*, n. 22, supra, p. 851.

[2] *Di. primum Mi.*, n. 28, supra, p. 854.

dit ut perlegat librum Exercitiorum [1]. Hic etiam uidetur necessarium ut mysteria illa, de quibus in 2.ª et 3.ª et 4.ª hebdomada agitur, uitae Domini nostri ex Euangelii familiari et crebra lectione calleat, ut ex tempore possit dubitationibus discipulorum satisfacere, quae non raro se offerunt, tum etiam ut fideliter historiam narrare possit; hoc autem ex solius libri lectione non potest haberi. Ad eamdem rationem uidetur non satis esse in materia de peccatis, et aliis uarii generis exercitiis, quae in libro Exercitiorum traduntur, litteram et sensum eorum dumtaxat, quae ibi scripta sunt, discere, sed cognitio amplior et studium sedulum in eiusmodi requiritur, et ex obseruatione librorum, qui de simili materia editi sunt, et potissimum ex crebra ac frequenti meditatione harum rerum, ut in 2.ª et 8.ª adnotatione dicitur.

N.º 48. Ubi explicatur secundum notabile, positum ante 3.ª gradus humilitatis quando sit inchoanda discussio electionis, et dicitur ita accipienda esse uerba illa, ut sit sensus omnino intra meditationem baptismi, quae fit quinto die, inchoari debere [2]; uidetur ex 3.º sequenti notabili contrarium colligi, ubi dicitur, antequam aggrediamur materiam electionum, etc., per totum diem reuoluendos esse tres illos gradus humilitatis, qui tamen considerantur eadem 5.ª die; ubi uidetur significare ante omnem electionum discussionem hos 3.ª gradus ruminandos esse, et perinde non eo die, sed alio oporteret electionem aggredi.

VIII

DIRECTORIUM EXERCITIORUM GRANATENSE [3]

DEL DIRECTOR DE EXERCITANTES
INSTRUCIÓN QUE LE PODRÁ SERVIR

1.ª Modo de hacer las certificaciones.

Certificamos que Dn. N. ha tenido los 10 días de Exercicios (mal o bien) en este Colegio. Y que deja satisfechos los alimentos. Assí lo firmamos.

Gra[na]da y N. tantos de 176 &.

Jhs.	Jhs.
P. R^or.	P. Director,
Fulano de N.	Fulano de N.

Las certificaciones se cierran, sellan y remiten a aquel a quien vienen firmadas: Y se las lleba uno de los exercitantes.

---

[1] Ibid., n. 5, supra, p. 847.

[2] Cf. *Di. Po.*, n. 74, supra, p. 815. Ex *Aut.* et *Ro.*, evanescit dubitandi ratio. Hunc *Vulgatae* locum declaravit congregatio V generalis. V. supra, p. 368, et infra, *Judicium Deputatorum*, n. [13].

[3] Ex cod. ms. penes Societatem Jesu. V. *Notitiam codicum*, supra, p. 205, et *Praefationem*, art. II, p. 766, sqq.

2.ª El P. Director o los Hermanos señalados cuiden ver si cada exercitante trae cama. Suele suceder que con una quieren componerse dos contra la modestia. Y para que no se falte a ella, ai (tal vez a desora) que buscarle cama en casa.

3. Desde la primera o 2.ª noche se les encarga y explica el modo de hacer una confesión general. Y se procura la hagan 2.os ó 3 días antes de salir, por la commodidad de los confesores; y porque de otra suerte el día de la communión suele succeder que la reconciliación de algunos es media confessión general.

3.ª [*sic*] Es conveniente no permitirles que en tiempo de los exercicios comulgen ni hagan confesión particular ni digan missa. He esperimentado que alguno de ellos quería comulgar y hacer confesión particular, quando tenía precisión de hacer antes confesión general [1].

4. El día antes de viernes, vigilia, ayuno, o en quaresma se les pregunta si tienen obligación de ayuno, o dispensa de pescado, assí para prevenir la comida, como para que sepan la obligación. Lo mismo se les avisa al ir a horación la mañana del día de missa de precepto. Para que no buel[b]a a succeder el inviar alguno después de las 12 a oírla.

5. Desde la primera noche se les pone a cada uno cilicio en el aposento, libros, papel, pluma, disciplina, y la hacen tres veces en los 10 días [2].

6. Es conveniente que el P. Director no se familiarize con ellos, para que hagan más fruto sus consejos. Y si puede ser no los confiesse, para que con más libertad pueda hablar a las immediatas en las pláticas, que suelen ser de más fruto que la meditación y lección que tienen los exercitantes.

7. Tenga el Padre director cuidado que los ermanos no les permitan amplitudes. La esperiencia de muchos años de ser director da luz para estas y otras cautelas.

---

[1] Haec paragraphus et praecedens, item alia monita, quae hic leguntur, aperte indicant agi hoc loco de iis, qui exercitia faciunt non integra, quos tamen maxime spectat hoc *Directorium*. Cf. c. I, circa finem; et c. II, initio et fine.

[2] Quod attinet ad cilicium et flagellum inde a prima nocte in singulis cubiculis ponenda, et ad flagellationem ter per dies decem exercendam; confer *Di. Ignat.* II [1], supra, p. 782; *Di. Po.*, nn. 52 et 54, supra, pp. 808, 809; *Di. primum Mi.*, n. 35, supra, p. 856, et hujus in fine *Adjunctum*. Ex his locis intelliges magni quidem momenti ad uberes exercitiorum hebdomadis primae fructus capiendos corporis asperitates et esse et haberi; sponte tamen adhibendas, neque eumdem omnibus modum esse accommodatum.

†

DIRECTORIO DE LOS EXERCITIOS SPIRITUALES DE LA COMPAÑÍA DE JESÚS PARA ENDREÇAR ASSÍ AL QUE LOS DA, COMO AL QUE LOS HAZE

DE LOS QUE DAN LOS EXERCITIOS Y DE LOS QUE LOS PUEDEN HAZER. CAP. I

Por los exercitios spirituales de la Compañía entendemos aquellas meditationes spirituales [1] que compuso nuestro Padre maestre Ignatio de Loyola, primero fundador della, los quales vsan los de la Compañía para su aprouechamiento spiritual y los comunican a otros de fuera para el mismo fin. Para enseñarse el hombre en ellos, tiene necessidad de maestro y guía, en tanto, que dizen algunos sanctos que es meior no entrar el hombre en la vía del spíritu, que entrar en ella sin guía.

El que da los exercicios a otros, deuría de tener la vnctión del Spíritu Santo [2], que es la enseñança del Spíritu Santo en ellos para sí, y para otros; y discretión de spíritus, o vso dellos; esto es: larga experientia de meditar en ellos, y de tractar ánimas, y ia que le falte el tal don, deue a lo menos tener bien estudiado y decorado el modo que ha de tener en darlos con alguna experientia en ellos, y encomendar lo demás a Dios, que es el principal maestre desta obra; y assí deue muy de coraçón rogar a Dios se digne de supplir lo que a él le falta.

Los exercicios no se han de dar de vna misma manera a todos, porque los que los piden se diuiden en 4 classes [3]. La 1.ª classe es de aquellos que no tienen aptitud para oración mental, o porque tienen poco iuyzio, o poca salud, o están tan occupados que las occupationes no les dan lugar para ello. En la mesma están aquellos que ahunque tienen buen iuyzio y salud, y están libres de las occupationes, no quieren darse a oración mental; pero todavía dessean todos estos reformar sus vidas y que se les dé alguna instructión en la vida spiritual con que meior se saluen. La instructión que a estos se les puede dar está en 4 cosas. La 1.ª es que hagan vna confessión general de toda la vida passada, no como cosa ne[ce]ssaria al que hizo buenas confessiones, sino ad bene esse, por los grandes prouechos spirituales que en ella hay. La 2.ª es que se les dé instructión de examinar cada día sus consciencias. La 3.ª mostrarles de examinarse generalmente para bien confessarse, por el modo de orar sobre los mandamientos de Dios y sinco sentidos. La 4.ª instruírlos a que freqüenten los sanctos sacramentos de

---

[1] Plenius et melius definiuntur exercitia spiritualia in annotatione prima ex viginti primis. V. supra, p. 222.

[2] Cf. I Jo., II, 20 et 27.

[3] Cf. *Di. Po.*, nn. 9-19, supra, p. 799, et Exercitia, annot. 18, 19, 20, supra, paginas 242-249.

la confessión y comunión cada 8 ó cada 15 días. A estos tales es muy bueno declararles los mandamientos, peccados mortales y obras de misericordia.

La 2.ª classe es de aquellos que tienen buen entendimiento y iuyzio para tomar los exercicios, de manera que si los hiziessen complidamente, se podría sperar dellos mucho fruto. Pero sólo quieren aiudarse algo dellos, quanto es menester para purificar su ánima y para reformar su vida; y a éstos basta darles la 1.ª semmana hasta hazer la confessión general, pero dénsela con exactión, con sus additiones y reglas de discernir los spíritus de la 1.ª semmana, a la manera que se tiene quando se dan todos exactamente. 2.º Se les pueden declarar y enseñar los tres modos de orar. 3.º Persuádaseles la freqüentia de los sacramentos. 4.º Si le paresciere conueniente, los puede instruír en el modo de distribuír las limosnas y de discernir los scrúpulos, si tuuieren necessidad dello.

La 3.ª classe [a] es de aquellos que tienen aptitud para la oración, pero las occupationes o la falta de salud no les dan lugar para vaccar a ellos complidamente sino en parte, y todavía dessean hazerlos como meior pudieren. A éstos se les pueden dar los exercicios vacando a ellos vna hora cada día por la mañana, desta manera: que 1.º se les dé el fundamento en que rumien vn día o dos. 2.º Sean enseñados en los exámenes de conscientia. 3.º Déseles el 1.º exercitio de la 1.ª semana en que mediten por 3 días, y declárenseles las primeras seis additiones. Tras esse déseles el 2.º por otros tantos días con declaratión de las otras additiones. Después el del infierno por otros tantos días, y si le paresciere al que da los exercicios, que el exercitante se ha de aprouechar de los exercicios de la muerte y del iuyzio, déselos por la orden que los otros tres sobredichos. El 3.º y 4.º exercicios no se los ha de dar, porque no son sino repetitiones de los dos 1.os, y en su lugar es que mediten vn mesmo exercicio por dos o tres días. Lo que toca a las reglas de discernir los varios spíritus de la 1.ª semmana, se dexa a la discretión del que da los exercicios.

Hará su confessión general. Después passarán a los exercicios de la 2.ª semmana y se los dará de la mesma manera que los de la 1.ª, con declaración de sus additiones y otras cosas conuenientes, meditando en cada vno de los exercicios por dos o tres días, y después los de la 3.ª y 4.ª semmanas. Y si quisiere hazer las electiones y se dispusiere como conuiene para ellas, éssas se le han de dar mientras anda en la 2.ª semana. Y si el tal quisiesse dar cada día más que vna hora a la meditatión, más en breue podría acabar los exercicios.

La 4.ª classe [b] es de los que pueden hazer y quieren hazer compli-

---

[a] Anno: 19 *in marg.; significat annotationem 19 ex viginti primis in libro Exercitiorum; sic intellige notationes, quae sequuntur, huic similes.*—[b] Anno. 20 *in marg.*

damente los exercicios para aprouecharse dellos todo lo possible. A éstos se les darán de la manera que aquí se dirá.

Para induzir a otros a que hagan los exercicios, díganseles frutos o effectos dellos, que son, el 1.° reformar la vida, la qual reformatión consiste en hazer penitencia de los peccados y mortificar los vicios, specialmente la afición desordenada de las cosas terrenas, y plantar las virtudes en el ánima; 2.°, enseñarse en la oración mental y trato con Dios, en lo qual consiste la vida spiritual; 3.° se le puede dezir que innumerables hombres se han aprouechado dellos notabilíssimamente, y se hizieron grandes ministros del seruicio diuino; 4.° que están aprobados por la sede apostólica.

LO 1.° QUE SE HA DE HAZER CON LOS QUE QUIEREN HAZER LOS EXERCICIOS. CAP. 2.°

Determinado vno de querer hazer los exercicios, procúrese que se recoia en vna celda apartada, y apartado él por el tiempo que duraren los exercicios de toda conuersatión y trato que lo distrayga dellos. Porque quanto más apartado estuuiere de estoruos y cuydados, tanto más libre y apareiado se hallará para vacar a Dios y a la salud de su ánima, y tanto más se aprouechará. La tal celda se ha de procurar que sea tal, que della pueda salir a oír missa, o dezirla, si fuera sacerdote, sin topar con personas que lo estoruen [a].

Recogido ia el exercitante repítanle 1.° los frutos, que ha de coger de hazer los exercicios.

Todos los exercicios de la vida, muerte y passión y resurrectión pertenescen a la vida illuminatiua [1]. El fruto que de los exercicios de la vida illuminatiua se coge, es que perseuerando el hombre en ellos, de día en día va ganando nueua luz de conoscimiento práctico de ponderación, estima y iuyzio de todas las cosas de la fee, assí primarias como secundarias; pero principalmente de las primarias, con la qual va tiniendo a cada vna en su grado, en aquella estima que es razón; y por la tal estima, el amor o aborrescimiento que a cada vna se le deue en su grado; con la qual se perfectiona en la fee intensiua y extensiuamente, y en la sperança y charidad: intensiuamente, porque va cresciendo de día en día acerca de vnas mismas cosas; extensiuamente, porque se va estendiendo acerca de otras cosas de la fee de las quales no hauía ahún ganado el conoscimiento práctico; y ahunque el tal conoscimiento actual no dura continuamente, antes cessa muchas vezes, o por comer, o por dormir o por diuertirse a otras cosas, no dexa el ánima de quedar illustrada en hábito, el qual hábito después lo inclina y actúa a menudo a semeiantes actos, y maiormente lo actúa si con el hábito tiene solicitud de actuarse a menudo; y de ahí viene a que lo más del tiempo está actuado en el sobredicho conoscimiento, y ahun a que quasi siempre y comúnmente, quando se actúa, se halla con maior luz de ponderatión y estima de las cosas; de manera que si buelue sobre sus peccados, se halla con maior conoscimiento de la graueza dellos y con maior aborrescimiento; si sobre el infierno o la muerte, con maior sentimiento y temor; si sobre las cosas terrenas, con maior desprecio dellas; si sobre las virtudes o dones o buenas obras, con maior estima; si sobre las cosas diuinas, con más alto iuyzio dellas; si a Dios, lo halla más ensalçado en su ánima; y esto es estar el ánima illustrada o alumbrada, en lo qual va cresciendo cada día a la manera de la luz de la mañana.

El exercicio del amor pertenesce a esta 4 semana y se puede proponer después de entrados en ella vn día o dos, y exercitarse iuntamente con los de la resurrectión; de manera que a los exercicios de la resurrectión se dé vna hora y al del amor las demás; y si paresciere hazerlo por sí, acábense los de la resurretión 1.° en dos o tres días, y después éntrese en el del amor [2].

Por quanto los 4 punctos del amor son faecundíssimos, el que terná harto de vno dellos para vna hora de meditación, puede vacar en las otras horas que se siguen, pero hágase el colloquio al fin de cada meditación. En este se puede insistir por los días que paresciere con que quede tiempo para los 3 modos de orar.

El exercicio del amor pertenesce a la vida vnitiua; porque ahunque nos vnimos con Dios por la fee iuxta illud «Desponsabo te mihi in

---

[1] Cf. tamen *Di.*, c. XXXVI, n. 1, et c. XXXIX, n. 4.

[2] *Di. Po.*, n. 102, supra, p. 825; item sequens paragraphus.

fide» [1], y por la speranca; próximamente nos vnimos con Dios por el amor y charidad, ca por ella lo abraçamos en el coraçón y lo posschemos y nos transformamos en él iuxta illud Ioannis. «Deus charitas est, et qui manet in charitate in Deo manet et Deus in eo» [2]; ahunque es menester aspirar a la perfecta vnión por la perfecta charidad que es ardiente y violenta.

Obseruationes sobre los 3 modos de orar. Cap. 11

El 3.° modo de orar es más fácil, y este es más para los simples que los otros modos [3].

El 1.° modo de orar es modo de examinar la conscientia [4] sobre los mandamientos de Dios y de la Iglesia y peccados mortales y obras de misericordia, etc., para después bien confessarse de sus peccados. Y no entiendas que dentro de vna hora has de fenescer siempre todo este examen. Porque acabada la hora puedes dexarlo en donde te hallares, añadiendo el colloquio al fin, y en la siguiente oración prosseguir el examen de donde le dexastes.

Si alguno está tan exercitado y tan apto para meditar que pueda ahondar más en esta oratión, después de la additión y oración preparatoria podría considerar sobre cada mandamiento: 1.°, quán sancto y bueno sea; 2.° quán útil a los que lo guardan; 3.° cómo lo ha guardado él; y assí de precepto, en precepto, y acabar con el colloquio, en donde pida a Dios perdón de las faltas, etc. [5].

Obseruatión acerca de las reglas de sentir con la Iglesia cathólica. Cap. 12

Estas reglas están acommodadas para sentir con la Iglesia cathólica romana contra los ereges deste tiempo [6], y son más necessarias para aquellos que viuen entre hereges y conuersan con ellos, que para los que solamente conuersan con cathólicos.

Finis.

Omnia iuditio Ecclesiae catholice romane submissa sunto.

---

1 Os.. II, 20.

2 I Joan., IV, 16.

3 Ad usum rudiorum hominum S. Ignatius primum modum commendat. (V. supra, p. 242).

4 Cf. *Di.*, c. XXXVII, n. 6; S. Ignatius hunc orandi modum non appellat examen conscientiae.

5 *Di. Po.*, n. 105, supra, p. 826.

6 Ibid., n. 112, supra, p. 829.

IX

BREVE DIRECTORIUM [1]

JESUS
BREVE DIRECTORIUM AD DANDA VTILITER EXERCITIA SPIRITUALIA SOCIETATIS

QUAE PARARI DEBENT ANTE EXERCITIA

Expedit imprimis, vt qui traditurus est exercitia spiritualia, ea non tantum semel diligenter fecerit, verum vt totum librum Exercitiorum etiam perlegerit et probe nouerit. Deinde et annotationes primas 20 familiares et ad manum habeat, materiam vero exercitiorum, antequam ea tradat, bene ruminatam, praeparatam et per sua puncta seu paragraphos distributam. Quam ad rem magnopere confert vt die immediate praecedente, qua par est diligentia, illud ipsum exercitium, quod traditurus est, sit meditatus [2]. Alia demum exercitia ipsum habere expedit ad manum, vt de morte, de effectis peccati, de judicio, de gloria coelesti, de filio prodigo, et huiusmodi alia, quibus et aliis instructionibus et documentis ad eumdem finem comparatis, eum qui exercetur, opportune iuvare et dirigere queat, maxime vero quae pertineant ad eam hebdomadam, in qua versatur.

QUAE OBSERVARI DEBENT INTER VISITANDUM

Visitandus est qui exercetur semel aut bis diebus singulis, quod faciet commodius statim a prandio vel a coena, tum quod ille minus tunc sit occupatus, tum quod illud tempus minus aptum sit meditationi, et tunc consilio et consolatione egere possit. Quando porro inuisitur, interrogetur generatim quomodo se habeant rationes ejus, deinde speciatim exigatur ratio punctorum singulorum [3], praecipue vero eorum in quibus maiores affectus et motus animi senserit, et eorum sigillatim, qui in eodem exercitio imprimis perquirendi erunt, vt de contritione, de lachrymis, de confusione sui, quando de peccatis, de morte, de judicio, de inferno et caetera, traditum fuit exercitium; de spe, de fiducia, de gaudio, de consolatione, etc., quando de incarnatione, de natiuitate, de resurrectione, de gloria, etc., suscepta fuit meditatio.

---

[1] Ex apogr., quod manu aliqua saeculi XVI ex archetvpo desumptum videtur, et nunc exstat Bruxellis, in archivo generali regni belgarum, «Fonds: Archives des Jésuites (province)», in fasciculo 1069-1070, n.° 7.

[2] *Di. primum Mi.*, n.° 5, supra, p. 847.

[3] *Di. Ignat.*, II, [2] «De modo», supra, p. 783, *Di. primum Mi.*, n.° 12, supra, p. 849

Si bene et pro voto ei successerit [1], ipsi congratuletur, et minus diu et paucioribus agat cum ipso; ne multa alia interroget aut declaret, juxta annotationem secundam ex praedictis 20.

Quod si cerneret eum nimia consolatione et feruore ferri, occurrat tempestiue, ne inconsulte ac praecipitanter aliqua se promissione vel voto obstringat, modusque ei adhibeatur opportunis salutaribusque consiliis iuxta 14.am et 15.am annotationum praedictarum.

Si non ex animi sententia successissent, iuxta 6.am annotationem causas perpendat, ipsasque (quoad eius fieri potest) tollat; vt verbi gratia, si tempus constitutum integrum non seruasset, si praescriptam [a] horarum distributionem neglexisset, si exercitiorum seriem, admonitiones vel instructiones datas recte non obseruasset; instruatur et animetur suauiter ad ea diligentius et alacrius praestanda, quae praescribuntur. Explicetur illi etiam sedulo meditandi modus, et succincte, quae in eo mysterio [b] considerari possint [2], vt sunt causae, modi, effectus, et vtilitates seu virtutes, quae in eo nobis proponuntur imitandae. Quod sicubi opere precium fore reputaret, illi subministret etiam quaedam exercitia faciliora, quibus velut manu ducatur ad grauiora.

Illud porro curandum est imprimis directori, vt quamuis suum tyronem ieiunum et aridum initio compererit, illi tamen nullum prorsus inditium det vel minimae diffidentiae aut displicentiae [3], quin illum potius erigat et roboret ad perseuerantiam, iubeatque eum bene semper sperare, nam subinde contingit (ita disponente diuina prouidentia) vt qui initio imbecilles et ieiuni atque aridi conspiciuntur, permagnas in exercitiorum decursu mentis illustrationes et spirituales consolationes accipiant. Solet enim nonnumquam Deus suos electos suis initio viribus relinquere, et veluti deserere, vt suam agnoscentes imbecillitatem et paupertatem, magis humilientur; et humiles facti, et oculos habentes ad Deum, sicut serui suos ad manus dominorum suorum [4], gratia largiore locupletentur.

Consideret insuper si quid ei defuerit vel lumen vel charta aut atramentum, aut aliquid ad victum necessarium. Aduertat etiam si sufficienter dormiat, an vero aliqua in re excedat, vel additiones aliquas omittat. Obseruet etiam an satis ei temporis ante dederit, ad communicandum secum familiariter de suis rebus omnibus, et an expediat eum monere vt scribat conceptus et motiones animi sui [5].

---

[a] perscriptum *compendiose scriptum ms.; paulo inferius de iisdem rebus dicitur* praescribuntur.—[b] ministerio *ms.*

---

[1] *Di. Ignat.*, ibid.; *Di. primum Mi.*, n.° 13, p. 850.

[2] *Anon. B1*, f. 18, supra, p. 894.

[3] *Di. primum Mi.*, n.° 14, supra, p. 850.

[4] Ps. CXXII, 2.

[5] *Di. Ignatiana*, II, [2] «De modo», supra, p. 783; *Di. primum Mi.*, n.° 15, supra, p. 850.

Moneatur, siue bene siue male ei succedat, quod, etsi certus praescribatur punctorum numerus, vt trium, quatuor vel quinque, liberum tamen sibi est [a] in pauciora vel plura meditationem redigere, prout suo profectui magis conuenire intelliget. Ac proinde antequam exercitium aggrediatur, puncta diligenter consideret et ea pro arbitrio disponat.

Ad haec studiose obseruet, ac postmodum recolat, quae sibi ille dixerit de meditationis suae progressu ac fine, atque ex illis discat motus boni angeli, desideria bona, inspirationes sanctas, consolationes spirituales, quas senserit; seu contra, tentationes daemonis, molimina ac versutias eius, animi deiectionem, etc., vt iis perspectis, melius se et tyronem suum dirigere queat, prouideque succurrat, sicubi opus erit.

Notandum praeterea est quod, etsi ex mysterio quolibet, quiuis affectus elici possit, mysterium tamen vnum magis aptum est [b] ad producendum hunc vel illum, quam alium; verbi causa, meditatio seu mysterium transfigurationis, resurrectionis, gloriae paradisi, potius gaudium aut spem, quam tristitiam aut timorem; contra vero mors, iudicium, infernus, potius tristitiam aut timorem, quam laetitiam aut fiduciam ingenerant. Potest tamen bene exercitatus, et in spiritu prouectior, ex meditatione iudicii et inferni magnam laetitiam, magnum amorem et fiduciam, nullo negocio elicere, vt ex paradiso timorem et confusionem; dum nimirum ille secum reputat se commeruisse poenas et locum illum, qui, quem Judas mortalem prodidit, ac semel 30 nummis vendidit, persaepe immortalem et pro minima re et oblectatione contempserit et vendiderit; se tamen a Deo, licet ingratissimum, non tantum non esse iisdem poenis adiudicatum [c], sed multis etiam cumulatum gratiis, et circumseptum praesidiis diuinis: hic, inquam, magnam erga se Dei misericordiam agnoscens laetatur, spem et amorem in Deum concipit maximum.

Illud autem serio est animaduertendum directori, ne qui exercetur nimium se ipse vrgeat; quia etsi non debeat esse iners et desidiosus, sed se excitare, primas tamen partes habet Spiritus Sanctus, cuius est voluntatem excitare, animam ad se trahere, et dulcissimo suae charitatis igne inflammare, quod nonnumquam agit in aliquibus, quos peculiariter elegit, et citius et liberalius, adeo vt anima subito et velut impetu quodam amoris feratur in Deum, vt in eo fixa manens, intueatur ipsum spiritu et mente cum indicibili delectatione attracta, et simul cum eo sine discursu, sine vocis strepitu loquens et tractans in silentio et secreto cordis: adeo vt ab eius aspectu et intuitu, velut quibusdam radiis et sagittis amoris percussa, elangueat, vt de sponsa illa dicitur: «Fulcite

---

[a] esse *ms.*—[b] esse *ms.*—[c] *Debuchy hunc locum ita habet:* «se tamen a Deo, licet ingratissimum non [tamen iisdem non] esse iisdem poenis adjudicatum» *(pag. 7)*; *librarii errorem esse suspicamur.*

me floribus, stipate me malis, quia amore langueo» [1]. Sed hi quos vberibus tantae charitatis suae lactat [2] diuina benignitas, vt paucissimi sunt, sic illis, qui non ita attrahuntur, permitti non debet, vt inter orandum contentione capitis, pectoris, laterum, item intensione abstinentiae, vigiliarum etc., sic eleuari conentur, quod id sit et valetudini valde noxium, et animae periculosum, vt quod promanare videatur ex quadam occulta superbia et confidentia sui, qua homo se studio ac marte suo eousque meditando pertingere posse existimat, quousque alii illi peculiari priuilegio donati. Doceatur itaque in humilitate se continere, impedimenta maioris illustrationis (quae vitia sunt) tollere; de reliquo ex diuina bonitate pendere, contentus ea bonorum coelestium affluentia, qua eum dignabitur.

Prima hebdomada

Imprimis consideret, quae de ratione hebdomadarum, quarta habet annotationum primarum 20. Deinde [3] annotatio illa quae immediate fundamentum praecedit incipiens: Imprimis etc.; explicetur prudenter primo loco, vt qui exercetur praemonitus, deinceps quae vel fient vel dicentur, omnia in bonam partem usurpet, nihilque velit celatum de iis, quae sipiritus siue bonus siue malus suggesserit; quin omnia cum directore libere libenterque communicet, ne diaboli technis decipiatur, iuxta 17.am annotationum primarum predictarum.

His factis, declaretur quid sit exercitium spirituale, ex prima annotatione, vt explicet vtilitatem exercitiorum, si recte et perseueranter tractentur ac obeantur; nimirum cognitionem sui, dolorem et confusionem de peccatis, rationem ac modum eadem bene confitendi, studium virtutis, vitae emendationem, actionum suarum veram directionem, hominis exterioris et interioris reformationem per Xpi. Domini exemplum et imitationem.

Pars deinde 20.ae annotationis illa declaretur, quae magis ei, qui exercetur, conveniat.

Demum tertia annotatio tradatur iuxta quam explicetur, exercitia non esse tantum ordinanda ad cognitionem et speculationem, sed ad affectum et actionem voluntatis, id est, charitatem, et virtutis amorem, desiderium et studium, hoc est, vt anima se sentiat magno accensam desiderio placendi et seruiendi Deo. Proinde si se exercens, non constituat pro fine affectus et voluntatis motionem, sed speculationem et conceptus, seu discursus, non orare seu meditari. sed studere reputandus est. Nam cum ad virtutes et gratiam Dei conciliandam meditatio et

---

[1] Cant., II, 5.
[2] Os., II, 14.
[3] *Di. primum Mi.*, n. 23, supra, p. 852.

exercitium spirituale sit medium quoddam: virtutes autem actionibus comparentur ex imperio voluntatis promanantibus, necesse est, ad finem exercitiorum consequendum, vt per ea voluntas accendatur desiderio virtutis, ab intellectu cognitae, vt accensa eius obtinendi desiderio, efficaciter et constanter operetur, donec illam obtinuerit, vel certe auxilium et gratiam ad eam a Deo consequendam.

Hisce bene explicatis, subministretur annotatio 5.[a]; tum demum veniatur ad fundamentum. Quod vt vtilius tractetur, atque consideretur, diuidi poterit in tres partes videlicet: primo vt ostendatur finis ad quem Deus nos creauit; secundo, quae media dedit ad eumdem finem consequendum; tertio, difficultas, quae in bene vsurpandis et adhibendis iis mediis accidere solet [1]. Quibus postremum addi potest expositio damni emergentis, quum [a] media non assumuntur debito ordine aut modo.

Jacto hoc fundamento [2], impedimenta que a consecutione finis vel nos reuocant vel retardant (haec sunt peccata omnia), per contritionem et per confusionem sui tollenda sunt. Quam ad rem perfectius obtinendam cum exercitia primae hebdomadae praecipue ordinata sint, examen particulare primo loco ponatur, vt nimirum primo considerentur peccata particularia, quae magis premunt, quod fit in morbis corporalibus; quo qui exercetur, hostis importunitatem penitius cognoscens, ei opponere studeat crebros actus iustitiae ac virtutis contrariae donec illum expugnauerit. Director vero saepe vestigando, et animaduertendo, quam fortiter aut debiliter resistat, remedia opportuna et instructiones adhibeat, eumque [b] melius in conflictu roboret ac dirigat.

Accedant postea quatuor additiones, quae in libello Exercitiorum examen illud inmediate sequuntur, ad faciliorem cuiusuis vitii extirpationem.

Ad haec adjiciatur examen generalius et quotidianum, quinque punctis constans.

Postremo vt auferantur radicitus omnes malae herbae conscientiae, et earum fibrae omnes, proponatur examen generalissimum, declareturque diligenter quot et quibus modis peccare et promereri possimus, cogitatione, verbo et opere, vt per illud in cognitionem veniatur peccatorum totius anteactae vitae [3], quod magnum habet momentum ad meditationes quae secuntur primae hebdomadae melius vtiliusque faciendas, et ad confessionem generalem totius vitae instituendam, si Dominus dederit, vt velit. Ad quam ut permoueatur [c] operae precium fuerit ei tradere tria puncta, primum exercitium inmediate praecedentia [d];

---

[a] quin *ms.*—[b] eaque *ms.*—[c] permoneatur (?) *ms.*—[d] praecedentium *ms.*

---

[1] *Di. Ignat.*, III, X ad finem, supra, p. 792.
[2] *Di. primum Mi.*, n. 25, supra, p. 853.
[3] Ibid, n. 26.

hanc tamen confessionem, neque contexere neque facere debet, nisi sub finem primae hebdomadae, vt habet annotatio vnica, tribus illis punctis immediate subjecta.

Aduertendum est autem [1], quod dum examina eiusmodi dantur, prima nihilominus [a] meditatio de fundamento et retinenda et facienda sit, vt nimirum in his exercitationibus duos circiter dies moretur, hac tamen cautione, vt non habeatur ea ratio distributionis horarum ad meditandum, quae in sequentibus exercitiis seruanda praescribitur [b].

Sub finem secundi diei expediet declarare, ex annotationibus praedictis 20, 12.am et 13.am, vt doceatur quomodo circa tempus praescriptum se habere debeat; item 16. am. Atque has annotationes vt facilius ad vsum deducat, opere precium fuerit, earum saltem summarium (quod in reliquis annotationibus et additionibus fieri potest), illi tradere ad ipsius personam et capacitatem accommodatum, vt illud saepe legat, ac secum ruminet.

Deinde (vt seruetur ea ratio temporis, quae in vltimo paragrapho post colloquium exercitii quinti assignatur) sub noctem, si fieri potest, proponatur primum, 2.m et 3.m exercitium [2], vt primum media nocte insequente ipse aggrediatur; 2m mane in aurora, vel cum primum surrexerit; 3.m denique ante prandium. A prandio vero detur 4.m et 5.m, vt illud hora vesperarum, hoc vero ante coenam faciat.

Moneatur autem is qui se exercet, vt peracto quouis exercitio, illud ruminet, ac secum repetat, iuxta 5.am additionem, post 5.um exercitium positam, per quartam horae partem.

Doceatur itidem, quod id, quod in oratione semel proposuit, nullo pacto negligere debeat (id enim ingrati animi esset); sed diligenter et magna cum charitate exequi. Cum enim in oratione consilia nostra cum Deo velut communicemus, vt ipsius diuinam voluntatem, et quod futurum sit ei gratius, cognoscamus; vbi hoc cognouimus, restat, vt ipsius adiuti gratia (quae bonae voluntati numquam deest), illud postea constanter exequamur, nulli parcentes labori.

Notandum porro est, omne exercitium constare duobus et saepe tribus praeludiis, pluribus deinde punctis, vno vel pluribus colloquiis.

Praeludia non debent esse sterilis quaedam consideratio seu imaginatio, sed coniunctum habere debent [c] desiderium meditandi, et fructum ex meditatione colligendi. Porro quia multi in compositione loci multum laborant, et vim magnam capiti inferunt, moneantur, qui minus

---

a nihilominus et *ms. Cf. Di. primum Mi., n. 26, supra, p. 854.*—b pscribitur *ms.*, perscribitur *Debuchy; librarii error videtur.*—c debet *ms.*

1 Ibid.

2 Recedit a *Di. Po.*, nn. 39 et 53 (supra, pp. 806 et 808), qui ab Ignatio acceperat, nunquam tradi haec exercitia simul. *Di. Ignat.*, II [1], 3.°, supra, p. 782. *Breve Di.* habet hoc ex *Di. primo Mi.*, n. 27, supra p. 854. .

ad eam apti comperiantur, vt reuocent sibi in mentem historiam aliquam pictam, quam aliquando in altaribus, vel aliis locis viderint; vt verbi gratia picturam iudicii vel inferni; item passionis Xpi. etc., exempli causa: meditaturus mysterium orationis Xpi. in horto et detentionis eiusdem, repraesentet imaginationi pictam imaginem, quam aliquando viderit, in qua vidit Xpm. in vna parte orantem ab apostolis seiunctum; apostolos alibi dormientes; proditorem aliunde cum militibus [a], facibus et armis in hortum prosilientem, alibi eundem Xpm. osculantem; deinde Petrum abscindentem Malcho auriculam, et Xpm. eandem ei restituentem; item alibi milites retrorsum cadentes, postremo Xpm. capi, ligari etc. Hoc enim praesidio facilius loci compositionem imaginariam conficere poterit, ex qua postea meditationis argumenta depromat.

Puncta materiam et substantiam ipsam meditationis futurae continent.

Colloquia adhibentur; quia cum meditantis actiones omnes in orationem resolvantur, haec in exercitiis nostris vltimum locum obtinet, colloquioque perficitur; praecedentia enim omnia, videlicet discursus intellectus seu cognitio veritatis, affectus timoris, spei, amoris, fiduciae, zeli etc.; item desideria bona et proposita sunt velut dispositio quaedam ad actum istum orandi. Oratio autem rem cognitam vel gratiam seu auxilium ad eam consequendam a Deo postulat et impetrat. Ergo meditatio dat lumen, affectus excitat, et calorem, quo mouetur et accenditur anima ad orandum; motus enim qui incitat ad orandum, quamuis non sine peculiari auxilio Dei esse possit, a nobis tamen etiam proficisci debet; quamobrem meditationes et exercitia sumimus, vt ad orandum nos excitemus et disponamus.

Post coenam insequentis diei, additiones 10 tradantur, quae in libello exercitiorum 5.[m] immediate exercitium sequuntur.

Examen particulare huc reuocetur et adhibeatur; neque hic tantum, sed bis quotidie, ante prandium et post exercitium vespertinum, ad cognoscendos et notandos defectus in meditatione admissos, vt monet vltima additionum praedictarum 10, paragrapho vltimo [1].

Regulae demum ad motus animae, quos diuersi excitant spiritus, discernendos, quae immediate sequuntur meditationem de passione Domini [2], et ad hanc hebdomadam accommodatae sunt, declarentur, vel etiam, vt melius eas memoriae imprimat, et sibi familiares faciat, scri-

---

[a] milibus *ms.*

---

[1] Haec ultima notatio non pertinet ad decimam additionem, etsi post illam ponitur. Cf. not. *b* eo loco, sub *Vu.*, supra, p. 308.

[2] Illae regulae non meditationes de passione Domini, sed mysteria vitae Christi proxime sequuntur. Illo autem loco sunt temperantiae leges in cibo ac potu. Recedit *Breve* in hac re a *Di. Po.*, n. 53, supra, p. 809.

ptae tradantur, vel integre, vel earum summarium, vt ei magis conferre director iudicauerit.

Ad cuius prudentiam pertinet, instructiones dare capacitati ipsius accommodatas, necnon et explorare diligenter, quo vitio ille magis impugnetur, vt salutaribus armis ipsum contra aduersarium instruat, ac ad virtutis contrariae frequentem exercitationem incitet.

Quod si praeter exercitia data, opere precium duxerit plura subministrare vt de morte, de iudicio, etc., id ipse praestet iuxta §.m 2.m positum post 5.m exercitium, ac modum faciendi colloquium, et vt praescriptum fuit in annotatione 17.a Extrahi enim potest haec prima hebdomada longius, adiectis aliis huiusmodi exercitiis, pro necessitate, capacitate et conditione sese exercentis.

Repetitiones exercitiorum [1], quae nimiae alicui videri possunt, multum habent momenti, ad profectum spiritualem, quem intendimus. Contingit enim non raro, vt aliqui inter meditandum [a] quadam mentis curiositate, ac rerum materiarumque nouitate, sic illiciantur et pascantur, vt discursibus et conceptibus intellectus, vt plurimum sterilibus, contenti maneant, sine affectibus [b] voluntatis, quae causa est, vt meditationes exercitiaque spiritualia cito fastidiant, et nihil vel parum fructus ex eis referant; quibus incommodis id genus repetitionibus prospicitur. Motus etenim affectus voluntatis ad detestationem peccati et ad Deum amandum praecipuus est finis et fructus exercitiorum: meditatio siquidem est ad instar lignorum, quae igni fomentum subministrant. Nam meditando aliquod punctum de mysteriis vitae, vel passionis Christi Domini, gloriae, amoris Dei erga nos, de reformatione vitae etc., excitatur nescio quis motus efficax in voluntate, si prouida et continua mentis agitatione penetrentur puncta meditationis, quo incitamur et inflammamur ad aliquem actum virtutis, videlicet amoris, timoris, spei, fiduciae, compassionis, doloris, imitationis, etc.; in quibus positus et fixus est, vt ante dictum est, finis et scopus meditationis; quod sic tamen capi velim, vt non in solis affectibus et gustu haereatur, verum vt animus eiusmodi gustu et oblectatione inescatus et incitatus, egrediatur ad operationes nascentes ex illis affectibus, hoc est, ad studium virtutis.

Ut vero accendatur facilius affectus, opere precium est ponderare et diligenter estimare, quae ex mysterio proposito intellectus voluntati repraesentat a Deo Optimo et Maximo pro nobis facta: ex aestimatione siquidem nascitur amor. Verbi gratia: quando nos pensitamus diligenter nostram vilitatem, vel quae contra Dei voluntatem admisimus, et quae nihilominus diuina bonitas pro nobis fecit, et continenter facit, proculdubio incitamur ad ipsum amandum. Quomodo enim non amet

---

[a] metitandum *ms.*—[b] effectibus *ms.*

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 31, supra, p. 855; *Anon. B2*, supra, p. 897.

ardenter, quem sibi indignissimo cui det vel bonam cogitationem, cernit seipsum, et tot tantaque alia bona vltro dedisse.

Quod dicitur in 9.ª additione vt in neminem oculos intendat, etc., id etiam transferendum est ad quasuis res creatas, nimirum vt non tantum in personas oculos [non] [a] intendant, sed vt neque in alias quasuis res curiose et sine necessitate oculos coniiciant ad oblectationem sensus, dum versatur in meditatione eorum, quae timorem, dolorem ac confusionem potius adferre debeant. Accedit quod dum meditamur res sacras, claudi debet oculus sensus, vt sequatur concupiscentiarum refrenatio; quod enim oculus non videt, cor non cogitat.

Quod ad poenitentiam attinet, de qua in 10.ª additione, ea subinde mutanda est, vt personae conditio vel eius profectus requirit. Adhibenda porro magna cautio est, ne hic excedatur nimio feruore; prouide magister et director sua prudentia omnia attemperare debet.

Aduertendum autem est, quod nulla poenitentia debet imponi (debet enim qui exercetur esse liber ad eam faciendam vel omittendam pro sua voluntate et deuotione); potest tamen ei insinuari quod multum proderit, si quam sua sponte et libenter (non tamen inscio directore) susceperit in remissionem peccatorum, et ad compatiendum et condolendum cum Xpo. crucifixo. Hanc ad rem et ad maius humilitatis argumentum [1] etiam iuuare poterit ab exercitiis nonnihil subinde cessare mentalibus, quae sine valetudinis iactura continuari nequeunt, vt quisque etiam qui delicate vixerit, et multorum obsequiis vsus sit, dum in eo secessu versatur, cubiculum suum verrat, mensam sternat, accepta refectione mappas complicet, lectulum componat, etc. Eiusmodi enim humiliatio, quae ex pio affectu nascitur, gratissima Deo est et ad gratiae et virtutis augmentum animam mirifice disponit.

Ceterum quod dicitur in primo puncto secundi exercitii [2], vt ad multitudinem peccatorum considerandam discurratur per loca, officia etc., id sic accipiendum est, vt id generatim potius quam sigillatim agatur. Non enim ad dolorem excitandum expedit tam subtiliter, et exacte singula expendere, quam quae grauissima sunt totius vitae peccata sibi ob oculos in genere [b] proponere, ne qui infirmus adhuc et imbecillis est, minutatim peccata praeterita obuersans, pro confusione distractionem et oblectationem potius, vel certe perturbationem aliquam patiatur.

Absoluto 5.º exercitio et aliis, quae forte eis fuissent adiecta, ad do-

---

a *Hoc v. ut suppleatur, tota sententia exigit.*—b gnre. *ms.;* generali *Debuchy.*

---

1 *Di Ignat.*, II, [2], ad finem, supra, p. 785; *Di. primum Mi.*, n. 19, supra, p. 851, et in hujus *Adjuncto* paulo ante finem, supra, p. 882.

2 *Di. Ignat.*, II, [2], «De confessione generali», supra, p. 784; *Di. primum Mi.*, n. 37, supra, p. 857.

lorem et contritionen magis excitandam, si ante de confessione generali facienda sermonem iniecisset, moneatur tempus esse modo opportunum, vt se componat ad eam; si nullam eius mentionem fecisset, provocetur ad eam iubeaturque repetere puncta seu emolumenta confessionis generalis ante ei proposita; verum vt eam fructuosius faciat et aeque libere ac minori cum verecundia cum suo postea instructore tractet, praestare videtur vt alio potius vtatur confessario, quam ipso instructore; quod si tamen multum vrgeret, vt id officii sibi ipse praestaret, minime tum illud esset ipsi denegandum.

Dum vacat huic concinnandae confessioni generali [1], non debet in vllis aliis exercitiis occupari, sed omnibus meditationibus et reliquis occupationibus supersedere, vt se prorsus tradat bene instituendae praedictae confessioni, et hoc quidem per diem integrum, vel etiam per duos, si opus est, vt illam plenius et perfectius absoluat.

Qui absoluta confessione generali exoptat vlterius in exercitiis progredi, sumpta sancta communione, vel facto sacro, si sacerdos est, expedit vt a laboribus vsque ad vesperam cesset, nisi forte, ne sit omnino ociosus, ei aliquid tradendum putabitur, leuiter suauiterque meditandum, vt de filio prodigo vel de praeceptis Dei vere et ex perfecto amore seruandis.

HEBDOMADA 2.ª

Eodem die quo confessionem generalem absoluit, sesquihora ante refectionem corporis vespertinam tradatur exercitium 2.ae hebdomadae de regno Jesu Christi, vt illud faciat vna hora ante coenam [2], qua finita (nisi propter imbecillitatem, vel praeteritos labores differendum esset vsque ad noctem insequentis diei) dabitur illi meditatio de incarnatione pro media nocte; deinde 2.ª de natiuitate diluculo facienda; 3.ª denique quam faciat hora nona, vel paulo ante. A prandio vero tradatur 4.ª, quae repetitionem praedictarum continet, quam faciet hora circiter 2.ª. Postremo 5.ª quam faciat sesquihora ante coenam, vt habet 2.us §.us quinque annotationum, quae immediate sequuntur 5.am meditationem huius primae diei, quas diligenter eum legere ac obseruare oportet, qui exercitia tradit, antequam 2.am hebdomadam exordiatur, praesertim vero §.um quartum, de mutatione 10 additionum, quae mutandae veniunt pro varietate exercitiorum; facile autem erit prudenti directori, singulis exercitiis ex his proprias additiones contexere et applicare. Similiter euoluat diligenter tres annotationes, quae post 12 diei contemplationem de gestis in die palmarum positae sunt in libello Exercitiorum immediate ante tres modos humilitatis, vt ex eis doceatur

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 38, supra, p. 857.

[2] Recedit a libello Exercitiorum, ubi jubet Ignatius, f. 17v, fieri hanc meditationem semel mane ac semel vespere; supra, p. 320.

quae et tradere et declarare suo quaeque loco debeat, et maiorem lucem ad ea exercitia bene tradenda obtineat. Ex eis enim omnibus perfecta ratio tradendi ea, quae ad 2.am et insequentes hebdomadas pertinent, consequetur.

Meminerit etiam vt in prima hebdomada, sic in hac et sequentibus examen particulare esse suggerendum, vt qui se exercet, notet defectus admissos circa vsum exercitiorum, annotationum, additionumque, vt est notatum immediate ante secundam hebdomadam, et in 4.a annotatione immediate 2.am contemplationem 3.ae hebdomadae sequentem.

Aduertat per totam hanc hebdomadam singulas contemplationes siue exercitia constare debere oratione praeparatoria, tribus praeludiis pro diuersitate rerum variandis, vt habet annotatio vnica post 3.um praeludium exercitii primae diei 2.ae hebdomadae; item tribus colloquiis, quibus vel singulas personas Sanctissimae Trinitatis affectuosis verbis (Verbum tamen sub humana natura considerando), vel loco alicuius personae diuinae B. Virginem, vel aliquam personan praecipuam, quae in meditatione versabatur, interpellem, petendo pro affectu, quem in me sensero, auxilium ad vere imitationem Domini mei Jesu Xpi. consectandum. In fine omnium, Pater noster.

Notandum praeterea est, meditationibus, quae eiusmodi praeludia et colloquia affixa non habent in libello, esse adhibenda ex praecedentibus primae diei, mutatis mutandis, pro ratione et exigentia mysterii, vt notatur in annotatione subiecta meditationi 5.ae diei; ad cuius formulam et praescriptum 6.ae, 7.ae et 8.ae et reliquarum dierum meditationes sunt usurpandae et repetendae.

Meminerit director monere, vt examen particulare bis de more adhibeatur, ad notandos defectus, qui occurrerint in meditationibus eius diei, et obseruatione additionum.

Sed et illud notandum est, quod cuiusuis exercitii ex sequentibus proponi et fieri possit repetitio, praesertim si magnam, qui exercetur, in eo senserit consolationem, vel alium bonum affectum; sin mediocrem vel paruum, duorum simul vel plurium exercitiorum repetitio fiat, pro spe fructus maioris vel minoris consecuturi. Sed hae possunt etiam contemplationes seu exercitia transferri, vel commutari, vt magis opere precium director duxerit, quemadmodum et quaedam omitti ob eandem causam et finem, vt 18.a et 19.a annotationum praescribunt; et primum notandum post 12.m diem huius hebdomadae.

Circa electionem notandum est, non esse tradendas regulas de modo bene eligendi, ei, qui nollet determinare de statu vitae suae; sicut nec illi qui non esset indifferens ad sequenda consilia vel praescripta, nec plene resignatus in manibus Domini, paratusque facere, quod magis ipsi placere putabit. Religiosis [1] itaque, siue illi nostri ordinis sint, siue alte-

[1] *Di. primum Mi.*, n. 49, supra, p. 862.

rius, non debent proponi modi faciendae electionis, qui jam vitae statum certum, Deo vocante, nacti sunt, sed reliqua exercitia accurate, quo consideratis Dei erga se beneficiis, et vt eius benignitate erepti sunt e periculis vitae saecularis, maiorem de sua vocatione concipiant laetitiam, et in ea magis magisque firmentur, Deo gratias continenter agentes.

Declarentur praeterea eis diligenter tres gradus humilitatis, tres modi orandi, tam his, de quibus iam proxime diximus, quam caeteris aliis; item regulae discernendorum spirituum, quae ad 2.am hebdomadam pertinent, numero 8.

Ei autem qui electionem facturus esset, tempore ipso electionis poterit nihilominus tradi vnum vel alterum mysterium vitae Christi, vt meditetur ac repetat eodem die, sed eiusmodi sit, quod faciat ad maiorem ipsius directionem, in hoc negotio electionis.

Res autem [1], quae ad deliberandum de suo statu alicui proponuntur, esse possunt huiusmodi: primo consiliane an praecepta tantum sint ei sequenda; 2.° si consilia eligit, eane extra religionem an in religione potius seruare debeat; 3.°, si in religione seruanda decernat, in qua facilius eadem seruare se posse existimet; 4.°, quando et quomodo in illam ingrediatur: ac rursus si eligit seruare praecepta tantum, quo in statu illa seruare debeat, aut in quo viuendi modo etc.

Caeterum, quamquam ante dictum sit, quod quo die de electione tractatur etiam vnum vel alterum mysterium vitae Christi meditandum suscipi possit, vel aliquid eiusmodi; aduertendum est tamen, non esse expendendos illos modos eligendi, quo tempore vacatur meditationi [2], sed peracto exercitio et cum animus est iam omnino sedatus et quietus, tunc, inquam, proprium tempus eiusmodi electionis modos versandi et ponderandi. Quare diligenter procurandum est, vt meditationes suo tempore fiant, et tales sint, quae animum eius consolentur, et ad bene eligendum disponant ac corroborent, vt dicitur in annotatione de tempore triplici, ad electiones recte faciendas magis opportuno, in libello Exercitiorum proxime ante priorem modum bonae electionis.

Quoniam vero in 2.° §° de eodem tempore recte faciendi electionem dicitur, quod vocatio cognoscitur per experientiam, consolationem et desolationem [a], non erit abs re, illi bene declarare in quo consistant haec duo. Est igitur consolatio alacritas quaedam spiritualis, amor et spes rerum supernarum, desiderium feruens seruiendi Deo, fiducia magna in diuina bonitate, et omnis denique animi motus relinquens animam quietam, serenam et consolatam, atque adeo inflammatam in amore Creatoris sui, vt nihil iam nisi propter ipsum diligere velit, vt di-

a *Ita ms., id quod notat etiam Debuchy, p. 22, annot. 1. Cf. supra, Proleg., p. 166.*

1 Ibid., n. 54, supra, p. 864.
2 Ibid., n. 57, supra, p. 865.

citur in 3.ª regula primae hebdomadae de discernendis spiritibus. Desolatio contra, est tristitia quaedam animae insidens, diffidentia, inquietudo, torpor, defectus amoris, siccitas affectus, et mentis obscuritas, vt ibidem 4.ª habet regula.

Esset porro bonum, tempore electionis, vno die Deo Optimo Maximo partem vnam rei quae proponitur, atque alio aliam repraesentare, et velut cum ipso ex animo consilia conferre, atque obseruare dein in quam Deus partem, per huiusmodi modos electionis clarius diuinae suae voluntatis signum praebeat, sicut pincerna offerens varias dapes et fercula principi, obseruat quod ex iis magis ei placeat [1], vt postea eadem illi parari curet [a].

Regulae discernendorum [2] spirituum 2.ae hebdomadae ei qui agit de electione statim post priorem modum recte eligendi tradi debent, vt ad bene eligendum [b] iuuetur, nec non vt et contra alia incommoda quae occurrere subinde possint, probe instructus sit.

Regulae ad victum temperandum factae [3], item regulae seruandae in distribuendis eleemosynis [c], annotationes de scrupulis, et quae denique iuuant vt recte cum Ecclesia sentiamus; communiter non debent dari ei qui exercetur; dari tamen possunt, si res postulat, maxime quando agitur de statu vitae reformando, in fine 2.ae hebdomadae. Nam hae regulae ad hoc tendunt; proinde qui exercitia tradit, hisce etiam regulis et annotationibus debet esse instructus, vt in rebus particularibus occurrentibus melius consulere possit.

TERTIA HEBDOMADA

In 3.ª hebdomada eadem ratio visitandi eum qui exercetur, tradendi exercitia et ea meditandi, seruanda est, quae in 2.ª seruata fuit, vt videlicet 1.ª contemplatio fiat media nocte, 2.ª in aurora, vt item adhibeantur repetitiones duae, vna circa missam, altera circa horam vesperarum, ac denique applicatio sensuum, circa coenam, praemissis atque subiectis vbique oratione praeparatoria, tribus praeludiis oblatae materiae convenientibus, et vno vel pluribus colloquiis, vt notatur immediate post secundam contemplationem eiusdem hebdomadae § 1.º, qui tum [d] diligenter est considerandus antequam haec 3.ª hebdomada inchoëtur.

Ad haec quomodo debet contrahere, vel extrahere hanc tertiam

---

[a] *Dubia lectio,* curet *an* curat.—[b] *Dubium sitne* eligendum *an* elegendum.—[c] eelemosinis *ms.*—[d] cum *additum est in marg., nulla re deleta.*

---

[1] *Di. Ignat.,* I, [3], supra, p. 781.
[2] *Di. primum Mi.,* n, 56, supra, p. 865.
[3] Ibid., n. 66, supra, p. 878.

hebdomadam expendat, quid duae annotationes immediate post diem 7.um in libello positae praescribant.

Quarta hebdomada

In hac hebdomada ratio procedendi dirigentis et meditantis est eadem, quae in 3.a hebdomada, mutatis mutandis in praeludiis, punctis et colloquiis; nimirum vt considerentur in punctis tribus primis (nam duo reliqua puncta ad formulam quarti et quinti primi exercitii huius hebdomadae erunt comparanda), personae, earum verba et opera, vt notatur in primo puncto primae contemplationis et in 1.° § annotationum, quae eidem primae meditationi subiicientur, quae omnes accurate legende et expendendae sunt directori, antequam quartam hanc hebdomadam aggrediatur.

Meditationes autem singulorum dierum accipiendae sunt, ex serie apparitionum, quae post resurrectionem Christi factae sunt, quae notantur in libelli parte, quae mysteria vitae Christi Domini continet, immediate post mysterium sepulturae, quibus addi potest meditatio de ascensione, quae est vltima.

Contemplatio ad amorem spiritualem in nobis excitandum, tradi potest, vel in hac, vel in tertia, vel etiam in 2.a hebdomada [1] pro necessitate meditantis et prudentia directoris, quemadmodum et modi orandi, cum regulis et annotationibus.

Haec sufficiant pro directione ejus qui dat exercitia.

Ad maiorem Dei gloriam.
Jesus

A tergo. Breue directorium pro exercitiis spiritualibus dandis.
Alia manu. Tit. 17. Catal. D. N. 6.

---

a ons *ms.*

---

[1] Aliter *Di. Po.*, n. 102, supra, p. 825; *Di. Aeg.*, f. 22, supra, p. 933, et *Di.*, c. XXXVI, n. 2, infra, *Directoria recentiora*, IX.

X

NOTATIONES B. PETRI CANISII [1]

MODUS TRADENDI EXERCITIA

1. Alia esse exercitia corporalia, alia spiritualia hominis, quae tamen pulchre conueniant in multis ex parte corporis et animae illius qui exercetur, ob utilitatem et necessitatem operantis.

2. Finis exercitiorum spiritualium in 3.bus consistit: ut homo seipsum uincat; 2, ut [a] mala affectione non moueatur; 3, ut affectiones in Deum ordinet.

3. Meminerit magnum adferre animum, seque totum offerre Creatori.

4. Fundamentum in 3 punctis statuat [b]. Cur homo conditus, quae officia creaturarum, quomodo ipse se in utendo habeat.

5. Vtrumque examen [c] sibi proponat generale et particulare.

6. Horas canoniças [d] deuotius et pacatius [e] recitare.

7. Explicare breuiter examen generale.

Quaerendum quo modo se habeat in modo meditandi ex parte corporis [f]; 2, in colloquiis ad Deum et sanctos; 3, circa seipsum ut quaeratur contritio, dolor et lachrymae de peccatis; 4, de proposito se offerendi totum Creatori; 5, an sentiat spirituales animi commotiones [g] et cogitationes a uario spiritu immissas; 6, de 10 additionibus.

---

a *Sequuntur verba* malis affectionibus liberetur *oblitt.*—b De hominis fine et ratione *in marg.*—c *A Canisio correctum ex* exercitium.—d *Hoc v. supra versum scriptum est.*—e *Hoc v. obscurius scriptum.*—f *Canisius scripsit* corpore.—g *Sex vv. sequentia a Canisio addita sunt in marg.*

---

1 Ex cod. *Can. 5*, f. 23 b. V. supra, p. 770.

XI

DIRECTORIUM P. PAULI HOFFAEI [1]

R. P. PAULI HOFFAEI SACERDOTIS S. J. PRAEPOSITI PROVINCIALIS SUPERIORIS GERMANIAE INTRUCTIONES PRO MAGISTRO EXERCITANTIUM

Cum omnium, qui exerceri cupiunt, non possit eadem esse vitae ratio, conditio, valetudo, ingenii capacitas, neque idem omnium otium: idcirco opus erit ut magister singulis suam specialem occupationem prudenter attemperet, non solum quoad res ipsas tractandas, sed et quoad rationem et ordinem temporis.

DE PERSONIS ET REBUS IN QUIBUS PRO SUA QUISQUE CONDITIONE EXERCENDUS VIDETUR [2].

1.ª *Conditio est rudium*, qui ad meditandum nihil fere apti sunt. His, Exercitiorum loco, satis erit proponere examen particulare et illud generale de quinque punctis, modum communicandi et missam audiendi et orandi, una cum sufficienti instructione catechistica, quoad praecipua et magis necessaria religionis christianae capita, praesertim ad mores pertinentia. Item per dimidium horae tantum quotidie in primo orandi modo, loco exercitii, se exercebunt.

2.ª *Conditio illorum est, qui praecedentibus paulo, etsi non multo, cabaciores sunt.* His omnia supradicta, si in illis versati non sunt, etiam proponenda sunt, una cum exercitiis primae hebdomadae illorum captui accommodatis, ut duabus quotidie horis illis vacent.

3.ª *Conditio illorum est qui, etsi litterati et ingeniosi sunt, publicis tamen vel etiam aliis negotiis ac curis impediuntur.* His itaque, una cum Exercitiorum fundamento, proponi possunt omnia primae hebdomadae exercitia, ac quotquot ipsi velint mysteria vitae Christi, cum duplici examine conscientiae, modis orandi, saepius confitendi et communicandi, atque amorem spiritualem procurandi: hac tamen moderatione, ut non nisi quotidie horam (nisi amplius ipsi velint et possint) medita-

---

[1] Ex editione *Collection de la Bibliothèque des Exercices*, n. 35, mense Septembri anni 1911, pp. 7-30, cujus rationem omnem sive interpungendi, sive scribendi hoc loco sequimur. Quae uncis inclusa litteris communibus sunt, addidisse se dicit ipse P. H. Watrigant, ut nonnullos apographi defectus suppleret. Cum aliqua nos omittimus, id uncis quadratis et italicis litteris in ipso textu monemus.

[2] Vide annotationes duodevigesimam, undevigesimam et vigesimam in libro Exercitiorum (supra, pp. 242-249). *Di. Po.*, supra, pp. 799-802; *Di. Anon. Br.*, supra, pp. 886-891.

tioni, et duos distinctos horae quadrantes examinibus conscientiae tribuant.

4.[a] *Conditio est hominum, qui ingenio quidem valent, sed tamen statum eligere nolunt.* His igitur, exceptis de electione documentis, uniuersa exercitia cetera et quaeque [a] alia in Exercitiorum libello continentur, quousque et quot horis quotidie ipsi cupiunt, tractare [b] poterunt.

5.[a] *Conditio est illorum, qui vitae statum eligere volunt.* Quibus, praeter primae hebdomadae exercitia et electionis documenta, tantum ex reliquis exercitiis proponendum est, quantum illorum conditio seu occupatio, vel etiam vires et voluntas, ferre possunt; quibuscum etiam de horis transigendum est quot velint.

6.[a] *Conditio est eorum, qui desiderant universa Exercitia quinque horis quotidie perfecte absolvere.* His igitur sequendus est ordo in Exercitiorum libello descriptus.

7.[a] *Conditio illorum est qui, etiamsi sint capaces, nihil tamen aliud fere in exercitiis consequi cupiunt, quam ut conscientiam suam per generalem confessionem perfecte expurgent.* Hujusmodi hominibus, postquam de horis conventum est, proponenda sunt examina conscientiae, modi orandi et amorem spiritualem procurandi, una cum exercitiis primae hebdomadae et quae ad illa communiter requiruntur.

8.[a] *Conditio est nostrorum fratrum studiosorum, sive novitii sint, sive non.* His eadem praescribi possunt, quae hominibus quartae conditionis, sed secundum arbitrium ac dispositionem superiorum.

9.[a] *Conditio pertinet ad nostros coadjutores, sive novitii illi sint sive non.* His ea fere competunt quae hominibus secundae conditionis.

Tamen si capaces meditationis essent, eadem quae fratribus studiosis proponi possent, si praesertim ipsi hoc cupiant. Communiter autem fere expedit hujusmodi coadjutoribus fratribus quotidie, ante et post prandium, unius et dimidiae horae exercitium corporale cum silentio, et quidem ab aliis separatim, praescribere, maxime si legere nesciunt.

Omnibus primis septem conditionibus prudenti modo instandum est, ut reliquae vitae tempore statuant aut velint octavo quoque die confiteri, et decimo quinto, vel et octavo, si affectus impellat, communicare [1].

Duabus vero sequentibus omnibus conditionibus praescribendum videtur ut, saltem sub fine, exercitiorum tempore, generaliter confiteantur et saltem semel communicent. Item ut contemplationem de

---

[a] *Sic Ed.; fortasse scribendum* quaecumque.—[b] *Ita Ed.; videtur tamen scribendum fuisse* tractari, *aut initio* hi *pro* his.

---

[1] Vide supra, p. 550, annot. 2.

amore spirituali cum tribus orandi modis exerceant, et ut veluti epilogi loco, ad exercitiorum finem, unam saltem diem integram quisque, secundum rationem sui status, tribuat rectius ordinandae suae vitae, suisque quotidianis piis actionibus, vocali et mentali orationi, spiritualibus jaculationibus ceterisque devotionibus disponendis, sibique formandis certis quibusdam memorialibus quibus, suis temporibus, admoneatur alicujus divini cultus actus [a] exercendi, vel aliquorum mysteriorum vitae beneficiorumque Christi [1]. Docet enim experientia plerosque saepe multa bona ad profectum suum spiritualem facere posse, adeoque cupere, sed cum agendi ordine ac modo careant, cumque ipsis memorialia desint, quibus ad officia pietatis et devotionis excitentur, idcirco fit, ut aut nihil prorsus horum faciant, aut certe ordine confuso, qui nauseam ac negligentiam paulatim creare solet.

Cavendum tamen est, ut ne devotionum multitudine ac varietate seipsos nimium onerent, quin potius, magistri consilium sequentes, paucula initio sibi proponant, quibus alio tempore, si ita in Domino videbitur, alia adjiciant.

Consultum quoque esset, devotionum rationem et ordinem et modum aliquoties singulis annis circa magnas festivitates, renovare si opus est.

Expedit externis secularibus hominibus usque ad peractam confessionem generalem, legere libellum de quatuor novissimis [2], tempore vero electionis libellum aliquem de contemptu mundi [3]; et vero post electionem, aut, si non eligunt, post confessionem generalem, legant libellum de imitatione Christi [4].

Denique P. Ignatius non absque magna causa, post exercitia singula, pia quaedam colloquia subjicienda praescripsit, quia haec tardioribus ingeniis viam aperiunt ad orationem mentalem [5], in qua plerumque languemus; ideo haec colloquia nostris fratribus judicarem esse bene inculcanda et tradenda.

---

[a] actum *Ed.*

---

[1] Usus ille saluberrimus indicatur, qui fere in omnibus religiosis familiis, quae ignatianis exercitiis operam dare solent, jam invaluit, tribuendi in secessu annuo aliquid temporis vitae in posterum ordinandae. Id quod in alterius hebdomadis fine faciendum liber Exercitiorum praecipit.

[2] D. DIONYSII CARTHUSIANI *De quatuor hominis novissimis liber.*

[3] De Contemptu mundi sive de miseriis humanae conditionis scripsit cardinalis Lotharius, qui paulo post Innocentius III, pontifex maximus (1198-1216) fuit, opus in tres libros divisum, dum amotus a consiliis pontificiis per Caelestinum III (1191-1198) in oppido Anagni versabatur.

[4] Notissimum opus Thomae a Kempis.

[5] Non est ex mente S. Ignatii potissima haec ratio colloquia faciendi, cum Ignatius non rudioribus magis quam summo ingenio praeditis illa adhibenda injungat; sed quia tunc maxime oramus, quando cum Deo colloquimur. Certum tamen est, ad tollendum languorem illum, de quo Hoffaeus loquitur, colloquia plurimum valere.

DISTRIBUTIO TEMPORUM, QUIBUS PERAGENDA SUNT EXERCITIA

Etsi Spiritualia Exercitia in quatuor hebdomadas distributa sunt, ut in prima de peccatis, judicio et poenis inferni agatur [a], in secunda de Domini nostri J. C. vita usque ad ingressum ejus solemnem in Jerusalem, die Palmarum, in tertia de Passione ejus, in quarta de ejusdem Resurrectione et Ascensione, non tamen sunt illae hebdomadae sic accipiendae ut necesse sit unamquamque continere septem vel octo dies. Cum enim alios aliis contingat esse tardiores vel expeditiores ad consequendum id quod quaerunt: verbi gratia, in prima hebdomada contritionem, dolorem ac lacrymas de peccatis, et animi terrorem ex judicii et poenarum severitate, idcirco nonnumquam expedit hebdomadarum tempus minui vel etiam prorogari. Solet tamen exercitiorum tempus, si integre et perfecte fiant, plus minus triginta diebus concludi [1].

Ceterum quod attinet ad nostros fratres, qui inter media studia aliasve occupationes spiritum suum per exercitia renovare, et non integra omnia exercitia peragere cupiunt, his communiter arbitror satis esse, si decem aut duodecim diebus exercitiis vacent.

Nullum vero externum hominem ad electionem admittendum putarem, quin initio declaret saltem duodecim vel quindecim diebus se velle in exercitiis perseverare.

Varia quoque partitio horarum esse solet; nempe ratione virium, ingeniorum, occupationum: alii tantum mediam horam qualibet vice, alii integram horam, et alii unam tantum, alii plures, usque ad quinque, se quotidie exercent.

Nostris autem occupatis fratribus non ultra quatuor horas, externis autem Germanis non ultra tres imponendas esse censerem, nisi ipsi sponte plura postularent, aut alioquin magna causa id suaderet. De his omnibus paulo post plura subjiciuntur.

NUNC QUAEDAM GENERALIA ADDAMUS PRO SUPERIORIBUS ERGA EXERCITANTES

Priusquam externi ad exercitia admittantur, ex ipsis intelligendum videtur, an ratione nostri victus et quo potu contenti esse velint [2]. Ac ne gravetur collegium, (si videbitur expedire) convenit, ut intelligant nullius lucri, sed tantum paupertatis nostrae causa, pro victu et potu quod honestum fuerit solvendum esse [3].

---

[a] agitur *Ed.*

---

[1] V. annotationem quartam, supra, p. 226.

[2] Cf. *Di. Ignat.* II, [1] et [2], supra, pp. 782 et 784, et III [7], p. 787.

[3] Cf. *Di. Ignat.* III, [5] et [6], supra, p. 787.

Discedentes, habito tamen delectu, ad nostram mensam invitari, honestoque deinde patrum colloquio recreari, ac in Domino dimitti possunt.

Cum tres aut plures fratres exercitati fuerint in communi, mensa prima vel secunda cibum capere possunt, atque tunc quidem communis lectio sicut et cetera quae in triclinio fiunt, omnia ipsis prudenter accommodata esse debent.

Pro ministro qui servit exercitantibus externis

Intelligat quibuscum exercitantes libentius conversentur, nullum tamen ad ipsorum colloquium vocet sine magistri consensu [1]. Subinde procurabit preces ad Deum pro ipsis fundi per se aut alium. Eos de temporibus monebit, quibus aliquid vel inchoare vel finire debent. Magistrum monebit cum sibi ipsis nimium austeri, vel etiam deambulatione in horto egere videantur. Curabit ut statis temporibus, certoque et constanti ordine, sua ipsis ministeria, ceteraque necessaria praestentur. Cavebit ne, si plures sint qui electionem facturi putentur, inter se unusquisque conveniat; ideo et diversa sacra audiat, in quibus non concurrant; attamen sua sacra simul audire possunt [a].

Pro ministro fratrum exercitantium

Cavebit ne quisque nostrorum cum fratribus exercitantibus, ac ne ipsi quidem inter se, etiam tempore recreationis [2] colloquantur. Quidquid autem scripto ab ipso [b] petent, hoc magistro quoque ostendendum erit. Quae ministro externorum exercitantium scripta sunt de praescriptis temporibus, ministeriis, et austeritate cavenda, fratribus quoque praestari curabit. Cum multi fuerint, fratres simul [c] ab eodem magistro exercentur: commune signum dabit ad initium et finem meditationis, ad sacrum, ad conferentias. Dabit quoque signum circa medium decimae matutinae et secundae et quintae pomeridianae ad communem repetitionem; novaeque materiae praescriptionem; ac ne illorum recreatio ab aliis turbetur cavebit; quotidie aut saltem alternis diebus aliquot in hortum, causa relaxandi animum, mittet, praescripto tempore revertendi secundum arbitrium magistri.

---

[a] *Locus obscurus, nisi forte corruptus, ita intelligi aliquo modo potest:* inter se conveniant, ideo et diversa sacra audiant.—[b] ipsis *Ed.*—[c] *Sic Ed.; fortasse legendum* cum multi fuerint fratres, qui simul.

---

[1] *Di. Aeg.*, f. 3v, supra, p. 903, et *Di.*, c. IV, n. 5.

[2] Nota bene tempus recreationis hoc loco et inferius dici, etiamsi nulli in eo sermones misceantur.

PRO MAGISTRO EXERCITII

Diligenter servare convenit decimam quintam annotationem R. P. N. Ignatii piae memoriae, quae est hujusmodi: [*Transcribit fere annotationem illam ex textu Vulgatae, quam habes supra, pp. 236-238*].

Qui cum exercitantibus conversabuntur, perspectum habeant cujus modi exercitiorum genera eo tempore tractent, ut colloquia sua rite accommodare possint [1]. Inconsulto magistro, nullus exercitantibus liber legendus exhibeatur, neque de rebus Societatis quicumque obtrudat; sed neque facile ad eorum dubia, praesertim quae Societatem attingerent, respondeatur, verum persuadeantur in hujus modi consilia petere a solo magistro.

Ingeniosis et in meditando exercitatis fideliter narranda est meditationis historia, obiter duntaxat tactis breviterque declaratis praecipuis illius partibus, ut exercitans suo proprio marte meditando discurrat ac ratiocinetur: quo fiet ut si quid invenerit quod elucidationem vel aliquanto majorem historiae sensum praebet (sive ex discursu proprio, sive ex divina mentis illustratione id contingat) gustum delectabiliorem uberioremque fructum percipiat, quam si res ipsa ab alio diffusius ei narrata ac declarata esset. Non enim abundantia scientiae, sed sensus et gustus rerum interior desiderium animae explere solet [2]. Attamen qui tardioris sunt ingenii, ac meditationi nil fere assueti, solent fere tempus et horam in exercitiis perdere, nisi proposita materia paulo fusius, et quidem et [a] varia pro numero repetitionum, explicetur. Sic enim simul inflammantur et similibus discursibus sibi [propriis] assuefiunt facilius. Ideo sicuti ingeniosi propriis potius inventionibus quam alienis oblectari solent, sic tardioribus, minusve in hoc genere exercitatis, magistri manu duci, ejusque lumine illustrari, cordeque inflammari, quam in propriis tenebris excurrere, ac sine ordine et modo, longe sine fructu vagari, utilius ac fere gratius esse solet.

[*Sequuntur annotationes septima, octava, nona, decima, undecima, decima sexta et decima septima, tantum non ad verbum ex Vulgata desumptae (eas habes supra, pp. 230-240), non habita ratione emendationum a congregatione V factarum*].

ADMONEATUR EXERCITANS DE FINE, MODO ET USU EXERCITIORUM

[*Sunt hoc loco annotationes prima, tertia et quinta non prorsus ad verbum. Eas vide supra, pp. 222-228*].

Cum in quolibet exercitio certum et praescriptum temporis spatium

---

[a] *Hoc verbum superesse videtur.*

---

[1] Cf. *Di.*, c. IV, nn. 7-8.
Cf. annotationem secundam, supra, p. 224.

impendi debeat, curandum est illi qui exercetur, ut animi sui quietem potius in hoc reperiat, quod plus temporis quam minus sibi insumpsisse conscius sit. Frequenter enim daemon hoc conari solet, ut tempus orationi et meditationi praefixum minuatur [1].

[*Sequitur annotatio decima tertia ad sensum*].

Vacans Exercitiis, dum abundat consolatione magnoque fervore, cavere debet, ne se obstringat aliquo promisso vel voto inconsulte ac praecipitanter facto. Attente enim considerandum est quid commodi, aut incommodi possit occurrere, ad illud praestandum, quod promissurus sit [2].

Qui exercetur [3] tanto majorem facit progressum spiritualis vitae, quanto magis ab amicis, notisque omnibus, et ab omni rerum humanarum sollicitudine sese abduxerit: v. g. si ab aedibus pristinis migret in domum cellamve secretiorem, ex qua quidem loci secessione praecipue tres habentur [commoditates]:

1.ª, quod seclusis amicis et familiaribus, negotiis[que] minus recte ordinatis ad Dei cultum, gratiam apud Deum non mediocrem meretur;

2.ª, quod sic intellectu minus quam antea distracto in diversas partes, et collecta redactaque omni cogitatione ad rem unam, scilicet ad obsequendum Deo Creatori suo, salutique animae suae consulendum, multo liberius et expeditius utitur naturae viribus in quaerendo [eo], quod tantopere desiderat;

3.ª, quod quanto se magis reperit anima segregatam ac solitariam, tanto aptiorem seipsam reddit ad quaerendum, attingendumque Creatorem ac Dominum suum, ad quem insuper quo propius accedit, eo melius ad suscipienda bonitatis divinae dona disponitur.

ORDO DIURNUS ILLORUM QUI TRIBUS HORIS QUOTIDIE EXERCENTUR

Mane surgunt hora quarta. Cum excitati fuerint, proponent sibi de cavendo peculiari vitio, deinde cogitabunt qua de re, die proxima, meditandum: interim sua expedient.

A media quinta usque ad mediam sextam de re proposita meditabuntur.

Inter quadrantem ante sextam et quadrantem ante octavam, Sacrum audivisse oportet.

Cum moniti fuerint, aliam horam ante prandium meditationi tribuent.

Quadrante ante prandium conscientiam examinabunt.

Quidquid temporis, a meditatione matutina usque ad prandium,

---

[1] Cf. annotationem duodecimam, supra, p. 232.

[2] Cf. annotationem decimam quartam, supra, p. 234.

[3] Quae sequuntur usque ad hujus capitis finem ex annotatione vigesima (supra, p. 246) desumpta sunt.

vacuum fuerit, hoc tribuendum est orationi, piae lectioni, parandae confessioni, aut scripto colligendis iis quae inter meditandum placuerunt.

Finito prandio, recreationi, ad minimum per horae spatium, vacare licet.

A medio horae tertiae usque ad medium quartae meditandum est.

A coena vacabunt recreationi usque ad horam octavam.

Ad medium nonae, per quadrantem horae, examinabunt suam conscientiam, prius litaniis recitatis.

Qui horis quatuor meditantur, illis duae horae post prandium assignentur; nempe ad tres dictas, a medio quintae usque ad medium sextae.

Horae praedictae mutari possunt: v. g. ut sumatur hora a medio quintae usque ad medium sextae, et hora nona usque ad decimam, aut medium decimae; item a tertia usque ad quartam, aut medium quartae, a sexta usque ad septimam, aut medium septimae.

ORDO TOTIUS DIEI PRO FRATRIBUS NOSTRIS EXERCITANTIBUS

Silentium erit perpetuum et strictum.

Si quid a ministro suo petere, aut eidem indicare velint, scripto hoc faciant

Cibum suum in cubiculo singuli capient; ac temporibus consuetis, sed locis a communi recreatione separatis, ac singuli soli, et quidem cum silentio, sedendo aut ambulando extra sua cubicula, se recreabunt; aut etiam in cubiculo, si expediat.

Reliquus diei ordo cum externorum exercitantium ordine communis ipsis erit, sive tribus, sive quatuor, sive quinque horis ipsis meditandum sit.

Quod si tres, quatuorve aut plures sub eodem magistro exercentur, qui ob alias occupationes singulis seorsim vacare non possit, tamen hi tribus aut quatuor, et non amplius, horis exercendi erunt, praeter quas unam tribuent conferentiis, si expedire videbitur, et quidem illam a media quinta pomeridiana usque ad medium sextae. Porro propositam, et ut cuique explicatam materiam, omnibus magister repetet, si expedierit, confirmandae omnium memoriae causa, cum illa singulis in scripto non facile communicari queat, etsi in communi loco unicum saltem exemplar affigi debeat.

Reliquum diei ordinem cum aliis supra dictis ipsi quoque communem habeant.

Patribus tamen jam provectis, et per se idoneis, ac exercitatis, relinqui [debent] in scriptis meditanda, ut ipsi per se legant, non egentes ullo magistro aut ductore.

DISTRIBUTIO EXERCITIORUM IN DIMIDIAS HORAS, CUM TOTIUS DIEI ORDINE PRO HOMINIBUS PRIMAE CONDITIONIS

A medio quintae usque ad quintam in primo modo orandi se exercebunt, quemadmodum pridie sub noctem ipsis praescriptum fuerit.

Post horam quintam, facta coram magistro praecedentis orationis repetitione, explicantur mysteria missae ac caeremoniarum ejus. Dein audient, si fieri potest, tria sacra, sed non continua; atque sub illis applicabunt mysteriorum explicationem antea factam.

Temporibus inter haec sacra incidentibus, component ac verrent suum cubiculum. Quodque reliquum est temporis, tribuent orationi ac piae lectioni, vel scriptioni.

Sacris absolutis, denuo, si opus sit, aliquid in primo modo orandi, quantum pro duabus vicibus satis esse potest, declarabitur. Mox inde in re explicata, per aliam mediam horam, sese exercebunt.

Postea vel legent, vel scribent, vel laborabunt, vel ambulabunt usque ad tempus examinis.

Tempore primae mensae ipsi quoque prandebunt.

Recreatio ipsorum usque ad horam primam durabit.

Deinde ad secundam usque legent, vel orabunt, vel scribent, vel laborabunt aliquid.

Ab hora secunda usque ad medium tertiae, suo modo orandi denuo se exercebunt.

Postea, si magistro videbitur, ad vesperas se conferent in aliquod vicinum templum, ita tamen ut foris cum nemine loquantur.

Ante horam quartam explicabuntur illis mysteria rosarii, ac circa eadem se exercebunt, a quarta usque ad medium quintae.

Inde usque ad sextam legent, scribent, aut laborabunt. Denique quadrantem ante coenam orationi impendent.

Coenabunt sub prima mensa, ac dein usque ad octavam se recreabunt.

Mox de primo modo orandi aliquid ipsis explicabitur, de quo postridie mane sit ipsis meditandum.

Denique recitatis litaniis, et a medio nonae per quadrantem examinata conscientia, mox lecto se committent.

Absoluto semel modo primo orandi, idem repeti potest; et explicatis, quantum satis est, iis quae pertinent ad eumdem modum orandi, missam audiendi, rosarium recitandi, progrediendum est ad cetera catechistica documenta. Totum vero hujus exercitii tempus magistri discretione, et exercitati possibilitate, metiendum est; quod etiam [*de*][a] aliis hominibus dictum sit. Item ex additionibus ea quoque praescribentur, quae magister ipsis convenire judicaverit.

---

[a] *Sententia postulare videtur ut hanc praepositionem addamus.*

DISTRIBUTIO EXERCITIORUM PRIMAEHEBDOMADAE IN DUAS HORAS, UNA CUM ORDINE TOTIUS DIEI PRO HOMINIBUS SECUNDAE CONDITIONIS

Mane a medio quintae usque ad medium sextae, omisso Exercitiorum fundamento [1], ordine de ceteris exercitiis primae hebdomadae meditabuntur.

Duo audient sacra, sed non continua.

Intermediis vero spatiis, idem facient quod primi.

Sacris finitis et priori meditatione repetita, lectionem magister faciet, de iis rebus, ordine quo primae conditionis hominibus praescriptae sunt, si necdum satis in illis versati sunt, incipiendo a mysteriis missae, rosarii. Reliquum tempus usque ad examen tribuent lectioni, orationi, parando confessionem generalem, vel labori aut deambulationi.

Se examinabunt et prandebunt iisdem temporibus sicuti primi.

Recreatio extenditur usque ad medium primae.

Inde usque ad medium secundae idem facient, quod a lectione matutina usque ad examen.

Hora secunda, priori meditatione coram magistro repetita, nova vel eadem meditatio praescribitur.

Postea ad vespertinas preces se in vicinum templum conferent, si hoc probet magister.

Ab hora tertia usque ad quartam meditabuntur.

A medio quintae fiet lectio de rebus antedictis.

A quinta usque ad medium sextae rosarium recitabunt, adhibita consideratione mysteriorum. Inde laborabunt aliquid ad ultimum quadrantem ante coenam, quo vacabunt orationi.

Coenabunt tempore primae mensae; deinde usque ad octavam se recreabunt. Tunc repetita coram magistro meditatione, novum exercitium ipsis praescribitur.

Recitatis litaniis et examinata conscientia, cubitum ibunt.

Additiones aliae judicio magistri ipsis accommodari poterunt.

DISTRIBUTIO EXERCITIORUM PRO UNICA HORA TANTUM

Quadrat hominibus publicis negotiis occupatis, qui, cum mane surgunt, idem tunc quod ceteri faciunt.

Aliqua autem [hora] ante meridiem, quae ipsis certa et commoda sit, meditabuntur, et quadrantem bis quotidie examini conscientiae donabunt.

Reliquis totius diei temporibus ab occupationibus vacuis, sacrum

---

1 Cf. *Di. Anon. Bi.*, f. 15 ad finem, supra, p. 886.

unum vel alterum cum vesperis audient, orabunt, confessionem parabunt, legent, et scribent suas devotiones. Cetera etiam a magistro discent, quae ad orandi, riteque ac saepius confitendi, atque communicandi, suamque vitam rectius ordinandi modos pertinent.

Dabunt etiam operam ut, quantum per occupationes licet, domi certo in loco sese contineant, easque observationes sive additiones servent, quas magister judicabit ab ipsis servari posse. Cumque domi suae fere totum exercitii tempus transacturi sint, vix alius ipsis ordo praescribi poterit.

DISTRIBUTIO EXERCITIORUM IN QUATUOR VEL QUINQUE HORAS

In tota serie Exercitiorum, sicut in singulos dies et horas mox sequenti ordine trium horarum distributa nihil immutandum est, quam quae in plures horas partienda sunt, ita tamen ut fundamento Exercitiorum unus integer dies tribuatur.

Verum cum nostri fratres non multum utilitatis communiter ex illis exercitiis, quae de peccatis et inferno agunt, sumant, idcirco, omissis illorum repetitionibus, minus temporis illis tribuere possent, si ad alia transire, et in illis non diu inhaerere cupiant.

DISTRIBUTIO EXERCITIORUM IN TRES QUOTIDIE HORAS

I.ª Dies.

Pridie hujus diei, sub noctem, proponendae sunt admonitiones de modo et fine Exercitiorum, una cum Exercitiorum fundamento, pro prima hora matutina diei sequentis meditationi a magistro deputata.

Hora secunda meditationis ante meridiem, de eodem fundamento meditandum est, praecedente tamen, convenienti tempore, meditationis matutinae coram magistro repetitione, priusquam nova praescribatur materia. Communiter praecedentis exercitii peracti reddenda est ratio ipsi magistro, qui pro hac hora secunda, novo quodam modo, idem fundamentum declarabit, simulque formulam particularis examinis praescribet. Et notandum est: quoties is, qui exercetur, praecedens exercitium denuo sequenti hora meditari jubetur, toties expedit idem exercitium ipsi aliter atque aliter a magistro explicari [1].

Tertia hora meditationis (quinta tandem illa post meridiem a magistro assignabitur) de fundamento denuo meditandum est, reddita prius suo tempore secundae meditationis ratione, ac nova pro hac hora

[1] Hunc repetitionis modum fert quidem usus frequens. Fatendum tamen est, hanc non esse repetitionem, quam S. Ignatius in libro Exercitiorum proponit. Cf. supra, pp. 290, 292, 334, 402 et 422; item *Di. primum Mi.*, n. 31 et 32, supra, p. 855; et *Di.*, c. XV, n. 2.

ejusdem fundamenti explicatione facta, cum praescriptione formulae examinis generalis.

2.ª Dies.

Pro prima hora, reddita ratione ultimae meditationis hesternae, proponendum est primum exercitium de peccatis alienis una cum additionibus.

Pro secunda hora, exercitium proponendum de peccatis propriis, una cum illo scripto de utilitate confessionis generalis et communionis.

Pro hora tertia, proponi debet exercitium tertium, quod aliud non est quam repetitio duorum exercitiorum praecedentium. Item examen generale, quo utendum est ad parandam confessionem.

3.ª Dies.

Pro prima hora, exercitium de morte, nisi magister judicet tertii exercitii meditationem denuo vel saepius esse repetendam, vel de discernendis animi motibus.

Pro secunda hora, exercitium de judicio particulari; nisi, secundum libellum Exercitiorum, transeundum videatur ad meditationem de inferno [1], aut nisi magis libeat denuo de morte meditari.

Pro tertia hora, de judicio generali, nisi quis malit repetere meditationem utramque simul de morte et judicio particulari.

4.ª Dies.

Pro prima hora, de inferno, aut certe repetitio meditationis de judicio generali.

Pro secunda hora, de purgatorio, aut repetitio de inferno.

Pro tertia hora, repetitio de purgatorio, aut tunc inchoatur seria praeparatio ad confessionem generalem.

Toto hoc die, vacandum est serio confessioni generali parandae, ac nonnihil requiescendum a labore meditandi [2].

Cum autem, praecedentibus diebus, ut supra notatum est, necessitas postulare videbitur, proponendae erunt instructiones de discernendis animae motibus, quae primae hebdomadae exercitiis maxime quadrare solent, quanquam etiam, nulla expectata necessitate, cum diei tertiae horae primae exercitio proponi possint.

Antemeridiano postridie tempore generaliter est confitendum, et unicuique externo liberum erit quem malit confessarium eligere.

---

[1] De harum meditationum ordine cf. supra, p. 298, annot. 1.

[2] Cf. *Di.*, c. XVI, n. 1.

5.ª Dies.

Mane confitendum est, ut jam est dictum.

Pro secunda hora pomeridiana, contemplatio de regno Christi et [a] regis aeterni.

Pro hora tertia, ejusdem contemplationis repetitio, nisi confessio generalis tantum temporis sibi vindicet, ut semel tantum haec contemplatio pomeridianis horis exerceri queat.

6.ª Dies.

Pridie sub noctem, pro prima diei sequentis hora, proponenda est meditatio de incarnatione Domini, una cum generali ordine ac dispositione exercitiorum de vita Christi. Simul tunc etiam proponentur novae observationes, seu additiones, nonnihil immutatae.

Pro hora secunda, nulla videtur jam esse praescribenda meditatio, sed vacandum sacrae communioni. Solummodo proponendum est de colligendo fructu ex meditatione mysteriorum Christi.

Pro tertia hora, praescribenda est formula applicandi quinque sensus ad historiam praecedentis meditationis seu mysterii.

7.ª Dies.

Pro prima hora, de nativitate Christi.

Pro secunda, applicatio sensuum ad nativitatis Christi historiam, nisi magis placeat exercitanti, omissa applicatione simplici, tantum quadam mysterii repetitione uti.

Pro tertia, de tribus regibus.

8.ª Dies.

Pro prima hora, applicatio sensuum seu simplex repetitio de tribus regibus, nisi exercitans de novo mysterio meditari malit.

Pro secunda, de fuga in Aegyptum, vel de reditu, vel de praesentatione Domini in templo, vel quid egerit Jesus Christus usque ad trigesimum vitae suae annum.

Pro tertia, videtur esse proponenda meditatio de puero Jesu duodecim annorum, si tamen spes sit fore, ut qui exercetur vitae suae statum velit eligere; quia si id facere nolit, quodvis aliud, vel etiam hoc ipsum exercitium tractare potest.

Quandocumque autem magistro visum fuerit, praescribenda sunt documenta de cognoscendis bonis malisque spiritibus, quae in hac se-

---

[a] *Sic Ed.; legendum fortasse* ut.

cunda hebdomada quadrare solent, nisi magister malit cum diei octavae secunda applicatione, seu repetitione, illa proponere.

9.ª Dies.

Pro prima hora, exercitium de duobus vexillis, cum sua praefatione de consideratione statuum diversorum, qua exercitantis animus ad electionem paulatim praeparetur.

Pro secunda et tertia, ejusdem exercitii de vexillis repetitio.

10.ª Dies.

Pro prima hora, de tribus hominum classibus differentibus.

Pro secunda, omissis nonnihil iis quae ad electionem pertinent, de transitu Domini ad Jordanem ejusque baptismo.

Pro tertia, applicatio sensuum ad historiam baptismi, seu simplex repetitio ejus, cum tribus illis ad finem colloquiis, quae habentur in exercitio de duobus vexillis.

11.ª Dies.

Pro prima hora, de tentatione in deserto.

Pro secunda, de vocatione apostolorum.

Pro tertia, de octo beatitudinibus.

Horum vero trium exercitiorum colloquia erunt tria supradicta de vexillis, quibus etiam concludentur alia exercitia de mysteriis vitae Christi, si tamen plura mysteria, pluribusque diebus, ante electionem tractare libeat, vel expedire videatur. Quotquot mysteria circa electionis tempus dabuntur, pie accommodentur futurae electioni, prudenter tamen, ne affectatio rem odiosam ac suspectam reddat.

12.ª Dies.

Pro prima hora, tres modi humilitatis.

Pro secunda et tertia, eorumdem modorum repetitiones, una cum instructione seu praeludio, ad electionem bonam faciendam, cum introductione ad cognoscendas res eligendas, cui, si exercitanti profuturum videtur, addi possunt duae illae tabellae de variis mundi statibus et officiis [1], eorumque perfectionibus diversis.

---

[1] De his tabellis nihil invenimus. Fortasse ut in muris aut tabulis appendebantur typis descripta mandata Dei, opera misericordiae etc., sic etiam erant tabulae officiorum etc.

13.ª Dies.

Pro prima et secunda et tertia hora, proponendus est modus pro bona electione facienda, una cum quinque salutaribus consiliis, quae ad quintum punctum ejusdem modi adhibita sunt, ut ratiocinatio rectius fiat. Simul etiam proponendum est scriptum de tertio electionis tempore [1].

In horum omnium consideratione et usque ad expeditam electionem, totus hic dies, et etiam amplius, si exercitans voluerit, transigendus est.

Nonnunquam vero a magistro visitandus est ut, si tentatio aliqua incidens sic postulet, particularibus quibusdam exercitiis excogitatis, et praesenti tentationi convenientibus, juvari ac dirigi rectius possit: quod etiam in universo Exercitiorum tempore, secundum occurrentium tentationum exigentiam, fieri expedit. Ceterum qui statum eligere nollet, et prima vitae Christi exercitia, sicuti ordine superius a die septima sunt posita, omittere, ac de Domini passione aliisque Christi mysteriis meditari mallet, huic videtur indulgendum esse, servata tamen eadem dispositione, perductoque horum exercitiorum tempore, quousque per exercitantem licebit.

---

[1] Suspicamur aut corruptum esse hunc locum, aut habuisse Hoffaeum libellum aliquem in quo «modus pro bona electione facienda» unicus, esset ille, qui in libro Exercitiorum «Modus prior sanae bonaeque electionis» dicitur. Hic prior modus sex habet puncta in libro Exercitiorum. Quinque autem salutaria consilia forsan appellabat Hoffaeus «regulas quatuor et annotationem unam», quae sunt in Exercitiis «modus posterior bene eligendi», praesertim cum annotatio illa nihil sit aliud quam punctum sextum primi modi. Deinde loco verborum, quae apud Hoffaeum sequuntur, «de tertio electionis tempore» legendum videtur «de triplici electionis tempore».

C

DIRECTORIA RECENTIORA

I

DIRECTORIUM

EXERCITIORUM SPIRITUALIUM S. P. IGNATII DE LOYOLA,

ROMAE, ANNO 1591 TYPIS DESCRIPTUM [1]

---

[1] Cum Directorio collatum, quod est in bibliotheca Exercitiorum angiensi (Enghien), in Belgio.

DIRECTORIVM

EXERCITIORVM

SPIRITVALIVM

P. N. IGNATII

✠
JHS

ROMAE, In Collegio Societatis IESV.

Anno M.D.XCI. PERMISSV SVPERIORVM

IAMDVDVM *est cum Reuerendus P. N. Praepositus Generalis Claudius Aquauiua Directorium hoc molieba-*
tur, idque iusserat cum omni cura, et diligentia confici. Nunc igitur confectum, accurate etiam recognitum, cum tota Societate communicari mandauit, meque haec duo insuper addere voluit. Primum, optare se vt adiuncta hac luce Directorii, eo studiosius incumbant nostri ad fruendum hoc diuinum beneficium, vt certe appellare possumus Exercitia, et non solum ea ipsi in se libentius frequentent, sed alios etiam ad ea inducant, et excitent. Alterum est, quod si alicui ex vsu, atque experientia quidpiam occurrerit, quod vel addi vel commodius dici posse videatur, id per suos Superiores ad eius Paternitatem deferant, quo multorum iu-[4]*diciis cognitis suprema manus huic operi imponi possit. Nunc enim typis excusum mittitur, ad euitandam operam, et impensam describendi tot exemplaria, quot necessaria erant. Est autem optandum vt res talis et tam vtilis quam perfectissime absoluatur. Datum Romae die V. Aprilis M.D.XCI*[a].

Mandato R. P. N. Generalis

Iacobus Ximenez Secretarius.

---

[a] *Quae praecedunt ac prooemium sequens excusa sunt litteris italicis.*

1 PROOEMIVM DE DIGNITATE ET VTILITATE EXERCITIORVM, ET DE NECESSITATE DIRECTORII.

INTER *alia instrumenta, quae Deus pro sua bonitate, ac clementia, Societati nostrae, tum ad propriam, tum ad proximorum salutem, perfectionemque procurandam largiri dignatus est, non postremum locum habent spiritualia exercitia* [1]. *Haec enim sunt spiritualia quaedam documenta, quae vt in huius libri praefatione* [2] *dicitur, non tam ex libris, quam ex vnctione Spiritus sancti, et ex interna experientia, et vsu, noster in Christo Pater* [a] *Ignatius composuit. Haec sunt lumina, quae ei Dominus in ipso primo conuersionis feruore inspirauit, ac deinde in omni progressu eius virtutis, et sanctitatis semper confirmauit.*

*Quemadmodum igitur Dominus Deus ideam totam Societatis nostrae, tum exteriorem, tum etiam quae ad interiorem virtutum formam pertineret, ei tanquam capiti, et fundatori communicauit, ita etiam, cum oratio, et commu-*2 *nicatio cum Deo sit tanti momenti, vt magna ex parte religiosa obseruantia, ac spiritualis profectus ex ea pendeat, plurimum referebat habere hanc methodum, et directionem ad orationem faciendam ab eodem Capite nostro, quam nos quoque omnes sequeremur, et prae oculis semper habere conaremur.*

Atque haec causa est, cur ipse P. [b] *N. Ignatius in omni sermone, vt accepimus, et vero praxi ipsa tantopere nostris commendare soleret vsum horum exercitiorum; ac in Constitutionibus quoque tam crebro eorum*

---

a B. P. *Directorium anno 1893, Florentiae, editum in vol. III operis Institutum Societatis Jesu. Directorium anni 1599 Beatum Ignatium appellat in operis inscriptione tantum, nunquam in ipso opere; editio vero antuerpiensis anni 1600, et in inscriptione et in toto opere, etsi decretum et breve beatificationis data sunt anno 1609. (Monum. Ignat., ser. 4.ª, II, pp. 945 et 954).*—b Beatus P. *Di. 1893.*

---

1 Similia dicuntur in *Constitutionibus Societatis Jesu*, part. IV, c. VIII, n. 5; part. VII, c. IV, n. 8.

2 Hanc praefationem vide supra, p. 218.

mentionem faciat, et praesertim parte 4. c. 8. § 5. vbi dicitur, omnes operam dare debere, vt in hoc armorum spiritualium genere tractando, quod tantopere conferre cernitur ad Dei obsequium, dexteritatem habeant. Extat etiam eius epistola ad Sacerdotem quendam Mionam nomine, qui Parisiis fuerat eius Confessarius, in qua [a] *satis manifeste ostendit, quid ille sentiret de his exercitiis* [1]. *Monet enim eum atque etiam instanter rogat, vt ea faciat diligenter, et si fecerit, promittit ei magnam vtilitatem spiritualem* [b], *tum in se ipso, tum ad alios quamplurimos iuuandos, idque verbis valde grauibus, et significantibus.*

Idem vero testimonium dederunt alii, et plurimi [c], *et quidem insignes viri, et doctrina, et virtute, et rerum humanarum experientia, ac praeeipue etiam spiritualium peritia, qui eum haec exercitia re ipsa experti essent, ita ea probarunt, vt illorum vsu maiorem quam sperare ausi essent, suarum animarum fructum se consequutos esse tum verbo, tum scripto libenter praedicarent.*

Sed prae omnibus est auctoritas Sedis Apostolicae, **3** *quae diligenti examine doctorum virorum praemisso haec exercitia approbauit anno M.D.XLVIII. vt pietate, et sanctitate plena, (haec enim sunt eius verba) et ad aedificationem spiritualemque fidelium* [d] *profectum valde utilia* [2].

Postremo est etiam ipsa experientia ingentis, ac prope incredibilis vtilitatis, quae ex his exercitiis faciendis subsequi solet [3]. *Primum enim plurimi ex nostris, praesertim primis temporibus, hoc modo spiritum vocationis acceperunt, vt vere dici possit Societatem nostram hoc maxime medio, et initio* [e] *coaluisse, et postea incrementum aeeepisse. Deinde plurimi etiam alii relicto mundo alios religiosos ordines ingressi sunt, multi iam ingressi, egregie reformati sunt, nec singuli tantum, sed saepe integra Coenobia. Complures etiam in saeculo ipso eum ita vitiis addicti essent, vt nullo modo neque cohortationibus, neque conciouibus auelli possent, hoc vno sese conuerterunt, et ad meliorem vitam constanter ducendam reuocarunt. Demique negari non potest, quin valde magnus fructus in* [f] *omni hominum genere, et statu, et conditione effectus sit, et vbi eorum vsus magis viget, ibi etiam multo maior morum reformatio cernitur.*

Nec debet aliquis mirari quod tanti effectus consequantur et quidem non admodum longo tempore; addo etiam, non adeo magno labore [4]. *Nam*

---

[a] *Sic Di. 1893;* quo *Ed., Di.*—[b] spirititualem *Ed.*; spiritualem *Di.*—[c] propemodum innumerabiles *Directorium Variorum.*—[d] *Deest hoc v. in Di. Var.*—[e] *Deest hoc v. in Di Var.*—[f] *Desideratur hoc v. in textu; sed emendatio facta est in «Erratis».*

---

1 Haec epistola est in *Monum. Ignat.*, ser. 1.ª, I, 111-113.

2 Supra, p. 217.

3 *Di. Po.*, in prooemio, supra, p. 796; *Anon. B1*, f. 14v., supra, p. 884; *Anon. B3*, supra, p. 935.

4 *Di. Po.*, a n. 3, supra, p. 797.

cum Dei voluntas sit sanctificatio nostra, vt ait Apostolus [1], *et ideo bonitas illa immensa semper parata sit sua dona effundere super creaturam suam sine dubio, si ipsamet non poneret impedimentum, sed potius seipsam disponeret, facile, ac breui magnas a Deo gratias con-*4 *sequeretur. Hoc igitur faciunt haec exercitia, et sane valde efficaciter, vt animam disponant ad haec dona accipienda. Primum enim remouent eam ab omni aliarum rerum, ac negotiorum occupatione, et quasi ad solitudinem quandam ducunt, vt et Deus ad eius cor loquatur* [2], *et ipsa faciat quod dicitur in Psalmo: Vacate, et videte quoniam ego sum Deus* [3]. *Deinde vero posito statim ante oculos vltimo hominis fine, nempe aeterna beatitudine ostendunt primum quantum haetenus aberrauerit, et ita peccatorum dolorem, et odium ingenerant, deinde virtutum pulchritudinem aperiunt et Christi Domini exemplo ad eius imitationem accendunt. Denique etiam modum tradunt totius uitae ex Dei regula, ac voluntate reformandae, siue status ipse mutandus sit, siue non mutandus, verum in melius corrigendus.*

CVM ergo horum exercitiorum tantae sint vtilitates, tantique [a] *fructus, facile apparet, quam eorum vsus nostris omnibus commendatus esse debeat, si praesertim illud addamus, quod cum humilitate cognoscere possumus, et certe etiam debemus, hoc totum quodcumque est, nempe peculiarem hanc instructionem, ac modum meditandi, et peculiaria haec documenta tam vtilia, tamque solida esse praeclarum quoddam donum, ac munus a Deo datum Societati nostrae. Quare cum id Deus nobis donarit, et ideo donarit, ut uteremur, non est dubium quin hoc ipsum excitare omnes debeat, ut auidius utamur, nec talem thesaurum absconditum* [4], *et quasi defossum inutiliter teneamus.*

Verum quam utilis [b] *est hic exercitiorum usus, quem dicimus, tam etiam est necessarium ali-*5 *quam methodum habere in iis tradendis: tum quia non omnes eandem peritiam, aut dexteritatem habere possunt, tum quia non omnia hoc exercitiorum spiritualium libro* [c] *comprehendi potuerant* [d], *et ideo sunt in eo aliqua paulo obscuriora, quod ad praxim attinet, tum denique etiam, ut seruetur a nostris omnibus uniformitas, et non suo quisque ingenio, et placito exercitia interpretetur, ex qua re* [e] *noui ac uarii subinde modi introducerentur.*

Has igitur ob causas Congregatio prima generalis inter alia, quae necessaria iudicauit ad proximos iuuandos, et nostros operarios diri-

---

a tantusque *Di. 1893.*—b necessarius *Di. Var.*—c libro scripto *Di. Var.*—d potuerunt *Di. 1893.*—e *Desideratur hoc v. in Ed. et Di.; supplemus ex Di. 1893.*

---

1 I THESS., IV, 3.
2 OS., II, 14.
3 PS. XLV, 11.
4 IS., XLV, 3; MATTH., XIII, 44.

gendos hoc etiam constituit tit. 6. decret. 28. [1] *ut conficeretur Directorium tradendorum exercitiorum, eiusque rei curam Generali Praeposito commendauit.*

In quo cum aliqui Patres diligenter laborassent [a] [2], *uel pro sua deuotione, uel Superiorum iussu, usum est P. N. Claudio Aequauiuae, tum hunc eorum laborem, tum etiam quae nonnulli alii adumbrauerant, quibusdam antiquioribus Patribus in Societate mittere, ut ea uiderent* [b], *et iudicium de iis ferrent, et praeterea si quid occurreret, quod addi posset, id scriptis mandarent. Ex quorum omnium sententiis, ac iudiciis ea quae ad nostrum propositum accommodatiora uisa sunt, in hoc Directorium selecta, et suis locis digesta sunt, ad Dei Domini* [c] *gloriam, et Societatis nostrae, proximorumque spiritualem profectum.*

6 *Quomodo inducendi sint homines ad exercitia. Cap. I.*

DICITVR in nostris Constitutionibus [d] cum exercitiorum ratio redditur, non solum id agi debere, vt aliis satisfiat, sed etiam vt in aliis desiderium excitetur, vt eisdem iuuari velint [3]. Ex quo apparet oportere hoc esse nostris propositum, vt quotquot possunt ad agenda exercitia impellant [e], quoniam cum charitas, et zelus animarum nos mouere debeat, ad desiderandam, et procurandam earum salutem, et perfectionem eadem etiam impellere debet ad eam rem, quae [f] adeo apta, et adeo efficax est ad illud vtrunque in eis operandum. Est tamen [g] opus prudentia [4], vt id discrete, et modeste fiat, nempe tempore, et loco conuenienti, sine molestia, aut offensione, et nominatim cauendo, ne suspicio praebeatur, quod ad religiosum statum trahere [h] velimus. Hunc autem modum prudentem, et cautum inuitandi ad exercitia suggeret sua cuique prudentia, et Spiritus sancti vnctio, quae vt in aliis, ita in hoc diriget, et iuuabit suos operarios.

Pater [i] noster Ignatius ita sentiebat, et monebat optimum modum

---

[a] *Loco 7 vv. praecedentium habet Di. Var. sequentia:* Quod cum tunc effectum esset, et deinceps etiam alii in hoc genere laborassent.—[b] Aquavivae omnia ista Directoria committere quibusdam ex antiquioribus Patribus in Societate magisque in ea re versatis, ut ea viderent *Di. Var.*—[c] iudiciis hoc deinde praesens Directorium quasi centonis more concinnatum est ad Dei Domini *Di. Var.*—[d] Par. 4. c 8. lit. E. *in marg.*—[e] Exercitia suauiter inducant *Di.*—[f] *Pro 10 vv. praeced. habet Di. Var.* et omnem, quae possit perfectionem, multo magis id fieri debet in ea re, quae.—[g] enim *Di. Var.; ibid.* MIRO *in marg.* - [h] ad religionem trahere *Di. Var.*—[i] Beatus P. *Di. 1893;* ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*

[1] In nova ed. *Instituti,* decr. 107.

[2] Cf. *Praefationem,* supra, pp. 752-776.

[3] Part. IV, c. VIII, litt. E.

[4] *Di. primum Mi.,* n. 22, supra, p. 852.

esse in confessione [1] non importune, atque ex abrupto, sed aliqua commoda occasione, vel e re nata, vel dextre [a] accersita: aut etiam extra confessionem, cum cernitur aliquis non adeo conten-7 tus statu suo, siue propter aliquem scrupulum intrinsecum, siue propter molestiam extrinsecam, vt si non bene ei succedant negotia, vel si non bene a suis tractetur, vel ob aliam similem causam. Interdum etiam optima est commoditas ex ipsis vitiis, aut lapsibus alicuius, cum praesertim aliquo Dei lumine afflatus ea cognoscit, et dolet, et cupit emendationem. Tunc enim saepe opportunum est proponere ei hoc quasi remedium eius infirmitatis.

Quaecunque vero occasio accipiatur [b] indicandi sunt magni fructus, qui ex his exercitiis consequi solent, pax, et quies animae, lumen interius, et cognitio ad bonam gubernationem totius vitae quocunque in statu. Iuuat etiam proponere aliqua exempla aliquorum, qui ea fecerint cum fructu, ita vt postea valde contenti fuerint, ipsaque morum mutatione testati sint quantum in eis profecerint, et ad hoc etiam confert indicare consolationes spirituales, et gustus, quos habuerunt, nimirum ne labore deterreantur. Verum in his exemplis commemorandis abstinendum esset ab iis, qui religionem ingressi sunt (vel certe hoc postremum tacendum) et ii potius narrandi, qui in melius mutati in saeculo manserunt, quoniam facile fieri potest, vt quem hortari volumus, idem sibi timeat, et ideo refugiat exercitia. Immo vero haec ipsa opinio eripienda esset hominibus, vt putent solis religiosis, aut iis, qui religiosi fieri volunt, conuenire excrcitia. Nam cum omnes egeant 8 gratia Dei, non solum religiosi, sed etiam saeculares propter pericula [c] in quibus assidue viuunt, ideo ipsi quoque debent ea adiumenta quaerere, ex quibus ad hanc gratiam hauriendam quam maxime disponantur.

Notandum est tamen si loquamur de integris, et plenis exercitiis eam fuisse [d] P. Ignatii sententiam, vt non omnibus passim darentur, sed selectis tantum, et qui habilcs ad maiora viderentur. Quod ita esse aperte videmus ex quadam instructione, quae conscripta dicitur ipso dictante, quae sic habet [2]. Non mihi videtur expedire quenquam hortari ad facienda exercitia, nisi has conditiones, vel saltem praecipuas habeat. Primo vt eiusmodi sit, qui sperari possit valde vtilis futurus domui Dei, si ad eius obsequium vocatus fuerit, secundo si nondum habeat ciusmodi talcnta iam acquisita artium, ac scientiarum, quae hoc praeseferunt, saltem vt eius actatis, atque ingenii sit, ut ad ca aliquando peruenire posse uideatur, tertio ut liberum sit ei de se ipso statuerc, etiam

---

a destere *Di. 1893.*—b HISPANUM *Di. Var. in marg.*—c *Pro 8 vv. praeced. habet Di. Var.* gratia Dei et quidem fortasse magis etiam saeculares, quo majora sunt pericula.—d fuisse Beati. *Di. 1893;* ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*

---

1 *Di. Ignat.*, III [3], supra, p. 786, ubi etiam quae hic sequuntur invenies.
2 Ibid [1], supra, p. 785.

quoad statum perfectionis amplectendum, si Deo placeret eum uocare quarto ut speciem, habitumque [a] corporis honestum ac decentem habeat; quinto ut non ita alicui rei sit addictus, ut ab ea difficulter uideatur posse dimoueri, et ad eam aequalitatem perduci, quae requiritur ad hoc negocium animae cum Deo recte tractandum. Ac quanto magis quisque dubius est de uitae suae rationibus, et cupidus sciendi quid facere de-**9** beat de sua persona, et [b] denique quanto aptior ad Ecclesiam iuuandam, tanto [c] etiam magis, simpliciter loquendo, idoneus erit ad exercitia facienda. Qui uero has conditiones non haberent, uel qui matrimonio iuncti fuerint, aut alioquin inhabiles, non debent iis tradi exercitia omnia, maxime si alii aptiores ea peterent, uel nostri aliis occupationibus distinerentur. Possent tamen dari eis aliquae meditationes primae hebdomadae, idque si fieri possit, in ipsis eorum domibus, hortando eos, vt in aliqua remotiori domus parte se colligant, vnde non nisi ad missam, et Vesperas egrediantur, aut quando ad meditationes accipiendas ueniunt, hisque addi poterunt, si ita uideatur, aliqua exercitia, vt triplex modus orandi, et similia. Haec Pater [d] Ignatius, quae eadem licet paulo breuius habentur etiam in Const. p. 7. c. 4. lit. F.

Quomodo dispositus esse debeat, qui ad exercitia facienda accedit. Cap. II.

QVi ad exercitia agenda aggreditur primo eniti debet, ut intelligat quantâ sit res, quam aggreditur, nempe quae non solum ad animam pertineat, sed ita pertineat, vt si modo ea diligenter praestet, quae debet, iacturus sit fundamenta spiritualis sui profectus, quae deinde tota eius vita vsui futura sint. Ex quo intelligat quantam alacritatem [1] et diligentiam, et fortitudinem etiam ad tantum opus, tantumque negocium afferre debeat. Itaque statuat **10** ipse secum viriliter agere [2], et omnia impedimenta diuinae gratiae reiicere, et omnes animi sui vires intendere, vt huic gratiae cooperetur [3], et se ad eam recipiendam quam poterit optime disponat.

Hanc ob causam ab omnibus aliis negociis domesticis prius se expediat [4], vel certe ea aliis interim committat, ac toto tempore omne sibi

---

[a] quarto ut spiritualem *Ed.; emend. in «Erratis» ut supra;* Quarto ut ad spiritualia affectus videatur habitumque *Di.*—[b] *Nonest hoc v. in Di. 1893.*—[c] *Pro 5 vv. praeced. habet Di. Var.* aptior ad religionem et nominatim ad Societatem nostram, tanto.—[d] Beatus P. *Di. 1893*

[1] Vide in *Exercitiis* annotationem quintam, supra, p. 228.

[2] Jos., I, 18; II PAR., XXXII, 7; Ps. XXVI, 14; XXX, 25; I COR., XVI, 13, etc.

[3] *Di. Po.*, n. 22, supra, p. 802.

[4] V. in *Exercitiis* annotationem vigesimam, supra, p. 246; *Di. Ignat.*, I [1], supra, p. 779; *Di. Po.*, n. 25, supra, p. 803.

amicorum, ac familiarium immo etiam nunciorum, aut litterarum commercium interdicat. Haec enim mentem implere solent variis cogitationibus, quae deinde magnopere distrahunt, et conceptum, si quis est, feruorem restinguunt. Immo vero omnem etiam aliam cogitationem de quauis alia re excludere curet, perinde ac si nullum aliud negocium in hoc mundo haberet.

Habeat deinde magnam spem in Domini bonitate [1], et liberalitate, qui cum etiam errantes requirat, et fugientes sequatur, multo magis qui ad se bono animo accedunt recipiet, et complectetur. Quare confidat [a] in illa infinita clementia, quae cum pium illud desiderium dederit, dabit etiam gratiam, ac vires exequendi bene, ac fructuose, siquidem eius voluntas est sanctificatio nostra [2].

Inter caetera vero ita etiam animo constitutus esse debet, vt libenter et auide exercitia haec aggrediatur non tam, vt spirituali dulcedine fruatur, quam vt Dei voluntatem de se intelligat, suumque affectum a terrenis omnibus auellat, et eum in suo Creatore collocet. Illud vero maxime necessarium [3], vt praeter hoc desi-**11** derium proficiendi in spiritu sit etiam bene resignatus in beneplacito Dei, in iis in quibus adhuc liber est, itaque animo paratus sit, vt quicquid a Deo cognouerit faciendum esse, omnino exequi decreucrit.

Quare non debet quisquam deliberationem aliquam secum afferre, a qua dimoueri nolit [4].

Deinde non debet etiam modum ac terminum ipse ponere Dei donis, ita vt vsque ad quosdam limites se illuminari, ac iuuari velit, non autem amplius. Nam praeterquam quod valde indecens est, vt creatura hoc modo agat cum suo Creatore, valde etiam sibi ipsi nocet, primum quia seipsum priuat illis maioribus donis, quae Deus fortasse daturus erat; deinde quia illa ipsa illiberalitas, et restrictio et ingratitudo in Deum meretur, vt ne ea quidem accipiat, quae vellet accipere. Quare debet potius animi sinum dilatare, vt quam maxime possit sese cum Deo coniungere et quam maxime ab eo ditari, et locupletari thesauris istis caelestibus desideret. Atque haec quidem obseruanda sunt ei erga Deum; erga eum vero qui daturus est exercitia, ita se gerere debet, vt eum accipiat, vt magistrum [5], et ducem huius itineris dubii, et periculosi; et ideo etiam si alioqui prudens sit, vel doctus, et in rebus agendis exercitatus, tamen pro hoc tempore non confidat suae prudentiae, vel doctrinae, sed totum sese committat huic suo duci, ac quemad-

---

a confidat certissime *Di. Var.*

---

1 *Di. Po.*, n. 21, supra, p. 802.
2 I THESS., IV, 3.
3 *Di. Ignat.*, III, 1, supra, p. 799; *Di. Po.*, n. 23, supra, p. 802.
4 *Di. Ignat.*, III, [1], 5.°, supra, p. 786.
5 *Anon. B3*, supra, p. 936.

modum ait Apostolus, Stultus fiat, vt sit sapiens [1], illudque Beati Petri monitum **12** exequatur, sicut modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem [2]. Itaque instructorem suum ita intueatur, tanquam Dei instrumentum ad hoc sibi missum, ut eum dirigat [a], et perducat per eam viam, quae ad vitam ducit. Quam ob causam cum omni reuerentia, et alacritate, et confidentia excipere debebit, quae ei proponet [b].

Praeterea nihil eum celet [3], nihil dissimulet, sed sincere totum cor suum ei patefaciat, et candide referat quomodo singulae meditationes successerint, quas in eis, vel extra eas reliquo tempore consolationes, desolationes, lumina, vel bona desideria senserit. Denique obediat ei in omnibus perfecte, neque alias meditationes, aut alium ordinem teneat quam ille praescripserit, idemque in poenitentiis, et corporis castigationibus; et in summa hoc sibi persuadeat, quo diligentius, et exactius illius ductum sequetur, eo aptiorem fore ad Dei gratiam largius accipiendam, quia illa humilitas, et illa simplicitas valde Deo placet, et cum talibus est eius sermocinatio [4]. Haec igitur necessaria quidem sunt, vt plenior fructus eliciatur.

Sed tamen si is, qui tradit [c] exercitia timeret, ne si omnia proponat exercitanti [d], fortasse eum deterrerent, ac retraherent, melius esset, vel aliqua tantum horum proponere ab initio, vel non admodum exaggerare, sed si postea cum gustu spirituali eum affici viderit, magisque capacem **13** ad haec portanda, tunc eum paulatim excitare ad exercitia peragenda cum omni perfectione [e].

Sunt etiam alia, de quibus monendus est qui facit exercitia, sed quia haec continentur in annotationibus, vel regulis scriptis in libro exercitiorum, non est, quod hic repetantur. Hoc tamen de iis addendum, debere eum omnem diligentiam ponere in eis obseruandis quoniam quo diligentior in hoc fuerit, eo citius, et vberius inueniet fructum spiritualem, qui quaeritur.

Illud [f] etiam in particulari attingi potest [5], non debere eum legere nisi scripta, quae ei traduntur, nec libros habere in cubiculo, vt occasio legendi praecidatur, praeter Breuiarium [g], si Sacerdos sit, aut Offi-

---

[a] *Pro 10 vv. praeced. habet Di. Var.* ut angelum Dei de coelo missum, sola caritate eum movente, ut eum dirigat.—[b] proponet nihil suspiciose aut in sinistram partem interpretando nihilve timendo *Di. Var.*—[c] tradet *Di. 1893.*—[d] exercitia facturo *Di.*—[e] *In Di. seq. titulus:* De quibus monendus sit exercitia ingrediens et de tempore meditandi. Cap. III.—[f] MIRO *Di. Var. in marg.*—[g] Breuiarum *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis».*

---

[1] I COR., III, 18.

[2] I PETR., II, 2.

[3] *Di. Ignat.*, III, 1, supra, p. 789; *Di. Po.*, n. 34, supra, p. 805; *Di. Aeg.*, f. 6, supra, p. 906, 5.°

[4] PROV., III, 32.

[5] *Di. primum Mi.*, n. 8, supra, p. 848.

cium Beatae Virginis, si tamen instructori videbitur, posset in prima hebdomada legere librum Gersonis [1] de imitatione Christi, in secunda aliquid ex Euangeliis, et Sanctorum vita, vt dicitur in annotationibus post primam meditationem secundae hebdomadae. Sed has vitas sanctorum oporteret esse selectas, et valde accommodatas ei, qui facit exercitia, vt si esset vxoratus, oporteret ei tradere vitam alicuius qui sancte vixisset in saeculo, similiter in religiosis, et in aliis similibus. Quare is labor, et diligentia esse deberet instructoris in idoneis seligendis.

Porro [a] in Euangeliis non debet legere nisi illud mysterium, quod eadem hora, vel die est meditaturus, **14** vt habetur in primo notabili [b] post quintam contemplationem 2. hebdomadae.

Tamen si post factam [c] meditationem taedio affici videretur, ac potius tempus perdere, posset etiam, vt dictum est, addi aliquis alius liber, vt prima hebdomada, Dionysius Carthusianus de quatuor nouissimis, Confessiones sancti Augustini, aut similes; hoc aduertendo, vt non solum boni, et vtiles sint, verum etiam apti, et opportuni ad gignendum illum affectum, qui eo tempore in exercitiis quaeritur, vt contritionem, vel timorem, vel Dei amorem. Quin etiam monendus est, et docendus vt ipsam lectionem dirigat ad meditationem, nimirum non legendo cursim auiditate sciendi, et videndi noua, sed immorando, et perpendendo accurate ea quae legit, et intrando in eosdem affectus.

Quod de legendo dicitur, idem de scribendo dicendum. Nihil enim aliud scribi debet praeter ea quae pertinent ad orationem [2], nempe puncta aliqua quae Dominus communicauerit in meditatione, vel etiam extra meditationem, quae tamen breuissime notanda sunt, non diffuse per modum sermonis. Haec autem puncta possunt esse duplicis generis, vel practica quae pertinent ad agendum, vt sunt desideria quaedam, aut firmae deliberationes faciendi aliquid, vel quae pertinent ad cognoscendum, vt sunt quaedam veritates, aut lumina circa aliquam materiam, vt alicuius virtutis v. g. humilitatis, contemptus mundi, patientiae etc. vel etiam in **15** aliqua materia meditationis, vt incarnationis, vel passionis Domini, et similia eiusmodi, praesertim quae sint quasi axiomata quaedam, et viam aperiant ad bene percipiendas, et [d] meditandas illas materias.

Sed illud cauendum ne, vel legendi, vel scribendi dulcedine ita se quispiam distineri sinat, vt tempus eripiatur meditationi, aut etiam praeparationi ad meditationem. Semper enim aliquanto ante meditationem debet omnia relinquere, et omnino suam cogitationem conuertere

---

a seligendis, porro *Ed.*; *sed emend. ut supra, in «Erratis»*. b notando *Di. 1893.*— c actam *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»*.—d *Deest hoc v. in Di. 1893.*

---

1 THOMAE A KEMPIS.

2 *Di. Ignat.*, II, [2] «De modo», supra, p. 784; *Di. primum Mi.*, n. 15, supra, p. 850

ad puncta illius exercitii quod iam instat. Addo etiam, cauendum hoc quoque ne nimis legendo, aut scribendo defatigetur animus, et quasi vires eius exhauriantur, oportet enim saluam semper relinqui meditationem, et caetera omnia huic vni seruire.

Qui [a] exercitia exacte facere volunt, viresque idoneas habent, iis quinque [1] horae meditandi quotidie praescribi solent, prima circa mediam noctem, quod tempus propter quietem, ac profundum silentium valde aptum est meditationi; secunda sub auroram, tertia paulo ante prandium, quarta post meridiem, quinta sub Vesperam, et post vniuscuiusque horae meditationem quadrans etiam ad examen praecedentis meditationis.

Cum aliis, qui debilioris sunt valetudinis, vel tam exactum modum seruare non possunt, dispensari poterit de hora mediae noctis, ita [b] vt quatuor [c] horae maneant, aut etiam pauciores, si instructor ita expedire iudicaue-**16** rit. Vt vero plures sint quam quinque raro continget, vt expediat. Nam cum nimis continuantur haec exercitia mentis, ita retundi solet, vt obtusior etiam reddatur intellectus, et voluntas minus efficax.

De loco exercitiis idoneo, et de quibusdam particularibus. Cap. III [d].

LOcus [2] ad facienda exercitia non est dubium, quin debeat esse remotus ab hominum concursu, et aspectu etiam maxime familiarium. Ita enim monet Pater [e] N. Ignatius annotatione vltima vbi etiam tres eius rei commemorat vtilitates.

Quare si exercitans [f] alibi, tam commode, et tam fructuose non potest [g], et Superiori ita videatur, poterit excipi domi nostrae [3], sed in aliquo cubiculo, quod sit quam maxime separatum ab aliis cubiculis, et officinis domesticis, vt quam minime videat, vel audiat quae a nostris fiunt.

Quod vero ad expensas attinet [4], cum ille in domum nostram venerit, consulatur superior: ad cuius prudentiam pertinebit, ita omnia moderari [h], vt si ille aliquid obtulerit pro victu, neque occasione domus

---

[a] EVERARDUS *Di. Var. in marg.*—[b] ita tamen *Di.*—[c] quinque *Di.*—[d] Cap. IIII *Di.*—[e] Beatus P. *Di. 1893.*—[f] exercitia suscepturus *Di.*—[g] commode non potest *Di. Var.; ibid.* MIRO *in marg.*—[h] *Vide quae sequuntur mutata in Di., c. IV, n. 2.*

---

[1] V. *Exercitia:* in prima hebdomade, notationem ante additiones decem, supra, p. 298; in secunda hebdomade, notationes secundam et tertiam post exercitia primi diei, supra, p. 338, in tertia hebdomade notationem secundam post contemplationem alteram, supra, p. 402; in quarta hebdomade, secundam etiam notationem post contemplationem primam, supra, p. 422. Cf. *Anon. B1*, f. 17v., supra, p. 893.

[2] *Di. Ignat.*, I, [1] et III, [4], supra, pp. 779 et 787; *Di. Po.*, n. 26, supra, p. 803.

[3] *Di. primum Mi.*, n. 17, supra, p. 850.

[4] *Di Ignat.*, III, [5] supra, p. 787.

non grauandae minuatur fructus, ac numerus eorum, qui exercitia facere possunt, neque contra aliquid fiat quod sordidum videatur, et auaritiae speciem praeseferat [a].

In hoc loco praeter instructorem debet etiam esse qui ei inseruiat, et necessaria ad victum **17** deferat [1]. Hunc [b] autem oportet esse fidelem, discretum, taciturnum, quique sua modestia, et humilitatis, ac deuotionis exemplo aedificet. Nihil autem loquetur, nisi de iis, quae ad victum, aut cubiculum, et ministerium suum pertineant, idque paucissimis, omnia semper ad instructorem reiiciendo,quem etiam de singulis certiorem faciet, nec rem vllam ei deferet, etiam postulatus, nisi illo consulto.

Componet lectum [2], et cubiculum verret opportuno tempore, quod fere erit tempore missae. Caetera etiam quae opus erit, munda, et apta afferet, praeseferendo semper magnam charitatem, et diligentiam: atque inter alia meminerit etiam pro ipso orare quotidie.

Aliquando etiam profuit huic ministerio eum deputare, qui notus, aut familiaris esset exercitanti, idque iuuat non solum ad consolationem quandam ipsius, sed etiam ad profectum spiritualem, quoniam aliqui interdum confidentius se aperiunt amicis huiusmodi, quam ipsi Instructori, si eum nunquam antea norant. Sed hoc totum pendere debet ex iudicio eius, qui tradit exercitia, vt videat quatenus hic progredi debeat, quid loqui, et quomodo. Debet enim vti eo tamquam instrumento suo iuxta id quod intelliget conuenire ad maiorem vtilitatem exercitantis.

Quod ad victum attinet [3], quaerendum est ab eo quid sibi parari velit, idque ei afferendum, quod ille petierit.

Praeter hunc qui ei ministrat, vt plurimum **18** non debet ab aliis visitari [4]. Nam de saecularibus quidem nulla est dubitatio, nisi aliqua necessitas vrgeret. Ex nostris autem aliquis mitti posset, cum vel qui facit exercitia, id peteret ab instructore, vel instructor etiam illo non petente ita iudicaret ad eius consolationem vel profectum.

Quicumque autem eat, cauere debet, vt nullus nisi vtilis sermo ha-

---

[a] *Hic locus sic erat in Di. Var.:* Ac si ipse pecuniam dare voluerit ad suos sumptus, non erit prohibendus, cum satis sit nobis si pro officio nostro spiritualia praebeamus. Tunc autem debent nostri servare rationes accepti et expensi, ut discedenti reddantur, ac si quid superfuerit, restituatur; *ibid.* ARCHIVUM *in marg.*

[b] HISPANUM *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Ignat.*, III, [7], supra, p. 787; *Di. primum Mi.*, n. 18, supra, p. 851.

[2] *Di. Ignat.*, III, [7], supra, p. 788; *Di. primum Mi.*, nn. 19-20, supra, p. 851.

[3] *Di; Ignat.*, omnia; *Di. Po.*, n. 38, supra, p. 806; *Di. primum Mi.*, n. 36, supra, p. 857, etc.

[4] *Di. Ignat.*, III, [8], supra, p. 788.

beatur [1], ac de rebus spiritualibus, nulla tamen significatione quod eum ad hunc, vel illum vitae statum impellere velit, praesertim vero ad Societatem. Nam praeterquam quod vocatio debet esse libera et a Deo venire, ipsi etiam qui in hac deliberatione versantur, si id intelligant, aut suspicentur, eo magis retrahi solent, et contra, vt experientia saepe ostendit, eo magis incitari, cum in nostris nullam talem cupiditatem animaduertunt.

Qualis esse, et quid facere debeat qui exercitia tradit. Cap. IV [a].

QVod ad illum attinet, qui exercitia traditurus est, illud primum a P. [b] N. Ignatio 4. par. c. 8. §. 5. praecipitur, vt prius ea in se ipso sit expertus, vt rationem eorum reddere possit, et dexteritatem in iis tradendis habere. Quod vt facilius assequatur (vt ibidem dicitur in declaratione) prius quibusdam tradere deberet, in quibus minor esset iactura, si quid erretur, vt verbi gratia, Iunioribus, aut iis, qui non ingressuri sunt electionem de vitae **19** statu. Deinde etiam proderit conferre suum modum procedendi cum aliquo magis exercitato, bene annotando quid magis vel minus conuenire deprehenderit. Itaque hoc primum et praecipuum esse debet, vt sit bene versatus in rebus spiritualibus et nominatim in his exercitiis.

Praeterea sit prudens, et discretus, parcus, et moderatus, consideratus in sermone. Sit etiam suauis potius, quam austerus [2], maxime cum iis, qui tentationes, vel etiam desolationes, aut ariditates, et taedia patiuntur, quos consolari, animare, et erigere debet opportunis consiliis, et precibus tum suis, tum aliorum. Expedit etiam vt gratus [c] ei sit, qui facit exercitia, quoniam hoc modo magis ei confidet, seque magis aperiet.

Porro in agendo cum ipso meminerit auctoritatem quandam semper retinere [3], seruata quadam maturitate, et grauitate, eoque etiam magis, quo is qui in exercitiis versatur, maior ipse fuerit. Hoc enim valde expedit ad eius spiritualem profectum, vt locum, et personam Magistri, vt vere est, tueatur. Et si haec auctoritas temperata esse debet humilitate religiosa, quae eluceat in omnibus eius dictis, et factis; ita vt ne vestigium quidem vllius vanitatis conspiciatur; sed in hoc Christum imitari debet, qui cum forma esset omnis modestiae, tamen, sicut

---

[a] Cap. V. *Di.*—[b] Beato P. *Di. 1893.*—[c] ut si fieri potest sit notus et gratus *Di. Var*

---

[1] Ibid [8] et [9].

[2] V. in *Exercitiis* annotationem septimam, supra, p. 230; *Di. Aeg.*, f. 7, supra, p. 907.

[3] *Di. Ignat.*, III, 7, supra, p. 790.

scriptum est, loquebatur [a] tamquam potestatem habens [1]. Itaque cum omni libertate officium suum exequi debebit, tum docendo, tum monendo, **20** tum dirigendo, vbi quippiam curuum, aut distortum esse viderit.

Caueat cum bonum aliquem effectum viderit in iis, qui se exercent, quicquam suae industriae, aut peritiae tribuere, cum hi omnes effectus gratiae sint a solo Deo [2], et consilia extrinsecus adhibita praeterquam quod si bona sunt, ab eodem Deo sunt [b], tantam vim habeant, et tantum operentur, quantum concurrit, et cooperatur Deus [c]. Ex altera tamen parte multum confidat in Domino, et ab eo speret certum auxilium tum sibi, tum ei qui facit exercitia.

Illud autem valde obseruandum, vt nihil de suo apponat, sed cum eiusmodi consilia debeant ex diuina inspiratione suscipi, caueat ne indiscreto zelo conetur aliquid ei suadere, sed sinat Deum, de sua creatura disponere iuxta placitum bonitatis suae [d] [3]. Quod vt melius, et facilius in opere praestet, seruet se in animo plane indifferentem, et in nihil aliud eius voluntas feratur, nisi vt sanctissimum Dei beneplacitum in anima illa plene, et perfecte compleatur, et ipse tantum in eo laboret, vt qui se exercet, id inuestigare sciat, et sciat se a demonis deceptionibus expedire, quibus homines retardare solet.

Curet [4] etiam perspectum habere eum qui facit exercitia non tantum quoad statum, et conditionem, si nobilis sit, vel plebeius [e], doctus vel indoctus etc. sed etiam quoad peculiares quasdam partes, vt si simplex, vel prudens sit, si [f] prouectus in rebus spiritualibus, an adhuc **21** rudis, ac nouus, si intelligens, et capax, an vero hebetior, et tardior. Nam cum diuersis diuerso modo agendum est, vt rudioribus sunt res explicatius proponendae, aliis autem breuius etc.

Illud autem in primis necessarium [g] vt, qui exercitia traditurus est totum librum exercitiorum perlegerit [5], eumque prae manibus habeat, et praesertim annotationes et regulas. Neque sufficit cursim ea videre,

---

a scriptum est. Erat docens *Di. 1893.*—b (praeter quam quod si bona sunt ab eodem Deo sunt) *Di. 1893.*—c quantum concurrit Deus et cooperatur ipse *Di. Var.*

d *Hic locus, a verbo* apponat, *sic est in Di. Var.:* apponat, in anima ad hunc vel illum statum impellenda, sed sit merus exsequutor divinae voluntatis, eumque sinat agere de sua creatura quod de ea decrevit ante constitutionem mundi, nec eam pro sua inclinatione in ullam partem inflectat.

e plebeus *Ed. et Di.;* plebeius *Di. 1893.*—f *Non est hoc v. in Di. 1893.*—g necessarium est *Di. 1893.*

---

1 MATTH., VII, 29; MARC., I, 22.

2 *Di. Po.*, n. 29, supra, p. 803.

3 V. in *Exercitiis* annotationem decimam quintam, supra, p. 236; *Di. Po.*, n. 29, supra, p. 803.

4 *Di. Po.*, n. 31, supra, p. 804; *Di. Aeg.*, f. 7, supra, p. 907.

5 *Di. Ignat.*, III, 17, supra, p. 793; *Di. Po.*, n. 70, supra, p. 814; *Di. primum Mi.*, n. 5, supra, p. 847.

sed omnia accurate, immo singulas pene voces expendere oportet, quoniam quaedam sunt in iis breuissime dicta, quae magnum pondus habent, et ignorata, aut praeterita damnum afferunt. Itaque tum antea accurate ea vidisse oportebit [1], tum vero in dandis exercitiis relegenda erunt accuratius, praesertim quae pertinent ad illud tempus, in quo tum versatur exercitans [a].

Iuuabit etiam vt singula exercitia, antequam ea tradat aliquantulum ipse meditetur, si fieri poterit, vt melius imprimat alteri [b].

Coeptis exercitiis sit diligens, in visitando [2] suis temporibus exercitante [c]. Videtur autem expedire, vt quotidie semel eum adeat, neque tamen saepius, nisi aliqua occurreret necessitas [d], idque prima praesertim hebdomada, in qua talis necessitas facilius contingere potest.

Immo cum aliquibus hominibus grauibus [3], et bene introductis in spiritu, et deuotione, posset etiam aliquando esse vtilius vt aliquis dies omitteretur. De tempore autem eum visitandi, videat ipse quod sit commodius et aptius. Ex natura qui-**22** dem sua videtur matutinum [4], quia tunc animus est magis dispositus ad res percipiendas et penetrandas. Quamquam sub vesperam solet esse maior necessitas, quia tunc interdum magis crescunt tentationes, et desolationes, quia animus est minus aptus ad contemplandum, et ideo interdum incidit in morositatem quandam, et magis est expositus tentationibus.

Videat etiam instructor [5], an aliquando ex peculiari causa expediat, vt statim a prandio, vel a caena ipse, vel aliquis alius maturus, et discretus ab eo designandus cum exercitante [e] maneat ad honestam recreationem [f].

Igitur quodcunque tempus elegerit ad eum inuisendum, cum ad ipsum venerit [g], interrogabit [6] quomodo se habuerit ab ea hora, qua

---

[a] ille qui suscipit *Di.*—[b] *In Di. sequitur titulus:* De visitando eo qui exercetur, Cap. VI; *Di. Var.* MIRO *in marg.*—[c] eo qui exercetur *Di.*—[d] *Vide quae loco sequentium* 11 *vv. addita sunt in Di., c. VI, n.* 1.—[e] eo qui est in exercitiis *Di.*—[f] *In Di. sequitur titulus:* De exigenda ratione meditationis. Cap. VII.

[g] *Locus praecedens sic erat in Di. Var.* exercitante. Hoc autem prima praesertim hebdomada bis saltem in die facere debet, vel etiam frequentius si opus erit. Commodum autem tempus videtur paulo post prandium et coenam ut plurimum, quia tempus illud minime aptum est meditationi, et ideo solet saepe esse magis expositum tentationibus et magis eget recreatione et refocillatione conversationis. Hoc igitur tempore vel alio quo eum invisendum judicaverit; *ibid.* MIRO *in marg.*

---

[1] *Di. Ignat.*, I, [2], supra, p. 780; *Di. primum Mi.*, n. 5, supra, p. 847; *Anon. B1*, f. 17, supra, p. 891.

[2] *Di. Ignat.*, III, 6, supra, p. 790.

[3] Ibid.

[4] Ibid., 5, supra, p. 790; *Di. primum Mi.*, n. 11, supra, p. 849, aliud tempus assignat. *Di. Ignat.*, III [8], supra, p. 788; *Di. Aeg.*, f. 8, supra, p. 908. *Di. Ignat.*, I [1], supra, p. 779, etc.

illum postremo vidit, et praesertim in meditatione, nimirum quem modum tenuit in meditando, quos mentis discursus, quas voluntatis motiones habuerit, quas consolationes senserit [1], et in quibus punctis.

Si bene procedit, et consolationibus abundat, non valde laudare oportet, ne sibi complaceat, sed primum doceat quomodo solidum fructum ex illis consolationibus elicere debeat. Nam si nihil aliud fiat, abeunte illo suaui sensu, qui fere non diu durare solet, nullus fructus remaneret. Quare instruendus est vt eas consolationes dirigat ad morum emendationem, vitaeque totius institutionem, quia vt scriptum est, non auditores legis, sed factores iustificantur [a] [2]. Atque hic etiam mo-**23** nendus est, vt breuiter in scripto ponat [3] notabiliores consolationes, et lumina [b], quoniam proderunt multum alio tempore; cum ea non habebit.

Deinde vero praeparet illum ad tempus desolationis, et ariditatis, quae solent [c] frequenter contingere, ne deinde cum contigerit, imparatus sit. Atque hoc tempore cum res bene succedit, non oportet diu cum ipso remanere [4], sed sinendum vt creator cum creatura sua, et haec vicissim cum illo transigat, nisi necessarium videretur ad eum vel dirigendum, vel etiam recreandum si nimis absorptus esset cogitationibus illis.

Contra vero si exercitans aridus sit, et desolatus, aut distractus in meditando, percunctari debet, quomodo se gesserit in meditatione, et nominatim quomodo obseruarit additiones, et si in aliqua remissum inuenerit, moneat, et instruat. Aperiat [5] etiam ei viam ad meditationem, attingendo, et quasi indicando aliquos conceptus, quos deinde ipse cogitatione prosequatur. Hortetur ad patientiam, et longanimitatem [6], ne se obrui sinat taedio, ac propter molestiam, et laborem, auertatur ab oratione, quia si fortiter cum spe, ac fiducia perseueret pulsare ad ostium misericordiae diuinae, non poterit non aperire [d] iuxta illud, Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet [e], et non tardabit [7]. Moneat etiam optimum remedium consequendi a Deo deuotionem esse, vt humilietur [8] sub potenti manu Dei [9] et se subiiciat, ac **24** resignet eius

---

[a] legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur *Di.*—[b] lumina, desideria quoque et firmas deliberationes faciendi aliquid *Di.*—[c] solet. *Di. 1893.*—[d] aperiri *Ed.; sed emend. ut supra, in «Erratis»*.—[e] exspecta illum, quia veniens venict *Di. 1893.*

---

[1] *Di. primum Mi*, n. 12, supra, p. 849.

[2] ROM., II, 13.

[3] *Di. primum Mi.*, n. 15, supra, p. 850.

[4] Ibid., n. 13.

[5] *Di. Po.*, n. 35, supra, p. 805.

[6] V. in *Exercitiis* annotationem decimam tertiam, supra, p. 234; *Di. Aeg.*, f. 8v, supra, p. 909.

[7] HABAC., II, 3.

[8] V. in *Exercitiis* annotationem septimam, supra, p. 230, et regulam octavam ad motus animi discernendos in prima hebdomade, supra, p. 520.

[9] I PETR., V, 6.

diuinae voluntati, saepe enim illa displicentia, et amaritudo non tam venit ex feruore, quam ex tacita quadam superbia qua homo confidit in sua diligentia, vel quia in eo etiam vellet excellere, aut ex amore proprio quia amat consolationem. Quare hoc omnino obseruandum est, vt cum fecerit quod in se est, caetera permittat diuinae voluntati, et charitati, et confidat, quod [a] illa ipsa ariditas ideo permittitur a Deo, quia sibi sic expedit. Et hic ipse affectus humilitatis, et subiectionis erga Deum saepe magis efficax est, vt concedat gratiam bene orandi.

In primis autem caueat Instructor [1], ne vnquam det ei occasionem suspicandi, quod minus bonam opinionem de se habeat, etiam si non ita se bene gesserit, sed ostendat illi semper se bene sperare, et sua spe etiam illi animum, ac spem addat [b].

In proponendis punctis meditationum non oportebit ea valde exaggerare aut etiam ita enucleare, vt qui meditatur, ipse nihil noui per se inuenire possit, aut certe aegre [2]. Experientia enim docet magis omnes delectari, et moueri etiam iis, quae per se inueniunt, et ideo satis erit quasi digito indicare venam, quam deinde sibi quisque effodiat. Si tamen essent aliqui parum capaces, iis possent paulo magis declarari.

Ipsae autem meditationes dari solent in scriptis [3], ne fatigetur memoria exercitantis, quod solet impedire deuotionem, cum vires omnes sint integrae reseruandae intellectui, et voluntati.

25 Denique inter alia quae Instructor attendere debet, est etiam illud ne exercitans [c] caput laedat [4] nimia attentione orandi. Est enim magnum huius periculum, tum tempore desolationis, quo anima magis conniti solet, quasi aduerso flumine, tum etiam consolationis cum se totam dat propitiis ventis. Quare non sufficit monere de moderatione seruanda; nam cum ii qui exercitia faciunt, vt plurimum sint rudes, et noui in meditando, non ita possunt cognoscere, quid sibi nociturum est: sed oportet interrogare quem modum seruent in eleuanda mente in Deum, et in ea retinenda in Deo, et nominatim in compositione loci, ac si appareat eos [d] sibi vim facere, docendi sunt de modo, ac ratione cogitandi suauiter de diuinis, primo quia alioquin durari non potest, et impeditur meditatio, deinde etiam quia solidus fructus consistit in cognitione illarum veritatum, et voluntatis motione; quae procedunt ex

---

[a] quia *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»*.—[b] *In Di. sequitur titulus:* De proponenda meditatione. Cap. VIII; *Di. Var.* habet HISPANUM *in marg.*—[c] qui exercetur *Di.* [d] eo *Di. 1893, ex errore typographico, ut videtur.*

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 14, supra, p. 850; *Di. Aeg.*, f. 7, supra p. 907.

[2] V. in *Exercitiis* annotationem secundam, supra, p. 224; *Di. Ignat.*, III, 4, supra, p. 790.

[3] V. annotationem vigesiman in *Vulgata versione*, supra, p. 246; *Di. Ignat.* I, [2], supra, p. 780.

[4] *Di. primum Mi.*, n. 12, supra, p. 849.

lumine intimo: non autem in hac attentione violenta, aut in coactitiis illis lachrymis, quas merito irridet Cassianus [1]. Postremo quia hoc negotium orationis etiam si nostram quoque cooperationem exigat, maiori tamen ex parte pendet a Deo, et est donum Dei. Quare ad hoc potius se anima disponere debet per humilitatem, et puritatem, quam confidere in sua praeparatione, et industria.

Reliqua quae in vniuersum monendus esset Instructor, fere continentur in libro Exercitio-**26** rum, partim in meditationibus ipsis, partim in annotationibus, partim etiam in regulis illis discernendi spiritus, quae sunt valde vtiles, et quasi lucem praeferunt in omni hoc itinere spirituali, tum prima hebdomada, tum omnibus sequentibus. Et ideo iterum repetendum quod supra attigimus debere hunc librum admodum familiarem esse instructori [2], eiusque memoriam renouandam eo tempore, quo exercitia traduntur, quia quoties eum leget, toties nouum lumen, et intelligentiam hauriet. In quo etiam admonendus est, etiam si ex vna parte omnem eius ordinem [3], ac methodum, et particularia documenta exacte seruare debeat [a], et quo exactius seruabit, eo magis concurret Dominus, tamen ex altera parte multa permitti eius prudentiae, pro varietate, vel personarum, quae faciunt exercitia, vel spirituum, quibus agitantur, vt vel ista exercitia moderari, vel etiam aliqua alia praesenti earum necessitati opportuna [b] praescribere possit, vt aperte dicitur Annotat. 17. et 18. ex primis, et alibi.

De variis hominum generibus, quibus dari possunt exercitia. Cap. V. [c]

QVibus exercitia dari possunt in vniuersum in duas classes diuidi posse videntur. Alii enim sunt, qui omnes illas conditiones habent, quas cap. primo diximus requiri, vt integra exercitia peragant, et de his nihil hic in parti-**27**cular dicendum est: ad eos enim pertinent omnia quae toto hoc Directorio dicentur, maxime si de totius vitae statu deliberare velint.

Alii igitur sunt, quibus non sunt tradenda plena exercitia, vel quia iam in statu sunt, vt matrimonio [d] vincti, et alii quibus ob alias causas non expedit dari electionem, vel quia propter negocia publica, aliasve

---

[a] debet *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»*.—[b] opportune *Ed., sed emendatum est in «Erratis» ut supra, quamvis ibi aliud in quibusdam exemplaribus, non in omnibus, erratum est, dicitur enim* opportuno *pro* opportune.—[c] Cap. IX *Di.*—[d] ut religiosi vel matrimonio *Di. Var.*

---

[1] In collatione IX, quae est prima abbatis Isaac, de Oratione, c. XXIX (Migne, P. L., XLIX, 806-807).

[2] *Di. Po.*, n. 70, supra, p. 814.

[3] *Di. Ignat.*, III, 17 et 19, supra, pp. 793, 794.

occupationes tempus, aut locum non habent, vt sunt Magistratus, et quidam aliquando nobiles, aut patresfamilias, et similes, vel quia non aliam vtilitatem quaerunt ex exercitiis, quam vt generalem Confessionem faciant, et ad reliquam vitam bene dirigendam instruantur, vel quia non admodum capaces sunt, vt sunt rudes, et illiterati, qui tamen iuuandi sunt iuxta eorum captum.

Igitur [a] quod attinet ad religiosos [1] (non agimus hic de nostris, quia de his separatim agemus Capite sequenti) si antea nullum mentalis orationis vsum habuerunt, eadem est ratio, quod ad eos instruendos attinet, quae alterius cuiusuis saecularis, maxime si antea laxiorem, et liberiorem vitam duxissent. Tunc enim diligenter exercendi essent prima hebdomada, vt habeant cognitionem, et contritionem suorum peccatorum, tum quae in saeculo, tum quae in religione commisissent, quia hoc est fundamentum ad reformationem, et correctionem totius vitae. Si vero antea etiam dediti fuissent orationi mentali, et deuotioni, tunc prima hebdomada breuius percurri poterit, vt diligen-**28** tius immorentur in meditatione vitae Christi. Illud vero in prima hebdomada, et deinceps praecipue curandum erit, vt in sua vocatione confirmentur, et sibi persuadeant hanc viam sibi constitutam esse ad beatitudinem consequendam, vt regulas sui ordinis plurimi faciant, et eas quam diligentissime obseruent, et ad suum institutum quam maxime afficiantur, vt causas intelligant, quare adhuc minus profecerint, et ad hunc finem meditationes, et examina dirigant, quod ab initio explicandum erit, et deinde semper continuandum. Denique etiam vt zelum concipiant iuuandi alios siue proximos iuxta suum institutum, siue etiam fratres eiusdem instituti, et exemplo, et opere.

Electio status non est eis danda, sed tamen iuuabit tradere regulas, et instructiones eius, vt possint deinde alios iuuare, vel etiam de rebus occurrentibus deliberare eodem modo, quo infra dicetur de hominibus Societatis [b].

Quin etiam finitis exercitiis posset eis [c] communicari liber, si ipsi cuperent, et eo bene vsuri viderentur, et denique doceri etiam possent de modo tradendi aliis exercitia.

Ceterum sciant nostri vix fructuosius operam poni posse, quam cum religiosis, quoniam non in ipsis tantum fructus ille residet, sed ordinarie manat ad alios, primum quidem ad eorum fratres, qui ipsorum exemplo iuuari possunt, deinde etiam ad saeculares quorum animas illi tractant. Et ideo licet omnibus religiosis vtilia semper sunt [d] exer-

---

[a] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[b] *14 vv. praeced. desunt in Di. Var.*—[c] eis, magno tum [*sic pro* tamen, *quod est in Di. 1893*] cum delectu et spe fructus nec sine facultate provincialis *Di.*—[d] sint *Di. 1893*.

---

[1] *Anon. Bi*, f. 16, supra, p. 888.

ci-**29** tia, tamen iis maxime a quibus, vel ratione officii, vel alterius eiusmodi causae vtilitas in alios deriuari potest, vt sunt Magistri Nouitiorum, Superiores, Baccalaurei, Concionatores, et alii eiusmodi. Quo fiet saepe, vt vno reformato alii multi reformentur: idque commodius est quam vt nos ipsi id per nos praestemus, ne videamur velle esse aliarum religionum reformatores, quod solet esse odiosum [a].

Si sint coniugati, aut patresfamilias, dirigenda erunt exercitia ad eum finem, vt iuxta diuina praecepta familiam regant, liberos et seruos instruant, praeterea vt redditibus, et facultatibus iuste, ac pie, et sobrie vtantur, et eleemosynas faciant pro viribus suis, neque excedant in sumptibus, aliaque similia de quibus agitur in lib. Exercitiorum, in fine secundae hebdomadae [b]. Hi autem effectus, quos diximus plerunque solent in anima consequi ex meditationibus ipsis quanquam alterius materiae: quoniam cum vere timor, vel amor Dei ingeneratus fuerit, facile etiam reliqua vita tota reformatur. Sed tamen si Instructori videretur [1] propriam aliquam directionem de his dare, vel extra orationem, vel in ipsa oratione per aliquam meditationem, posset etiam hoc fieri, quod idem intelligimus de aliis quoque hominum generibus, de quibus statim dicemus.

Si sint Ecclesiastici, ita erunt instituendi in exercitiis, vt cognoscant quantam virtutem exigat ille status, eamque acquirere cupiant, et **30** doleant, si non hactenus habuerint. Quare ita dirigendi sunt, vt vitia, et prauos affectus exuere decernant, et contrariis se virtutibus ornare, quae Ecclesiastico homini necessariae [c] sunt, vt semper meminerint, se diuino cultui, et Ecclesiae ministerio dicatos, et consecratos esse, ideoque munus suum implere satagant, vt etiam beneficiorum prouentus recte dispensare, et in eos vsus, quos oportet, erogare studeant, denique vt etiam zelum Dei [2] habeant, et pro animarum salute iuxta vires, et talentum, et officium, elaborent.

Si sint Magnates, aut Magistratum aliquem gerant, iis quoque debebunt sua praecepta, et documenta tradi, vt iustitiam administrent, vt auaritiam, et superbiam fugiant, vt pauperes subleuent, vt se Dei ministros [3] in illo opere esse sentiant, vt semper Dei timorem, atque honorem omnibus rebus proponant [d], et alia, quae Instructor sua prudentia per se videre poterit, et ad ea dirigere eum quem instruit.

---

[a] *Av.* Ceterum *usque* odiosum *desunt in Di. Var.*—[b] *Di. Var. addit* p. 152, *quae pagina est ed. burgensis (in Hispania) anni 1574.*—[c] *Sic Di. 1893;* necessaria *Ed.*— [d] *Sic Ed. et Di.; forte mutandum in* praeponant, *quod habet Di. anni 1893.*

---

[1] V. in *Exercitiis* annotationes decimam septimam et vigesimam, supra, pp. 240 et 246.

[2] 1 MACH., II, 54; cf. Ps. LVIII, 10; Jo., II, 17.

[3] ROM., XIII, 4 et 6.

Quod si eiusmodi homines propter publica negocia [1], quae gerunt, vel ob alias honestas causas non poterunt omnino vacare exercitiis, oportebit accipere, quod possunt, vt scilicet aliquas saltem horas quotidie meditationi tribuant. Et tunc etiam poterunt manere in domo sua, ita vt Instructor adeat ad ipsos suis temporibus; quod aliquando melius esse posset, quam [a] vt ipsi domum nostram veniant ad Instructorem, praesertim cum sunt personae illustriores, quia **31** sic facilius res celatur.

Illud tamen longe vtilius [2] si possent in aliquod praedium, aut coenobium secedere, vt fecit [b] P. N. Ignatius in monte Cassinate [c 3]. In ipsis autem exercitiis ita procedendum erit, vt res, ac tempus postulabit. Nam si minus temporis spatium quotidie impendant meditationi, eo magis proroganda erit prima hebdomada, et confessio generalis, et reliqua. Si vero plures horas meditando insumant, poterunt ista omnia celerius expediri, vt magis vel minus accedatur ad consuetam formam exercitiorum.

His autem electiones non sunt dandae, nisi forte deliberare vellent de officio, vel dignitate aliqua suscipienda, vel deponenda, aut etiam de vitae statu ii [d], quibus integrum est. Monendi autem sunt, vt saltem horis illis, quibus meditationi vacant, ab omnibus aliarum rerum cogitationibus se expediant, quantum fieri potest.

Si sint rudes [4], et illiterati, non erit multum temporis cum eis insumendum, nec tradenda sunt eis integra exercitia, sed seruandus est modus, qui indicatur in annot. 18. ex viginti.

Ad hoc [e] autem caput pertinent etiam feminae [5], quarum aliquae interdum expetunt exercitia, atque ideo cum iis idem modus seruari debet, qui cum rudibus, nisi esset aliqua tam bono iudicio, et ita capax rerum spiritualium, tantumque ocii domi haberet, vt exacte omnia, aut maiorem partem facere possit, tunc enim nihil impediret etiam haec fieri; sed cum vtroque genere [f] illud obseruari **32** deberet, quod prudentiae est, vt ipsae in ecclesiam nostram veniant ad accipiendas meditationes et ita caute procedatur, ne vlla suspicio, aut scandalum sequatur: quam etiam ob causam fortasse expediet, vt non dentur meditationes in scriptis, sed voce, ne homines existiment aliquas esse epistolas. Quod si scripto vtendum erit, fiat omnino discrete.

---

[a] quod plerumque melius est quam *Di. Var.*—[b] fecit Beatus *Di. 1893.*—[c] *Locus praecedens, a verbo* Illud *deest in Di. Var.*—[d] iis *Di. 1893.*—[e] EVERARDUS *Di. Var. in marg.*—[f] *Desunt superiora 3 vv. in Di.*

---

[1] V. in *Exercitiis* annotationem undevigesimam, supra, p. 244.
[2] V. ibid. annotationem vigesimam, supra, p. 246.
[3] Cum exercitia Petro Ortiz dedit. Vide supra, p. 577.
[4] *Anon. B1*, f. 15r et v, supra, p. 886.
[5] Ibid., f. 17, supra, p. 891.

De modo tradendi nostris exercitia. Cap. VI [a].

QVod ad nostros attinet [1], primum quidem iis, qui Societatem ingrediuntur, omnino debent dari exercitia omnia integra, et iuxta formam in libro praescriptam. Cum enim hoc sit vnum ex experimentis, quod N. P. [b] Ignatius requirit [2], requiritur, etiam vt fiant plane, vt iacent, excepta tamen electione [c].

Praeterea in progressu temporis cum contigerit, vt se colligant ad facienda exercitia, debebunt haec ipsa aliquoties, vt bis, vel ter, facere, si non integre, saltem ea quae sunt primae hebdomadae, et aliquot meditationes ex sequentibus vt de regno Christi, Incarnatione, tentatione domini, institutione sanctissimi Sacramenti, Passione, et illa [d], quae est de amore excitando, prout opportunum fuerit, et tempus concesserit. Quod propterea faciendum est, quia cum deinde exercitia aliis daturi sint, omnino oportet, vt ipsi ea prius bene nota, et perspecta sibi fecerint [3]. Quam etiam 33 ob causam oportet, vt praeter meditationes bene intelligant, ac teneant vsum quarundam regularum, et annotationum, v. g. annotationes viginti initio libri exercitiorum positas, examina, additiones decem [e] in fine primae hebdomadae, regulas electionum [f], et alia eiusmodi; et ideo legere debebunt librum, et bene intelligere, ac de quo dubitabunt, quaerere ab eo, qui eis tradit exercitia.

Ceterum postquam ea, vt dictum est, aliquando fecerint, et repetierint, reliquo deinde tempore dum nondum ita exercitati erunt in vsu meditationum, etsi in quotidianis meditationibus potest quisque pro sua deuotione, vel necessitate ea meditari, quae Dominus suggesserit [g], ex Euangelio, Scripturis, vel alia (re tamen pro securiore directione, ac vtilitate maiore cum Praefecto rerum spiritualium, aut cum Superiore communicata) tamen cum agitur de tempore aliquo certo meditationibus, et secessioni tribuendo, quod nos communiter exercitiorum vocabulo appellamus, quia fere expedit ab aliqua purgatione inchoare, conuenit vt aliqua exercitia purgatiua non praetermittant, vt de morte, et de peccatis, praesertim reflectendo ad ea, quae in religione admiserint.

Neque tamen expedit dare in scriptis exercitia ista accommodata

---

[a] Cap. X *Di.*—[b] quod Beatus P. *Di. 1893.*—[c] *Vide addita hoc loco in Di., c. X., n.* 1.—[d] *Sic etiam Di.; cum vero praecedat verbum* facere, *dicendum videtur* illam.—[e] decimas *Ed.*; decem *Di.*—[f] electionum, discretionis spirituum *Di.*—[g] suggerit *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis».*

---

[1] *Anon. B1*, f. 16v, supra, p. 889.

[2] *Examen*, c. IV, n. 10.

[3] Idem praescribitur in *Constitutionibus Societatis Jesu*, part. IV, c. VIII, n. 5.

religioso statui, vt exercitia [a] P. N. Ignatii integra, vt [b] sunt, conseruentur, nulla re addita, vel transformata, ac praeterea quia etiam ipsi maiorem sine dubio gustum, et mo-34 tum sentient ex iis, quae ipsimet inuenerint, quam quae ab alio ita minute enucleata acceperint. Sed tamen Instructor potest aliquam instructionem, aut lucem dare, et tanquam in via ponere; monendo exercitantem [c], vt ipse sibi applicare consuescat, vt v. g. in fundamento, postquam cogitauerit finem hominis, actuet hunc finem in eo statu, in quo nunc est, vt quoniam iam non potest esse indifferens ad diuitias, et paupertatem, applicet hanc indifferentiam ad eas materias, quae occurrunt in Societate, et sic de aliis.

Notandum est etiam primam hebdomadam debere in nostris si semel exacte exercitia fecerint, ordinarie satis breui tempore expediri, ita vt etiam interdum minori spatio quam tridui, vel etiam aliquando bidui expediri possit, si ita videatur, vt gradus fiat ad secundam hebdomadam, in qua vt plurimum diutius immorandum est. Quare hoc potissimum ex Institutoris iudicio pendere debebit, qui [1] si viderit aliquem maiore purgatione indigere, poterit, et debebit eum diutius in ea retinere, ante omnia conando, vt eum inducat ad desiderandam sui ipsius reformationem perfectam.

Materia autem circa quam haec reformatio versari debet, haec fere est, passiones non bene domitae, mali habitus, peruersae inclinationes, vt ad honorem, et aestimationem propriam, vel propriam voluntatem, ad corporis commoditates etc. Tentationes ab extrinseco prouc-35 nientes, praesertim vehementes, et crebrae, deinde etiam ministeria Societatis, vt concionari, audire confessiones, habere scholam; denique omnes actiones, quas aliquis componere, et ordinare velit, vt comedere, dormire, studere, agere cum externis, vel cum nostris, et alia.

Quare hoc primum curari debet in eo, qui facit exercitia, vt quam maximam sui ipsius acquirat cognitionem, percurrendo tempus ante actum, et occupationes, vel officia, et in iis perpendendo tum multitudinem defectuum suorum, tum etiam grauitatem, ratione status, et obligationis, tum denique etiam considerando causas, et origines, et radices eorum vitiorum.

Ad quam etiam reformationem valde vtile est, vt in fine primae hebdomadae fiat confessio generalis de toto tempore religionis, non quidem semper quoties exercitia repetuntur, sed cum aliquis peculiariter motus a Deo vellet instituere nouam vitam, seque perfectius reformare. Hoc enim vsu compertum est magnopere multis profuisse, et valde iuuisse ad cognitionem sui, et emendationem.

Quod si viderit Instructor eum qui exercetur, hac ratione iuuandum

---

[a] exercitia Beati *Di. 1893.*—[b] uti *Di. 1893.*—[c] eum qui exercetur *Di.*

---

[1] V. in *Exercitiis* annotationem quartam, supra, p. 226.

ad eum finem consequendum, qui intenditur, poterit etiam aliquas meditationes statui cuiusque vel necessitati praesenti accommodatas addere, vt de beneficio vocationis, de tribus votis, de causis cur vota renouantur [a], et de ipsa formula votorum nostrorum **36** de diuinis beneficiis, de periculo tepiditatis, et huiusmodi. Interdum etiam ex Summario constitutionum praesertim ex praecipuis regulis, quibus religiosa fere perfectio continetur, vt 11. et 17. et similes; et in vniuersum eae sint materiae, quae ad timorem, et amorem Dei, ad sui ipsius odium, virtutis studium, rerum visibilium contemptum, aeternarum desiderium, atque charitatis ardorem augendum pertinent.

Ad faciliorem etiam introductionem eorum, quibus vel non est facultas, vel non vacat per se inuenire, poterit via aperiri ad mysteria vitae, et passionis Domini, si nonnullae veritates Theologicae proponantur v. g. cum de Incarnatione agitur, si causae eius, et fructus explicentur; aut cum de passione, si causae acerbitatis eius: si etiam insinuentur modi eam meditandi, v. g. ad compatiendum, ad imitandum, ad admirationem, et sic de aliis.

Postremo qui sunt iam prouectiores in rebus spiritualibus, et meditando magis exercitati, de quibus par. 6. c. 3. §. 1. [1] iis si interdum ad spiritum colligendum, et feruorem hauriendum se recipiunt, vel ad aliquod opus aggrediendum, vt missionem, aut aliquid eiusmodi, cum nec eadem sit omnium dispositio, nec vna mensura, non videtur quicquam praescribendum circa materiam, sed possunt ea meditari, quae sibi vtilia putauerint ad eum finem consequendum, quem intendunt. Credendum est enim quod ex notitia quam ex exercitiis **37** Patris [b] N. Ignatii antea iam habebant, et ex vnctione spiritus adiuti, innoffenso pede, immo magna cum vtilitate per hanc viam current.

Quod attinet ad electionem status, ea non est nostris danda in exercitiis. De electione autem negocii, aut actionis alicuius consultare non est proprium exercitiorum; sed potest fieri etiam extra exercitia omni tempore, et occasione, et ideo in hac etiam diligenter instruendi sunt nostri, vt sciant bene vti regulis eligendi ad indagandam Dei voluntatem, et beneplacitum, vt cum Superiores debent statuere de re aliqua dubia, maxime si non possint cum suis consultare, vt dicitur 16. reg. Prouincialis [2], et denique in rebus omnibus, quas coram Deo constituere, ac definire oporteat, semper admodum iuuat illa praxis, quae in eligendo praescribitur, de qua infra prolixius agemus, et inde peti poterunt,

---

[a] renoventur *Di. 1893.*—[b] Beati P. *Di. 1893.*

---

[1] In *Constitutionibus Societatis Jesu.*

[2] «Quando aliquid occurrerit, de quo non liceat cum consultoribus agere, poterit juxta primum et secundum modum in Exercitiis ad electionem faciendam traditum quid agendum sit deliberare».

quae nostros iuuare possint ad intelligendam Dei voluntatem in omni eiusmodi re, iuxta cuiusque rei qualitatem [a].

[a] *Caput hoc circa Exercitia nostris tradenda in Di. Var. erat hujusmodi:*

Caput sextum
De modo tradendi exercitia nostris

Quod ad nostros attinet, si nunquam ante fecerunt exercitia, ut novitii qui tum primum Societatem nostram ingrediuntur, debent iis dari plane ut jacent in libro exercitiorum et ejus annotationibus, nulla facta mutatione, excepta tamen electione, ut dicetur infra. Alii autem provectiores in Societate in duplici genere etiam possunt [a']; quidam enim recipiunt se ad colligendam mentem et renovandum spiritum orationis, ad augendam devotionem et denique ad ejusmodi spirituales effectus. Alii praeter hoc habent etiam causam aliquam particularem cur egeant exercitiis, cum v. g. si antea negligenter et tepide et libere vixissent, et parvam curam habuissent sui profectus spiritualis, aut si eo tempore patiantur tentationem in vocatione aut aliam aliquam vehementem animi perturbationem. Igitur his utrisque hoc commune est, quod debent uti his exercitiis P. N. Ignatii ut ab ipso scripta sunt, licet sint communia etiam saecularibus. Nam cum omnes sustineamus duplicem personam, unam ut christiani, alteram ut religiosi, et religiosi Societatis, et ex utraque consequantur suae obligationes, sine dubio debemus utrasque diligenter considerare; nec ideo illas oblivisci quia cum aliis communes sunt. In eo autem quod ad proprium statum pertinet, debet deinde quisque eadem sibi applicare, accommodando eas non solum statui religioso, sed etiam praesenti suae dispositioni. Nec expedit dari in scriptis istas meditationes ita accommodatas, quia ut etiam dicitur in libro Exercitiorum, majorem quisque gustum et motum sentit ex iis quae ipsemet invenit, quam quae ab alio ita minute enucleata accipit. Quod si in omnibus locum habent, multo magis in religiosis, quos putandum est, ut plurimum, esse magis instructos in rebus spiritualibus et habituros a Domino majorem influxum gratiae; praesertim etiam cum res ipsa non sit adeo recondita et difficilis. Debet igitur instructor tantummodo luce aliqua ac directione exercitantem juvare, et quasi in via ponere, monendo eum ut sibi ipsi applicare consuescat, v. g. in fundamento docendo eum, ut postquam cogitaverit finem quem habet communem cum omnibus hominibus ut sunt creaturae rationales cum ipse quoque sit creatura rationalis, hunc ipsum finem applicet et actuet in eo statu in quo nunc est, nempe quod eadem obligatio et multo major durat tendendi ad finem illum; et quoniam non potest jam indifferens esse ad divitias et paupertatem, applicet hanc indifferentiam ad ministeria et actiones quae sunt in Societate, et sic de aliis, quae deinde in dandis exercitiis interdum uno verbo in memoriam rediget, caetera relinquens ipsius industriae et divinae unctioni quam diximus. Possunt etiam et debent dari exercitia quae pertinent ad animam purgandam, ut de morte, de judicio, de peccatis etiam in saeculo commissis, quia haec omnia suos habebunt effectus proportionatos statui cujusque. Nam e. g. meditatio peccatorum in saeculo prae-

[a'] *Sic apogr.; supplendum videtur verbum aliquod infiniti modi,* esse, inveniri, *etc.*

[*Sequitur cap. VI ex Di. Var.*]

terquam quod etiam in homine perfecto gignit contritionem, sed altiori modo quam initio conversionis, potest etiam dirigi ad alios affectus, ut profundioris humilitatis et gratitudinis in Deum, qui ex illo statu eum eripuit, ut etiam obligationis, quae praeterea manet serviendi Deo, et patiendi omnia dura et adversa pro satisfactione; denique etiam laborandi in proximis ad profligandum tam magnum malum tamque inimicum Deo. Similiter meditatio mortis aut judicii aut inferni, qui ipse quoque est bonus affectus et a sanctis valde quaesitus, potest etiam dirigi ad alios meliores et altiores affectus, ut ad avellendum animum ab omnibus terrenis, ad cognoscendam humanam miseriam, ad augendum zelum animarum, ut eripiantur a tanto malo, et similes.

Notandum tamen quod primum illud genus quod diximus eorum qui bene et ordinate in religione vixerunt et exercitiis augmentum tantum devotionis quaerunt, debent citius expediri ex prima hebdomada, quia eorum statui sunt magis proportionatae aliae hebdomadae, in quibus anima per Christi meditationem magis crescit in ejus amore et desiderio profectuque virtutum. Qui autem in posteriore illo gradu esset, nempe si negligentius se gessisset in sua vocatione, is diutius et accuratius exercendus esset in sui purgatione et ante omnia inducendus ad desiderandam perfectam sui ipsius reformationem. Materia autem hujus reformationis haec fere est: passiones non bene domitae, mali habitus, perversae inclinationes, sive ex natura sive ex usu, tentationes quae ab intrinseco procedunt, maxime vehementes et crebrae; deinde etiam ministeria Societatis ut concionari, audire confessiones, habere scholam et similia; denique omnes actiones quas aliquis componere et ordinare velit, ut comedere, dormire, studere, agere cum externis vel cum nostris et reliqua hujusmodi. Quare hoc primum curari debet in eo qui facit exercitia, ut quam maximam acquirat cognitionem sui ipsius et suorum defectuum, quod quidem consequetur perpendendo vitam anteactam in illa tepiditate et percurrendo tempus et occupationes vel officia quae gessit, et alia ejusmodi quae possint ei repraesentare memoriam defectuum et peccatorum.

Porro una cum multitudine considerare etiam debet gravitatem maxime perpensa obligatione sua ex statu et professione. Deinde etiam inquirere debet causas et origines ac radices eorum vitiorum, ut eas ex se tollat. Denique optimum et utilissimum est ad hanc reformationem ut in fine primae hebdomadae fiat confessio generalis de toto tempore religionis. Hoc enim usu compertum est, multis magnopere profuisse et initium attulisse melioris vitae.

Illud vero omnibus nostris qui exercitia faciunt, commune est, ut in meditatione vitae Christi, quae reliquas hebdomadas complectitur, omni studio conetur acquirere majus lumen ac desiderium solidarum virtutum ex ejus exemplo et imitatione, ut obedientiae, charitatis, zeli animarum, praesertim autem contemptum sui et sufferentiam injuriarum, quod adeo commendat P. N. Ignatius, ut eum appellet praetiosum perfectionis gradum, ejusque meminit et in examine et in meditatione de regno Christi et de duobus vexillis et in tribus modis humilitatis, et ideo hunc affectum ut in primis

[*Sequitur cap. VI ex. Di. Var.*]

elucet in Christi vita et morte, ita in primis gignendus et imbibendus est a nostris qui exercitia faciunt, et ab instructore eo dirigendi. Et in summa hic omnium scopus esse debet, primum ut concipiant desiderium ejus perfectionis quae possit esse maxima, siquidem ad hoc vocati sunt tum ex communi vocatione religiosa, tum ex peculiari Societatis nostrae natura, cui Deus tam altum finem dedit; deinde quia non sufficit desiderium solum, debent etiam excitari et inflammari ad tollenda ex se omnia impedimenta hujus perfectionis et amplectenda omnia media ac rationes perveniendi ad eam. Postremo etiam curandum est, ut potissimum tertia et quarta hebdomada eo dirigatur ut anima quam maximum Dei amorem concipiat, cum hoc ipsum nobis Constitutiones commendent, ut potius amore moveamur quam poenarum timore. Hic autem amor talis esse debet, ut non consistat in solo gustu et contemplatione, sed hominem impellat ex abundantia quadam ad operandam salutem proximorum, ut omnes pariter ament eamdem bonitatem, hoc enim est proprium vocationis nostrae.

Praeter haec exercitia P. N. Ignatii possent etiam dari aliqua alia magis propria et particularia, ut de beneficio vocationis religiosae, de obedientia et aliis virtutibus, de dignitate et pulchritudine animae rationalis et similia. Et hoc praesertim si ita contingeret, ut aliquis ad exercitia se reciperet ob peculiarem aliquam causam; tunc enim possent addi aliqua exercitia convenientia illi causae, ut si suscipienda esset ei aliqua gubernatio in Societate possent addi talia, quae eum aptarent ad illud officium, et similiter si iturus esset ad aliquam missionem, ut disponeretur ad patiendum et ad ferventem zelum animarum etc. Hoc tamen semper observandum, ut ordinarie ac praecipue utamur exercitiis ipsius P. N. Ignatii, haec vero quae addenda videbuntur, dentur quasi additamenta quaedam suis locis prout instructor indicabit [a'].

Electio ordinarie nostris in exercitiis non est danda; potest tamen contingere ut interdum dari eam expediat, ut si aliquis vacillaret in vocatione aut vehementi agitatione agitaretur, ita ut ad eum stabiliendum judicaretur expedire, non quidem ut denuo tamquam de re integra deliberaret, sed ut clarius videret, id quod ante elegit quantum sit consentaneum voluntati Dei et suae saluti, et in eo confirmetur. De electione autem negocii aut actionis alicujus consultare non est proprium exercitiorum, sed potest fieri etiam extra exercitia omni tempore et occasione; et ideo in hoc etiam instruendi sunt nostri ut sciant bene uti regulis bene eligendi ad indagandam Dei voluntatem et beneplacitum. Materia autem hujus electionis [b'] non videtur esse debere inter duas virtutes aut inter duos modos consequendi aliquam virtutem. In his enim superflua videtur tanta consultatio, sed in aliis multis, ut cum superiores debent statuere de re aliqua dubia, maxime si non posint consultare cum suis, ut dicitur regula 16 provincialis; aut cum subditi ipsi aliquid proponere debent superiori circa personam suam, ut habeant rectam illam intentionem et indifferentiam quam jubet regula 46 summarii; juvat actuare aliquas regulas ex illis quae dantur in electione.

[a'] *Sic apogr., fortasse scribendum fuit* iudicabit.—[b'] AEGIDIUS *in marg.*

De prima hebdomada [a] *in uniuersum. Cap. VII* [b].

OMnia haec exercitia a Patre [c] N. Ignatio in quatuor hebdomadas distributa sunt, quae quidem hebdomadae non tam numero dierum, quam materiae genere distinguuntur [1], et ideo non necesse est, vt septem, vel octo dierum **38** circulus in singulis consumatur, sed sufficit vt illi affectus, vel fructus inueniantur, qui in vnaquaque exquiruntur.

Prima continet considerationem peccatorum, vt eorum foeditatem cognoscamus, vereque detestemur cum dolore, et satisfactione conuenienti. Secunda proponit vitam Christi ad excitandum in nobis desiderium, ac studium eam imitandi, quam imitationem, vt melius perficiamus, proponitur etiam modus eligendi vel vitae statum, qui sit maxime ex voluntate Dei, vel si iam eligi non possit, dantur quaedam monita, ad eum in quo quisque sit, reformandum. Tertia continet passionem Christi, qua miseratio, dolor, confusio generatur, et illud imitationis desiderium vna cum Dei amore vehementius inflammatur. Quarta demum est de Resurrectione Christi, eiusque gloriosis apparitionibus, et de beneficiis diuinis, et similibus, quae pertinent ad Dei amorem in nobis excitandum.

Igitur [d] in hac prima hebdomada proponuntur media, quae ad animam purgandam per contritionem, et [e] confessionem pertinent, et ad veram poenitentiam in nobis gignendam iuuare possunt. Quare huc omnia dirigere debet, qui facit exercitia, vt peccati malitiam, suamque [f] abiectionem, et vilitatem agnoscat, eamque ex animo intime sentiat. Quam ob causam expediret, vt hoc tempore [2] si sacerdos sit, ex hoc spiritu humilitatis [3] abstineat a quotidiana celebratione, nisi deuotio, aut profectus spiri-**39** tualis, aut aliqua obligatio ad id impellat [g], vt postea generali confessione peracta, maiori cum praeparatione, fiducia ac reuerentia ad sacrificium altaris redeat.

Notandum [h] etiam hanc primam hebdomadam esse fundamentum

Imo etiam in electionibus personarum quae fiunt per suffragia, ut procuratorum et assistentium et ipsius praepositi generalis, et denique in rebus omnibus, quas coram Deo constituere ac definire oporteat, semper admodum juvat illa praxis quae in eligendo praescribitur, de qua infra prolixius agemus, et inde peti poterunt quae nostros juvare possint ad intelligendam Dei voluntatem in omni ejusmodi re et juxta cujusque rei qualitatem.

[a] hebdoma *Ed.*; hebdomada *Di.*—[b] Cap. XI. *Di.*—[c] a Beato P. *Di. 1893.*—[d] MIRO *Di. Var. in marg.*—[e] *Hoc v. deest in Di.*—[f] ut suam *Di. Var.*—[g] (nisi devotio... impellat) *Di. 1893.*—[h] MIRO *Di. Var. in marg.*

---

[1] V. in *Exercitiis* annotationem quartam, supra, p. 226; *Di. Po.*, n. 41, supra, p. 806.

[2] *Di. primum Mi.*, n. 40, supra, p. 858. V. *Di. Ignat.*, III, 1, supra, p. 790.

[3] DAN., III, 39.

ac basim caeterarum, et ideo nunquam praetermitti debere. Vnde etiam si quis alia exercitia huius hebdomadae, aut etiam omnia integre fecisset, et denuo ea repetere vellet, tamen hinc incipiendum esset [1], quamuis breuius expediri posset.

Igitur [a] postquam aliquis in eum locum venerit, vbi exercitiis vacaturus est, ea ipsa nocte [b] debet Instructor ad eum adire, et priusquam tradat fundamentum, debet ei explicare aliquas ex annotationibus [2], nempe primam, et quintam, et ex decimaseptima illam admonitionem de animo aperiendo, item ex vigesima [c] id quod dicitur de vtilitate secessus in loco separato. Quod etiam opportunitatem ei dabit, vt moneat exercitantem [d] de iis, quae supra cap. 2. diximus eum esse monendum, cum ea tamen dexteritate, quam ibi diximus, nempe vt non omnia simul, sed quantum prudentia dictabit.

Annotatio autem illa ante fundamentum, quae incipit, In primis [e], expediet magis hoc tempore, vt non proponatur ita in genere [3], quando quis incipit exercitia, sed in discursu exercitiorum, si quid dubium, vel obscurum occurrat, aut ob aliquam exercitantis [f] **40** diffidentiam, videatur opportunum, tunc ei explicari poterit [g].

---

a MIRO *Di. Var. in marg.*—bdie *Di.*—c viginti *Ed.*; vigesima *Di.*—d ut eum moneat *Di.*—e In primis, ut per huiusmodi etc. *Di. 1893;* AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—f eius qui exercetur *Di.*

g *Extremum caput septimum, ab eo loco* explicare aliquas ex annotationibus, *sic erat in Di. Var.:* explicare quatuor annotationes ex 20, nempe primam et quintam et decimam septimam et vigesimam, in quibus velut in universum docetur, quid sint exercitia, et quomodo aggredienda sint. Quare hic locus erit ut instructor moneat exercitantem de iis de quibus supra diximus esse monendum, ea tamen dexteritate et prudentia, qua ibi diximus.

Annotatio autem illa, quae fundamento proponitur, de interpretando omnia in bonam partem etc., omittenda est hoc tempore omnino aut saltem magna ex parte. Initio Societatis visa est necessaria cum Patres nostri et haec ipsa exercitia nondum tantam auctoritatem apud homines consequuta erant. Nunc autem cum haec ratio cessarit, vix aliud efficeretur hac admonitione nisi quod exercitantes aliquam fortasse suspicionem conciperent.

---

1 V. supra, p. 694, finem n. 17, qui incipit in p. 692.

2 *Di. Ignat.*, I, [1], supra, p. 778, et III, X, supra, p. 791; *Di. primum Mi.*, n. 24, supra, p. 853.

3 *Di. Aeg.*, f. 9, supra, p. 910.

De Fundamento. Cap. VIII [a].

PRimus ingressus [1] in hanc primam hebdomadam fit [b] per considerationem vltimi finis, quae consideratio [c] ideo dicitur Fundamentum, quia est basis totius aedificii moralis, et spiritualis. Potest [d] autem diuidi in tres partes [2], primo in finem propter quem homo creatus est. secundo in media ad consequendum hunc finem. tertium in difficultatem eligendi hoc, vel illud medium, cum ignoremus quid magis aptum sit ad huius finis consecutionem, omnis autem error in hac parte non possit esse non damnosus, et periculosus. Ex quo nascetur etiam quartum, vt homo ponat se in illa omnimoda indifferentia, et aequilibrio. Haec autem indifferentia est maximi momenti, et admonendus est exercitans [e], quanto altius hoc fundamentum iecerit, tanto firmius futurum aedificium [3]; idque etiam indicauit [f] Pater N. Ignatius annot. decima quinta, et decimasexta ex viginti.

In danda [g] hac meditatione maxime, quia nonnullis cum nondum assueuerint orationi videri potest aridior, addi poterunt aliquae excursiones ad meditandum [4], vt in eo quod dicitur creatum esse hominem, potest [h] simul cogitari a Deo esse creatum de nihilo, et simul quot, et quanta in creatione habuerit, et praeterea quomodo semper ab illo in esse conseruetur. **41** Sed horum consideratio non tam dirigenda est ad gratitudinem, vt fit cum considerantur beneficia Dei, verum ad scopum huius fundamenti, nempe, quod illa omnia a Deo data sint, vt peruenire-mus ad illum vltimum finem. Vnde [i] etiam potest homo in hac meditatione reflectere cogitationem ad se ipsum, quomodo hactenus habuerit se ad finem, et ad media [5], quantum aberrauerit, quod creaturis abusus sit, quae illi adiumento esse debuerunt, vt iam quasi in generali iaciat fundamenta ad cognoscendam deformitatem vitae suae, quod postea vberius, et magis particulariter faciet in meditatione peccatorum.

In meditatione huius fundamenti [j] liber exercitiorum non praescribit certas horas [6], vt fit in exercitiis sequentibus, sed vt facili initio

---

[a] Cap. XII *Di.*—[b] sit *Di. 1893, perperam.*—[c] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[d] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[e] qui se exerceat *Di.*; AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[f] indicavit Beatus *Di. 1893.*—[g] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[h] EVERARDUS *Di. Var. in marg.* [i] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[j] MIRO *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 45, supra, p. 807; *Di. primum Mi.*, n. 25, supra, p. 853; *Di. Aeg.*, f. 9r et v, supra, p. 910.

[2] *Di. Ignat.*, III, X, supra, p. 791.

[3] *Di. Aeg.*, f. 9v, supra, p. 911.

[4] Ibid. f. 9, supra, p. 910.

[5] *Di. Po.*, n. 45, supra, p. 807, et *Di. Aeg.*, f. 9r et v, supra, pp. 910, 911.

[6] *Mi. alt.*, n. 32, supra, p. 858, in annot. d.

inchoëmus, vnusquisque pro viribus, et pro dcuotionc sua ad id tempus sibi assumat: vel si opus sit, Instructor ei praescribat.

Debet autem curare vt cognitio huius veritatis, quae in fundamento tractatur, quam maxime menti infigatur, quoniam vt fundamentum fabricae totam ipsam sustinet, ita haec veritas influit in omnia exercitia, et praesertim in ipsam electionem status, quae tota fere hinc pendet, et ideo quo melius haec meditatio successerit, eo etiam melius reliqua succedunt [a].

42 *De duplici examine. Cap. IX*[b].

DVM durat meditatio fundamenti debet Instructor exercitantem aliquoties visitare [1], et semper ei aliquid noui in scriptis afferre, quia sic videtur quodammodo leuari taedium, et melius etiam percipi quae singula proponuntur.

Igitur in primo congressu post datum fundamentum datur examen particulare [2], in quo tradendo significandum est ei [c], in quouis homine vnum, aut alterum vitium siue peccatum esse solere praecipuum, et quod in eo sit quasi causa, et radix aliorum. Et licet in aliquo plura essent praecipua [3], expedire tamen, vt vnum deligatur, ad quod extirpandum toti incumbamus, vt eo superato ad aliud, et aliud deinceps peculiarem hunc conatum, et studium transferamus. Huic igitur rei seruit [d] examen particulare, cuius vsus, etsi post peracta exercitia esse debet toto vitae tempore [4], nunc tamen inchoatur, tum vt aliqua eius peritia acquiratur, tum etiam quia [e] hoc examine vti oportet circa exercitia, et eorum additiones [5]. Est autem multum commendandus [f] huius examinis vsus propter magnam eius vtilitatem, praesertim ad consequendam animi puritatem, vt docet Cassianus Colla. 5. [g] Bernardus [h] [6] saepe. Itaque in fine exercitiorum cum discedenti dantur praecepta vitae bene instituendae, hoc in primis inculcandum est. Additiones [i] autem illae quat-**43** tuor dictandae ne sint, an verbo tantum explicandae prudentiae Instructoris relinquatur [7].

---

[a] succedent *Di. 1893.*—[b] Cap. XIII *Di.;* Caput nonum. De triplici examine *Di. Var.*—[c] *Deest hoc v. in Di. 1893;* POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[d] serviet *Di. 1893;* MIRO *Di. Var. in marg.*—[e] *Desideratur hoc v. in Di. 1893.*—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[g] 4 et 5 *perperam Ed. et Di.;* 5 *Di. 1893.*—[h] et S. Bernardus *Di. 1893.*—[i] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

[1] *Di. primum Mi.*, n. 26, supra, p. 854; *Di. Aeg.*, f. 10v, supra, p. 912.

[2] *Di. Ignat.*, III, XI, supra, p. 792; *Di. Po.*, n. 46, supra, p. 807; *Di. primum Mi.*, n. 25, supra, p. 853.

[3] *Di. Po.*, n. 46, supra, p. 807.

[4] *Di. primum Mi.*, n. 25, supra, p. 853.

[5] *Di. Ignat.*, III, 12, supra, p. 793; *Di. Aeg.*, f. 9v, supra, p. 911.

[6] *Di. Aeg.*, f. 10, supra, p. 911.

[7] *Di. Po.*, n. 47, supra, p. 807.

Deinde eadem die, et sequenti datur examen generale, et quotidianum. Non autem datur [a] per modum meditationis [1], sed instructionis cuiusdam, et vt homo incipiat aperire oculos ad cognoscenda peccata vitae praeteritae. Quod vero attinet ad examen generale [2] non est dubium, quin aliae etiam multae sint peccatorum species [b], quae hic non ponuntur, sed vel hic ea tantum peccata attinguntur, quae frequentius accidunt, reliqua autem peti possunt ab aliis auctoribus, qui ex professo de hoc agunt, vel hoc examen [c] pro iis tantum conscriptum est qui iam paulo magis spirituales sunt, et ab aliis grauioribus peccatis abstinent, in haec autem [d] frequentius incidere solent [3]. Itaque non fuit mens [e] P. N. Ignatii tam breui tractatione omnia peccata comprehendere, sed tantum, vt dictum est, pios animos admonere de iis quae frequentiora sunt.

Porro examen quotidianum, quod quinque [f] puncta complectitur, dictetur prout iacet. Ad illud autem faciendum iuuat illa lux, quam praebet examen generale per illam distinctionem peccatorum, quae fiunt, cogitatione, locutione, et opere [g] [4].

De exercitiis primae hebdomadae. Cap. X [h].

CIrca ordinem [i] tradendi exercitia sequendus est is qui ponitur in ipso libro exer-44 citiorum, nempe vt prima hora fiat exercitium trium potentiarum, secunda autem peccatorum: tertia vero et quarta repetitiones vtriusque, si autem addatur etiam quinta hora, fiat de inferno. Sin fiant tantum quattuor horae, hoc exercitium de inferno differendum erit in diem sequentem, quo eodem die possunt dari etiam alia exercitia de morte, de iudicio, cum suis repetitionibus. Tertio die proponenda erit eadem materia, sed cum aliquibus nouis punctis, vt in materia peccati, proponendo effectus quos facit in animo, aut aliquid eiusmodi, sic enim tollitur taedium, et materiae profundius penetrantur [j].

---

a *Pro 8 vv. praeced. sunt in Di. Var. sequentia:* dantur alia duo examina, nempe quod in libro Exercitiorum appellatur generale et alterum quotidianum. Non autem dantur; MIRO *in marg.*—b POLANCUS *Di. Var. in marg.*—c AEGIDIUS *Di. Var. in marg* — d aut *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis».*—e mens Beati *Di. 1893.*—f *Pro 5 vv. praeced. habet Di. Var.:* Tertium porro examen quod quotidianum est et quinque.— g *Di. Var. addit:* Confessio generalis etsi in libro Exercitiorum hoc loco ponatur, facienda tamen est in fine primae hebdomadae, et ideo de ea agemus illo loco.—h De primo exercitio primae hebdomadae. Cap. XIV. *Di.*—i AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

j *Haec paragraphus prima sic erat in Di. Var.:* Circa ordinem tradendi exercitia hujus primae hebdomadae, licet aliqui ita Exercitiorum librum intelligant, ut omnia uno die tradenda et facienda sint [*in marg.* AEGIDIUS],

---

1 *Di. Aeg.*, f. 10v, supra, p. 912.

2 *Di. Po.*, n. 48, supra, p. 807; *Di. Aeg.*, f. 10r et v. supra, p. 912.

3 *Di. Aeg.*, ibid.

4 *Di. Po.*, n. 49, supra, p. 808.

Porro primum exercitium illud est, quod appellatur trium potentiarum [1], non quia in aliis etiam non exerceantur hae tres potentiae; sed voluit P. [a] N. Ignatius in hoc quasi aditu, et principio omnium exercitiorum, viam monstrare, quae in meditando tenenda est, nempe, vt per memoriam adiuuaretur ratio ad discurrendum, siue ratiocinandum; per discursum autem excitaretur voluntas, et affectus, idque actuare voluit in materia peccati, quae prima occurrebat ad meditandum. Itaque in hoc primo exercitio sunt sigillatim explicanda exercitanti [b] omnia, quae in sequentibus exercitiis futura sunt vsui, qui scilicet modus seruandus, vt cum attentione, et sine capitis laesione perseuerari possit, et quomodo se animus colligere, collectumque tenere debeat, et quod licet adhiben-45 dus sit intellectus ad cogitandum, maior tamen habenda est cura affectus, et interioris gustus, quam vt multi conceptus quantumuis pulchri, et acuti formentur, et alia eiusmodi.

Hic etiam declaranda sunt praeludia, quorum vsus praescribitur in omnibus exercitiis, et in primis quid sit compositio loci, quae nihil aliud est, quam fingere sibi, et quasi videre oculis imaginationis locum illum, in quo res, quam meditamur, gesta est, vt stabulum in quo Christus natus est, aut coenaculum grande stratum, in quo Apostolorum pedes lauit, aut montem in quo passus est. Hac enim loci compositione valde iuuamur ad attentionem [c], et motionem animae, quae hoc modo

---

melius tamen videtur et commodius, ut unum vel duo singulis diebus suo ordine fiant, ita ut uno absoluto pergatur ad aliud et sic deinceps. Sic enim melius penetrantur materiae insistendo in singulis quam percurrendo; et periculum est ne obruatur animus tantarum rerum multitudine; propterea sequentibus diebus, quibus repetendae sunt semper eaedem meditationes, facile continget satietas et ariditas. Et cum ut dicitur in libro Exercitiorum, non expediat exercitantem scire quid sequenti die sit meditaturus, difficile videtur et incommodum, ut instructor toties eum uno die adire possit. Denique multi gravissimi Patres, qui in exercitiis tradendis ipso P. N. Ignatio magistro usi fuerant, ita hoc intelligere, ita etiam practicare consueverant. Quare cum alii aliis tardiores vel celeriores, alii foecundiores vel aridiores sint, videtur tota res permittenda prudentiae instructoris ut ipse melius judicarit.

a Beatus P. *Di. 1893;* AEGIDIUS *Di. Var. in marg.* — b exercitia sumenti *Di.*

c *Hic locus, a verbo* Hac enim, *sic erat in Di. Var.:* Ad haec autem loca commodius et facilius sibi fingenda, juvat adhibere species seu imagines similium locorum quae alias vidimus, ut alicujus stabuli aut aulae aut montis, addendo aut detrahendo quae oportet. Potest autem hoc dupliciter fieri: vel quasi transferendo nos ad locum ubi res gesta est, vel quasi transferendo rem gestam ad locum ubi nos sumus. Utroque enim modo efficitur quod hac compositione loci quaeritur, ut quasi nos praesentes constituamus illi mysterio aut actioni, quam meditamur, quod valde confert ad attentionem. *Ibid.* MIRO *in marg.*

---

1 *Di. Aeg.*, f. 11, supra, p. 913, ubi etiam sequentia invenies.

quasi alligata phantasia rei illi certae alligatur ipsa quoque quodammodo ne euagetur, aut si quando diuertat, habet ad manum, quo se facile colligat, et reuocet in situm illum suum, in quo se ab initio composuit. Vnde S. Bonauentura in Prooemio de vita Christi [a]: Tu inquit si fructum ex his sumere cupis, ita te praesentem exhibeas iis, quae per D. N. Iesum Christum dicta, et facta narrantur, ac si tuis oculis ea videres, et tuis auribus audires toto mentis affectu diligenter, delectabiliter, et morose omnibus aliis curis, et solicitudinibus tuis omissis [1]. Atque hoc quidem locum habet in meditatione rerum corporearum: nam in rebus incorporeis, vt est peccatum, et similia, alia quaedam est instituenda compositio loci, de qua dicitur satis clare in lib. exercitiorum [b] **46** in exercitio trium potentiarum. Denique [c] in hac loci repraesentatione vitandum est diligenter, ne nimis in ea fabricanda immoremur [2], vel nimiam vim [d] capiti faciamus, quia non consistit in ea fructus praecipuus meditationis, sed est tantum via, et instrumentum ad ipsum fructum. Nec est dubium, quin aliqui maiorem in hac re habeant facilitatem, in quibus videlicet acrior est vis potentiae imaginatiuae. Alii vero quibus hoc difficilius est, non ita laborare debent, vt caput obtundant, quo ipsam meditationem impedirent [e].

In secundo [f] exercitio [3], in primo puncto monendus est exercitans, ne descendat ad examinanda peccata sigillatim, vt fieri solet, cum quis se ad confessionem parat. Hoc enim postea facturus est [g] extra meditationem: sed hoc tempore in genere tantum proponat sibi sua peccata, eorumque multitudinem, et magnitudinem, vt concipiat confusionem, et dolorem. Ad hoc autem confert percurrere loca, negotia, et personas, vt hic dicitur.

Tertium et quartum [h] exercitium [4] constat ex repetitione primi et secundi. Harum autem repetitionum vsus est valde vtilis. Saepe enim fit, vt cum eiusmodi materiae primum cogitantur, intellectus pascatur illa rerum nouitate, ac curiositate quadam, postea vero cum speculationem moderamur, magis aperitur via internis affectibus, in quibus potissimum consistit fructus. Quare in his repetitionibus vitandi sunt longi discur-**47** sus, sed tantum proponere sibi oportet, et quasi per-

---

[a] *Textus qui sequitur mutatus aliquantulum est in Di. 1893, c. XIV, n. 5.; Di. Var habet* AEGIDIUS *in marg.*—[b] *Di. Var. addit* p. 64; *est autem pagina editionis burgensis (Burgis, in Hispania) anni 1574.*—[c] MIRO *Di. Var. in marg.*—[d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[e] *In Di. sequitur titulus* De aliis exercitiis primae hebdomadae. Cap. XV.—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[g] *Desideratur hoc v. in Di. 1893.*—[h] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

[1] PSEUDO-BONAVENTURAE opus, cui titulus *Meditationes vitae Domini nostri Iesu Christi.*

[2] *Di. Aeg.*, f. 11, supra, p. 813.

[3] *Di. Ignat.*, II, [2], et III, 15, supra, pp. 784 et 793; *Di. Aeg.*, f. 11v, supra, p. 913.

[4] *Di. primum Mi.*, n. 31, supra, p. 855; *Anon. B2*, supra, p. 897; *Di. Aeg.*, f. 11v, supra, p. 913.

currere, quae prius meditati sumus, et in iis immorandum voluntate et affectu, et haec etiam est causa, cur plura hic colloquia sint, quam in prioribus exercitiis. Quod autem dicitur [a] in lib. exerc. in III. exer. primae hebd. [1], repetitionem hanc faciendam de iis, in quibus antea maiorem consolationem, aut desolationem senserimus, ita intelligendum est, vt praecipue repeti debeant ea, quae lumen aut feruorem attulerunt, sed etiam expedit illa puncta repetere, in quibus ariditatem sensimus, quia saepe contingit, vt deinde in ipsis maiorem consolationis copiam sentiamus. Immo [b] etiam bis repeti potest idem si magna sentitur consolatio [2], aut alius bonus, et spiritualis affectus, et hoc potissimum in prima hebdomada.

Praeter quinque haec exercitia [c] P. N. Ignatii possunt addi alia, vt in fine quinti exercitii dicitur, vt de aliis peccati poenis, de morte, de iudicio, vel de aliis cruciatibus Inferni, et quidem haec [d] rarissime omittenda videntur [3], quia multum habent momenti, vt auocetur animus ab inordinato amore rerum harum visibilium, et in his meditationibus concipit anima timorem sanctum Domini, vt pariat spiritum salutis.

In fine [e] cuiuslibet exercitii semper fieri debet colloquium [4], vt in libro exercitiorum praescribitur, nec tamen prohibetur, quin iuxta cuiusque deuotionem etiam in principio, et in **48** medio alia colloquia, et petitiones fieri possint, immo etiam aliquando expedit. Proprius [f] tamen locus est in fine, cum anima ex meditatione magis eleuatam se sentit. Illa enim sunt aptissima colloquia, quae formantur ex affectu interiori varia, vt ipse affectus varius est. Interdum enim homo agit cum Deo, vt filius cum patre, interdum vt seruus cum Domino, modo, vt amicus cum amico, modo etiam vt reus cum Iudice, aliquando etiam petens aliquod donum, aliquando gratias agens de beneficiis acceptis, alias accusando se ipsum, alias communicando cum eo familiariter. In quo notandum quod dicitur in tertia annotatione ex viginti, haec colloquia, quando fiunt cum Deo, aut cum sanctis requirere maiorem reuerentiam, quam ipsas meditationes, et speculationes. In particulari vero colloquium [g] secundum ad Christum [5] vt impetret a Patre, explicandum

---

[a] MIRO *Di. Var. in marg.*—[b] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[c] exercitia Beati *Di. 1893; Di. Var. habet* MIRO *in marg.*—[d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[e] MIRO *Di. Var. in marg.*—[f] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[g] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 32, supra, p. 855.

[2] *Anon. B1*, f. 18, supra, p. 894.

[3] *Di. Ignat.*, II et III, supra, pp. 784 et 791; *Di. primum Mi.*, n. 34, supra, p. 856; *Di. Aeg.*, f. 12, supra, p. 914.

[4] *Di. primum Mi.*, n. 33, supra, p. 856.

[5] *Di. Aeg.*, f. 12, supra, p. 914.

erit rudioribus, hoc intelligi, non vt est Deus, sed vt homo mediator [1], et aduocatus [2], vt interpellet pro nobis [3].

Additiones [a] quae in libro exercitiorum ponuntur in fine primae hebdomadae, dandae sunt pridie quam incipiantur exercitia [b], nempe meditatio, quae dicitur trium potentiarum, et reliquae, quia in iis agitur de multis, quae adiuuant meditationem. Decima tamen additio posset differri in sequentem diem, quia non est adeo necessarium, vt detur illo die [c]. Deinde sequentibus diebus dandae sunt reliquae additiones, **49** et regulae de discernendis spiritibus, quae conueniunt primae hebdomadae, et quae conuenire videbuntur exercitanti, quas tamen non erit semper necesse scripto dare, sed id Instructoris iudicio permittitur [d].

Hae additiones [e] [4] curandum est, vt exacte seruentur, quia ex ipsis valde pendet fructus spiritualis exercitiorum, quamquam ex altera parte caueri etiam debet omnis excessus, et habenda est ratio personarum, et complexionum, vt si qui essent natura melancholici, non debent nimium coarctari, immo potius dilatandus est eis animus, et idem de personis imbecillioris valetudinis, et insuetis ad hos labores, et ideo opus est prudentia, et discretione. Experientia enim ostendit quibusdam profuisse quod eis concederetur aliqua laxitas in his regulis seruandis, aliis autem profuit seueritas, et rigor, semper tamen mixtus suauitate.

De Confessione generali. Cap. XI [f].

SIue exercitans [g] versetur in primis quinque exercitiis, siue alia adiungantur [5], cum iam id satis consecutus videbitur, quod in hac heddomada vt finis proponitur, nimirum cognitionem intimam peccatorum, et veram contritionem, et ad id serio conatus, et diuinae gratiae cooperatus, tam per exercitia, quam per additiones iudicabitur, moneri debet, vt se ad generalem confessionem disponat, et nisi in-**50** structori nimium fatigatus videatur, poterit adhuc pergere in meditando per vnam, aut alteram horam aliquid quod ad compunctionem peccatorum

---

a MIRO *Di. Var. in marg.*—b eo die quo incipiuntur exercitia *Di. Var.*—c *Hic locus, a verbo* potentiarum, *sic erat in Di. Var.:* potentiarum sub vesperam aut omnes aut bona pars earum.—d hebdomadae, quae cum dantur, dilucide sunt explicandae *Di. Var.*—e ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—f Cap. XVI *Di.*—g qui se exercet *Di.;* POLANCUS *Di. Var. in marg.*

---

1 I TIM., II, 5; HEBR., VIII, 6; IX, 15; XII, 24.

2 I Jo., II, 1.

3 ROM., VIII, 34; HEBR., VII, 25.

4 *Di. Ignat.*, III, 19, supra, p. 794.

5 Ibid., II, [2], supra, p. 784; *Di. Po.*, n. 56, supra, p. 809; *Di. primum Mi.*, n. 38, supra, p. 857.

faciat, vel si id magis expedire iudicetur, aliquid legendo ad eum finem [a].

Vt autem [b] hoc diligentius, et accuratius faciat, indicandum est ei quantae sint vtilitates huius confessionis generalis, de quibus vtilitatibus agitur in ipso libro Exercitiorum post examen generale. Quod si nulla alia esset, hoc certe satis esse deberet [1], quod experimur homines plerumque, aut sine examine sufficienti, aut sine debito dolore, nullo vel valde infirmo melioris vitae proposito ad confessionem accedere, ac propterea ad consequendam pacem conscientiae, et ad tollendos scrupulos, qui si non antea, saltem in puncto mortis animam excruciare, et in periculum salutis aeternae adducere solent, multum prodest, semel se ab omnibus anteactae vitae peccatis abluere. Quam etiam ob causam, etsi cauendum est a nimia anxietate in facienda hac confessione, ita [c] ne semper deinde maneant scrupuli, ac reliquiae, vt quibusdam contingit, tamen ex altera parte studendum et conandum est, vt ita diligenter, atque accurate fiat, vt postea secura esse possit anima, se fecisse quod in se erat; nam sine hoc numquam frui poterit illa pace animi, et tranquillitate conscientiae, quam diximus. Ideo praeter proprium studium, et diligentiam exercitantis [d] iuuandus est etiam ali-**51** qua via, et methodo [2], nempe directorio aliquo ad bene confitendum, cuiusmodi iam multa extant bona, et apta, si opus fuerit, et pro cuiusque indigentia.

Aliquando etiam, praesertim insignioribus hominibus, proderit dare legendam Summam Nauarri [3], vbi agit de statibus, vt attente considerent, quae ad suum statum pertinent. Sic enim melius videbunt in quibus defecerint, quae si nostri per se proponerent, fortasse non tantam iis fidem haberent, et possent putare eos esse nimios in vrgendis conscientiis [e].

Hanc generalem confessionem [f], vt plurimum magis expedit non fieri ei, qui tradit exercitia [4]: si tamen exercitans [g] ei confiteri mallet pro sua deuotione, vel sacerdotum penuria, aut aliae causae ita exigerent, nihil impediret quin etiam ipsi fieri posset.

---

[a] *Hic locus a verbo* disponat *sic erat in Di. Var.:* disponat non omittendo interim exercitia consueta vel partem eorum, reliquum vero tempus quod ab his superest tribuendo peccatis recogitandis, vel si ipsi videbitur etiam scribendis.—[b] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[c] *Non est hoc v. in Di.*—[d] ipsius, qui exercitia suscipit *Di.*—[e] *A verbis* si opus fuerit *(in fine paragraphi praeced.) usque* conscientiis *desunt in Di. Var.*—[f] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[g] qui suscipit *Di.*

---

[1] *Di. Aeg.*, f. 12v, supra, p. 915.

[2] *Di. Ignat.*, III, 18, supra, p. 794; *Di. primum Mi.*, n. 38, supra, p. 857.

[3] MARTINUS AB AZPILCUETA (1493-1586) a patria «Navarrus» vocatus, magister juris canonici celeberrimus et vir vitae sanctissimae, in cap. XXV *Enchiridii sive Manualis confessariorum et poenitentium* (hispanice primum Salmanticae anno 1557, latine primum Romae anno 1588 editi) agit de peccatis diversorum statuum. Cf. HURTER, *Nomenclator*, I, 124-127, ed. alt.

[4] *Di. Ignat.*, I, [1], supra, p. 779; *Di. Po.*, n. 56, supra, p. 809.

De fine primae hebdomadae. Cap. XII [a].

QVoniam [b], vt supra dictum est, exercitiorum hebdomadae non dierum spatio definiuntur, sed ex effectu, qui in eis praetenditur, ideo huius primae hebdomadae tempus vel contrahi, vel prorogari poterit [1], prout citius, vel tardius quisque contritionem, deuotionem, vel meditandi modum assecutus fuerit. Alii enim celerius, alii serius eo perueniunt. Illud tamen notandum, eos homines, qui multum proficiunt in via spiritus, et qui iam ab aliquo tem-**52** pore Sacramenta frequentant, aut qui multum cupiunt statuere de modo vitae suae, in quo magis Deo domino seruire possint, non esse diu detinendos in hac prima hebdomada. Immo si fieri possit, quatuor, aut quinque diebus absoluere eam debent. Contra vero faciendum in iis, qui non ita dispositi sunt. hi enim vt peccata sua defleant, et vt peccati turpitudinem, ac foeditatem agnoscant, debent diutius in his exerceri [c].

Qui absolutis exercitiis [d] primae hebdomadae [2] ad reliqua progressurus est, postquam generaliter confessus fuerit, et communionem sumpserit, saltem per vnum diem vacare debet ab illo labore tam intenso meditandi. Interim tamen posset in mente versare parabolam illam filii prodigi, applicando eam ad se ipsum, aut aliquid eiusmodi. Porro ad communionem [e] est ita etiam disponendus [3], vt ad eam accedat cum reuerentia, et fide, et gustu, et ob eam causam danda est ei aliqua meditatio ad hoc apta.

De secunda hebdomada, et primo de fine qui in ea praetenditur. Cap. XIII [f].

FInis [4], et scopus [g], qui exercitiis omnibus primae hebdomadae praefixus est, hic praecipue est cognoscere quod errauimus ab ea via, quae nos ducere debebat ad vltimum illum finem, cuius causa creati sumus, et consequenter dolere de tali, et tanto errore, et concipere intensum desiderium redeundi in illam viam, et in ea semper **53** perseuerandi.

In hac autem secunda hebdomada finis est, proponere sibi Christum dominum, ac Saluatorem nostrum, vt veram viam, iuxta illud, quod

---

[a] Cap. XVII *Di.*—[b] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[c] *Vide quae hic addita sunt in Di., c. XVII, n. 1, ad finem.*—[d] MIRO *Di. Var. in marg.*—[e] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[f] Cap. XVIII *Di.*—[g] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] V. in *Exercitiis* annotationem quartam, supra, p. 226; *Di. Ignat.*, III, 8, supra, p. 791.
[2] *Di. Ignat.*, I, [2], supra, p. 780; *Di. primum Mi.*, n. 42, supra, p. 858.
[3] *Di. Aeg.*, f. 13, supra, p. 915.
[4] *Di. Aeg.*, f. 14, supra, p. 916.

ipse dixit. Ego sum via, veritas, et vita, et [a] Nemo venit ad Patrem nisi per me [1]. Ipse enim est exemplar a Patre hominibus propositum, cuius imitatione emendemus, et componamus mores nostros corruptos, et dirigamus pedes nostros in viam pacis [2]. Quare cum Christi vita sit perfectissima, et ipsa idea virtutis, et sanctitatis, sequitur, vt quo vita nostra propius ad eam [b] imitatione accesserit, ipsa quoque perfectior sit, immo et propius accedat ad vltimum finem suum, ideoque eo etiam felicior [c] sit. Propter hanc causam haec secunda hebdomada respondet viae illuminatiuae, quia Christus est sol iustitiae [3], qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [4], et ad hoc venit, vt illuminaret sedentes in tenebris, et vmbra mortis [5], et quoniam peccata, et prauae affectiones obtenebrant animam, eamque impediunt, et retrahunt a Christi imitatione, ideo haec prius eradicanda ex corde erant primis illis exercitiis, et meditationibus.

Dispositio quam [d] P. N. Ignatius requirebat in iis, qui facturi essent exercitia huius hebdomadae, est, vt ostendant feruorem, ac desiderium progrediendi vlterius ad deliberandum de statu vitae [6]. Quare qui hoc nollet, vel tepide vellet, etiam si cuperet progredi in meditationibus, melius esset eum differre ad vnum, aut alterum **54** mensem. Hoc enim negotium eiusmodi est, vt nisi cum feruore spiritus suscipiatur, non possit habere bonum successum. requirit enim magnum, et fortem, et constantem animum, qui ex augmento deuotionis proueniat. Verum est quod si quis esset, a quo nihil magnum sperari posset, quia non esset admodum capax, vel impeditus esset statu matrimonii, posset pro eius captu, aliquid addi de sequentibus hebdomadis [7], vt dirigatur in statu, in quo est ad bene viuendum in eo [e]. Ceteros autem melius est relinquere cum fame, vt sciant adhuc sibi restare aliquid quod faciant. Contingit enim saepe vt hac dilatione, experientia ipsa apertius eis detegat suas necessitates, et infirmitates; quod facit, vt deinde ardentiores, et magis dispositi redeant.

---

[a] *Deest hoc v. in Di. 1893.*—[b] eum *Di. 1893.*—[c] facilior *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»*.—[d] quam Beatus *Di. 1893;* AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

[e] *Hic locus, a verbis* sperari posset *sic est in Di. Var.:* sperari posset vel quia jam esset in statu immutabili vel ob alias causas, tunc nihil impediret dari ei meditationes secundae et tertiae hebdomadae, dirigendo eum ut in statu in quo est conetur placere Deo.

---

1 Jo., XIV, 6.
2 LUC., I, 79.
3 MALACH., IV, 2.
4 Jo., I, 9.
5 LUC., I, 79; cf. Is., IX, 2; XLII, 7; MATTH., IV, 16.
6 *Di. Ignat.*, I, [2], supra, p. 780; *Di. Aeg.*, f. 14, supra, p. 916.
7 *Di. primum Mi.*, n. 41, supra, p. 858.

De exercitiis secundae hebdomadae. Cap. XIIII [a].

PRimum exercitium [b] [1] in hac secunda hebdomada, est de Regno Christi, quod tamen non computatur inter meditationes, quia prima est de incarnatione Domini. Est igitur quasi fundamentum quoddam, aut prooemium totius huius tractatus, et summa, ac compendium vitae, et operum Christi Domini in eo negotio, quod ei commiserat Pater, de quo Esaias, Opus illius [c] coram eo [2]; et ipse Dominus. Opus quod dedisti mihi, vt facerem [d] [3]. Et statim [e] **55** addit, quidnam id esset, Clarificaui te super terram [4], manifestaui nomen tuum hominibus [5]. Vocat autem omnes homines in societatem tanti, et tam gloriosi operis, vnumquemque iuxta suum gradum. Ex quo iam incipit apparere diuersitas graduum in imitatione Christi.

Dispositio autem quae requiritur in anima eius, qui facit exercitia, haec est, vt quantum est ex sua parte tendat in id quod perfectius est, si Dominus dederit gratiam, et vires [6]. Vnde aperte colligitur ex hoc iam loco animam incipere praeparari, et disponi ad electionem status, quae postea suo loco expressius proponetur. Sic enim mirabili quodam artificio Spiritus sancti hic anima excitatur ad perfectionem, vt deinde hanc eandem perfectionem eliciat, et indaget in omnibus sequentibus meditationibus, Incarnationis, Natiuitatis, et aliarum, et ita perfectionis semina, quae hic sparguntur, per illas deinde meditationes latenter crescant, et promoueantur, donec in tempore electionis suum fructum ferant. Atque hoc bene notandum est Instructori pro sua directione, non quod de hoc monere debeat exercitantem, sed potius sinat res ipsas per se in eius anima operari, vimque suam exercere. Neque hoc tamen impedit, quin haec meditatio, sicut etiam quae deinde sequetur [f] de duobus vexillis, tradi possit etiam iis qui non sunt facturi electionem, quoniam etiam hi ea iuuari possunt: siquidem in genere tantum agunt de iis, quae ad maiorem Dei **56** gloriam ab vnoquoque fieri possunt in Dei obsequio pro cuiusque capacitate [g] [7].

---

a De primis quatuor exercitiis secundae hebdomadae. Cap. XIX *Di.*—b Prima meditatio *Di. Var.;* AEGIDIUS *ibid. in marg.*—c *Sic etiam Di.;* opus ejus coram illo *recte Di. 1893.*—d *Sic etiam Di.;* faciam *Di. 1893.*—e *Deest hoc v. in Di. 1893.*—f sequitur *Di. 1893;* MIRO *Di. Var. in marg.*

g *Di. Var. addit quae sequuntur:* Haec autem meditatio bis facienda est, ut annotatur in ipso libro Exercitiorum a'. [*Seq. in pag. sequenti.*]

---

1 *Di. primum Mi.*, n. 44, supra, p. 861; *Di. Aeg.*, f. 14v, supra, p. 917.
2 Is., LXII, 11.
3 Jo., XVII, 4.
4 Ibid.
5 Ibid., 6.
6 *Di. Ignat.*, I, [2], supra, p. 780; *Di. Aeg.*, f. 14, supra, p. 916.
7 *Mi. alt.*, n. 64, supra, p. 867.

---

a' POLANCUS *in marg.*

In hac secunda hebdomada notandum est, addi hic vnum praeludium. Nam cum in prima hebdomada, primum praeludium sit constitutio loci, hic ante constitutionem loci ponitur quaedam repraesentatio

---

Circa ordinem quo dari debent haec exercitia nihil occurrit notandum, quia in libro Exercitiorum traditur ita clare, ut non sit opus interpretatione aut additione [a']. Illud tantum indicandum, cum traditur primum exercitium [b'], scilicet incarnationis, declaratis praeludiis admonendum esse exercitantem, eumdem modum tenendum esse in reliquis omnibus exercitiis etiam reliquarum hebdomadarum, tum in praeludiis, mutata tamen materia, tum in oratione praeparatoria, et sic in sequentibus deinde mysteriis satis erit, puncta ipsa, quae meditanda sunt, proponere, et monere, ut forma primi diei retineatur.

[*Loco autem eorum quae sequuntur in Ed. usque* Quod autem hic dicitur *(p. 58, l. 9) sunt in Di. Var. haec*]: Porro in proponenda materia meditationis [c'] is fere modus servandus erit, qui ponitur in fine libelli Exercitiorum, ubi ordine posita sunt omnia ferme mysteria vitae Christi tribus punctis singula distincta. Qui autem ea non legerint per se in Evangeliis, et praesertim simplicioribus, explicatius tradi oportebit, expositis praecipuis punctis cujusque mysterii et addita brevi declaratione, ut dicitur in secunda annotatione ex viginti.

Quod autem in meditatione incarnationis dicitur, contemplandas esse personas et earum verba atque opera; intelligendum idem est etiam in reliquis meditationibus esse faciendum. Quod tamen non ita accipiendum est ut prius omnes personae, deinde omnia dicta, postremo omnia facta separatim expendantur; sic enim confunderentur puncta meditationis [d'], sed demonstratum est, quo in singulis punctis dirigi debeat meditantis intentio, ut nempe cogitet personas et dicta et actiones, quae occurrunt in uno puncto, deinde transeat ad aliud, et idem in eo faciat.

Neque tantum [e'] prohibetur quin, ut dicitur in tertio notabili quartae hebdomadae [f'], possint etiam addi alia puncta, ut v. g. cogitationes et affectus personarum interiores, tum etiam virtutes, et praeterea modus et finis mysteriorum quae occurrunt, causae item et effectus, tempus et reliquae circumstantiae, ut foecundior sit meditatio et major ejus fructus.

Exercitium quintum, quod est applicatio sensuum [g'], est valde facile et utile, imaginando nos videre et audire verba aut strepitum, si quid fit, vel tangere aut osculari sive personas sive loca, quod tamen fieri debet cum omni reverentia et modestia ac timore. Olfactum P. N. Ignatius refert ad odorandam fragrantiam animae ex donis Dei, et gustum ad gustandum ejus dulcedinem, quod utrumque significat praesentiam quamdam rei vel personarum, quas meditamur, cum gustu et amore earum tenero. Sunt etiam qui haec applicent ad sensus intellectuales juxta doctrinam S. Bonaventurae in Itinerario mentis in Deum cap. 4, ita ut videre sit actus fidei, quae res supernaturales facit nobis esse praesentes; audire sit alter actus fidei, in quam

---

[a'] AEGIDIUS *in marg.*—[b'] POLANCUS *in marg.*—[c'] MIRO *in marg.*—[d'] *Correctum a librario ex* meditationum.—[e'] *Sic pro* tamen.—[f'] MIRO *in marg.*—[g'] AEGIDIUS *in marg.*

historiae, seu mysterii quod meditandum occurrit. Hoc autem non ita intelligendum est, vt tunc immorari debeamus in meditando illo mysterio. Sic enim nihil differret praeludium a meditatione, sed ita est accipiendum, vt in primo illo praeludio proponatur historia generatim, et quasi tota in communi, vt sciatur materia, de qua tunc cogitandum est, et anima incipiat in ea actuari, et ad eam eleuari, deinde vero in ipsa meditatione incipiat in singulis eius partibus immorari, easque ponderare, et penetrare. Vt cum quis coniicit oculos in tabulam aliquam pictam, in qua sit varietas rerum pictarum, prius unico intuitu omnia confuse cernit, et scit quid in ea tabula contineatur, postea vero figit oculos in singulis particularibus rebus, quae ibi pictae sunt, easque sigillatim melius, et accuratius perpendit.

Quod autem attinet ad puncta harum meditationum, sumenda erunt in fine libelli exercitiorum [1], vbi mysteria vitae Christi ordine posita sunt distincta fere singula tribus punctis, etsi simplicioribus, qui ea non legerint, aut legere non possint in Euangeliis, explicatius **57** tradi oportebit addita breui declaratione vt dicitur secunda Annotatione ex viginti. Vnde quod in meditatione Incarnationis, et Natiuitatis etiam dicitur de contemplandis personis, et earum verbis, et operibus, intelligi debet, referendo ad illam, quam diximus distributionem quae in fine libri ponitur, nempe cogitando haec in singulis punctis, vt occurrunt ordine suo, non autem quod necessarium sit omnes prius personas totius mysterii, deinde omnia verba eiusdem, ac demum opera separatim

---

facit nos credere et assentiri, juxta illud: In auditu auris obedivit mihi 1*; hoc autem est intelligere et credere cum affectu, quae sunt binae aures animae, nempe intellectus et voluntas. Olfacere pertinet ad spem; tangere est unio quam facit amor juxta illud: Osculetur me osculo oris sui 2*; gustare est charitatis, quae facit ut non sapiamus terrena, sed quae sursum sunt, ut ait S. Paulus 3*. Atque hic usus et exercitatio sensuum spiritualium est signum spiritualis vitae. Caeterum licet haec applicatio hujusmodi sensuum ita exerceri possit et a viris spiritualibus approbetur, melius est tamen adhibere illam priorem applicationem, quae planior et expressior est. Hae enim subtilitates in his materiis habent admixtam curiositatem, nec generant in anima effectus solidos. Imo vero generant ariditatem, et quo major attentio in eis ponitur, eo magis perditur de fructu meditationis. Quod idem dicendum est de omnibus sensibus anagogicis, qui sunt magis apti ad concionandum quam ad meditandum; et ideo melius est eos declinare, et haec via est magis consentanea Exercitiis P. N. Ignatii, quae, ut videmus, semper inhaerent in rebus solidioribus, ut sunt actiones vel personae et alia ejusmodi.

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 46, supra, p. 861.

1* Ps. XVII, 45.
2* CANT., I, 1.
3* COL., III, 1-2.

meditari: hoc enim praesertim in quibusdam meditationibus pareret confusionem. Quare hoc tantum voluit [a] P. Ignatius regulam dare in singulis punctis, quo meditantis intentio ferri debeat, primum quidem in ipsas personas, quae in illo puncto occurrant [b], tum ad verba, si prius verba, vel ad facta, si prius occurrant facta. Et ita absoluto vno puncto transeatur ad aliud, eundem ordinem in eo seruando. Caeterum [c] etsi hic tantum mentio fit de his tribus, non tamen prohibetur, quin vt dicitur in tertio Notabili quartae hebdomadae [d], possint etiam addi alia puncta, vt v. g. cogitationes, et affectus personarum interiores, tum etiam virtutes, et praeterea modus, et finis mysteriorum, quae occurrunt, causa item, et effectus, tempus, et reliquae circunstantiae, vt foecundior sit meditatio, et maior eius fructus [e] [1].

Exercitium quintum [f], quod est applicatio sensuum [2], est facile valde, et vtile, imaginando **58** nos videre [g], et audire verba, aut strepitum si qui fit, vel tangere, aut osculari, siue loca, siue personas, quod tamen fieri debet cum omni reuerentia et modestia, ac timore. Olfactum P. [h] N. Ignatius refert ad odorandam fragrantiam animae ex donis Dei, et gustum ad gustandum eius dulcedinem, quod vtrumque significat praesentiam quandam rei, vel personarum, quas meditamur, cum gustu et amore earum tenero.

Quod autem hic dicitur facta meditatione Incarnationis et Natiuitatis, faciendam deinde separatim hanc applicationem sensuum, intelligendum est idem deinceps fieri debere in reliquis meditationibus vitae Christi [i], et si non magnopere refert, vt fiat semper in meditatione separata: sed potest etiam fieri in eadem meditatione, diuerso tamen tempore, et hoc praesertim in quibusdam exercitiis, in quibus non adeo locum habet haec applicatio sensuum, vt vnam horam occupet.

Differt autem applicatio ista sensuum a meditatione, quoniam meditatio est magis intellectualis, et magis versatur in ratiocinatione, et omnino est altior. discurrit enim per causas illorum mysteriorum, et effecta, et in eis inuestigat attributa Dei, vt bonitatem, sapientiam, charitatem, et reliqua. At vero applicatio non discurrit, sed tantum inhaeret in illis sensibilibus, vt in aspectu, et auditu, et reliquis eiusmodi, quibus fruitur, et delectatur cum profectu spirituali.

Est autem eius duplex vtililitas; interdum enim cum anima non potest profun-**59** diora speculari, dum in his immoratur paulatim dispo-

---

[a] voluit Beatus *Di. 1893.*—[b] occurrunt *Di. 1893.*—[c] MIRO *Di. Var. in marg.*—[d] *Desiderantur 7 vv. superiora in Di.*—[e] *In Di. sequitur titulus:* De quinto exercitio secundae hebdomadae, quod est applicatio sensuum. Cap. XX.—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[g] videre personas *Di.*—[h] Beatus P. *Di. 1893.*—[i] *Vide quae sequuntur usque* Differt *mutata in Di., c. XX, n. 2.*

---

[1] *Mi. alt.*, n. 67, supra, ibid.

[2] *Di. Po.*, nn. 65-66, supra, p. 812; *Di. Aeg.*, f. 15r et v, supra, p. 918.

nitur, et eleuatur ad illa altiora. Interdum autem contra, anima iam impinguata, et [a] feruens deuotione ex cognitione illorum mysteriorum altiorum, descendens deinde ad haec sensibilia, in omnibus inuenit pastum, et consolationem, et fructum ex abundantia amoris, qui facit vt minima quaeque ac vel ipsi nutus magnifiant, et materiam amoris, et consolationis praebeant.

In mysteriis Christi tradendis [b] [1] debet Instructor ea desumere ex ipso libro exercitiorum [c], in fine, vbi, vt dictum est, descripta sunt cum suis punctis. Quare qui magis versati sunt in meditando, iis satis erit dictare, vel dare in scriptis puncta, vt ibi habentur, admonendo, vt semper eandem formam teneant, quam prima die. Cum aliis autem minus versatis oportebit ad particularia magis descendere, accommodando praeludia ad materiam, et introducendo eos, vt sciant sibi proponere personas cum suis circunstantiis, tum earum verba et facta etc [d].

Si qui se exercet, fatigatus videatur [2], immo etiamsi non adeo fatigatus sit, tamen vt melius durare possit, expedit, vt detur illi aliqua relaxatio in horis meditandi, et tunc omitti poterit meditatio, quae fit media nocte, et retineri aliae quattuor horae.

Potest etiam in hac hebdomada, et sequentibus post absolutas meditationes reliquo tempore legi aliquis liber [3], sed eiusmodi, qui pieta—**60** tem potius nutriat, quam intellectum nouitatibus exerceat, vt sunt aliqua ex operibus S. Bernardi, vel Gerson [4] de imitatione Christi, vel Granata [e] [5]. Si vero liber hic contineret aliquem tractatum de Christi mysteriis, non expediret, vt ea legerentur, de quibus postea faciendae sunt meditationes, sed de quibus iam factae sunt, vel quae eo die sunt faciendae.

Quod attinet ad visitandum eum, qui exercetur [f] [6], semel saltem esset visitandus in die, excepto tempore electionis, quo tempore solent incidere frequentiores desolationes et perplexitates, quae crebriorem visitationem requirunt.

---

[a] *Hoc v. deest in Di 1893.*—[b] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[c] excitiorum *Ed.; sed emend. ut supra in «Erratis».*—[d] *In Di. sequitur titulus:* De meditationum horis, lectione spirituali et eo qui exercetur visitando. Cap. XXI.—[e] *2 vv. non sunt in Di. Var.*—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 70, supra, p. 814; *Di. primum Mi.*, n. 46, supra, p. 861.

[2] V. *Exercitia*, in notando in die secundo hebdomadis secundae, supra, p. 344; *Di. Po.*, n. 63, supra, p. 811.

[3] Ex notando primo hebdomadis secundae post meditationem regni, supra, p. 322; *Di. Po.*, n. 64. supra, p. 811.

[4] THOMAS A KEMPIS; supra, p. 50.

[5] V. supra, p. 896, annot. 1.

[6] *Di. Aeg.*, f. 15v, supra, p. 919.

De electione. Cap. XV [a].

IN omnibus exercitiis nullus est difficilior locus [b] [1], aut qui maiorem dexteritatem, et discretionem spiritualem requirat, quam electionis, quoniam hoc tempus expositum est diuersis motibus animi, et saepe etiam erroribus, cum homo non solum a malo vincatur [2], sed plerunque etiam boni, et recti imagine fallatur [c].

In hac ergo materia illud ante omnia intelligendum videtur, et ante oculos tenendum, quanti referat eligere statum vitae. Nam si homo, vt rationalis, debet omnibus [d] suis actionibus ponere finem congruentem rationi [3], Christianus autem debet omnia opera sua dirigere ad finem supernaturalem: si haec ergo in singulis actibus fieri debent, quanto magis in capien—**61** do statu, ex quo scilicet consequuntur fere omnia opera vitae nostrae, ita vt, si finis ipsius status sit vitiosus, ea etiam quae ad finem consequuntur, oporteat esse vitiosa.

Deinde vt in corpore animantis plura sunt membra, neque omnia membra sunt oculus, aut omnia pedes, vt ait S. Paulus [4], ita in hoc corpore Ecclesiae oportet esse varios gradus et status. Huius autem diuisionis, et partitionis auctor est spiritus sanctus [5], ad quem pertinet singulis suum locum tribuere. Vnde Apostolus eodem loco: diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, et diuisiones ministeriorum [e] sunt, idem autem dominus, et diuisiones operationum [f], idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus [6]. Ex quo constat, vt famuli a suo domino suo quisque operi, ac muneri destinantur; sic homines a Deo; ac proinde non debere hominem impedire in se ipso id, quod Deus in eo, et de eo agere vult, sed oportere vt ei fideliter seruiat in quacunque re

---

a De electione quanti momenti sit, et quis ordo in hac materia seruandus. Cap. XXII. *Di.*—b AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

c *Di. Var. addit quae sequuntur:* Denique est partus quidam et quidem supernaturalis, in quo insunt angustiae et dolores et tristitiae involuntariae, quae interdum parientem et foetum vexant, ipsum praefocare solent, nisi praesto sit fidelis et prudens obstetrix, et ante omnia lux de coelo et virtus et cognitio desuper veniens.

d omnino *Di. 1893.*—e ministrationum *Di. 1893, sequens Vulgatam clementinam.* «Divisiones ministeriorum» *vertit Erasmus* 1*.—f operationum sunt *Di. 1893.*

---

1 *Di. Aeg.*, ibid.
2 Cf. ROM., XII, 21.
3 *Di. Aeg.*, f. 19v, supra, p. 928.
4 I COR., XII, 12, et cf. ROM., XII, 4.
5 *Di. Aeg.*, 19v, supra, p. 929.
6 I COR., XII, 4, 5, 6.

1* *Novi Testamenti editio postrema* per D. ERASMUM ROTERODAMUM, Basileae, 1523, f. E2v.

eius maiestas voluerit. Accedit etiam propria vtilitas, eaque magna, quoniam pertinet ad salutem aeternam. Nam etsi Deus nemini negat auxilium necessarium ad salutem [1], tamen non est dubium, quin iis multo abundantius gratiam suam, et lumen atque opem communicet, qui non se in aliquem vitae statum ex libito suo intruserunt, sed eum elegerunt, quem praemissa diligenti consideratione [a] putarunt esse iuxta diuinum beneplacitum [b].

Denique si nos in tanta re nostro iudicio, ac **62** placito gubernare velimus, facile in maximos et maxime perniciosos errores incidemus, si vero Dei voluntatem executi fuerimus, ille vt Pater, et creator noster, nihil de nobis statuet [c], quod nobis vtile, et salutare non sit, immo vero etiam aptum, et accommodatum nobis, quoniam ipse noscit figmentum nostrum [2]. Haec igitur et alia in hanc sententiam non solum Instructori vtilia erunt, vt in hoc negotio magnum studium adhibeat, sed multo magis ei, qui facit exercitia, vt videat quo animo aggredi debeat rem adeo necessariam.

Igitur, vt in hoc tractando aliquis ordo seruetur primo dicemus quales esse debeant, qui ad electionem admittuntur, secundo quales ii qui eos dirigunt; tertio quae sint res, de quibus est electio: quarto quae in ea regulae seruandae. quinto quis sit ordo, et praxis electionis faciendae [d].

Circa primum, apertum est non omnes esse admittendos ad electionem status [3]. Qui enim iam tenent statum determinatum, vt coniugati, aut religiosi non debent de hoc agere, sed tantum iuuari debent, vt in suo quisque statu ad perfectionem tendat pro mensura gratiae, quam ei Dominus Deus concedat [e 4]. Qui autem adhuc statum non habent, non tamen omnibus indifferenter dari debet electio, vt habetur in septima

---

[a] *3 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*

[b] *Di. Var. addit quae sequuntur:* Unde de iis qui Dei voluntati resistunt dicitur Prov. primo: vocavi et renuistis, despexistis omne consilium meum; quibus deinde addit divina sapientia: ego quoque in interitu vestro ridebo. Et ipse Dominus ideo legitur flevisse super Jerusalem, ejusque subversionem praedixisse, ob eam causam, quia non cognovisset tempus visitationis suae. Dicitur etiam in Job: quis restitit ei, et pacem habuit [1*]. Ex quo intelligitur non posse fieri ut qui a facie Dei sui fugiat, fruatur animae tranquillitate et pace, sed potius non angatur perpetuis scrupulis et stimulis, quos et ita assidue sentire malum est, et pejus non sentire, quia indicium est animi obdurati.

[c] statuere potest *Di. Var.*—[d] *In Di sequitur titulus:* Quales esse debeant qui ad electionem admittuntur. Cap. XXIII.—[e] concedet *Di. 1893.*

---

[1] *Di. Aeg.*, 19v, supra, p. 929.

[2] Ps. CII, 14.

[3] *Di. Aeg.*, f. 16, supra, p. 920.

[4] Cf. EPH., IV, 7.

[1*] IX, 4.

parte Const. c. 4. lit. F. vbi dicitur quod non nisi paucis, iisque huiusmodi, vt ex eorum profectu non vulgaris ad Dei gloriam fructus **63** speretur. Igitur, qui vel incapaces essent huius perfectionis [a], aut quos constet habere passiones quasdam indomitas, aut malos habitus, qui videantur incorrigibiles, non essent admittendi, nisi tam certa signa essent peculiaris cuiusdam gratiae, vt haec omnia suppleret.

Secundo [1] praeter naturam, et mores aptos, requiritur etiam, vt ille cui datur electio, eam ipse desideret, et petat. Et hoc omnino necessarium est, et nullo modo alioquin dari debet, multo autem minus ingeri et obtrudi non cupienti. Nam praeterquam quod qui sic affectus est, omnia quae ei dicentur, cum suspicione accipiet, et ideo iis iuuari non poterit, est etiam ea causa, quod in electione facienda multae et magnae incidunt difficultates, etiam cum voluntas bona, et feruens est; quare multo erunt maiores, cum voluntas languet, et ideo nunquam eas superare poterit.

Tertio [2] valde expedit [b], vt qui ingreditur electionem, studeat esse [c] liber ab omni affectu inordinato, et plane ad omnia indifferens, ad hoc vero vnum inclinatus, vt sanctum Dei beneplacitum sequatur, quodcunque illud esse cognouerit. Quare si cerneretur eum nimis propendere ad diuitias, minus autem ad paupertatem, non esset bene dispositus, nec sperandus esset bonus exitus in electione. Ille enim affectus auersus a via perfectiori, et ad imperfectiorem conuersus intellectum traheret ad excogitandas rationes tali affectui consentaneas. Ac cum vt **64** dici solet, quicquid recipitur, recipiatur ad modum recipientis, facile fieret vt existimaret illam esse Dei voluntatem, quae est ipsius voluntas. Oportet igitur [d] vt perueniat ad tertium gradum humilitatis [3], qui ponitur in libro exercitiorum, aut saltem ad secundum, cui comparando seruiunt meditationes de vexillis, et de tribus classibus et aliae, de quibus infra dicetur, et ideo esset in iis meditationibus diutius retinendus, vt paulatim disponatur, ad hoc aequilibrium animi, partim conando propria diligentia, partim id a Deo petendo feruentibus orationibus. Quod si [e] ad hanc resignationem et indifferentiam non peruenerit [4], tota tractatio de modo eligendi relinquenda est, et tunc si ita expedire videbitur, procedendum in reliquis exercitiis faciendis, vt si fieri potest, per ea ad maiorem maturitatem perducatur, vel post breue tempus finis eis imponendus.

---

[a] *Vide quae hic adduntur in Di., c. XXIII, n. 1.*—[b] omnino necessarium est *Di. Var.*—[c] electionem, sit liber *Di. Var.; ibid.* POLANCUS *in marg.*—[d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[e] MIRO *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Ignat.*, I, [2], supra, p. 780; *Di. primum Mi.*, n. 50, supra, p. 863; *Di. Aeg.*, f. 16, supra, p. 921.

[2] *Di. Po.*, n. 78, supra, p. 817; *Di. primum Mi.*, nn. 51-52, supra, p. 863.

[3] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 781; *Di. Aeg.*, f. 16, supra, p. 921.

[4] *Di. Ignat.*, I, [3]; supra, p. 781; III, 9, supra, p. 791; *Mi. alt.*, n. 78, supra, p. 863.

Quarto [a] [1] omnium optima est illa dispositio vt non modo non magis propendeat ad terrena retinenda, sed quoad fieri potest, voluntatem suam semper inflectere conetur ad id quod perfectius est. Nam licet re ipsa non id electurus sit, quia fortasse Deus non eum vocet [b] ad talem statum, tamen nihil ei nocebit, immo plurimum proderit tale desiderium; ac proinde in his exercitiis semper proponitur via perfectior, tamquam magis optanda, et a Deo petenda. In quo valde notanda est sententia quaedam [c] P. N. Ignatii, quae inuenta est in quodam eius scri-**65** pto [2], vbi ita ait, debere Instructorem ita disponere eum, qui est in exercitiis, vt omnino resignatus sit, tam ad consilia sequenda, quam ad praecepta, immo vero quantum in ipso est magis inclinatus sit ad consilia, si id maius Dei obsequium fuerit: et addit maiora vtique signa requiri ad statuendum quod ea sit Dei voluntas, vt quis in eo statu maneat, in quo satis sit seruare praecepta, quam vt viam consiliorum ingrediatur, quia Dominus tam aperte ad consilia exhortatus est, at vero in illo statu magna ostendit esse pericula [d].

Vltima est ea dispositio [3], quam idem [e] P. Ignatius eodem loco praecipit, nempe vt qui facit electionem, colligat se totum intra se, et toto tempore quo durat haec deliberatio, claudat sensus, claudat animam omnibus aliis rebus, nihilque velit videre, aut audire quod non de sursum sit [4]. Quibus verbis duo indicantur [f]. primum vt anima non sinat se distrahi ad alias cogitationes, sed hoc vnum agat, et huic vni intenta sit, ceteris omnibus negociis a se reiectis. Alterum est, vt in hac deliberatione non admittat rationes, quae non sint e caelo, id est nullas admittat, quae sapiant carnem, et sanguinem [5], aut aliquid humanum, ac terrenum, quia omnia manare debent ex vno illo principio, quod est desiderium gloriae Dei, et exequendi eius voluntatem. hic enim est verus ille sumptus ad aedificandam turrim, de qua est in Euangelio [6], et hoc magnam animae fiduciam **66** affert, quod Deus non sinet eam decipi, quia cum eum in toto corde, et in veritate quaerat, nunquam se

---

a MIRO *Di. Var. in marg.*—b vocat *Di. 1893.*—c quaedam Beati *Di. 1893;* ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*

d *Hic locus a verbo* majora, *sic erat in Di. Var.:* majora Dei signa requiri ad praecepta quam ad consilia, quia ad haec Christus Dominus tam aperte hortatus est; contra vero in possidendis divitiis magnam ostendit esse difficultatem.

e idem Beatus *Di. 1893.*—f AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

1 *Di. primum Mi.*, n. 47, supra, p. 862.

2 *Di. Ignat.*, I, [1], supra, p. 779; *Di. Po.*, n. 76, supra, p. 816.

3 V. in *Exercitiis* annotationem decimam sextam, supra, p. 238; *Di. Ignat.*, I, [1], supra, p. 779; *Di. Po.*, n. 79, supra, p. 817; *Di. Aeg.*, f. 16v, supra, p. 921.

4 JAC., I, 17.

5 MATTH., XVI, 17; I COR., XV, 50; GAL., I, 16; EPH., VI, 12.

6 LUC., XIV, 28.

Deus ab ea auertet, cuius scilicet tanta est bonitas, et amor in suam creaturam, vt etiam occurrat saepe non quaerentibus [1]. Quod [a] licet ita sit [2], et ea sit perfecta electio, ad quam solius Dei amor impellit, tamen si praecipuus quidem esset amor Dei, sed praeter illum aliquid etiam accederet quod eodem inclinaret, modo non repugnans Dei legi, ac voluntati, et ex sua natura bonum, vtputa consolatio propria, et quies spiritualis, ratio valetudinis, aut aliquid eiusmodi, non propterea improbanda esset electio. Haec tamen oporteret semper minus esse praecipua, et minus praecipue mouere, et haec ipsa ad Dei amorem referri [b].

Circa secundum, officium [3] eius, qui tradit exercitia in hoc particulari negocio, est cooperari motioni diuinae, eamque non praeire, sed sequi, et ad hoc disponere animam eius qui facit exercitia, remouendo impedimenta, nempe errores, dolos, affectiones, atque inclinationes inordinatas. Non debet eum mouere vel ad vnam, vel ad aliam partem vt dicitur in 15. annot. ex priorib. Etsi enim ex natura sua licitum est, ac meritorium etiam, hortari ad perfectiora, tamen vt eiusmodi deliberationes solidius fiant, et sine vlla humana persuasione [c], multo melius est permittere, vt solus Deus cum sua Creatura tractet, nec aliquis **67** tertius intercedat: et hoc maxime in exercitiis, vbi se anima ad hoc ipsum disponit. Ratio huius est, quia electio tantae rei, vt est status vitae, non debet niti persuasione, aut inductione humana, sed sola Dei voluntate alioqui metuendum esset illud, quod Dominus dixit, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus caelestis eradicabitur [4]. Et cum in eiusmodi via per se ardua, et deinde Daemonum inuidiae exposita [d] sine dubio secuturae sint multae tentationes, ac difficultates, non potest vllum auxilium, ac subleuatio expectari ab homine qui nos induxit, nisi leuemus oculos nostros in coelum, et dicere possimus Dominus solus Dux meus fuit [5], quoniam iuxta Apostolum sperandum est, eum qui dedit velle, daturum etiam perficere [6], et confirmaturum [e] vsque in finem [7].

---

[a] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[b] *In Di. additur titulus:* Qualis esse debeat qui dirigit electurum. Cap. XXIV; *Di. Var. habet* AEGIDIUS *in marg.*—[c] *11 vv. non sunt in Di. Var.*—[d] *5 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*—[e] *Locus praecedens sic est in Di. Var.:* quoniam, ut ait apostolus, pertinet ad eum qui dedit velle, ut det etiam perficere et confirmet.

---

[1] Cf. Is., LXV, 1.
[2] *Di. Po.*, n. 91, supra, p. 822.
[3] *Di. Ignat.*, III, [8] et [9], supra, pp. 788 et 789; *Di. Po.*, n. 84, supra, p. 820; *Di. Aeg.*, f. 17, supra, p. 923.
[4] MATTH., XV, 13.
[5] DEUT., XXXII, 12.
[6] PHIL., II, 13.
[7] I COR., I, 8.

Ex quo colligitur [a] eum [1] qui dirigit in hac electione debere ipsum quoque suo modo indifferentem esse, vt fideliter peragat opus, quod ei commissum, et creditum est, idque tantum respiciat, et cupiat vt Dei voluntas, et beneplacitum compleatur, nihil apponens de suo spiritu proprio. hoc enim est immittere falcem in messem Dei, et praeterea posset aliquando praebere materiam tentationum exercitanti, quia maneret semper aperta daemoni haec porta, suggerendi quod hominis instinctu ad religionem inductus esset [b]. Persuadeat autem sibi illud tutum fore, ac sine periculo quod indagauerit iuxta regulas sanae electionis. Tan-**68** tum diligens sit in subleuando, ac dirigendo quem Dominus eius curae ac fidei commisit.

Vigilet in detegendis [2] fraudibus, et paralogismis Daemonis, quoniam ex falsis principiis, qualia ille suggeret, sequetur non nisi falsa conclusio [c].

Animaduertat etiam contingere saepe [3] vt quis ingrediatur in electionem cum optima dispositione, et tamen in ipso articulo eligendi insurgat in ipso aliquis sinister affectus, qui omnia perturbet, et suffocet bonum semen [4], et ideo cautus sit, et industrius ad haec omnia tum prouidenda [d], tum praecauenda [e].

Circa tertium [5], illud certum est rem omnem, quae sub electionem cadat oportere esse bonam [f], siue sit negocium aliquod particulare, siue status totius vitae.

Electio [g] autem status [6] versatur circa duo sitne manendum in praeceptis, an progrediendum ad consilia, si consilia sequenda, num in Religione, an extra eam. Quanquam [h] enim vix iam extra religionem seruari possunt, tamen potest esse talis natura, vt non sit valde idonea ad communitatem vitae [7], et obedientiam, et tamen possit seruare paupertatem et castitatem.

---

[a] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

[b] *Hic locus, a verbis* hoc enim, *sic erat in Di. Var.:* Nam etsi potest proximo suo cupere majus bonum, quod charitatis est, tamen quia regula hujus boni est Dei voluntas, quam ignorat circa illum particularem hominem, ideo totum negotium ipsius Dei providentiae permittendum est; *ibid.* AEGIDIUS *in marg.*

[c] principiis non potest sequi nisi falsa conclusio *Di. Var.*—[d] praecidenda *Di. Var.*—[e] *In Di. additur titulus:* Quae sint res de quibus est electio. Cap. XXV.—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[g] ARCHIVUM *Di. Var. in marg.*—[h] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Ignat.*, III, [8] et [9], supra, pp. 788 et 789; *Di. Po.*, n. 84, supra, p. 820; *Di. Aeg.*, f. 17, supra, p. 923.

[2] *Di. Po.*, n. 84, supra, p. 820; *Di. Aeg.*, f. 17v, supra, p. 924.

[3] *Di. Aeg.*, ibid.

[4] MATTH., XIII, 7 et 22; MARC., IV, 7 et 18-19; LUC., VIII, 7 et 14.

[5] *Di. Aeg.*, f. 16v, supra, p. 922.

[6] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 782; *Di. Po.*, n. 82, supra, p. 818; *Di. primum Mi.*, n. 54, supra, p. 854; *Di. Aeg.*, f. 16v, supra, p. 922.

[7] *Di. Aeg.*, ibid.

Tertio si in Religione [1], restat etiam in particulari quis ordo eligendus, quia alios vocat Dominus ad maiorem solitudinem, alios ad iuuandos proximos, et ipsa naturalis complexio vel corporis, vel etiam animae alia alii instituto aptior est.

Quarto electa peculiari religione, deliberatur etiam de tempore, et de modo id exe-**69** quendi.

In eligenda hac autem vel illa religione [2], cauendum est, primo ne eligatur aliqua iam corrupta, vel in qua non vigeat obseruantia. secundo inter illas ipsas in quibus viget obseruantia, praeferenda est ea, cuius institutum sit perfectius, in quo dijudicando est optima doctrina sancti Thomae 2. 2. quaest. 188. [a] art. 6. et habenda est maxime ratio personae, non solum iuxta vires et propensionem, sed etiam iuxta dotes, et talenta, quae habet, propter maius Dei obsequium.

In tempore autem exequendi diuinam vocationem est interdum peculiaris difficultas [3], quoniam in his, quae repugnant sensui, solet humana infirmitas procrastinare [b] quantum potest, et causas morarum innectere, seque ipsam decipere, quaerendo rationes differendi. Quare optimum est, hanc ipsam difficultatem profligare in exercitiis, et cogitare quod ait Sanctus Ambrosius, Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia [4]. Imitanda est etiam promptitudo Apostolorum, relictis statim retibus, et patre [5]: valetque [c] illa ratio, Si aliquando, cur non modo? et si non modo, fortasse nunquam. Nunc enim recens est Dei motio, et eius auxilium, postea vero facile fieri potest, et fit quotidie, vt refrigescat hic spiritus, et sic multo difficilius erit resistere pugnae carnis, et diaboli. Et haec de electione consiliorum.

Si quis vero [d] eligat seruare praecepta [6], restat adhuc consultandum, in quo statu, aut in qua ratione viuendi ea ser-**70** uet, quae singula discutienda sunt, vt eo melius, et cum maiori luce vita instituatur.

Denique in aliis particularibus negociis [7], vt in suscipienda aliqua re, vel non suscipienda, vtendum est his iisdem regulis, sumendo scilicet eam partem ipsarum quae sufficit pro qualitate rei. Modus autem, seu regula etiam in his omnibus particularibus actionibus, est omnia metiri ex Dei honore, nullo habito respectu ad proprias commoditates, maxime temporales, vt intentio semper in Deum rectą sit, nec inflectatur ob aliquid terrenum [e].

[a] 118 *Di. 1893, sed perperam.*—[b] procrastinari *Ed. et Di.;* procrastinare *Di., 1893.*—[c] praecipue valet *Di. Var.*—[d] MIRO *Di. Var. in marg.*—[e] *In Di. additur titulus:* De tempore triplici ad electionem recte faciendam. Cap. XXVI.

[1] Ibid.
[2] Ibid., f. 17.
[3] Ibid., f. 20, supra, p. 929.
[4] *In Luc.*, lib. II (Migne, P. L., XV, 1560).
[5] MATTH., IV, 22; cf. MARC., I, 19-20.
[6] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 782; *Di. primum Mi.*, n. 54, supra, p. 864.
[7] *Di. primum Mi.*, n. 55, supra, p. 864.

Circa quartum [1] declaranda sunt tantum tria [a] tempora electionis faciendae, quae habentur in libro Exercitiorum: nam his bene cognitis, nihil fere aliud desiderari posse videtur.

Sed de primo modo [b] pauca sunt dicenda, cum scilicet adeo clare constat de Dei voluntate, vt ne dubitari quidem de ea possit, pro cuius exemplo ponitur vocatio Matthei [2], et Pauli [3]. Et quamuis iam non contingant eiusmodi vocationes ita miraculosae, tamen et legimus, et videmus quasdam [4], quae quodammodo ad eas videntur accedere tanta claritate, et satisfactione spiritus, tamque certa illustratione diuinae voluntatis, vt ne in has quidem videatur cadere posse dubitatio [c]. Sed hic modus nimis extraordinarius est, nec cadit sub regulam: et ideo nec a Deo petendus, aut expectandus est, et ob hanc etiam causam, cum tam rarus sit, non multum est in eo insistendum, et **71** tantum obiter declarandus ei qui facit exercitia.

Secundus igitur modus est magis ordinarius per inspirationes, et motiones internas in voluntate, easque tam efficaces, vt sine vllo intellectus discursu, aut fere nullo, voluntas feratur ad Dei seruitutem, et ad perfectionem.

Tertius modus [5] procedit per viam intellectus, nempe ratiocinando, et ponderando rationes pro vna, et pro altera parte, et demum eligendo id quod, omnibus perpensis, melius iudicatur.

Itaque etiamsi hae duae potentiae animae ita coniunctae sint, vt vna sine altera in eligendo operari non possit, est tamen haec differentia, quod in priori modo [d] voluntas praecedit, intellectus vero sequitur, et ab ea trahitur sine vllo suo discursu, aut cunctatione, in posteriori [e] autem praecedit intellectus ipse, tamque multas rationes voluntati proponit, vt eam extimulet, et impellat in eam partem, quam iudicat meliorem. Et quidem hoc supposito [f], quod motio illa sit immediate a Deo [6], sine dubio hic modus excellentior est, et altior [g], quia etiam Aristoteles, vt refert S. Tho. ita ait illis qui mouentur secundum instin-

---

[a] *Deest hoc v. in Di. 1893.*—[b] *Vide quae loco superiorum 4 vv. posita sunt in Di., c. XXVI, n. 1; Di. Var. habet* AEGIDIUS *in marg.*—[c] *Vide quae loco eorum quae sequuntur usque ad paragraphum* Itaque, etiamsi, *posita sunt in Di., c. XXVI, nn. 1, 2, 3; quibus subjicitur titulus:* Comparatio secundi temporis faciendae electionis cum tertio. Cap. XXVII.; *Di. Var. habet* POLANCUS *in marg.*—[d] *Pro 3 vv. praeced. legitur in Di.:* in primo et secundo tempore.—[e] tertio *Di.*—[f] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[g] *Vide hunc locum mutatum in Di., c. XXVII, n. 1.*

---

[1] *Di. Aeg.*, f. 17v, supra, p. 924.
[2] MATTH., IX, 9; MARC., II, 14; LUC., V, 27-28.
[3] ACT., IX, 1-19; XXII, 3-16.
[4] *Di. Aeg.*, f. 17v, supra, p. 924.
[5] Ibid., f. 18, supra, p. 926.
[6] *Di. Po.*, n. 85, supra, p. 820; *Di. primum Mi.*, n. 61, supra, p. 865; *Di. Aeg.*, f. 18v, supra, p. 926.

ctum diuinum, non expedire consiliari secundum rationem humanam, quia mouentur a meliori principio, quam sit humana ratio [1]. Sed posterior via nempe per ratiocinationem, et discursum, est securior, et tutior.

Pro notitia [a] autem prioris declarandum est exercenti se quid sit consolatio, et quid desolatio de qua vtraque agitur in tertia, et quar-**72** ta regula discernendi spiritus.

Haec autem consolatio non est habitus [2], sed veluti spiritualis passio data supernaturaliter, cuius natura est, vt dum praesens est, facile exerceantur actus virtutis, immo cum delectatione et gustu, et cum inflammatione affectus. contra vero facit, vt opera carnis [3] desipiant, et insuauia videantur. Eius partes [b], vel modi varii sunt, vt pax, et quies quaedam interior, gaudium spirituale, lumen, et clarior cognitio rerum diuinarum, lachrymae, mentis eleuatio in Deum, spes in Deo fixa, sensus rerum aeternarum, conuersio ad coelestia, calor sancti amoris, et si qui sunt similes alii effectus, vel affectus, qui sunt omnes a spiritu bono.

Desolatio contra est tristitia [4], perturbatio animi, spes in rebus, vel personis humanis [c], amor rerum inferiorum, ariditas, depressio, et euagatio mentis in res huius mundi, quae sunt omnia a spiritu malo.

Hoc igitur posito [d] ad cognoscendum vtra ex duabus partibus, de quibus consultatur, magis placeat Deo, debet homo in se ipso notare, et animaduertere, quando sentit consolationem [5], ad quam partem eum inclinet consolatio, et tranquillitas animae, et contra desolatio cum eam sentit, ad quam partem eum magis inclinet. Et cum his temporibus contrariis videat se moueri ad contrarios effectus, debet pro certo habere, nasci id ex principiis contrariis. Proprium enim est spiritus mali, inuadere animam tempore desolationis, eamque obruere pusillanimitate, et tristitia, et torpore; contra vero proprium est boni **73** spiritus, afferre animae laetitiam, et tempore laetitiae cum ea tractare, et in eam influere. Vterque enim dat ex eo quod habet, et quo abundat, vt constat ex regulis discretionis spirituum praesertim quae huic secundae [e] hebdomadae conueniunt [f], quae valde opportunae sunt hoc tempore et sine illis fere ambulabitur in tenebris [6].

---

[a] *Vide hunc locum mutatum in Di., c. XXVII, n. 2.*—[b] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[c] *Deest hoc v. in Di. 1893.*—[d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[e] Secqudae *Ed.*; secundae *Di.*—[f] *6 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*

---

[1] Hunc Aristotelis locum vide supra, p. 926, annot. 6.

[2] *Di. Ignat.*, I, [1] et [3], supra, pp. 780 et 781; *Di. Po.*, n. 81, supra, p. 818; *Di. Aeg.*, f. 17v, supra, p. 924.

[3] GAL., V, 19.

[4] *Di. Ignat.*, I, [1] et [3], supra, pp. 780 et 781.

[5] *Di. Ignat.*, I, [3]; *Di. Aeg.*, ff. 17v-18, supra, p. 925.

[6] Jo., VIII, 12; XII, 35; I Jo., I, 6; II, 11.

Est etiam alter modus [1], et praxis [a] huius rei, quam ponit [b] P. N. Ignatius illa similitudine eius qui praesentat Principi suo genus aliquod cibi, vt exploret quam ei arrideat. Sic anima cum profunda humilitate, et feruenti amore, ac desiderio gratificandi Deo, offerat ei diuersis temporibus modo vnam modo alteram rem, obseruans quaenam ex illis a Deo magis accipiatur, et admittatur, dicens semper, Domine quid me vis facere? [2] Quod non solum ore, aut leuiori mentis affectu, sed toto corde, et multis cordibus, si tot haberet, ei dicendum et sentiendum est.

Porro inter alia indicia diuinae voluntatis vocantis ad statum perfectiorem [3], illud est optimum, si anima sentit sibi promitti tantum pecuniae spiritualis, quantum necesse sit ad aedificandam hanc turrim Euangelicae perfectionis [4], id est si sentit labores huius vitae, qui aliis ita graues videntur, et ipsimet antea ita videri solebant, nunc leuiores, et faciliores reddi, sic, vt voluntaria paupertas, vel abnegatio propriae voluntatis, vel [c] castitatis obseruantia, et reliquarum virtutum exercitatio, iam non 74 adeo grauis ei videatur, vt de se ipso scribit S. August. in libris Confes. [5] Secundum est indicium [6] si hae cogitationes pergunt semper mouere ad bonum. Satanas enim licet ab initio dissimulet, in progressu tamen non potest diu se celare, quin incipiat depromere suum venenum.

Denique de eiusmodi signis boni, vel mali spiritus optime, et valde dilucide agitur in regulis discretionis spirituum posterioribus lib. Exercitiorum, agit etiam Gerson in libro de probatione spirituum [7], et Bonauentura [d] de processu relig. cap. 18 [8].

Atque haec hactenus de secundo modo [e] electionis, in quo si ita constet de diuina voluntate, vt anima plane confirmetur, et stabiliatur, nec desideret maiorem certitudinem, potest hic conquiescere, sin vero non sufficiat, poterit progredi ad tertium modum [f]. Hic autem bipertitus est, nam in prima parte sunt sex illa puncta, in secunda quattuor [g]. Si ergo in priori non fiat electio, veniendum est ad posteriorem, qui est vltimus modus, qui in hac materia tradi possit [9]. Pro hoc autem

---

[a] altera quaedam praxis *Di.*—[b] ponit Beatus *Di. 1893.*—[c] *Deest hoc v. in Di. 1893.*—[d] S. Bonaventura *Di. 1893.*—[e] atque haec hactenus de primo et secundo tempore. *Di.*—[f] tempus *Di., et seq. titulus:* De modo priore et posteriore bonae electionis faciendae. Cap. XXVIII.—[g] *Vide quae loco superiorum 15 vv. posita sunt in Di., c. XXVIII, n. 1; Di. Var. habet* ARCHIVUM *in marg.*

---

[1] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 781; *Di. Aeg.*, f. 18, supra, p. 925.
[2] ACT., IX, 6.
[3] *Di. Aeg.*, f. 18, supra, p. 925.
[4] LUC., XIV, 28.
[5] Lib. XII, c. XXX (Migne, P. L., XXXII, 795).
[6] *Di. Aeg.*, f. 18, supra, p. 925.
[7] V. supra, p. 925, annot. 6.
[8] V. supra, p. 924, not. 5.
[9] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 781.

modo [a], sicut etiam omni tempore, quo durat electio, requiritur tranquillitas animae [1], quoniam tempore turbationis non est locus electionis [b], cum scriptum sit Eccles. 2. [c] Ne festines in tempore obductionis, quare qui hanc tranquillitatem in se non sentiret, satius esset vt progrediatur in meditationibus donec tempestas deferueat, et redeat serenitas, quoniam dum turbida est aqua, 75 nihil in ea perspici potest.

Supposita ergo [d] hac tranquillitate [2], proponenda sunt ex vna parte commoda, ex altera parte incommoda prouenientia ex ea re, de qua agitur, et singula bene aestimanda, et examinanda, vt videatur quaenam praeponderent. Tantum [e] illud obseruandum, et actuandum hic, quod supra attigimus, nempe has rationes, quae ad deliberationem adhibentur [3], debere omnes proficisci ex illo principio diuini obsequii, nec admittendos esse in hac consultatione respectus humanos, aut terrenas cogitationes.

Notandum [f] est etiam quod hic tertius modus non solum tunc adhibendus est, cum in secundo modo nihil conclusum est, sed etiam si facta sit electio confert ad eam magis confirmandam, et stabiliendam. Si enim anima certa esset, quod illa motio secundi modi [g] esset a Deo, sine dubio nihil ei esset amplius requirendum, sed quia Angelus satanae [h] transfigurat se aliquando in Angelum lucis [4], ideo haec generalis regula esse debet, valde periculosum esse [5], cum homo vult se gubernare tantum per motus voluntatis, et sensus quosdam interiores, non adhibendo considerationem debitam. Et ideo probatio et examen fieri debet per lumen [6], quia, vt dicit Apostolus, omne quod manifestatur lumen est [7]. Hoc autem lumen post lumen fidei est etiam ipsa humana ratio, adiuta tamen, et illuminata lumine fidei [i], quae ipsa quoque a Deo est, et non potest vnum repugnare alteri, quia ne-76 cessarium est vt verum vero consonum sit.

Itaque hoc etiam signum est spiritus mali [8], quando refugit hoc examen, quia amat tenebras, et non vult venire ad lucem, vt non ar-

---

[a] Pro his autem duobus modis bene eligendi *Di.*—[b] electioni *Di. 1893.*—[c] *Sic etiam Di.;* Eccli. II, 2 *melius Di. 1893; Di. Var.* POLANCUS *in marg.*—[d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[e] tamen *Di. Var.*—[f] *Vide hunc locum mutatum in Di,. c. XXVIII, n. 5.*—[g] temporis *Di.*—[h] quia satanas *Di. 1893.*—[i] *6 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 89, supra, p. 821; *Di. primum Mi.*, n. 63, supra, p. 867; *Di. Aeg.*, f. 18r et v, supra, p. 926.

[2] *Di. Aeg.*, f. 18v, supra, p. 926.

[3] Ibid.

[4] II COR., XI, 14.

[5] *Di. Aeg.*, f. 18v, supra, p. 927.

[6] Ibid., f. 19.

[7] EPH., V, 13.

[8] V. in *Exercitiis* regulam decimam tertiam ad motus animi discernendos in prima hebdomade, supra, p. 524; *Di. Aeg.*, f. 19, supra, p. 928.

guantur opera eius [1]. Hanc igitur ob causam hic modus eligendi securior est, quia ratio fide [a] illuminata, et Ecclesiae catholicae doctrina instructa suo officio fungitur, et cum totas vires suas, et quicquid potest exponat in inquirenda Dei voluntate, fideliter facit quod in ipsa est.

Si vero ad has rationes adiungatur, etiam experientia [2] quam quis habeat suae infirmitatis, vt manifeste sentiat salutem suam in saeculo exponi magno discrimini, non est dubium, quin securius etiam res procedat.

Quod si praeterea rationes istae confirmentur per aliqua signa secundi modi [b] quae superius diximus, nempe pacis [3], consolationis, aut [c] gustus, tum vero anima maiorem etiam satisfactionem, et claritatem [d] accipit.

Quaeret aliquis [4] quid faciendum sit, si forte contingat, vt secundo tempore in aliquam rem inclinemur, tertio vero tempore in alteram ei [e] contrariam, vel dissimilem. Respondemus esse diligenter rem examinandam per regulas discernendi spiritus, et per rectam rationem, et aestimandum pondus rerum mouentium vtroque modo. Quod si constaret clare quod ratio astipulatur [f] electioni tertii temporis, securius est eam sequi, quia non est certum an motio illa secundi temporis sit a **77** Deo, et tunc maxime cum ratio aliud suadet. Contra vero si rationes, quae tertio tempore mouent, essent debiles, motiones autem secundi temporis bene examinatae iuxta regulas videntur esse a Deo, et recta ratio eis non repugnat, tota electio secundi temporis est praeferenda. licet enim prius clare non constaret per eam de Dei voluntate, tamen rebus melius agitatis, et discussis, accedente rationis testimonio potest fieri vt constet [g].

Restat [5] nunc ultimum [h], nempe tota praxis, et ordo proponendi electionem et manuducendi eum, qui facit exercitia. In primis igitur hoc valde notandum est, quod etiam supra indicauimus, iam tum ab initio huius secundae hebdomadae incipere disponi animam per meditationem illam de Regno Christi, quae mentem erigit a terrenis, et fluxis ad Saluatoris imitationem desiderandam, quae quidem dispositio alenda est

---

[a] Fidei *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»*.—[b] temporis *Di.*—[c] et *Di. 1893*.—[d] certitudinem *Di. Var.*—[e] *Deest hoc v. in Di. 1893;* POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[f] adstipuletur *Di. 1893*.—[g] *In Di. sequitur titulus:* De praxi et ordine electionis. Cap. XXIX.—[h] alterum *Ed., sed emend. ut supra in «Erratis»; Di. Var. habet* AEGIDIUS *in marg.*

---

[1] Jo., III, 20.

[2] *Di. Aeg.*, f. 19, supra, p. 928.

[3] Ibid.

[4] *Di. Po.*, n. 88, supra, p. 821; *Di. primum Mi.*, n. 62, supra, p. 866; *Di. Aeg.* f. 19v, supra, p. 928.

[5] *Di. Aeg.*, f. 20r et v, supra, p. 930.

semper deinceps in eo qui se exercet, excitando eum, et dirigendo ad id quod perfectius est per reliquas meditationes, vt Natiuitatis, Circuncisionis, et alias, in quibus ita instruendus est, vt concipiat desiderium assimilandi se filio Dei, et praeterea quam maximam possit erga eum gratitudinem, qui tanta nobis dedit, et tanta pro nobis fecit [a].

Deinde quarto, vel quinto die inchoantur meditationes electionis per illud exercitium pueri Iesu, cum remansit in templo, in quo vt 78 dicitur in libro exercitiorum [1], coepit dare exemplum huius Euangelicae perfectionis, quando patre putatiuo, et naturali matre relictis voluit occupari in iis quae aeterni patris essent [2].

Igitur ad disponendam animam electioni faciendae, post hanc meditationem datur primo exercitium duorum vexillorum, deinde eodem die meditatio de tribus hominum classibus, quae ad hoc tendit, vt iuxta eas exercitans [b] se examinet, et cognoscat affectum suum erga res mundanas [3]; et si in prima, vel secunda classe se deprehenderit, conetur sibi vim facere, vt se transferat in tertiam.

Ad maiorem autem intelligentiam harum trium classium, notandum est hoc in omnibus supponi, modum illum, quo pecunia illa acquisita est, non esse illicitum, ita vt obliget ad restitutionem. Nam alioquin non posset homo indifferens esse ad eam retinendam, vel relinquendam; quod tamen dicitur in tertia classe. Est ergo hic modus, vt quando v. g. aliquis ex nimio studio lucri, vel ex aliquo alio affectu humano, et vitioso negociatur.

Secundo notandum primam, et secundam classem ita inter se differre, quod vtraque habet quidem voluntatem quandam infirmam, et remissam exuendi affectum ad rem illam, sed prima classis nulla vnquam adhibet media, nec cogitat de mediis, secunda vero aliquid amplius facit, quia adhibet quidem aliqua media, sed quae ipsi placent, non autem iuxta Dei voluntatem, ac beneplacitum, et ideo 79 videtur sibi parata omnia alia facere, praeter illud, vt priuetur re illa quam amat. tertia porro ad hoc etiam parata est, si Deo ita placeat, idque tantum inquirit an placeat. Et sic patet totam hanc meditationem eo tendere vt ostendat animae quam turpe, et peruersum sit, si non solum exuere nolit inordinatas cupiditates, sed si velit quidem eas exuere, sed eo modo velit, quo ipsi libeat, et se non resignat in manibus Dei. Ex quo apparet illam esse voluntatem admodum debilem, quia vere vult, et non vult.

---

[a] *Vide quae hic addita sunt in Di, c. XXIX, n. 1.*—[b] qui in exercitiis est *Di.; Di. Var. habet* MIRO *in marg.*

---

[1] V. in *Exercitiis* praeludium circa considerationem statuum, supra, p. 346. Exercitium autem illud de puero Jesu in templo remanenti fit die tertio. V. ibid., p. 344. Electionum quidem discussio seu materia inchoatur die quinto. Ibid., p. 368.

[2] LUC., II, 41-49.

[3] *Mi. alt.*, n. 71, supra, p. 867.

Vnde quia res haec tanti momenti est, praesertim ad disponendam animam electioni iam vicinae, posset etiam exercitans [a] ad maiorem claritatem, praeter hanc similitudinem trium mercatorum effingere sibi alias similitudines, eiusdem tenoris, vt v. g. si essent tres aegroti, qui sanari quidem omnes cupiunt, sed primus nolit adhibere medicinas vllas propter earum amaritudinem, nec abscissionem propter dolorem; secundus velit quidem adhibere, sed quas ipse probet, ac iudicet, non eas quae aptae sunt eius morbo, vt v. g. si nollet abstinere a vino, aut similibus. tertius denique se totum medico permittat, vt et dietam imperet, et vrat, et secet ipsa etiam membra si opus sit.

Porro simul cum his duabus meditationibus, quas diximus, nempe de duobus vexillis, et de tribus classibus, vel si ita melius videatur sequenti die, post meditationem de transitu Christi a Nazareth, et de eius baptismo pro-80 ponuntur exercitanti [b] tres gradus humilitatis, vt quemadmodum dicitur in libro exercitiorum, toto die eos animo verset: simul tamen vnum, vel duo mysteria vitae Christi eodem die sicut in reliquis diebus meditanda sunt [1]. Nam hi tres modi [c] non dantur pro certa hora alicuius meditationis, cum non contineant nisi vnum punctum praecipuum, scilicet desiderium attingendi tertium illum gradum humilitatis, quod toto die mente reuoluendum est extra meditationem; immo etiam in meditatione opportuno tempore, adhibito triplici illo colloquio de vexillis, vt ibid. dicitur [d].

His peractis [e] accedendum iam propius est ad electionem, et in primis declarandum praeludium electionum [2], quod fere coincidit cum fundamento posito ante exercitia, et ideo, qui bene illud meditatus fuerit, nullam in hoc habebit difficultatem.

Interim [f] [3] Instructor exploret voluntatem exercentis se, an habeat indifferentiam de cuius necessitate supra locuti sumus, et si magis propendere ad imperfectiorem statum animaduerterit, explicet ei illud notabile, quod est in exercitiis post tres classes, vt scilicet qui sentit affectum repugnantem paupertati reali, petat a Deo, vt ipsum potius inclinet in illam partem. Cuius ratio est, quia virga incurua flectenda est in contrariam partem, vt deinde manens in medio, fiat recta: quod praesertim locum habet in hac materia, cum illa pars sit securior, et hoc nihil impe 81 diat vel Dei voluntatem, vel libertatem nostram. Hoc ergo supposito pergendum est in meditationibus mysteriorum Christi [4],

---

[a] qui exercitia sumit *Di.*—[b] electionem facturo *Di.;* MIRO *Di. Var. in marg.*—[c] gradus *Di.*—[d] *In Di. sequitur titulus:* De ipsa electione juxta rationem secundi temporis. Cap. XXX.—[e] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[f] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. primum Mi.*, n. 48, supra, p. 862; *Mi. alt.*, n. 76, supra, p. 868.
[2] *Di. Aeg.*, f. 20v, supra, p. 931.
[3] *Di. Po.*, n. 78, supra, p. 817.
[4] *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 781; *Di. Aeg.*, f. 20v, supra, p. 930.

quae sunt in libro Exercitiorum, et simul vacandum electioni, ad quam dirigendam, dandi sunt tres illi modi [a] recte eligendi voce vel scripto, vt magis videbitur Instructori.

Electio autem ita peragenda est, non vt exercitans meditetur tres illos modos [b] toto tempore meditationis, sed post peractam vnamquamque meditationem, vel in aliqua eius parte, cum animus iam quietus est [1], tunc tempus proprium est agendi, et ratiocinandi circa rem propositam. Et ideo diligenter curandum est, vt meditationes, quemadmodum diximus, de Christi vita diligenter fiant suo tempore. Nam si quis omissis suis meditationibus vellet se totum dare cogitationi de electione status, non bene faceret, idque ei damnum afferret, quia per meditationes anima corroboratur, et illuminatur, et eleuatur a terrenis, vnde fit aptior ad Dei voluntatem, et cognoscendam, et amplectendam, et ad superanda omnia impedimenta; et contra si cessaret a meditando obscurior fieret, et infirmior.

Quare, vt dictum est, dandum est suum tempus meditationi diuinarum rerum, quae pro varietate mysteriorum occurrunt, et suum deinde tempus electioni, ne si anima tota occupetur in hoc negocio, haec vna cogitatio exsugat, et exhauriat quodammodo succum et florem deuotionis, et ita reddatur languidior.

82 Quod si adhuc magis in particulari quaeratur quomodo hoc faciendum sit, dicendum, quod si in secundo modo [c] eligendi versetur, debet qui deliberat sine vlla sua ratiocinatione, aut discursu adhibito, dum facit meditationem, aut colloquia, et in summa dum constitutus est ante Deum [2], proponere oculis mentis suae viam consiliorum, et obseruare an sentiat in anima sua motus aliquos consolationis, aut desolationis. Deinde proponere sibi viam mandatorum; et hoc idem circa eam obseruare.

Nec est ad hoc necessaria particularis meditatio, vt paulo ante dictum est, sed sufficit hoc facere dum versatur in meditationibus, et orationibus consuetis. Et hoc idem faciat extra tempus meditationis proponendo hoc modo dicto, et obseruando motus praedictos; nihil discurrendo per se, sed tantum audiendo vocem Domini, et se ad eam audiendam, et ad motum illum accipiendum disponendo quantum poterit; maxime renouando saepe resignationem, et desiderium cognoscendi diuinum beneplacitum, et hoc semper curando, vt cesset omnis propria voluntas, aut inclinatio.

Cum autem venerit Instructor, exigat ab eo rationem huiusmodi motionum, et si boni vel mali spiritus signa deprehendat, vtatur regulis

---

[a] danda sunt tria illa tempora *Di.*—[b] electurus meditetur tria illa tempora *Di.*; *Di. Var. habet* MIRO *in marg.*—[c] tempore *Di.*; *Di. Var. habet* POLANCUS *in marg.*

[1] *Di. primum Mi.*, n. 57, supra, p. 865.
[2] *Di. Po.*, n. 82, supra, p. 818.

de discernendis spiritibus, sed iis praecipue, quae secundae hebdomadae conueniunt, et declaret ei quantum satis esse iudicabit ad ipsum dirigendum, vel erigendum si opus fuerit. Et si bene procedere hac via vide-**83** bit alia meditatione proposita hortetur, vt eandem viam teneat circa electionem propositam, vt experiatur an durent eaedem motiones, an aliae contrariae succedant. quod si contrariae occurrerint, conetur discernere per praedictas regulas, quae sint bonae, quae malae.

Si hoc modo secundi temporis [a] non conficitur electio [1], quia qui exercetur nullam notatu dignam motionem in se sentit, vel sentit in vtramque partem, adhibendi sunt modi tertii temporis, prior, et posterior, qui ei [b] declarandi erunt, vt cum priori modo aliquid constituerit, idem deinde expendat posteriori, et si idem resultet ex vtroque, id bonum signum est bonae electionis. Hoc autem tertio tempore poterit dari vna tantum meditatio ex iis, quae secunda hebdomada proponuntur [2] cum sua repetitione, vt reliquum tempus impendatur electioni [c], idque videtur innui in libro Exercitiorum per exemplum contemplationis baptismi, quae ponitur quinta die. Quanquam cum hoc non praecipiatur, credi potest, quod permittitur Instructori, vt vnam vel duas in die det meditationes, vt viderit exercitanti magis profuturum, pro difficultate quam sentiat, et prout indigeat tempore ad faciendam hanc discussionem. Monendus [d] etiam erit, vt notet scripto rationes [3], quae se offerunt pro vtraque parte, idque seorsim. Nam rationes omnes [e] cuiusque partis simul collectae magis veritatem ostendunt, et maiorem vim habent **84** ad mouendum. Has vero cum Instructore conferre debebit, vt ab eo melius dirigi possit [f].

Porro [g] illud etiam cauendum Instructori, ne in hoc negocio per se tam difficili, et laborioso, nimis obruat exercitantem, nec semper eum stimulet, et fatiget [4], quin potius sinendus est aliquando respirare, ne semper affligatur, aut absorbeatur tristitia, aut taedio, et desperatione abiiciat se ipsum, quod tunc maxime metuendum est, cum praeter propriam infirmitatem, et repugnantiam carnis, accedunt etiam daemonum impugnationes. difficile est enim releuare eiusmodi cor, cum semel conciderit. Immo vero etiam si quis cerneretur minus prompte respondere diuinae voluntati, nec se vincere, vt deberet, sustinendus tamen patienter esset, et expectandum, vt paulatim, et quasi pedetentim su-

---

a *Loco superiorum 5 vv. habet Di.:* De electione iuxta priorem et posteriorem modum. Cap. XXXI. 1 Si hoc secundo tempore. — b *Deest hoc v. in Di. 1893.* — c MIRO *Di. Var. in marg.* — d POLANCUS *Di. Var. in marg.* — e MIRO *Di. Var. in marg.* — f POLANCUS *Di. Var. in marg.* — g AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

1 *Di. Ignat.*, I, [3], supra, p. 781; *Di. Po.*, n. 83, supra, p. 819.
2 *Di. primum Mi.*, n. 48, supra, p. 862.
3 *Di. Po.*, n. 83, supra, p. 819; *Di. primum Mi.*, n. 58, supra, p. 865.
4 *Di. Aeg.*, f. 20, supra, p. 930.

peret obices illi oppositos; et in hoc etiam imitandus mos diuinae bonitatis, cui cooperamur, quae omnia suauiter disponit [1], et longanimiter expectat animae moras in veniendo ad eum.

Denique [a] hoc etiam aduertendum, quicquid eliget secundo, vel tertio tempore, ne votum vllum emittat [2], vt dicitur annot. decima quarta, et praesertim in secundo tempore. Saepe enim in illo calore, vel consolatione fiunt vota, quae deinde displicent, et hoc praesertim seruandum cum iis, qui natura sunt feruenti, et praecipiti, vel parum stabili. Sed tamen si electio facta esset maturo consilio, vt cum ma-**85** gna claritate, et indiciis haud obscuris diuinae vocationis, praesertim si aetas, aut natura hominis non esset suspecta, et hic suam electionem voto firmare cuperet, vt se melius muniret contra oppugnationes carnis, et mundi, et Satanae, non potest Instructor [3], nec debet eius deuotionem impedire, sicut nec ad id vlla ratione impellere [b].

Vltimum [c] est in hac electione id quod in libello exercitiorum ponitur in vltimo puncto, vt homo post conclusam electionem ad orationem se conferat. Quo tempore si senserit mentem suam confirmari in electione iam facta [4], sentiendo in se motiones aliquas, vel illustrationes desuper immissas, ita vt Deus approbare videatur quod factum est, et promittere vires ad exequendum, id est optimum indicium, et haberi debet tanquam sigillum totius electionis.

Si vero motiones, vel affectus, vel illustrationes intellectus eiusmodi essent, quae infirmarent electionem factam, et examinatae iuxta regulas supra positas, viderentur a malo spiritu, vel saltem essent dubiae, non est mutanda electio. Si autem clare appareret [d] esse a bono spiritu, signum est discursum non fuisse bonum, et electionem denuo faciendam. Quod si in hac oratione nihil in vtramuis partem notabile accideret, nec in affectu, nec in intellectu, et voluntas eligentis in suo proposito perseuerat, non est electio in dubium reuo-**86** canda, sed ita putandum est voluisse Deum per discursum rationis voluntatem suam inueniri [e].

Caeterum illud quoque interdum contingere solet, vt exercitans [f] hallucinetur in electione facienda, et licet Deus illum vocet ad vitam perfectiorem, ipse tamen vel propter daemonis deceptionem, vel propter propriam infirmitatem imperfectiorem eligat, idque a Spiritu sancto esse putet, nec ab eo dimoueri possit. Tunc igitur prudentiae est,

---

[a] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[b] *In Di. sequitur titulus:* De oratione post factam electionem. Cap. XXXII.—[c] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[d] apparent *Di. 1893.*—[e] *In Di. sequitur titulus:* Quid agendum instructori cum sentit eum qui electionem facit hallucinari. Cap. XXXIII.—[f] exercitia sumens *Di.*

---

[1] SAP., VIII, 1.

[2] *Di. Po.*, n. 87, supra, p. 821; *Di. Aeg.*, f. 20v, supra, p. 931.

[3] *Di. Po.*, n. 87, supra, p. 821.

[4] *Di. Po.*, n. 90, supra, p. 822, ubi etiam sequentia invenies.

vt Instructor non multum reluctetur, quod frustra faceret, sed neque ex altera parte confirmet electionem factam, ac potius ostendat sibi non valde satisfecisse, sed sperare quod progressu temporis Dominus ei clarius indicabit voluntatem suam, et sic eum relinquat aliquantum dubium, et incertum de tali electione, deinde etiam instruat quomodo disponere se debeat, ne aditum claudat diuinae luci. Saepe enim experientia monstrauit quosdam, qui in [a] ipso conflictu exercitiorum succubuerant, deinde extra exercitia commodius veritatem agnouisse, idque ex iisdem principiis, quae hauserant in ipsis exercitiis, siue quia daemon acrius oppugnat in illo articulo electionis, siue quod natura [b] ipsa praesertim in iis qui timidiores sunt, et pusillanimes [c], vt in illa quasi agonia quodammodo opprimitur, et suffocatur, ita cum deinde quodammodo respirat, est melius disposita ad ratiocinandum, et perci-87 piendum lumen Dei, siue denique, quia experientia deinde cognouerunt se non eam vitam posse in saeculo tenere, quam fortasse in exercitiis vel ipsi sibi [d] finxerant, vel eis daemon persuaserat.

De iis qui iam statum habent. Cap. XVI [e].

POst tractationem de electione ponitur a nostro Patre [f] methodus quaedam de emendatione, seu reformatione vitae [1]: quae doctrina maximi momenti est pro iis, qui iam sunt in statu immutabili, vel saltem quos Deus non vocat ad mutationem status. Per hanc enim reformationem tolluntur multi abusus, qui etiam si non sint peccata, saltem sunt origo multorum malorum. Hac vero doctrina id agitur, vt multi qui iam vxorem et familiam habent, licet in saeculo maneant, suo tamen modo perfectionem sectentur, ad quam nos quoque inuitare, et perducere eos debemus ex vocatione nostra; itaque passim iubent Constitutiones nostrae. Nec est dubium quin si proximos iuuare conaremur, ac dirigere ad hanc formulam, quae hic expressa est, valde insignis fructus sequeretur. Itaque hoc omnibus operariis Societatis valde commendatum esse deberet.

Cum his igitur hunc modum tenere oportet [g], vt praeter exercitia ordinaria de myste-88 riis vitae Christi, dentur etiam illa de duobus vexillis [2], et tribus hominum classibus, immo etiam praeludium electionum. Haec enim licet non adeo necessaria sint, vt iis qui de toto vitae statu deliberaturi sunt, non potest tamen dubitari, quin valde sint vtilia,

---

[a] *Deest hoc v. in Di. 1893.*—[b] anima *Di. Var.*—[c] *Est parenthesis signum a v.* praesertim *in Di. 1893.*—[d] *Desideratur hoc v. in Di. 1893.*—[e] Cap. XXXIV. *Di.*—[f] a Beato P. nostro *Di. 1893; Di. Var.* habet AEGIDIUS *in marg.*—[g] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Aeg.*, f. 20v, supra, p. 931.
[2] *Di. Po.*, n. 92, supra, p. 823.

vt animentur ad eam perfectionem, cuius ipsorum saltem status, ac conditio est capax. Caeterum secundus modus eligendi non valde ad hoc negocium pertinet, sed potius tertius modus, eiusque membrum vtrumque. Res autem instituenda ita est, vt singula puncta discutiantur v. g. de familia, vel de expensis, et post deliberationem factam de vno puncto, transeatur ad aliud, in singulis autem maius vel minus tempus insumatur, vt fuerit negocii grauitas, vel difficultas. Aliquando enim vna hora, aut etiam plures in vno puncto insumendae erunt, aliquando autem plura puncta in vna hora concludentur.

De tertia hebdomada. Cap. XVII [a].

IN tertia hebdomada [b] stabilitur, et confirmatur electio vitae melioris iam facta [1], et voluntas seruiendi Deo, proposito tanto, et tali exemplo, nempe passione Domini, et Saluatoris nostri. In ea enim omnes eius virtutes multo insignius, atque excellentius elucent, et efficacius nos inuitant ad sui imitationem. Itaque magnus hic thesaurus reconditus est, vnde videmus san-**89** ctos omnes in hac potissimum parte se exercuisse, vt apparet ex libris, quos scriptos reliquerunt. Et ideo in hoc etiam oportet exercitantem [c] diligenter instrui, quoniam hic esse deberet ordinarius animae cibus.

Ordo et discursus harum meditationum est idem, qui in praeterita hebdomada, nempe intuendo personas, dicta et opera [d]. Debet tamen iis praesertim qui non adeo sunt exercitati aperiri via in hac materia per illa puncta, quae communiter tradi solent, quis patiatur, quid patiatur, a quibus, et propter quos.

In compositione loci debet qui meditatur ita se constituere, quasi praesens esset mysterio illi dum ageretur, et quidem ac si gestum esset propter se solum iuxta formam illam Apostoli, Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me [2]. Itaque debet anima ita se respicere, quasi ipsa causa fuerit tantorum dolorum, et ignominiarum, quas Dei filius perpessus est, deinde videre, quidquid bonorum spiritualium, quidquid gratiae, et quod ab aeternis malis liberata sit, quod aeterna bona se consecuturam speret, haec omnia ex Christi meritis sibi prouenisse. Immo etiam considerare Christum dum illa pateretur, habuisse ante oculos et nos, et nostra peccata in particulari omnia, et pro iis orasse, eorumque remissionem, et gratiam nobis impetrasse.

---

a Cap. XXXV *Di.*—b AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—c meditantem *Di.*—d *6 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*

---

1 *Di. Po.*, nn. 94-98, supra, p.823-824; *Di. Aeg.*. ff. 20v-21v, supra, p. 931-932.
2 GAL., II, 20.

Quamquam autem affectus compassionis est valde bonus [1], debetque et peti cum instantia **90** et desiderari cum humilitate, et excipi cum gratia, debent tamen simul etiam curari alii affectus, qui sunt vtiliores ad profectum nostrum spiritualem.

Primus autem est [a], quanta res sit offendere Deum, quando ad satisfaciendum ei diuina sapientia dignum putauit adhibere ipsum filii sui sanguinem, et vitam, ex quo etiam nascitur summum odium peccati, quod praesertim ab illa iustitia tam seueris poenis vindicetur, quia si hoc in viridi, quid in arido? [2].

Secundo cognoscenda, et veneranda est bonitas, et sapientia Dei infinita, quae tam aptum medium inuenit, vt hominum corda amore suo liquefacta ad se attraheret, iuxta Apostolum, Commendat Deus charitatem suam in nobis quoniam cum inimici essemus [b] etc. [3].

Tertio hic etiam confirmatur spes nostra, quia vt ait S. August. qui dedit quod plus est, nempe vnigeniti sui sanguinem, dabit et gloriam aeternam, quae minus est sine dubio [4]. Et ideo hic Christi sanguis tenendus est [c] vt arrha, et pignus tum diuini amoris, tum futurae beatitudinis: quarto et omnium maxime, inflammatur amor in Deum consideratione tantae bonitatis, et tanti beneficii nobis dati, et dati tali modo. quinto sic etiam animantur omnes ad perfectam imitationem, vt ait S. Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius [5]. Turpe enim esset, et intolerabile, cum ille vt nos pro nostra ipsorum salute doceret, non dedignatus sit tam humilia **91** perpeti, si nos quorum salus agitur recusemus. Denique potest etiam et debet concipi magnus zelus animarum, quas videlicet Deus tanti aestimauit, et tanto affectu amauit, et tam magno pretio emit.

Iuuat [6] etiam habere [d] in promptu hac hebdomada aliquas sententias sacrae scripturae ad Domini passionem pertinentes ex psalmis, vel ex prophetis, et maxime ex Isaia, vel etiam ex Euangeliis, aut ex epistolis Pauli, quae vel magnitudinem dolorum, ac cruciatu[u]m Christi Do-

---

[a] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[b] *Sic etiam Di.;* Commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus *Di. 1893.*—[c] *Deest hoc v. in Di. 1893.* [d] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 95, supra, p. 823; *Di. Aeg.*, f. 21, supra, pp. 931-932, ubi etiam sequentia reperies.

[2] LUC., XXIII, 31.

[3] ROM., V, 8.

[4] S. Augustinus haec et quae sequuntur de sanguine Christi, aeternae beatitudinis pignore, compluries enarravit: *De Civitate Dei*, l. XXII, c. XXIV (Migne, P. L., XLI, 792); *Enarratio in Ps. CXLVIII*, n. 8 (l. c. XXXVII, 1941-1942); sermo 334 (alias *De Sanctis*, 48) n. 2 (l. c., XXXVIII, 1468-1469).

[5] I PETR., II, 21.

[6] *Di. Aeg.*, f. 21v, supra, p. 933.

mini indicent, vel eius bonitatem, aut effectus mirabiles in hominum reparatione, quae extra meditationem valde proderunt ad cor excitandum, et etiam ad tollendam nescio quam satietatem, quae subrepere solet ex continuatione earundem rerum. Haec autem loca scripturae poterit Instructor colligere, vel ab alio iam collecta suppeditare. sunt enim multa, et passim occurrunt.

Cetera quae ad hanc hebdomadam pertinent [1], scripta sunt in libro exercitiorum clare, et distincte in meditationibus, et additionibus. In particulari [a] autem quae in fine huius hebdomadae traduntur de regulis ad victum temperandum, non est quod scripta dentur, sed verbo tantum explicentur, tum ob alias causas, tum quia non omnibus eodem modo proponendae sunt, sed adhibita discretione pro cuiusque complexione, et viribus tam corporis, quam animi.

Notandum etiam quod hae regulae non solum proponi debent hac hebdomada [2], sed antea etiam aliquo opportuno **92** tempore saltem, si tamen prius factum non est, hic declarentur. Fortasse enim in hunc locum dilatae sunt, ne prioribus hebdomadis nimis oneraretur is qui in exercitiis versatur tot documentis extra ipsas meditationes. In hac autem hebdomada multo pauciora sunt eiusmodi documenta, et sic magis vacabit Instructori ea explicare. Expedit enim vt semper aliquid noui afferat, cum inuisit exercitantem.

De quarta hebdomada. Cap. XVIII [b].

QVarta hebdomada videtur respondere [c] viae vnitiuae [3]: tota enim exercetur in amore Dei, et desiderio aeternitatis, cuius tanquam exemplar proponitur resurrectio Christi, eaque gaudia, quae etiam in hoc mundo eam consecuta sunt. Possent etiam hic addi aliquae meditationes de gloria Paradisi, et de futura iustorum felicitate, cuius pignus accepimus in hoc mysterio resurrectionis Christi, quia iuxta Apostolum, Deus nos etiam conresuscitauit, et consedere fecit cum illo [4]. Quare eo magis excitari debemus ad contemnenda terrena, et caelestia appetenda iuxta illud eiusdem, Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, quae sursum sunt sapite etc. [5].

---

a POLANCUS *Di. Var. in marg.*

b afferat, cum illum cui tradit exercitia inuisit.
De quarta hebdomada. Cap. XXXVI *Di.*

c *Pro 2 vv. praeced. habet* respondet *Di. Var.; ibid.* AEGIDIUS *in marg.*

---

1 *Di. Po.*, n. 98, supra, p. 824.
2 Ibid., n. 43, supra, p. 806.
3 *Di. Aeg.*, f. 22, supra, p. 933.
4 EPH., II, 6.
5 COL., III, 1.

Exercitium de amore Dei [a] est valde aptum ad amorem nostrum in Deum excitandum [1], et continet quattuor puncta foecundissima, et quae 93 magnam materiam suppeditant ad meditandum. Potest autem duobus modis fieri, primo iisdem diebus cum aliis mysteriis resurrectionis, ita [b] vt secundo die postquam coepta sint mysteria resurrectionis incipiatur etiam haec meditatio de amando Deo, eique quotidie vna, aut altera hora tribuatur distincta a meditatione illorum mysteriorum. Alter modus est, vt absoluantur prius omnia illa mysteria, et deinde integer dies, aut duo dies huic vni meditationi assignentur.

Est autem bene notandum, et declarandum exercitanti [c], quod in eo dicitur, amorem magis pendere ex operibus, quam ex verbis, et consistere in mutua quadam facultatum, et omnium rerum communicatione. Per hoc enim intelligere debet non sufficere sibi teneriorem quendam affectum, quem in se sentiat, neque eo contentum esse debere. Verum est enim quod ait S. Gregorius, Probatio amoris, exhibitio est operis, et amor vbi est, magna operatur, et vbi operari renuit, amor non est [2]. Nec aliud occurrit circa hanc quartam hebdomadam.

De tribus Modis orandi. Cap. XIX [d].

POst exercitia adduntur aliqua documenta aptissima et valde vtilia profectui spirituali. Primo autem loco ponuntur tres modi orandi, non vt omnes qui iam exercitia peregerint in eis exerceantur, nam hoc non ne-94 cessarium est, sed ponuntur [e] ad complementum doctrinae, et propter rudiores, et minus capaces, qui scilicet non ita possunt habere perpetuos discursus in oratione, vt diutius haereant in vna materia. Vnde in Const. part. 7. cap. 4. l. F. dicitur exercitia plena non nisi paucis, primam hebdomadam cum his tribus modis orandi, pluribus communicari posse.

Primus ergo modus [f] est discurrendo circa praecepta Dei aut Ecclesiae, et circa septem peccata capitalia, et tres potentias animae, et quinque sensus, et hoc non tam speculatiue, quam practice. v. g. cogitando in praeceptis quomodo male ea seruauerit, et proponendo in posterum melius seruare, et sic de reliquis.

---

[a] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[b] primo conjunctim cum aliis mysteriis ita *Di. Var.*—[c] declarandum, hanc meditationem aggredienti *Di.*—[d] Cap. XXXVII *Di.*

[e] *Hic locus, a verbis* non vt omnes, *sic erat in Di. Var.*: non ut qui jam exercitia peregit in eis exerceatur; hoc enim genus orationis est aliquanto imperfectius meditatione et oratione de qua hactenus est actum, sed ponuntur; *ibid.* POLANCUS *in marg.*

[f] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 102, supra, p. 825.

[2] *Hom. XXX, in Evang.* (Migne, P. L., LXXVII, 1.120 et 1.121).

Si vero hae materiae paulo altius eleuandae essent [1] et exercitans capacior esset, hic modus praescribi posset. In praeceptis consideretur primo praeceptum ipsum in se, quam sit bonum, et iustum, et sanctum. Secundo quam vtilis eius obseruantia. tertio quomodo antea obseruatum sit, et si bene sit obseruatum, agendo gratias Deo, sin contra, dolendo, et petendo veniam. quarto proponendo in posterum perfectam, et exactam obseruantiam, et petendo ad hoc gratiam per colloquium. Quo finito si non expleta sit hora, transeatur ad aliud praeceptum eodem ordine.

In peccatis primo videndo singula, quam mala sint, et quam iuste prohibita. Secundo quantum noceant si non fugiantur. Tertio quomodo adhuc fugerit, vel in **95** posterum decreuerit fugere. In potentiis, et sensibus cogitari potest primo quam nobiles, et quam nobis vtiles sint singulae, vt v. g. intellectus, et deinceps aliae. Secundo ad quem finem datae. Tertio quomodo iis vsus sit Christus, vel Beatissima Virgo. Quarto quomodo nos vsi simus, et dolendo quod male etc. Et idem de aliis potentiis, et sensibus sigillatim, et inter alia etiam de facultate loquendi, de virtute motiua, et similibus. Est tamen aduertendum, dum cogitamus, quomodo vsi simus his potentiis, vel in meditandis praeceptis, quam male ea seruauerimus, et maxime in meditandis peccatis, non ita debere institui meditationem, quasi examinare velimus conscientiam, vt fit, cum nos praeparamus ad confessionem, vel etiam velimus de industria elicere contritionem. Hoc enim pertinet ad primam hebdomadam. Sed hic principalis intentio est cogitare ipsas materias, ex occasione autem fit reflexio ad nos ipsos, et ideo in generali tantum debet fieri haec reflexio, non multum descendendo ad particularia peccata.

Hoc orandi genus dicitur [a] P. Franciscus Xauerius [2] commendare solitus omnibus animabus quas tractabat, ita vt etiam poenitentiae loco iniungere soleret, vt mane, et vespere aliquod tempus huic impenderent. Quamuis [b] autem in libro exercitiorum dicatur tanto spatio esse immorandum, quo oratio dominica ter recitari possit [3], tamen si quis in aliquo gustum inueniret, **96** vel vtilitatem aliquam spiritualem, deberet ibi haerere diutius, etiamsi non posset absoluere omnia praecepta: iuxta id quod dicitur in quarta addit. ad finem primae hebdomadae [c].

In secundo [d] modo orandi notandum est, cum vna vox non facit sensum [4], plures debere coniungi, vt Qui es in caelis, aut Sanctificetur

---

[a] dicitur Beatus *Di. 1893.*; AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[b] POLANCUS *Di. Var. in marg.*—[c] *11 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*—[d] POLANCUS *Di. Var. in marg.*

---

[1] *Di. Po.*, n. 105, supra, p. 826.
[2] *Di. Aeg.*, f. 22, supra, p. 934.
[3] *Di. Po.*, n. 104, supra, p. 826; *Di. primum Mi.*, n. 64, supra, p. 875-877.
[4] *Di. Po.*, n. 106, supra, p. 827.

nomen tuum. Aliae sunt voces, quae solae praebent materiam meditationis, vt Pater, vel Noster.

Quod autem hic dicitur de his orationibus, idem intelligendum est de aliquibus scripturae locis, ac praesertim psalmis, e quibus aliqui eligi possunt, vel psalmi toti, vel eorum versiculi, qui vberrime pascunt et intellectum, et affectum. Notandum est etiam, cum qui facit exercitia bene procedit in hoc orandi modo, ita vt eum satis tenere videatur, non esse necessarium, vt multum in eo procedat, quia sufficit, vt didicerit modum, quo deinde in posterum vti sciat. Quod idem intelligendum est de primo modo, nisi quod cum ille habeat aliquanto maiorem varietatem, vtile erit vt faciat vnum exercitium circa praecepta, aliud circa peccata, aliud circa potentias animae, aliud circa sensus etc.

Tertius modus orandi [a] [1] ita intelligendus est, vt in considerandis singulis vocibus alicuius orationis tantum tempus insumamus, quantum communiter vna respiratio durare solet. Quod si quis pro sua deuotione amplius morari vellet poterit quidem, sed tunc potius ad **97** secundum orandi modum pertinebit, quam ad hunc tertium. Iuuat autem hic modus [b], vt assuescamus facere orationem vocalem cum attentione, et deuotione debita, vt seruemus illud Apostoli, Orabo spiritu, orabo et mente [2]. Quare hoc exercitium est valde vtile eis [c], qui obligati sunt ad horas canonicas, vel ad alias orationes vocales [d].

Quamuis autem hi tres modi orandi hic tradantur [3], non existimandum est excludi alios modos, quos Spiritus sanctus docere solet, et quos viri in spiritu exercitati secundum experientiam, et secundum rationem, et doctrinam sanam habere solent, vel quos quisque sibi vtiles ad suum profectum ipso vsu deprehenderit. Quod idem etiam de nostris ipsis intelligendum est, accedente tamen semper approbatione, et consensu Superioris, vel Praefecti spiritualis quibus quisque patefacere modum debet, quem in orando tenet, eoque magis si paulum discedat ab ordinario modo [e]. Caeterum tres hi modi non solum alius aliis aptior erit pro personarum varietate, sed etiam persona eadem pro varia dis-

---

a MIRO *Di. Var. in marg.*—b AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—c iis *Di. 1893.*—d mentales *Di. Var., Ed. et Di.; at verba praeced. exigunt* vocales, *quod est in Di. 1893; Di. Var. habet* POLANCUS *in marg.*

e *Hic locus a verbis,* quod idem, *sic erat in Di. Var.:* Quod quidem de aliis externis intelligendum est. Nam nostris semper commendandum est, ut nunquam recedant ab hac regia via Exercitiorum, primum quia solida et secura est, deinde propter uniformitatem, quae maxime in omnibus rebus inter nostros custodiri debet.

---

1 *Di. Po.*, n. 107, supra, p. 827; *Di. primum Mi.*, n. 65, supra, p. 877, et *Mi. alt.*, n. 134, ibid.; *Di. Aeg.*, f. 22, supra, p. 934.

2 I COR., XIX, 15.

3 *Di. Po.*, n. 108, supra, p. 828.

positione animi, vel corporis aptior erit modo ad vnum modo ad alium, vt v. g. cum aliquis est fatigatus vel male habet, non erit bene dispositus ad longiorem meditationem, et mentis excursum, et tunc magis iuuabitur secundo, vel tertio modo. Quod intelligendum est non solum in hac quarta hebdomada, sed reliquo omni tempore [a].

98 *De Regulis tradendis. Cap. XX* [b].

REgulae [c] quae additae sunt in fine exercitiorum, non ideo positae sunt, vt omnibus proponantur [1], sed vt quisque eguerit, vel etiam desiderauerit pro sua deuotione. Quare illae quae agunt de distributione eleemosynarum non debebunt dari nisi iis, qui locupletes sunt, et qui solent, aut possunt eleemosynas facere. Similiter quae agunt de scrupulis, non est cur dentur iis, qui nullis scrupulis agitantur. Illae item [d] quae ad catholicam doctrinam pertinent [2], iis potissimum tradendae sunt, qui in locis, vel cum personis suspectis versantur, quamquam [e] omnibus etiam operariis, et iis qui verbum Dei tractant, vtiles sint, quia directe pugnant contra sensa, et dicta haereticorum nostri temporis.

Breuis explicatio nonnullorum, quae in Directorio de tribus viis attinguntur. Cap. XXI [f].

QVoniam in hoc Directorio, et in Exercitiis tradendis fit mentio viae purgatiuae, illuminatiuae, et vnitiuae, et quod his respondent ordine suo hae quattuor hebdomadae, ideo visum est pro maiori notitia huius rei aliquid addere. Non enim hoc ita accipiendum est, vt intelligatur aliquis peracta prima hebdomada perfecte, et plene purgatus, per-**99** acta autem secunda et tertia perfecte illuminatus: et denique absoluta etiam quarta peruenisse ad plenam vnionem cum Deo. Haec enim omnia indigent diuturno tempore, studio, et exercitatione in extirpandis vitiis, in passionibus edomandis, et in virtutibus acquirendis.

Verum hoc indicatur, primam hebdomadam proportione quadam respondere viae purgatiuae: quoniam in ea nihil aliud agitur, quam vt peccata praeterita recogitentur et ponderentur, et concipiatur de eis quam maximus dolor et contritio, et timor aeternae poenae, ex quibus fiat, vt animus abstrahatur ab amore omnis rei terrenae, et fundetur in

---

[a] *13 vv. praeced. non sunt in Di. Var.*—[b] Cap. XXXVIII *Di.*—[c] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[d] *Vide hunc locum mutatum in Di., c. XXXVIII, n. 3; Di. Var. habet* POLANCUS *in marg.*—[e] AEGIDIUS *Di. Var. in marg.*—[f] *Di. Var. non habet hoc caput XXI, quod est* Cap. XXXIX *in Di.*

---

[1] Ibid., n. 43, supra, p. 806.

[2] Ibid., n. 112, supra, p. 829; *Di. Aeg.*, ff. 22 r et v supra, p. 934.

odio, et detestatione peccati. Quae omnia pertinent ad purgationem animae.

Similiter in secunda, et tertia hebdomada, considerando exemplum Domini Saluatoris tum in vita, tum in passione, et omnes virtutes, quae in eo tanquam in idea fulserunt, nos quoque discimus, in quo consistat salus, et perfectio hominis, et quae via sit ad aeternam beatitudinem consequendam. Et praeterea, cum anima purgata fuerit, fit habilis et apta ad recipiendas illustrationes diuinas, et illapsum, et influxum illius interni luminis, simulque gignitur in anima vigor quidam eiiciens omnem concupiscentiam, eamque feruentem faciens ad patiendam paupertatem contemptum, et omnem asperitatem, et excutiens omnem negligentiam, et disponens ad exequenda bona opera **100** vigilanter et strenue.

Denique in quarta hebdomada primum ob resurrectionem et Ascensionem Domini, in qua simul etiam meditari possumus futuram nostram gloriam, quoniam vt ait Paulus, si Christus resurrexit, et nos resurgemus [1]: deinde vero ex meditatione ad amorem in nobis excitandum, quae multiplex est, et varia puncta ac materias complectitur, efficitur, vt anima vniatur Deo per amorem, qui concipitur meditando bonitatem Dei, et eius beneficia, et quantum nostra causa egerit, atque pertulerit; tum etiam per desiderium coelestis gloriae, per considerationem praesentiae Dei in omni re et in omni loco, gaudendo de eius perfectionibus, et optando placere ei soli, idque propter ipsum solum, et nunc eum laudando, nunc magnificando, nunc admirando eius altitudinem; et aliis similibus, quae vt ante diximus, respondent viae vnitiuae.

Haec igitur est ratio duplex, cur dicatur has quattuor hebdomadas respondere his tribus viis, primum propter materias, quae in earum quaque tractantur, pertinentes ad has vias; et quia in eis iaciuntur initia singularum, quae deinde oportet prosequi cum tempore, et cum studio, si velimus ad aliquam earum perfectionem peruenire. Deinde etiam quia discitur modus ac methodus, quam deinde seruare debemus in prosequenda vnaquaque harum viarum.

Ex his ergo sequitur, quod etiam si quis **101** aliquem gustum, aut specimen [a] huius viae vnitiuae in quarta hebdomada habuit, non propterea debet assidue in ea haerere, sed debet redire ad priores vias, et sese diu et ordinarie continere tum in passionum mortificatione, tum in virtutum exercitatione, et in aliis eiusmodi studiis consentaneis vtrique viae: etsi nihil impedit, immo etiam saepe euenit vt dum aliquis versatur in vna via, sentiat interdum aliquos affectus per-

---

speciem *Di. 1893.*

---

[1] Hoc S. Paulus copiose exponit I COR., XV, 12-22.

tinentes ad aliam viam nec sunt reiiciendi, modo ut dictum est, non exerceantur ordinarie ante tempus.

Hoc enim negocium non ex spatio temporis, sed ex mensura profectus pendet. Nam si quis temere aspirare vellet ad illam viam vnitiuam, esset magna confusio, quae impediret omnino profectum spiritualem: et insuper etiam esset res exposita periculis et illusionibus. Faceret enim perinde ac si quis ex infima schola transire vellet ad primam non transeundo per medias: aut si ex infimis gradibus scalarum saltu traiicere vellet ad summos, relictis iis, qui sunt interiecti. Sic igitur antequam aliquis exerceat se ex professo in via hac, quam diximus, vnitiua, oportet vt bene purgatus sit exercitiis viae purgatiuae, et deinde etiam bene profecerit in via illuminatiua. Ex huius enim defectu prouenit, vt multi non ambulantes, sed saltantes in via Domini post multum tempus, diuersosque labores vacui virtutibus inueniantur, impatientes, et iracundi, et cum aliis e-**102** iusmodi imperfectionibus.

Immo hic gradus ad altiorem viam non tam ex electione nostra, et voluntate, ac conatu pendet, quam ex directione spiritus sancti, cuius mos est ascensiones istas in anima disponere, vt eat de virtute in virtutem [1]: in quo tamen ad certiorem directionem, et ad praecauendos errores, qui contingere possunt, consulendus est pater spiritualis qui animam gubernat, et cum ejus consilio in omnibus procedendum.

Quae commendanda sunt ei, qui absoluit Exercitia. Cap. XXII [a].

VT qui ex loco calido ad locum frigidum egreditur, facile fieri potest, vt cito frigefiat, nisi diligentem curam adhibeat retinendi calorem, ita qui exercitiis peractis redit ad communem vitam, et conuersationem, nihil est facilius, quam vt feruorem, ac lumen conceptum breuissimo tempore perdat, praesertim quia quicquid boni acquisiuit, nondum est confirmatum per modum habitus, sed est tamquam passio quaedam, quae facile remittitur, vel etiam tota amittitur. Quod cum contingit omnis fructus, et omnis labor exercitiorum euanescit.

Quare hoc primum commendandum est ei, qui exercitia absoluit, vt magni aestimet hoc principium, et quasi fundamentum vitae bonae, et spiritualis quod per Dei gratiam iecit in exercitiis, idque a Deo acci—**103** piat tamquam beneficium, et quidem maximum, et omnia lumina, omnem cognitionem, quam in exercitiis acquisiuit, credat sibi a Domino Deo donata peculiari quodam amore, et vt talia ea conseruare, et tueri studeat. Praeterea timorem concipiat, ne si deinceps non vi-

[a] Cap. XL *Di.*

[1] Ps. LXXXIII, 6 et 8.

xerit, vt intellexerit esse viuendum, grauius a Deo puniatur ob ingratitudinem, et quia scienti bonum, et non facienti [1], maius iudicium est ipsi.

Secundo loco intelligat se adhuc nihil aliud fecisse, nisi quod bonum semen in eius anima a Deo seminatum est. Vnde nisi hoc semen foueatur, et excolatur, et ad maturitatem perducatur, vt det fructum in tempore suo [2], per se quidem aut nihil, aut parum est. Itaque hoc primum cauere debet, ne eiusmodi semen, vel a volucribus, idest a Daemonibus rapiatur, vel a spinis suffocetur, nempe a cogitationibus, et cupiditatibus terrenis et vitiosis [3], ideoque non solum peccata, sed etiam eorum [a] occasiones euitet, et illa praesertim ad quae ante exercitia inclinatus fuit, nam contra haec potissimum se armare debet, quia facillime recidere potest.

Tertio hortandus est ad conseruandam, et alendam deuotionem iam conceptam piis, et spiritualibus exercitationibus, inter quas haec potissimum commendari poterunt. Primo [b] vt conseruet vsum meditandi quotidie per dimidiam [c] horam [4], aut etiam integram, si fieri poterit. Secundo vt singulis diebus faciat examen conscientiae, per quar—**104** tam horae partem. Tertio vt octauo quoque die confiteatur, et communicet. Quarto eligat aliquem Confessarium stabilem, eumque accipiat vt ducem huius spiritualis itineris, et cum eo tractet omnia, quae ad suam animam [d] pertinent. Quinto legat saepe pios libros, et habeat bonorum hominum conuersationem, malorum autem fugiat summopere. Sexto curet proficere quotidie in virtutibus, praesertim in humilitate, patientia, et charitate. Et in summa nitatur ipse quoque ad eam summam perfectionem, quam in suo statu, et iuxta mensuram diuinae gratiae acquirere poterit.

Haec autem sunt fere generalia monita, quae omnibus dari poterunt. Alia sunt deinde quae iuxta cuiusque professionem, aut statum, aut particularem indigentiam addi poterunt: immo haec ipsa augeri, et intendi ex maiori aliquorum deuotione, et progressu spirituali; quod facile aduertet bonus, et prudens Instructor, adiutus gratia, et lumine Domini, et Saluatoris nostri Dei, cui sit gloria, et honor in saecula.

AMEN [5].

---

[a] *Sic Di. 1893*; earum *Ed. et Di.*—[b] MIRO *Di. Var. in marg.*—[c] dimidiatam *Di. 1893*.—[d] salutem *Di. Var.*

---

[1] JAC., IV, 17.
[2] MATTH., XXI, 41.
[3] V. MATTH., XIII, 3-22; MARC., IV, 3-19; LUC., VIII, 5-14.
[4] *Di. primum Mi.*, n. 68, supra, p. 879.
[5] ROM., XVI, 27.

II

NOTATA
P. FABIANI QUADRANTINI, S. J., IN DIRECTORIUM EXERCITIORUM [1]

✠

NOTATA IN DIRECTORIO EXERCITIORUM

Pag. 15, v. 27 [2], dicitur: Cum aliis, qui debilioris sunt valetudinis, vel tam exactum modum seruare non possunt, dispensari poterit de hora mediae noctis, ita vt quatuor horae maneant, vel pauciores etc. Recte haec quidem, quantum ad dispensationem de hora mediae noctis attinet.

At, quia P. Ignatius in 3. nota 2.ae hebdomadae praescribit vt etiam senes et valetudinarii, vel viribus per primam hebdomadam attriti, quinque tamen contemplationes per diem peragant, incipiendo ab aurora; et vult vt illi ipsi non quotidie, sed aliquoties duntaxat, a media nocte liberi sint, etiam in 2.a et 3.a hebdomada; et in 2 nota 3.ae hebdomadae dicit: Habita aetatis, complexionis corporalis ac dispositionis totius ratione, vel quinque vel pauciora exercitia diebus singulis impleantur; et in 2 nota 4.ae hebdomadae dicit: Conuenire magis quartae hebdomadae quam praecedentibus, vt quatuor duntaxat fiant exercitia etc.: eas ob causas videtur in Directorio haec mitigatio adhibenda, vt haec vox «quinque» addatur, et vt [a] dicatur sic: «Dispensari poterit de hora mediae noctis, ita vt quinque tamen horae maneant, vel quatuor aut etiam pauciores» etc., cum vt sit vniformitas cum libro Exercitiorum, tum vt occasio non detur quintam horam relinquendi penitus, si media nocte non surgatur. Admittitur correctio [b].

---

[a] *6 vv. praecedentia scripta sunt eadem manu in marg.*—[b] *2 vv. praecedentia addita in textu alia manu, cujus etiam sunt reliquae responsiones sive in margine sive in textu.*

---

[1] Ex bibl. Vittorio Emanuele, Romae, «Fondo Gesuitico», 1353, N.° 15. Vide notitiam codicum et fasciculorum. In involucro manu recentiori, probabiliter dimidiato jam saeculo XVIII: «Questa è copia di un manoscritto che contiene molte cose circa il Direttorio degli esercizi, notate dal P. Fabiano Quadrantino.

»Queste note del P. Fabiano Quadrantino. Vi sono le risposte di mano del P. Polanco in margine; e queste risposte sono scritte veramente in modo che si stenta assai a leggerle.

»Si trova in margine segnata ad alcuni dubbi la lettera O; questa significa, per quanto pare, "Optime" et è la risposta del P. Polanco». Has responsiones esse Polanci non posse, ostendimus in *Praefatione*, art. III.

[2] Paginas et versus designat *Directorii* Romae excusi anno 1591; paginas in hac nostra ejusdem Directorii editione textui interjecimus crassioribus signis. Supra, a p. 1005.

P. 26, in fine capitis quarti, posset declarari **1v** quot personis vnus instructor, vno eodemque tempore, exercitia tradere possit aut debeat; is praesertim [a], qui grauioribus occupationibus domesticis sit impeditus. Et an expediat vt talis exercitia det quatuor, quinque, aut pluribus hominibus vno tempore.

P. 32, cap. 5, recte agitur de modo tradendi nostris exercitia. At ibidem agi videtur de nostris literatis tantummodo, non etiam de simplicibus coadiutoribus, qui non minus indigent vt recte et secundum communem Societatis modum informentur, in examine particulari praesertim, quomodo illud facere debeant, cum libellos non habeant, in quibus lineas ducant, in mysteriis quoque rosarii vniformiter considerandis et orandis, et aliis [1].

Pag. 32, v. 10, vbi dicitur: iis, qui Societatem ingrediuntur, omnino debere dari exercitia omnia integra et iuxta formam in libro praescriptam; declarandum videtur an etiam iuxta tempus in libro praescriptum, id est media nocte [b]. Experientia enim docuit omnes, etiam robustiores, quotquot media nocte surrexerunt, in ipsa statim prima hebdomada, post exactos duos vel tres exercitiorum dies, aut dolorem aut fatigationem capitis contraxisse, ita vt continuare exercitia tali modo nequierint. Etiam de eo, qui eos noctu excitet, est difficultas.

P. 35, v. 27, dicitur instructorem posse aliquas alias meditationes, praeter eas quae in libro Exercitiorum continentur, statui cuiusque vel **2** necessitati accommodatas, addere, vt de tribus votis, de causis cur vota renouentur etc. At quia tales meditationes non vbique ad manus habentur, forte non fieret abs re, si, vel in fine Directorii, vel in fine libri Exercitiorum, totae ponerentur. Quod idem faciendum videtur de aliis quoque meditationibus, non expresse positis, quarum mentio fit in fine colloquii quinti exercitii 1.ae hebdomadae [2], in libro Exercitiorum, et in Directorio, p. 47, v. 18; vt esset apud omnes vniformitas [3].

P. 39, v. 16, dicitur vt instructor in primo congressu explicet ei, qui facit exercitia, primam et quintam et decimam septimam annotationem [c]. At in libro Exercitiorum praecipitur, vt duodecima quoque et decima tertia explicentur, quibus et tertia adiungi potest, quandoquidem eae omnes exercitia sumentis personam concernunt.

P. 39, v. 18, dicitur esse admonendus is, qui exercitia sit facturus, de animo aperiendo secundum annotationem decimam septimam. Re-

---

[a] O *in marg. Hic et infra hac littera significatur:* «Omittatur» *vel* «Omissum». *V. Praefationem,* supra, p. 775.—[b] O *in marg.*—[c] O *in marg.*

---

[1] Idem fere proposuerat provincia neapolitana. Vide infra, *Judicium deputatorum,* n. [11], p. 1107.

[2] In *Vulgata versione* et in *Versione prima* supra, pp. 298 et 299.

[3] Vide responsum neapolitanis datum, infra, in *Judicio deputatorum,* n. [10], p. 1107.

ctissime hoc quidem. At annotatio illa videtur contrarium dicere [a], nempe vt instructor non debeat inquirere aut scire velle proprias alterius cogitationes et peccata. Dicitur enim ibi, inquirere ac scire nolens etc. Nisi forte sit vitium typographi, et pro «nolens» sit «volens» legendum; quanquam in omnibus exemplaribus quae hic habemus, Romae et Viennae impressis, vocabulum «nolens» habetur.

Instructor debet scire omnia quae pertinent ad exercitia [b] [1].

P. 42, v. 21. Videtur explicandum quomodo examen particulare circa additiones et exercitia institui debeat, cum examen particulare circa vnam peccati speciem versetur, additiones [c] 2v vero et exercitia plures in se diuersorum generum negligentias continere possint [d].

P. 45, v. 5, vbi de compositione loci in meditationibus agitur, clarius exponendum videtur quomodo proprie facienda sit loci compositio propter diuersitatem componentium loca [e]. Aliqui enim locum sibi fingunt in Palaestina aut circa Hierosolymam, vbi res gesta est. Et hoc in omnibus fere contemplationibus trium vltimarum hebdomadarum videtur velle P. Ignatius. Alii locum sibi cognitum et visum imaginantur. Alii locum faciunt ibi, vbi meditantur. Alii templum accipiunt pro loco, aut sacellum aliquod. Alii in corde suo vel in capite locum sibi faciunt. Alii alium modum sequuntur. Et forte, quot sunt capita tot fere modi diuersi inueniuntur.

3 Ibidem. Nec minus declarandum videtur, propter simpliciores, quo pacto sit effingendus locus, si speculationi subsit res incorporea, eo quod vnicus tantum aut alter modus in libro exercitiorum Inuenitur. Vt si quis velit meditari de humilitate, de obedientia, de caritate, de castitate etc., quem locum sibi formare debeat [f].

---

[a] *In margine:* In Directorio hoc loco est explicandus sensus annotationis 17. *Vide infra, annot. 1.*—[b] *8 vv. praecedentia addita sunt in textu alia manu.*—[c] *Post hanc vocem et in infima pagina additur:* Inobseruantia in uniuersum omnium exercitiorum et additionum habeatur pro uno errore. *Ultima vox est lectu difficilis.*—[d] *Post hoc v. sequitur oblitt.:* P. 43 v. 3 dicitur quod eodem die (videlicet quo durat meditatio fundamenti) et sequenti, datur examen generale et quotidianum. Et p. 48, v. 23, dicitur: Additiones, quae in libro Exercitiorum ponuntur in fine primae hebdomadae, dandae sunt pridie quam incipiatur primum exercitium de peccatis, quod trium potentiarum vocatur. Videtur igitur sequi inter diem, quo durat meditatio fundamenti, et inter diem, quo incipi debent exercitia de peccatis, vnum tertium diem intermedium esse debere, quo nulla meditatio fiat, sed tantummodo examen generale et additiones 1.ae hebdomadae legantur: quod videtur inconueniens vt toto vno die nulla sit meditatio. Aut certe declarandum est, quid illo intermedio die praeterea fieri debeat.—[e] Directorium bene habet *in marg.*—[f] Videatur an aliquid addendum *in marg.*

---

[1] Ibid., n. [16]. Ad rem quod attinet S. Ignatius diligenter distinguit proprias sese exercentis cogitationes et peccata a motibus et cogitationibus, quae extrinsecus a spiritibus variis suggeruntur; priores illas posse, has vero nullo modo debere ignorare moderatorem exercitiorum. Cf. LA PALMA, *Camino espiritual*, l. IV, c. 24, p. 247; et supra, p. 241, not. 3.

Ibidem [a]. Etiam declarandum videtur in compositione loci nudusne locus sit effingendus, an vero etiam personae in loco existentes, et ad idem mysterium pertinentes, cum vterque actus ad vim imaginatiuam pertineat; nam hoc docetur in primo exercitio 1.ae hebdomadae, vbi de loci compositione ex professo agitur, atque etiam in meditatione de duobus vexillis. Illud vero praxis ipsa ostendere videtur, quae datur in omnibus contemplationibus 2.ae, 3.ae et 4.ae hebdomadarum, in quibus solius loci, sine vlla significatione personarum fit mentio. Idem quoque in Directorio, p. 45, v. 10, docetur.

P. 45, v. 10, dicitur quod in materia de natiuitate Christi aut coenae Domini, ad compositionem loci faciendam, imaginari debeamus stabulum, in quo Christus natus est, aut coenaculum grande, stratum etc. At in libro Exercitiorum dicitur, quod non haec tantum, sed iter etiam ad illa loca, aestimata eius longitudine, obliquitate, lenitate vel asperitate passim occurrente, cum caeteris, quae inesse possint circumstantiis, repraesentare in imaginatione debeamus. Idem dicitur in aliis quoque contemplationibus. In meditatione vero incarnationis Christi etiam additur, vt vniuersae terrae ambitus obtutui nostro interiori obiiciatur.

3v P. 46, v. 22, vbi de repetitionibus meditationum agitur, explicandum videtur vtrum prima repetitio debeat esse primae meditationis, et secunda secundae, an vero vtraque vnius aut vtriusque [b]. Similiter de sensuum applicatione clarius docendum videtur, quomodo vna sensuum applicatio ad duas diuersas vnius diei materias consideratas fieri debeat, v. g. ad materiam de incarnatione Christi et ad materiam de natiuitate, cum illa gesta sit in Nazareth, haec in Bethlehem; illa alias personas, verba et opera, haec item alias contineat.

Ibidem. Vbi agitur de 3 et 4 exercitio 1.ae hebdomadae; quia dicitur in libro Exercitiorum, vt in 2 colloquio subdatur oratio, quae incipit Anima Christi etc. Et quia haec oratio in paucis Exercitiorum libris tota inuenitur, atque etiam multae Societatis personae eam non habent [c], expediret fortasse eam integram ponere in aliquo loco, aut Directorii, aut libri Exercitiorum, ne tam deuota oratio, nostraeque Societatis propria, cum tempore elabatur [1].

P. 48, v. 23, vbi de additionibus primae hebdomadae agitur, videtur tertia additio magis declaranda: vtrum in cogitatione diuinae praesentiae necessarium sit solum Christum cogitare praesentem, quemadmodum additio illa videtur innuere, an vero possit quis etiam SS.mam Trinitatem, B. Virginem, patronos, totam denique coelestem curiam animo intueri tanquam praesentem: et haec ipsa coniunctimne, an diuisim, in meditationibus praesertim generum diuersorum.

---

[a] O *in marg.*—[b] Est textus clarus in libro Exercitiorum *in marg.*—[c] O *in marg.*

---

[1] V. supra, pp. 222-223, annot. 1.

P. 48, v. 18. De eo, quod ponitur aliquoties in colloquiis exercitiorum orandum esse Christum, **4** vt oret pro nobis Deum Patrem etc.; saluo semper meliore judicio, securius videtur, vt colloquia dirigantur ad personam Christi, vt ipse nobis gratiam largiatur [a]. Cum quod in nullis, quod sciam, aut Ecclesiae aut Sacrarum Literarum, aut sanctorum Patrum orationibus ad Christum directis, ita oretur, vt ipse oret pro nobis; tum quod sit in quaestione apud multos, an Christus in coelis per modum orantis aut supplicantis intercedat pro nobis, tum quod S. Thomas, cuius doctrina est laudata ab Ecclesia, 3 p., q. 57, art. 6, aperte dicat, super illa verba Hebr. 7: «Christus intrauit coelum ad interpellandum pro nobis»; ipsam repraesentationem Christi ex natura humana, quam in coelum intulit, esse quandam interpellationem pro nobis; vt ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, et eorum misereatur, pro quibus Filius Dei humanam naturam assumpsit, tum quod nescio quid inaequalitatis inter personam Christi, quae Deus est, et personam aeterni Patris, hoc modo orandi innuatur; tum denique quod nihil plus tribuatur Christo in modo orandi, quam coeteris sanctis aut puris hominibus.

P. 48, v. vlt., dicitur: Sequentibus diebus dandae sunt reliquae additiones etc. Quae illae? Nam reliquae additiones, vt ibidem paulo superius dicitur, dandae sunt pridie quam incipiantur exercitia [b]. Et in libro Exercitiorum, vltra decimam, nullae aliae additiones inueniuntur, quae quidem ad primam hebdomadam pertineant. Sed nec in fine libri eiusdem inter regulas de discernendis spiritibus, et alias, vlla aliarum additionum fit mentio.

4v[c] P. 54, cap. 14. Quandoquidem liber Exercitiorum quaedam ponit quae apocrypha sunt, aut certe non indubitatae fidei, cuiusmodi est in contemplatione de natiuitate Domini quod B. Virgo ancillulam habuerit [d]; magis vero conforme sit paupertati ipsius, si sine ancillula aut famula fuisse dicatur [1]; cum nec Christus ipse in omni vita sua famulum habuisse sciatur; videtur in Directorio declarandum, vtrum huiusmodi dicta accipienda sint vt certa et in meditationibus vsurpanda, an vero relinqui possint.

P. 55, v. 18, posset declarari vtrum, in primo puncto meditationis de

---

[a] *In marg.* Hispanice habetur «alcanze», quod est «adipisci» et uideatur annotatio P. Natalis. *Cf. Di. Po., n. 51, supra, p. 808.*—[b] Notetur locus tanquam indigens correctione *in marg.*—[c] *In textu sequuntur oblitt. sequentia:* P. 52, v. 6. Dicitur quosdam diutius debere exerceri in prima hebdomada, id est, vltra quinque dies; cum autem in libro Exercitiorum pro duobus et in Directorio, p. 44, pro tribus tantummodo diebus exercitia praescribantur; declarandum videtur quid aliis diebus fieri debeat iis, qui diutius sunt in prima hebdomada detinendi, aut quibus meditationibus sint occupandi.—[d] Bene habet liber Exercitiorum *in marg. Cf. Judicium deputatorum, n.* [17], *infra, p. 1109.*

---

[1] V. supra, *Proleg.*, p. 65, annot. 1, et annotationem ad textum Exercitiorum, p. 330.

incarnatione [a], illa speculatio quae ponitur in libro Exercitiorum de albis et nigris hominibus, de ridentibus et plorantibus, de nascentibus et morientibus etc., necessario adhibenda sit, an vero variari aut etiam omitti possit [1].

Ibidem. In mysterio de conuersione Magdalenae liber Exercitiorum in dubium vocat, vtrum historia euangelica de muliere peccatrice, Lu. 7, sit accipienda de S. Maria Magdalena, sorore Marthae, an de aliqua alia persona; cum tamen et Ecclesia euangelium illud tunc legat tanquam de Magdalena scriptum, et communis opinio tacitusque 5 omnium, atque etiam Ecclesiae totius, consensus sit (non obstante eo, quod aliqui veterum et paucissimi modernorum contrarium senserint), atque etiam efficacissimis argumentis euinci possit eam historiam de S. Magdalena esse. Videtur declarari debere in Directorio quomodo illa verba libri Exercitiorum «siue Maria Magdalena soror Marthae fuerit, siue alia [b] deferens alabastrinum vas» etc. accipienda sint, cum praesertim in exercitiis omnia secundum communiorem et securiorem sententiam, quae praesertim Ecclesiae totius authoritate nitatur, tradenda sint [2].

P. 57, v. 3. Saluo semper meliore judicio illa declaratio, quae datur in Directorio, cap. 14, de contemplandis personis et earum verbis atque operibus in singulis punctis etc., videtur pugnare cum forma tradita in Exercitiis a P. Ignatio, in quibus expressissime praescribit meditandi modum a quo ordinarie non sit recedendum, nempe, vt in primo puncto personae, in secundo verba, in tertio opera considerentur [c], quem quidem modum ipse non tantum in meditatione incarnationis et natiuitatis, vt in Directorio innuitur, sed in omnibus et singulis omnino contemplationibus 2.ae, 3.ae, et 4.ae, hebdomadarum, ad vnguem seruari velle videtur. Quin et distributionem illam punctorum in applicatione sensuum similiter seruandam esse praescribit, vt in primo puncto fiat personarum tantummodo, in secundo verborum contemplatio aut visio. Similiter in 1.a nota hebdomadae 4.tae clarissime dicit, modum a se praescriptum in omnibus exercitiis seruari debere.

Nam quod ad distributionem pun-5v ctorum attinet, quae in fine libri Exercitiorum ponitur, illa mysteriorum vitae et passionis Christi tantummodo distributio est, ex qua deinceps puncta contemplationis formentur, non confuse, sed ordine, vt personarum praecedat conside-

---

[a] Bene habet *in marg.*—[b] Non est in hispanico *in marg.*—[c] *In marg.* Directorium intellexit melius P. Ignatium quam annotator; nam P. Ignatius in meditatione de incarnatione non ponit puncta, sed ea ponit in fine; et in meditatione de incarnatione ponit formam meditandi pro singulis punctis. *Cf. Exercitia, notatione tertia post primam contemplationem hebdomadis quartae, ff. 35v-36, supra, p. 424, et notationem ante Mysteria vitae Christi, f. 41, supra, p. 448.*

[1] V. supra, p. 326, annot. 1.

[2] V. supra, pp. 153 et 474, annot. 1.

ratio, sequatur verborum, subsequatur tandem operum aut rerum gestarum, in punctis diuersis, id quod satis clare ostendit annotatio 2.ª ex viginti: quae quidem distributio, cum sit ad mentem P. Ignatii tantum abest vt confusionem pariat, vt magnam etiam lucem contemplanti adferat. Nec videtur P. Ignatii mens ista fuisse, vt regulam duntaxat daret quo meditantis intentio ferretur in singulis punctis, vt in eorum quolibet primum personae, si prius personae occurrant, deinde verba, si verba, postea facta, si facta considerarentur; cum nullam ea de re annotationem ponat; alia vero omnia, etiam minus necessaria, minutim ac pene scrupulose sit persecutus. Quod si distributio punctorum, quam ponit ipse, pareret confusionem, ipse procul dubio in aliquo vitae, aut passionis aut resurrectionis Christi mysterio eam notasset. His de causis videtur in Directorii p. 57, v. 8, pro eo quod dicitur «in singulis punctis» poni debere: «in singulis meditationibus». Similiter v. 14 eiusdem paginae, vbi denuo dicitur «in sigulis punctis» legi debere: «in singulis meditationibus». Porro, v. 16, vbi dicitur «in illo puncto» poni posse videtur: «in illa meditatione», vt, hac modificatione adhibita, nec quicquam **6** decedat formae meditandi in libro Exercitiorum praescriptae, et Directorium tamen suum etiam intentum habeat. Quanquam illa verba, posita v. 18 «Et ita absoluto vno puncto, transeatur ad aliud, eundem ordinem in eo seruando», expungi debebunt.

P. 57, v. 4, vbi agitur de contemplandis personis in primo meditationis puncto; declarandum videtur, qua ratione personae sint considerandae; vtrum secundum exteriores tantummodo circumstantias, mores, gestus, proprietates, quae oculis corporis obiiciuntur; quod innuere videtur P. Ignatius in 1 puncto 1.ae meditationis 2.ae hebdomadae, atque etiam Directorium in fine huius paginae, quando cogitationes et affectus personarum interiores, tum etiam virtutes, ad distincta puncta refert; an vero personae etiam secundum interiorem mentis dispositionem et qualitatem, debeant considerari; quod quidem multo verisimilius videtur; cum meditatio ab applicatione sensuum plurimum differat, et mere sit intellectualis; haec vero, secundum vim imaginatiuam, exteriores tantummodo [1] circumstantias consideret, quemadmodum in 1 puncto 5.tae contemplationis 2.ae hebdomadae dicitur. Porro, si personae considerandae sunt etiam secundum interiorem mentis dispositionem et qualitatem; quare v. 24 eiusdem paginae, cogitationes et affectus personarum interiores, tum etiam virtutes, ad distincta puncta referuntur?

P. 58, v. 14, vbi agitur de applicatione sensuum, salvo etiam meliore judicio, discedi videtur a modo, quem praescribit P. Ignatius, qui expresse in omnibus omnium dierum, non tantum 2.ae, sed 3.ae et 4.ae hebdomadae vltimam horam **6v** meditationum attribuit sensuum ap-

[1] Hanc vel similem excludendi particulam non reperies in *Aut.* nec in *Vu.*

plicationi. Immo in notato quod ponitur post argumentum 1.ae et 2.ae contemplationis 2.ae diei 2.ae hebdomadae, praescribit vt potius vna repetitio omittatur, quam vt sensuum applicatio debeat relinqui [a]. In 2.o vero notato post contemplationem 1.am hebdomadae 4.ae, concedit vt ambae repetitiones omittantur; at vero sensuum applicationem hora praefixa omitti non concedit, immo vult vt semper fiat, ad imprimendas fortius animae contemplationes tres, eo die factas.

P. 57, v. 27, dicitur contemplationem causarum et effectuum, modi quoque et finis alicuius mysterii vitae Christi, referri debere ad distinctum punctum a contemplatione personarum, verborum et operum. At in libro Exercitiorum, in 3 puncto contemplationis de natiuitate Christi, docetur haec ipsa omnia in eodem 3 puncto considerari debere; id quod de caeteris quoque omnibus contemplationibus intelligendum esse facile colligitur [b].

P. 59, v. 23, repetitur id, quod superius, p. 15, v. 27 dictum fuerat, nempe vt omittatur meditatio, quae fit media nocte, et retineantur tantum quatuor horae, non tantum a fatigatis, verum etiam a non fatigatis. Id vero non esse omnino conforme cum libro Exercitiorum, jam ante notatum est. Quamobrem, post illa verba «vt detur illi» addenda videtur haec vox, «nonnumquam». Et loco illorum verborum «retineri aliae quatuor horae», poni possent «retineri tamen quinque aut quatuor horae prout instructori videbitur» [c].

P. 88, cap. 17, vbi de mysteriis passionis Christi agitur, videtur declarandum, an idem ordo mysteriorum passionis Christi necessario sit seruandus, qui in libro Exercitiorum praescribitur [d]. Nam historia de Barabba manumisso et Christo condemnato praemittitur historiae missionis Christi ad Herodem, cum tamen D. Lucas aperte, et caeteri euangelistae haud obscure testentur, illam secutam [1].

Ibidem. Etiam quintum verbum Christi in cruce prolatum, «Sitio» [2] praemittitur illis verbis: «Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?» [3]; cum tamen Matthaeus, Marcus et Joannes, satis manifeste testentur fuisse secutum [e] [4].

Ibidem. Similiter in libro Exercitiorum videntur contemplationes, decima, vndecima et duodecima die faciendae, in 2.a hebdomada, esse

---

[a] Bene monet *in marg.*—[b] Examinabitur an tollenda sint illa verba *in marg.*—[c] *In textu oblitterata sunt sequentia*: P. 57, v. penult, declarandum videtur, applicatio sensuum post duas diuersarum materiarum 7 contemplationes, quo pacto fieri debeat. Vtrum. *Sic desinit imperfecta sententia.*—[d] Examinetur *in marg.*—[e] *In marg.* Non est «deinde» in hispano. *Cf. infra, Judicium deputatorum, n.* [20], *p.* 1109.

---

[1] V. infra, *Judicium Deputatorum*, n. [19], p. 1109.

[2] Jo., XIX, 28.

[3] MATTH., XXVII, 46; MARC., XV, 34. Cf. Ps.XXI, 2.

[4] Cf. MATTH., XXVII, 48; MARC, XV, 36; Jo., XIX, 28-30. Vide infra, *Judicium Deputatorum*, n. [20], p. 1109.

transpositae, ita vt decima, non praecedere sequentes, sed sequi debeat, quandoquidem historia ipsa post eas gesta sit, quod etiam testatur idem Exercitiorum liber in mysteriis vitae Christi [a].

P. 92, cap. 18, vbi de mysteriis resurrectionis dominicae agitur, videtur declarandum quo pacto accipiendum sit quod in libro Exercitiorum in 4.ª hebdomada, de apparitione Christi facta B.mae Virgini dicitur: «vt pie et verisimiliter credendum est» [b]; nam doctrina Ecclesiae et communis omnium rem non facit verisimilem tantum, sed certam. Et in eodem libro Exercitiorum in mysteriis vitae Christi, vbi de eadem apparitione agitur, dicitur Scripturam illud nobis relinquere pro certo, tanquam intellectum habentibus, ne alioqui jure audiamus illud: «adhuc et vos sine intellectu estis?» [1] **7v** Id autem, quod verisimile tantum est, non est omni ex parte certum. Ad haec, in eodem libro Exercitiorum quod Christus Josepho ab Arimathia apparuit, dicitur esse verisimile et creditu pium: et sic non plus affirmatur de apparitione B.mae Virgini facta, quam quae Josepho. Accedit quod S. Patres quoque rem vt indubitatam affirment; tametsi ex recentioribus aliquibus pauci verisimilem tantum ducant, quorum vestigiis non videtur inhaerendum contra receptam Ecclesiae sententiam.

Ibidem. Historia de apparitione Christi, Josepho ab Arimathia facta, declarandum est an necessario in exercitiis sit adhibenda, cum sit apocrypha (nam quod in Hagiographis [c] de ea legatur, vt in libro Exercitiorum dicitur, ignoro) [2], et non approbata ab Ecclesia. Videntur enim exercitia de rebus certissimis esse debere.

Ibidem. Apparitio Christi Patribus in limbo facta non videtur in apparitione decima tertia inter apparitiones post resurrectionem factas numeranda [d], cum ipsa et resurrectionem praecesserit, et jam semel posita fuerit in prima contemplatione de resurrectione Christi.

Ibidem. In quarta apparitione Christi, in libro Exercitiorum, satis manifeste innuitur Christum apparuisse Petro antequam Magdalenae apparuerit. Et quod Petrus cucurrerit ad monumentum, audita ex mulieribus Christi resurrectione [e] postquam ipsae eum in via redeuntes a monumento, vidissent, vt habetur in apparit. 3.ª Et quod Christus Petro tunc apparuerit, quando, a Magdalena caeterisque mulieribus admonitus, cum Joanne diluculo cucurrit ad monumentum. Quae omnia non videntur consona verbis Euangelii [3].

---

[a] Bene monet; examinetur, *in marg.*—[b] In Autographo non sunt *in marg.*—[c] Accommodetur ex autographo, *in marg.*—[d] Autographum *in marg.*—[e] O *in marg.*

[1] MATTH., XV, 16.

[2] Est apud LUDOLPHUM, *Vita Christi*, Parte II, c. 75, § 2; et apud VEGA, *La vida de nuestro Señor Jesucristo*... f. 106. V. supra, p. 68. Caeterum aperte dicit Ignatius, posse nos illa pie meditari, qui modus loquendi satis indicat non pertinere illa necessario ad Exercitia.

[3] Imo Ignatius in secunda jam apparitione dixit, sese Christum ostendisse Magdalense. Vide supra, p. 498.

8 Ibidem. Decima apparitio Christi in libro Exercitiorum non videtur esse seiungenda a nona, cum vtraque vna eademque fuerit secundum multos; quod et verba Euangelii satis testantur (quidam autem dubitauerunt) [1] quae ad apostolos referri nequeunt [a]. Ipsi enim in prima apparitione crediderunt et gauisi sunt, solo Thoma absente, qui et ipse paulo post credidit.

Ibidem. Declarandum videtur an omnes tredecim apparitiones semper dandae sint necessario iis, qui sunt in exercitiis. Videntur enim plerique taedio affici, juniores praesertim, quin et maiores [b].

P. 90, v. 6, agitur de affectu spei in nobis excitando in 3.[a] hebdomada; qui quidem affectus, cum sit de gloria, videtur esse jucundus et ciens laeticiam spiritualem. At liber Exercitiorum in 3 not. 3.[ae] hebdomadae, praecipit vt tales affectus suffugiantur, potius quam quaerantur in 3.[a] hebdomada, ponitque exemplum de gloria [c], et in 4 not. 4.[ae] hebdomadae dicit cogitationem de gloria pertinere ad hebdomadam quartam. Denique etiam affectus amoris diuini, in se optimus et perfectissimus, tamen ad quartam hebdomadam magis proprie pertinere videtur, vt in libro Exercitiorum satis perspicue innuitur.

P. 93, v. 2, dicitur exercitium de amore Dei fieri posse iisdem diebus cum aliis mysteriis resurrectionis etc. At id videtur esse non secundum quod dicitur in 1 nota 4.[ae] hebdomadae [d], vbi sic dicitur: «Seruatis vbique iisdem formulis et modis, sicuti per totam hebdomadam tertiam factum est». Et paulo inferius: «Pari etiam ratione circa repetitiones et sensuum operationes» etc. Et ibid. in 2 not. dicitur, vt quartum exercitium fiat ante coenam, admotis sensuum officiis ad imprimendas fortius animae **8v** contemplationes tres, eo die factas. Loquitur autem ibi de mysteriis resurrectionis et ascensionis. At quomodo potest applicatio sensuum fieri ad exercitia diuersarum materiarum, scilicet resurrectionis et amoris Dei? Cum praesertim contemplatio de amore Dei nullam habeat sensuum applicationem.

P. 94, v. 9, vbi agitur de primo modo orandi, discurrendo circa praecepta Dei et Ecclesiae, videndum est an non magis expediret nostros, omissis praeceptis, Ecclesiae praesertim, applicare hunc modum orandi ad praecepta regularum nostrarum [e].

P. 97, v. 9, vbi dicitur, praeter tres orandi modos, a P. Ignatio positos, non excludi alios modos, quos Spiritus Sanctus docere solet etc., expediret fortasse adjungere exempla talium modorum, qui praesertim concedi possent [f], ne in tanta ingeniorum varietate erretur in excogitandis nouis et multiplicibus orandi modis.

---

[a] O *in marg.*—[b] O. Dicatur aliquid in Directorio *in marg.*—[c] O *in marg.*—[d] Non solum est contra hanc annotationem, sed etiam contra praxim *in marg.*—[e] Fiat *in marg.*—[f] O *in marg.*

---

[1] MATTH., XXVIII, 17.

P. 13, v. 19, dicitur, in 1.ª hebdomada legi posse librum Gersonis de imitatione Christi. At in libro Exercitiorum in fine contemplationis regni Christi dicitur, id in 2.ª hebdomada et sequentibus fieri posse, cum in eis proponatur vita Christi ad excitandum in nobis desiderium ac studium eum imitandi. Liber autem ille peculiariter tractat de imitatione Christi.

Praeter haec alia quoque notata sunt a me; sed veritus sum ne haec ipsa nimis multa viderentur atque superflua.

9. Notata alia minoris fortasse momenti.

Pag. 1. Totum Directorii prooemium requirere videtur stylum emendatiorem, qualis nimirum in ipso Directorii corpore, et Exercitiorum libro cernitur.

P. 1, v. 10, ad illa verba: «Interna experientia et vsu» haec addenda videntur: «tractandorum animorum edoctus» quemadmodum in praefatione libri Exercitiorum adduntur; cum vt sit vniformitas, tum ne illa vox «vsu» ad internum tantummodo P. Ignatii vsum referatur.

P. 13, v. 17. Liber de imitatione Christi vocatur Gerson, cum constet non esse Gersonis, sed Thomae Kempisii. Idem fit p. 60, v. 3.

P. 16, v. 4. Ad illa verba «annotatione vltima» videtur addendum: de «viginti» vel «de primis» cum variae caeteroqui annotationes in libro Exercitiorum sparsim legantur.

P. 16, v. vlt. ad illa verba «Necessaria ad victum» possent addi «et ad vsum quotidianum» cum praeter victum, alia quoque necessaria sint iis, qui in exercitiis versantur, vt etiam innuitur p. 17, v. 4 et 5.

P. 17, v. 12, pro «Quae opus erit» videtur ponendum «quae opus erunt».

P. 17, v. penult., vbi de victu exercitia facientis agitur, vt ei afferatur quod ille petierit; quaeri potest an idem nostris quoque fieri debeat.

P. 16, v. 11, pro illa dictione, «Exercitans» commodius dici posse videtur, «Exercitia faciens» **9v** vel «qui exercitatur», aut «est in Exercitiis»; propterea quod dictio «exercitans» magis significat eum qui exercet alterum, quam qui exercetur. Qua de causa in libro Exercitiorum nunquam haec vox «exercitans» in illa significatione legitur [a]; sed vel «is qui suscipit exercitia», vel «se exercens», vel «qui se exercet», vel «qui recipit exercitia», vel «sumens exercitia», vel «qui exercetur», vel «qui exercitatur» etc. Pari modo aliis quoque in locis Directorii valde multis haec vox «exercitans» abusiue poni videtur.

P. 23, v. 2, post illa verba «consolationes et lumina» videtur addi debere: «Desideria quoque et firmas deliberationes faciendi aliquid» quemadmodum p. 14, v. 26, dicitur [b].

P. 29, v. 10, vbi de coniugatis agitur, videtur ordo immutandus, vt

---

[a] Placet *in marg.*—[b] Bene *in marg.*

post religiosos non statim de coniugatis, sed primo de ecclesiasticis, deinceps de magnatibus, tum demum de coniugatis, ad extremum de illiteratis agatur [a].

P. 33, v. 5, pro «Additiones decimas», videtur legendum «Additiones decem» ad eum modum quo paulo superius, v. 3., dicitur: «Annotationes viginti» non «vigesimas» [b].

P. 39, v. 13, pro verbis «ea ipsa nocte» videtur ponendum «Eo ipso die» vel «eo die ante noctem» [c]. Quomodo enim instructor debet in nocte accedere eum, qui facit exercitia, et non potius die? Nisi forte hyems sit.

P. 39, v. 16, ad illa verba «Ex annotationibus» videtur addendum «Primis», vel «quae in principio libri Exercitiorum ponuntur» vt sit clarior sensus.

P. 39, v. 18, pro «Ex viginti» videtur ponendum «Ex vigesima» [d].

10 P. 43, v. 21. Cum in libro Exercitiorum particulare examen vocetur quotidianum, generale vero non ita vocetur, sed id, quod in Directorio vocatur quotidianum, in libro Exercitiorum vocetur modus generalis confessionis: qui fit quod in Directorio, contrario modo, generale vocetur quotidianum, particulare vero non? Cum non minus particulare, quam generale, quotidie fieri debeat, quemadmodum etiam in Directorio innuitur, p. 42, v. 18.

P. 42, v. 18, ante illa verba «Toto vitae tempore» videtur addenda haec vox «Quotidie», vt sit clarior sensus, et ob causam paulo ante dictam [e].

P. 43, v. 1, post illa verba «Ad cognoscenda peccata vitae praeteritae» adiicienda videntur haec: «et a quibus sibi deinceps cauere debeat» [f]: propterea quod generale examen, cuius ibi fit mentio, non eo fine detur, vt inde fiat examen praeteritorum peccatorum.

P. 43, v. 21, dicitur examen quotidianum dictari debere prout iacet. Recte hoc quidem. Sed cum homo multa peccata possit committere post examen nocturnum usque ad tempus quo surgitur, quare illud totum tempus nocturnum examini non subiicitur? [g]. Sed dicitur «Per horas singulas, ex quo surreximus, vestigando».

P. 58, v. 1, ad illud verbum «videre» videtur addenda haec vox, «personas», vt sit melior sensus, ne illud, «videre» ad verba referatur [h].

P. 60, v. 2, vbi nominantur libri, qui legi possunt in exercitiis 2.[ae] hebdomadae, post illa verba «Vt sunt» videtur addi debere «Codex aliquis euangelicus, Sanctorum vita» [i], horum enim expresse mentio fit in libro Exercitiorum, in 2.[a] hebdomada, in fine contemplationis de regno Christi, atque etiam in Directorio, p. 13, v. 20.

---

[a] O *in marg.*—[b] Bene *in marg.*—[c] Bene *in marg.*—[d] Bene *in marg.*—[e] O *in marg.*—[f] *In textu sequitur* vel haec pro illis ponenda *oblitt.*; O *in marg.*—[g] O *in marg.*—[h] Bene *in marg.*—[i] O *in marg.*

10v P. 68, v. 12, vbi de electione agitur, dicitur: «Rem omnem, quae sub electionem cadat, oportere esse bonam»; in libro vero Exercitiorum additur: «Aut certe, non malam, nec nisi consonam institutis orthodoxae matris Ecclesiae». Fortasse non abs re fieret, si adderentur ista propter vniformitatem [a].

P. 89, v. 8, post verba «Personas, dicta et opera», videntur addenda haec: «Praeterquam quod tria alia puncta addi debeant: quemadmodum in principio tertiae hebdomadae libri Exercitiorum habetur» quandoquidem contemplationes tertiae hebdomadae sex puncta continent [b].

FABIANUS QUADRANTINUS.

III

P. ALBERTI THEOBULTII, S. J. ANNOTATIONES IN DIRECTORIUM [1]

P. Albertus Theobolcius haec pauca desiderat in Directorio exercitiorum.

In prooemio ut ponatur tota epistola (et si forte non extat latina, sed conuersa) sanctae memoriae P. N. Ignatii ad suum confessarium Mionam [c], quam etiam P. Posseuinus habebat. Efficaciter enim potest persuadere exercitia apertis grauibusque rationibus.

In 1.° capite dicitur ut nostri, quotquot [d] possunt, ad agenda exercitia impellant. Ambiguum est illud (quotquot possunt), ad nostrosne, an ad eos, qui sunt impellendi, referatur. Nam si ad impellendos referatur, experientia didicimus non omnes esse ad exercitia impellendos, sed idoneos dumtaxat. Imo ne rogantes quidem omnes admittendos, nisi singularis uitae emendandae propositum in eis appareat. Itaque non nisi idoneos id est, qui magnum fructum ex eis sint probabiliter capturi. Alioquin diffamabuntur nostra exercitia, saltem apud minus

---

a Bene *in marg.*—b O *in marg.*—c Placet *in marg.*—d pnt possunt *ms: in marg. alterius exemplaris* Videtur esse hoc verbum «prudenter» sed forte est bis scriptum hoc verbum «possunt».

---

1 Ex bibl. romana Vittorio Emanuele, Fondo Gesuitico», 1594 (3723), n.° 10; 2 ff. Sunt ibi duo exemplaria, quorum alterum certe est apographum ac recentius; eadem enim manu, qua reliqua, scripta est initio notatiuncula haec: «Vide Alegambe qui habet compendium de rebus P. Alberti Theobolcii». Philippus autem Alegambe opus illud *Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu* in lucem emisit Antuerpiae anno 1643. Ne primum quidem exemplum videtur autographum: nam scribitur in secunda paragrapho «quotquot pnt possunt»; haec repetitio «pnt possunt», nisi lapsus auctoris ipsius haberi debeat, est error librarii, qui siglo illi «pnt» alium sensum tribuit quam «possunt». Citatur a Theobulcio Directorium anno 1591 excusum. In involucro: «Questo manoscritto contiene alcune osservazioni sul Direttorio, del P. Alberto Theobolcio».

cautos: quamquam iam fere est responsum ex A.[a] R. P. N. Ignatio [1].

In c. 2, et in aliis cupit adhiberi meliorem rerum distinctionem; ut ubicumque nouum caput incipit, ibi noua linea inchoëtur [b], verbi gratia, in hoc secundo capite: Erga eum uero qui daturus est exercitia etc. sit noua linea. Hoc enim accidit lectori gratius, iuuatque inuentionem et memoriam.

Optarem praeterea ibidem contineri hoc praeceptum [c]: includendi, quantum possunt, etiam foris disponantur; ingressi autem cubicula exercitiorum, ad dimidiam diem, precando et legendo disponantur, antequam eis proponatur exercitiorum fundamentum [2].

In 3 capite desiderat in singulis collegiis cubicula [d], idque prope templum, ad exercitantes apte excipiendos.

Quae in prooemio continentur et duobus primis capitibus, optat seorsim imprimi et cum exercitandis communicari.

An etiam ipsis petentibus possint eis concedi exercitia, quae fecerunt, describi [e]. Quia saepe urgent et clanculum sibi ea describunt, hoc cupit resolui, quamquam uidetur constare ex capite 5 eis posse concedi prudenter.

In 4 capite prohibetur instructor aliquid exercitanti suadere, cum tamen id saepe necessarium sit, verbi gratia, praelatus diues, dum uiuit, non uult sua, relictis sibi necessariis, in pios usus conferre, cum tamen plerumque usuueniat ut, post mortem eius, contra eiusdem uoluntatem multa disponantur. Sed, si id intelligatur de consilio, tanquam de suo, aut temere [3], solutum mihi est, alioquin non.

In eodem capite desiderat paradigna utendi recte 3.^{bus} animae potentiis apponi.

In 5.° capite optarem uberiorem apponi finium exercitiorum declarationem.

In 6.° capite prohibetur dari exercitia religiosis nostris accommodata, cum id accidat saepe gratum et utile, tamque in maiori speciei, quam generis lumine [4].

In capite 7, fol. 39, quae afferuntur, de quibus instructor exercitan-

---

a *Obscurum signum simile litterae* A; *alterum exemplar* a.—b Placet *in marg.*—c *In marg.* O, *i. e.* Omissum *vel* Omittatur; *v. supra*, p. 775.—d Bene *in marg.*—e Cum prudentia et paucis *in marg.*

---

1 S. P. Ignatius exercitiorum partem multis, exercitia omnia atque integra paucis communicanda censebat. Cf. infra, *Di.*, c. I, n. 7.

2 Cf. infra, *Anon. Z*, n. 1.

3 Obscuram sententiam forte bene interpreteris hoc modo: Si capite quarto prohibetur tantum instructori, dari temere consilium, aut tamquam de suo seu sua auctoritate, non rei veritate fretum; intelligo recte prohibitum; secus minime.

4 Videtur genus intelligere Exercitia in communi, speciem vero Exercitia religiosis accommodata, et «hoc modo, inquit, in clariore lumine collocantur Exercitia, tam in genere quam in specie».

tem monere debet, aptiorem locum et magis proprium mihi habere uidentur cap. 4. Nam ibi instructor instruitur [a].

In capite 8 vtile uidetur addere: ut in fundamento, tres 4.[ue] horae insumantur; quia permagni refert etc. [b]

In cap. 10 praeponitur exercitium de inferno exercitio de morte contra ordinem naturae siue temporis [c]. Sed, ut puto, non contra ordinem prudentiae et connexionis, tanquam poena cum peccatis. Vtile etiam esset addere in margine: Vide pag. 47, quia ibi aliquid dicitur de peccatis.

Quae habentur in fine huius capitis, ea uidentur ponenda in cap. 4 [d], quia sunt instructiones instructoris, aut saltem in margine notari: Vide.

In eodem capite bonum esset apponere exercitia de morte et de iudicio noua.

In 15 capite, fol. 74, fit mentio 6 punctorum et 4; utile esset ea puncta clarius explicare quaenam sint [e].

Fol. 77 dicitur: Restat nunc alterum etc., cum sit quintum ex propositis.

Optarem etiam annotari in margine loca Scripturae et Patrum, et sententias tales diuerso charactere scribi.

Item, melius distingui etiam per cola [f]; quorum nullum hic uideo.

Alioquin libellus et exoptatus, et perutilis omnibus sacerdotibus, immo et necessarius.

IV

ANNOTATA NEAPOLITANA [1]

✠

AVVERTIMENTI SOPRA IL DIRETTORIO DEGLI ESSERCITII

1. Questo Direttorio, parlando in generale, si nota che ha poco ordine, perchè gli auisi et precetti che dà non hanno altra distintione et ordine tra sè, eccetto quello di 22 capi. Donde ne nasce prima, che dopo ha-

[a] Bene *in marg.*—[b] *In marg.* Bene *oblitt.*—[c] O *in marg.*—[d] Bene *in marg.*—[e] O *in marg.*—[f] Membra *in marg.*

[1] Ex bibl. romana Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico», 1594 (3723) N.° 12. In involucro: «Questi sono due foglie che contengono N.° 18 avertimenti o dubi intorno a un Direttorio di Esercizi proposto ad esaminarsi prima che si formasse il Direttorio che abbiamo.

»Vi sono in margine le risposte di carattere difficile a capirsi, e che deb'essere d'uno dei Padri contemporanei a S. Ignazio, come si può capire dalle risposte stesse, dalle quale si hanno alcune notizie importanti, come al N.° 7, 12, 16.

»Ad alcuni numeri in luogo di risposta c'è la lettera O; pare che dica optime. Ad altri numeri nulla si risponde.

»Confrontato il carattere, si trova che le risposte sono del P. Polanco». Cf. *Praefationem*, art. III, supra, p. 775.

uerli la persona più uolte letti e riletti, non se ne può con tutto ciò ben ricordare; secondo che perciò è necessario ripeter più uolte l'istesse cose, et esser molto diffuso [a]. Ma perchè è cosa forse difficile ridurlo a miglior ordine, ci occorre vn ottimo rimedio, et è, che ridotto in maggior breuità, si stampasse il Direttorio insieme col testo degli essercitii a modo di comento: perchè così non occorrerebbe nè tante uolte ripeter le stesse cose, nè moltiplicar parole souerchie, hauendo all'incontro l'aiuto del testo.

2. Venendo al particolare, par che sia necessario per maggior facilità e di chi dà gli essercitii, e di chi li riceue, metter insieme con ogni breuità et chiarezza tutto quello che tocca in vniuersale alla prattica della meditatione [b], come dell'oration preparatoria, de preludii, de punti, del colloquio etc., acciò con questa abozzatura se ne potesse formare qualche concetto, almeno in vniuersale, tutto unito insieme; perchè vno che comincia l'apprenderà molto meglio, che se in ogni occasione se li debba dare vn auiso, hor circa li preludi, hor circa li punti, hor circa li colloquii, et simili altre cose, come stanno adesso sparsi nel Direttorio; et supposto questo concetto in vniuersale, si potrebbe poi con brevità et facilità conforme alla uarietà della materia, dare quelli auisi in particolare che si ricercano, li quali forse non si posson così ben capire, non essendosi prima ben appreso il modo in vniuersale in tutte le parti dell'oratione [1].

3. Nel cap. 2.°, pag. 13, si dice che nella 2.ª settimana si può dare a legger le uite de santi selette [c]. Queste uite scelte non si trouano raccolte tutte insieme, e mentre si dà a legger quel che fa a proposito dell'essercitante, può facilmente ancora legger quel che è poco a proposito. Et però si desideraria che se ne facesse vna raccolta per simil vso.

4. Nell'istesso luogo, doue si tratta come si ha de trattenere quel che fa gli essercitii, fuor del tempo della meditatione, sarebbe bene far mentione ancora di qualche trattenimento manuale [d], come et qui et in Roma taluolta si prattica, et è cosa vsata da santi Padri. Et in uero l'esperienza dimostra che molti hanno bisogno d'interromper la continuità dell'essercitio mentale con qualche distrattion corporale [2].

5. Nell'istesso capo, pag. 14, s'auisa che non si lasci scriuer molto l'essercitante [e]; et con tutto ciò se li dà licenza che possa notare li desiderii hauuti nell'oratione, li propositi, li lumi et sentimenti, et cose simili, il che non tutti sanno fare con quella breuità che si ricerca, anzi alcuni ui spendano il tempo et le forze mentali, che poi non sono boni

---

[a] O *in marg.*; *i. e.* Omittatur *vel* Omissum; *v. supra, p.* 775.—[b] Fiat *in marg.*—[c] O *in marg.*—[d] Videatur Directorium *in marg.*—[e] Videatur Directorium *in marg.*

[1] Cf. *Judicium Deputatorum*, n. [1] infra, p. 1106.
[2] Ibid., n. [2].

per seguire l'altre meditationi. Per questo si dourebbe auuertire in particolare, che l'instruttore stesso uedesse quel che si nota [1].

6. Nella pag. 15 si dice che chi ha bone forze può far cinque hore di essercitii, et tra queste ue n'è vna a mezza notte. Quest'hora della notte non si prattica mai [a], et farne fare ancor 4 hore per molti giorni non riesce, perchè prouiamo che quelli che son molto robusti non la posson durare, e perdeno talmente la testa, ch'è necessario poi farle stare molt'altri giorni senza far oratione [2].

7. Nel cap. 4, pag. 21, si dà per conseglio non uisitar l'essercitante più che vna uolta il giorno [b]. Questo par che non basti; ma si dourebbe fare ogni uolta che si dà nouo essercitio, acciò non ui sia confusione d'una meditatione con l'altra [3].

8. Nella pag. 22 si dice che il tempo della mattina par più commodo per visitar l'essercitante [c]. Ma meglio riesce quel che si prattica adesso, ch'è dopo pranso o la sera, perchè la mattina sogliono stare gl'essercitanti per ordinario occupati, parte in meditar le lor materie assegnateli, parte in vdir la messa et in altre occupationi proprie. Oltre di questo, l'instruttore per lo più non ha tanta commodità di poterlo far la mattina [4].

9. Nel capo 6, pag. 32, si dice che a quelli che entrano nella Compagnia bisogna dar gl'essercitii tutti intieri. Qui bisognerebbe toccar due punti molto necessarii. Prima, se conuien dargli tutti intieri nel principio a qualsiuoglia [d]; perchè s'è più uolte dubitato, et ancora si dubita se fusse meglio differirli mentre il nouitio pigli più prattica della religione. Et questo a noi ci riesce molto meglio et con maggior frutto. Secondo, sarebbe anco espediente, accennar qualche cosa per quelli che non posson farli tutti seguitamente, come molti giouanetti, ai quali per le poche forze è necessario ben spesso diuiderli et farglili fare in due volte [5].

10. Nella pag. 34, si uieta il passar dalla prima settimana alla 2.ª

---

[a] Seruetur Directorium *in marg.*—[b] Omnes, praesertim initio, per se uisitandi bis; et ita in prima hebdomada faciebat P. Ignatius, et saepius etiam in materia electionum. Ex praedicta instructione *in marg.*—[c] A prandio et ante cubitum [*prius* coenam] nisi aliud uideatur instructori *in marg.*—[d] Ad deputatos pro nouitiis 1* *in marg.*

---

[1] Ibid., n. [3].
[2] Ibid., n. [4].
[3] Ibid., n. [5].
[4] Ibid., n. [6].
[5] Ibid., n. [7], infra, p. 1107.

1* In actis manu scriptis congregationis generalis S. J. quintae narratur, Claudium Aquavivam, praepositum generalem, mandatu congregationis instituisse «peculiarem deputationem pro nouitiis admittendis et instituendis huicque deputationi assignasse hos Patres: Alphonsum Rodríguez, Joannem Dominicum Candelam, Fabium de Fabiis, Bernardinum Rossignolum, Bartholomaeum Riccium, Petrum Maiorium». (Cod. «Congr. 1.I» p. 212-213.)

et 3.ª, se quel che fa gli essercitii della prima ha bisogno di maggior purga [a]. Ma che diremo di quelli che debbon fare gli essercitii per esperimento? Perchè questi tali, supposto che non siano giudicati atti per passar all'altre settimane, non si posson trattener vn mese nella prima.

11. Nel capo 7.°, pag. 38, si dice che sarebbe espediente che quel che fa gli essercitii, s'è sacerdote, s'astenesse taluolta, per riuerenza, dal celebrare [b]. Qui bisognerebbe dichiarare, se s'intende de forastieri soli, o pur anco de nostri; perchè, se questo abbracia ancor i nostri, par che non si possa fare senza qualche marauiglia e nota degli altri.

12. Nel capo 9.°, pag. 42, suppone il Direttorio che il fondamento habbi da durare due o 3 giorni, ne quali uuole che si diano insieme i due essami [c]. Ma questo è contro ogni prattica, nè par sia cosa da riuscire, essendo massime questa vna materia più tosto arida per molti, che feconda [1].

13. Nell capo 10, pag. 44, si dice che nella prima hora si dia il primo essercitio della prima settimana, et nella 2.ª il secondo, et nella 3.ª et 4.ª la repetitione dell'vno e dell'altro. Questo par che sia troppo cibo per uolta [d], et la pratica è in contrario, che è di dare vn'essercitio per due o 3 hore; e riesce bene [2].

14. Nell'istesso luogo si dice che il 3.° giorno s'ha da proporre l' istessa materia, cioè delli peccati etc., sed cum aliquibus nouis punctis. Se questi punti s'hanno da dare in scritto, par contro quello che s'ordina nel capo 6.°, che non s'alterino gli essercitii del P. Ignatio: nulla re (inquit) addita uel transformata. Se non s'hanno da dare in scritto, non si posson ben metter a mente. Et perciò questo ha bisogno di qualche dichiaratione [3].

15. Nel capo 14, pag. 58, si fa paragone del discorrer sopra li punti con l'application de sensi, et si dice che meditatio est altior. Pare che il N. P. Ignatio senta altrimenti, il quale parla dell'applicatione de sensi, come si fusse vna spetie di contemplatione [e]; perchè nel 3.° notabile della 4.ª settimana, dice che l'applicatione de sensi serue ad fortius imprimendas animae contemplationes. Oltre di questo uuole che dal

---

[a] O *in marg.*—[b] O *in marg.*—[c] P. Ignatius fundamento dabat duos dies. Distinguatur per puncta; sciatur summum momentum positum in intelligentia et penetratione fundamenti *in marg.*—[d] Proponatur dubium P. N. Generali cum rationibus *in marg.*—[e] S. Thomas in ep. S. Bonaventura. P. Achilles [1*]. An sit altior meditatio *in marg.*

---

[1] *Judicium Deputatorum*, n. [8], infra, p. 1107.

[2] Ibid., n. [9].

[3] Huic numero nihil respondetur in *Judicio Deputatorum*, fortasse quia res agitur similis paulo inferius, n. 16.

[1*] P. Achilles Gagliardus scripsit praeter alia opera *Commentarios seu Explanationes in Exercitia spiritualia* S. Ignatii, qui primum integri in lucem editi sunt Brugis, in Belgio, anno 1882; ibi, pp. 22-24, agit Gagliardus de applicatione sensuum.

risguardare, ascoltare, etc. sempre se ne tragga qualche frutto, reflectendo ad se, il che non può essere senza discorso, et così non u'interuiene solo il senso. 3.° Si serue delli sensi del gusto et odorato, applicati proportionalmente a cose spirituali, il che non si può fare con l'istessi sensi. Pare dunque che il nostro Padre ci accenni che l'applicatione de sensi è qualche cosa più alta del discorso della meditatione, et che è quasi vna spetie, come s'è detto, di contemplatione, di cui è proprio star fisso nell'ogetto che si contempla, gustando, odorando, etc.

16. Nel capo 18, pag. 92, si dice che alla 4.ª settimana si potrebbono aggiunger alcune meditationi della gloria del paradiso e della felicità futura de giusti, etc. [a], et in altri luoghi di questo Direttorio si fa mentione d'alcun'altre meditationi, che s'haurebbon da aggiungere come della morte, del giuditio, della parabola del figliol prodigo, et altre simili. Per questo sarebbe bene per maggior vniformità si facessero li punti di dette meditationi, et s'autenticassero dal nostro Padre [1].

17. Nel capo 19.°, pag. 94, si dice che gli essercitii pieni et intieri, secondo le constitutioni a pochi si debban dare, et che agli altri più rozzi si posson dar solo quelli della prima settimana, cum tribus modis orandi. Qui può esser dubio che cosa s'habbi da fare con li Coaiutori [b] et altre persone simili, per farli finir il mese del lor esperimento; perchè non si posson trattener tanto tempo ne soli essercitii della prima settimana, cum tribus modis orandi. Pare ancora che per li coaiutori bisognerebbe insegnare qualche modo più facile, del quale fussero capaci, perchè di tali poco se ne tratta nel Direttorio, essendo che le cose, che qui si dicono per i più rozzi, manco conuengono a molti coaiutori [2].

18. Nel capo 21, pag. 99, et nel capo 18, pag. 92, si dice che la 4.ª settimana a proportione risponde alla uia vnitiua. Qui pare che ui sia qualche cosa da dichiarare o moderare per conto della 3.ª settimana [c], che contiene la meditatione della passione, la quale comincia dalla cena, doue fu instituito il sacramento dell'eucharistia, ch'è sacramento d'vnione; et perchè altrimenti nostro Signore non ci haurebbe lasciato in vita sua essempio della via vnitiua [3].

---

[a] A tempore P. Ignatii è fatta della morte dicono dal Pietro Ortiz. Dell'inferno l'ha fatta P. Polanco. Consulantur exercitia P. Polanci *in marg.* —[b] Coadiutores igitur non faciunt unum mensem exercitiorum; et doceri debent modum orandi. Et spectat ad deputatos pro nouitiis *in marg.*—[c] Potest etiam 3.ª hebdomada pertinere ad uiam unitiuam *in marg.*

---

[1] *Judicium Deputatorum*, n. [10].
[2] Ibid., n. [11].
[3] Ibid., n. [12], p. 1108.

V

NOTATIONES ANONYMI X [1]

✠

DUBIA CIRCA DIRECTORIUM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM P. N. IGNATII

Pagina 13. Pro prima hebdomada assignatur lectio libelli «De imitatione Christi» [a]. At is non videtur adeo commodus pro affectibus in ea excitandis, quam pro affectibus hebdomadae 2.ae, nisi forte pauca capita sub finem primi libri.

Ibidem. Pro 2.a hebdomada instructori imponitur cura seligendi sanctorum vitas, quae vnicuique conueniunt exercitanti secundum statum suum. Optandum esset vt breuiter insinuarentur vitae aliquot sanctorum pro vxoratis, aliquot pro sacerdotibus secularibus, aliquot pro religiosis etc.

Pagina 21 [2]. Semel in die visitare exercitantem, ordinarie nimis parum videtur; nam tunc deberent multae exercitiorum chartae simul dari; vnde oriretur tentatio inspiciendi chartas posteriorum meditationum; et hinc persuasio quod in posterioribus melius esset meditaturus, quam in prioribus, et idcirco ex his fructum quaerere negligerent. Rursus, cum media nocte, vel in aurora, vel in vtraque sit inchoanda noua materia, eaque reliquis diei temporibus per repetitiones et applicationem sensuum ruminanda; commodius ad visitandum tempus videretur [3], si vnica tantum visitatio facienda. Nam si matutino tempore materia pro sequenti die explicetur, forsan eius memoria et repraesentatio impediet bonum successum exercitiorum pro praesenti die assignatorum. Imo videtur non esse conforme P. N. Ignatii menti, qui prohibet legere quicquam de mysterio sequenti, quo die meditatio de

[a] Bene habet Directorium *in marg.*

[1] Ex bibl. romana Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico», 1594 (3723), N° 14: 4 ff. In involucro recentiore: «Questo manoscritto contiene alcuni dubbi circa il Direttorio degli Esercizi de S. P. Ignazio.

»Si vedono in margine alcune risposte, una delle quali è sicuramente del P. Polanco».

De auctore hujus monumenti nihil habemus compertum. Opusculum tamen scriptum est, typis jam exscripto *Directorio anni 1591;* ad ejus enim editionis paginas remittuntur legentes, quoties Directorium commemoratur. Unde etiam patet, neutram ex duabus, quae in margine sunt, responsionibus, Polanco attribui posse, ut in *Praefatione*, art. III, jam diximus.

[2] Cf. *Judicium Deputatorum*, infra, nn. [5] et [6], p. 1106.

[3] Ex antecedentibus et consequentibus supplendum est hoc loco verbum «vespertinum».

praecedenti instituitur [1]. At vero si hic sermo sit de aliqua visitatione praeter eam, in qua materia explicanda est, nulla est difficultas.

Pagina 31. Dicitur hic, quod P. N. Ignatius secesserit in montem Cassinatem. Existimo insinuari id, de quo cap. 12, l. 2, vitae ipsius [2], vbi narratur quod D. Ortizius eo, ob exercitia spiritualia, secesserit etc.

Pagina 35, 36 [3]. Monetur instructor quod potest meditationes, statui vel necessitati praesenti cuiusque accommodatas, addere in prima hebdomada, vt de beneficio vocationis, de tribus votis etc. [a]. Esset valde vtile si aliqua puncta, vel saltem modi, seu formulae conuenientes pro eiusmodi meditationibus formandis indicarentur; quemadmodum circa primum modum orandi (pag. 94 et 95) et quemadmodum hic (pag. 36) circa meditationes de incarnatione et passione Domini fit: ne quisque proprio spiritu faciat, forte minus prouide.

Pagina 47. Commendatur hic vt addantur in prima hebdomada exercitia de aliis peccati poenis etc. Operae pretium videretur, si formarentur solida et breuia puncta de aliis peccati poenis, de morte, de judicio, de aliis inferni cruciatibus, nam diuersa in diuersis locis, eaque satis prolixe, habentur.

Pagina 52. Similiter vtile esset vt similia meditationis puncta darentur de filio prodigo. Item puncta aliqua quorum meditatio sit dispositiua ad sacram communionem. Quia in fine capitis 12 commendatur vt istae meditationes fiant.

Pagina 57, 58. Asseritur hic quod applicatio sensuum sit valde facilis [4]. Verum experientia docet quod in nullo exercitio tantum sit periculum laedendi organa capitis, quam in isto; etiamsi iuxta mentem Directorii, atque adeo P. N. Ignatii, sollicite explicetur quomodo sit procedendum. Proinde forsan commode moneretur director, vt aduigilet ne exercitans nimium fatiget imaginationis organum, quando in isto versatur exercitio.

Pagina 92. Initio capitis 18 dicitur quod in quarta hebdomada possint addi aliquae meditationes de gloria paradisi et de futura iustorum foelicitate etc. Desiderandum, vt harum quoque meditationum puncta solida formarentur, vt vbique esset conformitas.

---

[a] Instructor faciat, meditationibus separatis, nec uocentur exercitia *in marg.*

---

[1] *Judicium Deputatorum*, infra, p. 1107, n. [9].

[2] Significatur *Vita Ignatii Lojolae*, auctore Petro de Ribadeneira, S. J., primum Neapoli latine, anno 1572, deinde Matriti hispanice, anno 1583, postea variis locis ac saepe edita. V. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, VI, 1725-1730.

[3] Huic annotationi et iis quae ad pagg. 47, 52 et 92 spectant, respondet *Judicium Deputatorum*, n. [10], infra, p. 1107.

[4] Cf. *Notata neapolitana*, supra, n. 15; et infra, *Di.*, c. XX, n. 1.

IN [a] DIRECTORIUM EXERCITIORUM

Pag. 2, ubi dicit Mionam, addendum esset: qui postea in Societatem ingressus est.

Pag. 8. Addi posset: Id confirmatur ex annotatione 18. Ea quae habentur in cap. 1, 2 et 3, in §.[os] distribui commodius esset.

Pag. 25. Citatur Cassianus. Ponatur locus Cassiani.

Pag. 42. Citatur Bernardus. Ponatur etiam locus Bernardi. Et Cassianus non recte citatur in Collat. 4 et 5, nisi addatur caput.

Index copiosus Directorii desideratur.

Praxis etiam usu perfacilis desideratur.

Exercitiorum puncta in italicam linguam etiam imprimenda pro coadiutoribus.

In libro Exercitiorum, ubi agitur de peccatis cogitationis et delectationis morosae, explicari posset quomodo dignoscetur sitne mortalis uel uenialis culpa.

In peccatis operis explicandum quomodo intelligatur transgredi quis rectorum sanctiones.

Directorium imprimendum in eadem parua forma, ut Exercitiorum liber.

VI

ANNOTATIONES CRACOVIENSES IN DIRECTORIUM EXERCITIORUM [1]

✠

OBSERUATA CIRCA DIRECTORIUM EXERCITIORUM

1. Videtur desyderari modus aliquis peculiaris exercitiorum spiritualium, quae dari solent ac debent fratribus nostris coadiutoribus temporalibus [2]; quoniam ex una parte, ut illis exercitia integra tradantur, communiter non sunt capaces, ex alia parte status illorum religio-

[a] *Hoc verbum et omnia quae sequuntur, scripta sunt manu a superioribus diversa.*

[1] Ex bibl. romana Vittorio Emanuele, «Fondo Gesuitico», 1594 (3723), n.° 15, 4 ff. De auctore nihil. Ex verbis in hujus monumenti dorso scriptis (quae infra ponentur), novimus monumentum hoc Cracovia Romam missum. *Observata* numeros referunt *Directorii 1591*, unde scripta sunt inter hunc annum et 1593, quo coacta est congregatio V generalis, a qua designati Patres ad *Directorium* recognoscendum quaedam hujus monumenti puncta etiam attigerunt. In involucro: «Questo manoscritto contiene certe osservazioni circa il Direttorio degli Esercizi e alcuni dubbi circa gli Esercizi medesimi inserti all'occasione di formarsi il Direttorio».

[2] Cf. infra, *Judicium Deputatorum*, n. [11], p. [1]

sus uidetur aliquid amplius requirere, quam quorumuis aliorum simplicium ac rudium conditio.

2. Requiri uidentur meditationes vniformes de illis materiis [1], quarum fit mẹntio, tum in libello P. N. Ignatii [2], tum in ipso Directorii, pag. 47 et 56 [a], vt eadem modo eodem ab omnibus tradantur ad instar eorum, quorum P. N. Ignatius non modo certum modum meditandi, sed ipsa puncta meditationis certa praescripsit in suo Exercitiorum libello.

3. Expediret forte dubia nonnulla, quae, in separata charta adnotata, una cum his punctis in vrbem mittuntur, in ipso Directorii libello explicare; quia passim occurrere possunt.

4. Loca illa Scripturae insigniora, quorum mentio fit pag. 91 Directorii exercitiorum, commodius fortasse ad vniformitatem retinendam, ipsi Directorio inserercntur, quam a variis uaria colligerentur.

DUBIA QUAEDAM, CIRCA EXERCITIA SPIRITUALIA, OCCASIONE DIRECTORII EXERCITIORUM OCCURRENTIA

1. An ea quae dicuntur pag. 8 et 9 Directorii exercitiorum, intelligi debent etiam de nostris fratribus coadiutoribus simplicioribus [3], an uero tantum de externis. Nam regula 28 magistri nouitiorum exigit ut omnibus nostris exacte tradantur, suo ordine, exercitia omnia. At non omnes uidentur capaces omnium.

2. An ea, quae cap. 6 Directorii exercitiorum, seu pag. 33, dicuntur, ita accipienda sunt, ut nihil prorsus in scriptis tradi posse intelligatur, praeter exercitia P. N. Ignatii, cum insinuari uideatur contrarium in eodem capite, pag. 35; et difficile uideatur aliquid uerbo tenus tantum proponi vtiliter exercitanti posse.

3. An nouitiis, iam in probatione prima uel secunda uersantibus, sed fluctuantibus in vocationis proposito, electio tradi formaliter et integre debeat, et quis modus hac in parte tenendus.

4. Vtrum fundamenti exercitiorum repetitio aliqua dari debeat ordinarie, an uero satis sit illud semel expendisse [4].

5. Cum experientia in istis partibus doceat, communiter melius et utilius fieri exercitia spiritualia a nouitiis post vnum vel alterum ab ingressu mensem, quam si illa statim initio faciant [5] (dum adhuc rudes et

---

[a] *Sic ms.: debet esse 52; etiam in p. 92 de re eadem agitur.*

---

[1] Ibid., n. [10].

[2] In *Vulgata versione* et in *Versione prima* post exercitium quintum hebdomadis primae, supra, pp. 298, 299.

[3] Cf. *Iudicium Deputatorum*, n. [11], infra, p. 1107.

[4] Ibid., n. [8].

[5] Ibid., n. [7].

rerum spiritualium incapaces sunt), sicut videtur regula 23 magistri nouitiorum, petitur a R. P. N. ut dignetur declarare suam hac in parte sententiam, et regulae supradictae intentionem et scopum, quando commodius huiusmodi exercitia tradi possint et debeant.

A tergo. Observata circa Directorium exercitiorum, et dubia quaedam circa ipsa exercitia spiritualia, occasione Directorii oborta.

Domus Probationis Soc. Jesu.
Cracovia ad S. Stephanum.

VII

ANONYMI Z ANNOTATIONES [1]

CIRCA DIRECTORIUM EXERCITIORUM

1. An quae in secundo capite dicuntur proponenda sint exercitanti antequam ingrediatur cubiculum uel post. Si post, indiget medio uel integro die ad se hoc modo disponendum [2].

2. Optandum ut abrogetur modus alicubi introductus accipiendi solutionem victus ab exercitantibus [3] (quamquam in magnatibus tolerari possit hic vsus, de quo pag. 17, cap. 3). Ne plus accipiatur [a].

3. Bonum esset ut instructor exercitantis ministranti illius oretenus explicet uel in scriptis det, quae pag. 17 dicuntur [b].

4. Ex eadem pag. apparet quod deberet esse missa particularis pro exercitante, quod alicubi non seruatur, sed cum domesticis audiunt sacrum [c].

5. Pag. 17, linea penultima, posset addi: nisi ipse esset uictu nostro contentus [4].

6. Quod dicitur pag. 17, de lecto exercitantis componendo a ministrante, multi nollent ut nostri hoc faciant, multis forte non expedit ut fiat. Multi non habent lectos, uel miseros. Explicandum esset, num monendi sint exercitantes ut lectos secum ferant, uel ex collegio subministrari debeant [5].

---

[a] *Ante 3 vo. praecedentia legitur* Vbi frequentes sunt qui exercentur habenda ratio solutionis, et fiat aequalis solutio et exacta *oblitt.*—[b] *In marg.* O («Omittatur» vel «Omissum», supra, p. 775) *quae littera praeponitur etiam numeris 5-15, 18, 19, 20, 30.*— [c] Fiat, si potest, *in marg.*

---

[1] Ex apographo in capsa quadam asservato, in qua sunt libri Exercitiorum, 2 ff. Exstat aliud quoque exemplum recens ex illo perperam exscriptum.

[2] Cf. *Annotationes Theobulcii,* paulo post initium, supra, p. 1092.

[3] Cf. *Di. Ignatiana,* III, [5], supra, p. 787; *Di.,* c. IV, n. 2, etc.

[4] Cf. *Di. Ignatiana,* III, [7], supra, p. 787.

[5] Ibid.

7. Pag. 19, declarandum esset an ille concedendus sit exercitanti [a] pro instructore, quem ille cupit aut petit; quia forte aliquando non esset ille tam aptus sicut alii, qui tamen exercitanti minus grati erunt.

8. Declarandum an mitti debet aliquis quotidie fere ad recreationem cum exercitante, ut aliquando factum est, et quo tempore, ac quoties mittendus esset qui mittitur [1].

9. Quod dicitur de uisitatione, pag. 21, aliqui putant esse opus frequentiori visitatione, utpote post singula exercitia, ne res alioquin degeneret in nimiam melancholiam et taedium [2].

10. Pag. 14, iubetur exercitans notare puncta aliqua [3]. Declarandum igitur pag. 22, an petendum quidnam notarit post singula exercitia; nisi enim petatur, experientia docuit negligenter exercitia fieri.

11. Cum uisitandus sit semel in die, ut dicitur pag. 21 et 22, et nihilominus quatuor horis ordinarie debet meditari, declarandum quo tempore, et an simul uel seorsim omnes quatuor meditationes dandae sint, et quomodo vna visitatione omnium quatuor exercitiorum totius diei puncta proponere et explicare, ut dicitur pag. 24 [4].

12. Quod dicitur, cap. 1, de introducendis monachis ad exercitia, res possit uideri multis odiosa, ne uideamur esse uel [b] reformatores monachorum. Sunt etiam aliqui in ea sententia, non facile inducendos alios in exercitia, praesertim studiosos, ne uideamur illos uelle capere, sed tantum eos qui sponte et ardenter petunt.

13. Quod dicitur pag. 28, de instituendis aliis in modo tradendi exercitia, experientia aliqua docuit rem non succedere, et hanc gratiam esse quasi propriam Societatis, nec aliis facile communicandam.

14. Pag. 30, explicandum esset quoties et quibus temporibus instructor debet adire domos eorum, qui domi faciunt exercitia.

15. Item, quod dicitur cap. 6, pag. 32, de exercitiis bis uel ter a nostris faciendis, bonum est ut saepius faciant, et declaretur quibus temporibus fieri debeant.

16. An fratres cum faciunt exercitia debent habere librum Exercitiorum et quaerere ea, quae pag. 33 dicuntur quaerenda ab instructore, an uero ad sacerdotes tantum hoc pertinet [c].

17. Vtrum nostri, cum uolunt se recolligere, possint soli per se facere exercitia sine instructore, ut alicubi fieri dicitur, ita tamen ut finitis exercitiis, Pater aliquis exigat fructum et rationem exercitiorum [d].

---

[a] exercitans *apogr.*; *sed ex consequentibus et ex pagina 19 Directorii colligitur legendum esse* exercitanti.—[b] *Sic: fortasse* uelle.—[c] Patres nisi non habent librum *in marg.*—[d] Fiat *in marg.*

---

[1] Ibid., 8, *Di. Aeg.*, f. 3v., «Numero 578», supra, p. 903; *Di.*, c. VI, n. 3.
[2] Cf. *Judicium Deputatorum*, n. [5], supra, p. 1106.
[3] Ibid., n. [4].
[4] *Di. Po.*, n. 53, supra, p. 808.

18. Pag. 33 dicitur non esse danda in scriptis exercitia accomodata religioso statui, cum pag. 35 dicatur id fieri posse [1].

19. Pag. 34 vult ut exercitia primae hebdomadae minori spatio quam tridui expediantur a nostris, cum tamen externis, qui nunquam antea fecerunt exercitia, tantum temporis detur, imo ex libris Exercitiorum omnia exercitia primae hebdomadae deberent vna die peragi [2].

20. Nostri semper cum faciunt exercitia, debent facere talem confessionem generalem qualis praescribitur pag. 35? [a].

21. Num idem modus quoad fundamentum, examen generale, particulare et quotidianum, seruandus cum nostris, cum secundo tertioue faciunt exercitia, qui praescribitur cap. 8, 9 et 10 [b].

22. Pag. 42. dicitur exercitantem uisitandum aliquoties dum meditatur fundamentum. Ante uero dictum est ut semel in die uisitetur: et quid est illud, aliquid noui, quod semper in scriptis afferri debet dum durat meditatio fundamenti: num noua exercitia, uel nouae instructiones, uel nouae explicationes fundamenti.

23. Declarandum, pag. 42, quo tempore uti debet examine particulari, et circa quid dum est in exercitiis [c].

24. Explicandum, pag. 43, an examen quotidianum sit in exercitiis faciendum simul cum examine particulari: an uero alio tempore.

25. Declarandum pag. 52 [d], cap. 9, quod in fundamento et examinibus debet unus dies consumi [3]; hoc enim colligitur ex initio capitis 10.

26. Quod dicitur de additionibus, pag. 48, bonum est ponere cap. 9, cum debent praecedere.

27. Cap. 10 uel 4 explicandum esset an permittendum exercitantibus ut describant exercitia, quae in chartis dantur, et secum auferant.

28. Circa pag. 43, quaeritur, utrum examen generale sit dandum illis, qui alias fecerunt exercitia et generaliter sunt confessi, et an tales adducendi sunt ad confessionem generalem denuo faciendam.

29. Pag. 44 apparet primam hebdomadam exercitiorum totam per-

---

[a] *Supplemus interrogandi signum, cum tota oratio interrogare videatur.*—[b] Ita *in marg.*—[c] Tractetur *in marg.*—[d] *Sic pro* 42.

---

[1] In p. 33 dicitur ne dentur in scriptis ita ut videri possint ignatiana Exercitia mutari; in p. 35 facultas datur illa exercitia addendi, quod fieri potest servatis ignatianis.

[2] Ita rem leviter inspicienti videri potest; sed vide annotationem undevicesimam ex viginti primis in libro *Exercitiorum*, supra, p. 244. Vide quoque in p. 274, annot. 1, et cf. *Di. Ignatiana*, II, [1] et [2], supra, p. 782, III, 13, supra, p. 793; *Di. Po.*, nn. 53-55, supra, pp. 808-809; *Di Gra.*, c. III, supra, p. 952, praesertim locum «El 4 día», p. 953, ad finem.

[3] Cf. *Judicium Deputatorum*, n. [8], infra, p. 1107.

fici tribus diebus. Quid ergo reliquis diebus faciendum. Num eadem exercitia denuo repetenda et eodem ordine quo prius [a].

30. Si citius non monentur de confessione generali, quam dicitur cap. 11, pag. 49, multi dies elabentur antequam confiteantur generaliter, ut experientia docuit; nam grandiores uix duobus interdum diebus se possunt parare.

31. Bonum esset ut eadem essent ubique exercitia, de quibus dicitur pag. 50 [b], propter conformitatem tenendam [1].

32. Bonum esset nominare aliqua certa et meliora directoria [2] ex melioribus de quibus mentio fit pag. 51.

33. Quomodo potest prorogari prima hebdomada, nisi repetendo eadem exercitia aliquoties; uel noua dando; ideo esset hoc plenius declarandum [3].

34. Ex illis 5 membris, quae habentur pag. 62, cap. 15, bonum esset facere quinque distincta capita propter confusionem vitandam et seruandum meliorem methodum.

35. Num regulae de spiritibus, de quibus agitur pag. 73, sint dandae illis qui non eligunt statum.

36. Pag. 68, linea 12, uidetur deesse aliquid.

37. Loca Scripturae, de quibus pag. 91, essent colligenda, vt essemus uniformes in iis tradendis.

38. Bonum est ut in 1.ª hebdomada aliqua fiat mentio de modis orandi dandis exercitantibus, de quibus fit mentio pag. 94.

VIII

JUDICIUM DEPUTATORUM AD DIRECTORIUM EXERCITIORUM ANNI 1591 RECOGNOSCENDUM [4]

✠

IN DEPUTATIONE PRO EXERCITIIS, PRAEFECTO P. AEGIDIO GONZALEZ [5]

Primo. Visum est omnibus ut percurreretur [c] ab omnibus liber Directorii [6].

---

[a] Repetatur *in marg.*—[b] *Sic pro* 47.—[c] percurretur *ms.*

---

[1] Ibid., n. [14], p. 1108.

[2] Ad generalem confessionem parandam.

[3] Supra, ad nn. 19 et 29; item *Di.*, c. XV, n. 4.

[4] Ex apographo, quod est in capsa, in qua continentur libri Exercitiorum; 8 ff. (4 pagg. vacuae sunt). Exstat aliud exemplum recens ex illo perperam exscriptum.

[5] Vide *Praefationem*, art. III, ad finem, supra, p. 775.

[6] Quod anno 1591 Romae excusum et experimenti causa in provincias missum est. Hoc habes supra, pp. 1105-1178.

2.° Visum est ut in librum ipsum Directorii romani insererentur, ea, quae ad materiam Directorii faciunt, si quae huiusmodi haberentur allata ex prouinciis, qualia sunt quae Mediolano missa sunt [1], seruato nomine et ordine eiusdem Directorii quoad fieri posset.

3.° Vt reuiderentur etiam Directoria, quae sunt in romano archivio [2] ex quibus romanum hoc confectum constat, ut constaret quorum in primis haberi ratio deberet ex his, quae se examinanda offerebant in Directorio eodem.

4.° Coeperunt legi quae a diuersis in romano Directorio notata sunt, aut desiderabantur.

JUDICIUM DEPUTATORUM PRO EXERCITIIS CIRCA EA QUAE ALLATA SUNT EX PROUINCIIS PRO DIRECTORIO

[1] Prouincia neapolitana [3] petit, ut uniuerse et breuiter initio explicetur praxis meditationis, uidelicet orationis praeparatoriae, praeludiorum, punctorum et colloquiorum etc., ut ex eo initio formetur conceptus saltem rudis ab exercitante, qui etiam hoc modo eam multo facilius intelliget, quam si per partes et interrupte traderetur.

Responsum est ita debere fieri, et uidendam explicationem allatam Mediolano, et inserendam.

[2] Eadem prouincia quaerit an opere manuum detinendus sit interdiu exercitans.

Responsum est, standum esse Directorio, cap. 2.°, et relinquendum prudentiae pro qualitate personarum.

[3] Eadem etiam monet ut occurratur nimiae scriptioni aliquorum exercitantium, qui fuse nimis suos etiam conceptus explicant scripto.

Responsum est, sat bene consultum per Directorium, cap. 2.°

[4] Quaesiuit eadem etiam de contrahendo spatio 5 horarum exercitiorum.

Responsum est, standum Directorio, ibid.

[5] Quaesitum ab eadem de uisitando exercitante, et quibus uicibus, cum cap. 4 Directorii unam uicem sufficere indicetur.

Responsum est, omnes, sed praesertim inexpertos, uisitandos bis, et ita in prima hebdomada faciebat P. Ignatius, et saepius etiam in materia electionis. Denique hoc relinquendum prudentiae instructoris.

[6] Quaesitum de tempore uisitationis, quia Directorium commendat matutinum, ibid.

---

[1] Quaenam illa fuerint, non invenimus.

[2] V. supra, pp. 758-759, indicem Directoriorum, quae ad Directorium Variorum conficiendum adhibita sunt.

[3] Vide supra, *Annotata neapolitana*, in quibus sunt numeri duodecim primi hujus monumenti.

Responsum est, tempus oportunius uideri a prandio et ante cubitum, nisi aliud uideatur instructori.

[7] Circa cap. 6 Directorii quaesitum est ut exercitia nostris nouitiis non dentur omnia simul et in initio.

Responsum est hoc pertinere ad deputationem pro nouitiis [1], qui dixerunt se id iam proposuisse.

[8] Circa cap. 9.[m] eadem prouincia proposuit tamquam dignum consideratione an in meditatione fundamenti debeant poni plures dies, quod supponit Directorium; nam hoc uidetur esse contra usum, et plerisque exercitantibus est infructuosum, quibus sterilis est materia fundamenti.

Responsum est, hoc in primis intelligi maxime oportere, summum momentum ad consequendum exercitiorum finem positum esse in intelligentia exquisita omnimodaque penetratione fundamenti; ob idque P. Ignatium solitum fuisse in eius consideratione duos dies ponere; ac idcirco utilissimum esse si totum fundamentum distingueretur per breuissima puncta, itaque distinctum daretur exercitanti.

[9] Circa cap. X.[m] quaesitum est de praxi illa dandi eodem die plura exercitia: primum uidelicet primae hebdomadae pro prima hora, secundum pro secunda, utriusque repetitionem pro 3.[a] et 4.[a], et sic deinceps; nam id plerisque uidebatur onerosum exercitantibus, et uero etiam infructuosum: utilius autem si iuberetur sistere exercitans in primo exercitio tandiu, quandiu consequutus esset optatum finem, et deinde pergeret ad ulteriora, et post exercitia ad repetitiones.

R.° Ad P. N. Generalem [2].

[10] Circa cap. X.[m], quia dicitur alicubi in libro Exercitiorum [3] addi posse ad exercitia alias aliquas meditationes, ut in finc 4.[ae] hebdomadae de gloria paradisi, et alias alibi, ut de morte etc., quaesitum est a multis [4] ut hae formulae fierent, ne liceret cuique pro suo arbitratu eas formare.

Responsum est, meditationem de morte iam inde a P. Ignatii tempore esse conscriptam: et tribuitur D. Petro Ortiz, meditationem de iudicio opus esse P. Polanci, et ex eius directorio petendam [5].

[11] Circa cap. 19.[m] quaesitum est, quomodo nos gerere debeamus cum nostris coadiutoribus nouitiis, et an debeant dari illis omnia exercitia, ut habetur in regulis magistri nouitiorum et in experimentis, an solum exercitia primae hebdomadae cum tribus modis orandi, quod hic praescribitur faciendum cum rudioribus.

---

[1] V. supra, p. 1095, annot. 1*.

[2] Id est: Responsio: deferatur ad P. Generalem, ut ipse respondeat.

[3] In *Vulgata versione*, et in *Versione prima*, supra, pp. 298, 299; in *Di.*, c. XXXVI, n. 1.

[4] Vide *Annotata Quadrantini*, f. 2, supra, p. 1080; *Theobulcii*, supra, p. 1093; *Neapolitana*, n. 16, supra, p. 1097; *Cracoviensia*, n. 2, supra, p. 1101.

[5] Cf. *Di. Po.*, n. 32, supra, p. 804; et *Summarium punctorum* in fine supra, p. 835.

Responsum, hoc pertinere ad deputationem pro nouitiis: et certum est coadiutoribus ordinarie non danda exercitia per mensem integrum, sed tantum exercitia primae hebdomadae cum modis orandi, et secundum constitutiones modus recitandi rosarium [1].

[12] Circa cap. 21 et 18, quia ibi uidetur ad uiam unitiuam reduci sola 4.[a] hebdomada exercitiorum, quaesitum est cur non etiam 3.[a], quae incipit a sacramento eucharistiae, quod est unionis, et pergit in passione.

Responsum est, etiam 3.[am] suo modo ad uiam illam pertinere, quamuis magis proprium hoc sit 4.[ae]

[13] Quaesitum est a quodam rectore [2] de textu 2.[i] notandi, quod est ante 3 gradus humilitatis, nam in fine est valde obscurus et uidetur nihil dicere; et in editione viennensi est in eodem notando tertii diei, quod non est in romana [3].

Responsum est, ex Autographo P. N. Ignatii illud «tertii diei» male additum esse in editione viennensi, et debere expungi, quia non est in Autographo, et est contra sensum intentum. 2.° Verba illa ultima ex eodem Autographo facere hunc sensum, ut scilicet [a] discussio electionum, aut materia, ut ait Autographum, inchoëtur a meditatione discessus Xpi. e Nazareth Jordanem uersus, quae meditatio est asignata 5.[ae] diei: hispanice enim habet «tomando inclusiue che es del quinto dia» id est, accipiendo meditationem scilicet quae est quintae diei, non inchoando exclusiue ab ea, sed inclusiue. Et quod additur in Autographo et non est in latino «según che se declara lo sieguente» [b] vult dicere illam discussionem faciendam eo ordine qui postea traditur.

[14] A multis [4] quaesitum est ut meditationes illae, quarum fit mentio in Directorio, diciturque eas posse interseri quibusdam locis, ut de uotis etc., conficerentur.

Responsum est remittendam rem instructori, et non debere illa uocari exercitia.

[15] Ab alio quodam Patre [5] propositum est ut in Directorio, pag. 15, versu 27, ubi dicitur cum quibusdam posse dispensari de hora mediae noctis, ita ut quattuor horae maneant etc., adderentur ista: dispensari poterit de hora mediae noctis ita ut quinque tamen horae maneant uel quattuor etc. Id. pag. 59, v. 23, Directorii [6].

---

a 5 *ms., errore librarii.*—b *Vera lectio in Aut. est:* según que se declara en lo siguiente; *cf. supra, p. 368.*

---

1 Part. IV, c. IV, n. 4.

2 Cf. *Di. Fabii*, ad finem, supra, p. 947.

3 Vindobonae, in Austria, editus erat liber Exercitiorum anno 1563; Romae primum anno 1548, secundo 1576; v. supra, *Bibliographiam Vulgatae versionis*, pp. 708-729.

4 Ut supra, not. 4, p. 1107.

5 Cf. *Notata Quadrantini*, initio, supra, p. 1079.

6 Id est, iterum dicitur in p. 59, v. 23 ejusdem Directorii.

Responsum, placere addi illa, quia est conforme 3.ae adnotationi 2.ae hebdomadae, ubi P. Ignatius uult in simili casu retineri interdiu quinque horas: ex qua occasione consultum est Autographum illius annotationis, et uisum est uacare in latino particulam illam «tantum» [1] et post copulam «et» quae est ante uerbum «applicatione sensuum» posse addi unum «postea», nam hispanice est «et después» [a], scilicet copula cum «después» quae magis distinguit illas quinque horas.

[16] Quaesitum ab eodem de sensu annotationis 17, in qua dicitur, scire nolens cogitationes et peccata; et tamen certior factus de cogitationibus [2].

Responsum est, in Directorio posse clarius, pag. 39, explicari rem hanc. Nam certum est P. Ignatium non probasse ut qui dat exercitia audiat confessionem eius qui accipit ordinarie, et tamen uolebat ut fieret certior, non de cogitationibus aperiendis confessario, sed de cogitationibus ad exercitia pertinentibus, et praesertim quae a uario spiritu immittuntur, ut possit dirigere.

[17] Quaesitum est ab eodem, utrum deberet expungi ex libro Exercitiorum in contemplatione de natiuitate, quod B. Virgo ancillulam habuerit, tamquam apocriphum, et repugnans paupertati [3].

Responsum est, in libro Exercitiorum haberi «ut pie meditari licet», quae uerba sunt de manu ipsius P. Ignatii in Autographo, ac ideo bene habet liber, et nihil immutandum.

[18] Quaesitum ab eodem, an illa uerba, in meditatione de Mariae Magdalenae conuersione «siue Maria Magdalena soror Marthae fuerit siue alia» sint retinenda, cum euangelista teneat esse eandem Magdalenam [b] sororem Marthae.

Responsum, in Autographo hispano illa uerba non haberi.

[19] Quaesitum ab eodem, an sit retinendum in Exercitiis, ut habetur, punctum de Barrabba dimisso et Domino condemnato ante historiam missionis Xpi. ad Herodem, cum secutum sit in Euangelio eamdem missionem.

Responsum est, ordinem Exercitiorum, tamquam a P. Ignatio institutum, esse uenerandum [4]. Hoc tamen quaesitum postea considerandum melius.

[20] Quaesitum ab eodem utrum verbum «sitio», quod est unum ex 7 a Domino in cruce prolatis, sit relinquendum 4.° loco, ut ponitur

---

[a] *Ita, nisi quod in Aut. pro* et *dicitur* y, *cui verbo latinum* et *respondet.*—[b] Madalenam *ms.*

---

[1] Textus *Vulgatae versionis* mutatus non est; addita tamen declaratio, quam vide supra, p. 338, annot. *

[2] Cf. *Notata Quadrantini*, f. 2, supra, p. 1080.

[3] Ibid., f. 4v, supra, p. 1083.

[4] Cf. quae Mysteriis vitae Christi praenotata sunt, supra, pp. 448-449.

in libro Exercitiorum, an uero reponendum 5.° loco, ut significant euangelistae esse ponendum.

Responsum, enumerari a P. Ignatio illa 7 uerba, ut sciatur quae fuerint, non quo prorsus ordine collocanda sint; et notatum est quod uox illa «deinde» [a] quae est in editione ante «sitio», non est in hispanico textu; et ideo si quod est erratum, error est interpretis latini, et ideo tollenda.

[21] Quaesitum ab eodem cur in 2.ª hebdomada contemplatio de praedicatione Xpi. in templo ponatur decima die, cum secuta sit post contemplationem XI.ae et 12.ae diei, et sic collocetur in libro Exercitiorum in ordine mysteriorum.

Responsum est, id esse dignum consideratione, propterea quod certum sit ex Autographo ita esse a P. Ignatio collocatam illam historiam, ut cadat in 10.am diem 2.ae hebdomadae etc.

[22] Quaesitum ab eodem, utrum illa verba quae sunt in libro Exercitiorum 4 hebd. de apparitione facta B. Virgini «ut pie et uerisimiliter credendum est» sint relinquenda, cum uideantur pugnare cum illis, quae habentur infra in mysteriis uitae Christi, ubi dicitur hoc pro certo habendum.

Responsum est illa uerba non esse in Autographo hispano.

[23] Quaesitum est ab eodem de apparitione facta Josepho ab Arimathia [b], ut dicitur in agiographis.

Responsum, illam apparitionem poni a P. Ignatio, illud autem in agiographis non, sed ita «como píamente se medita, y se lee en la uida de los Santos», et sunt uerba manu propria a P. N. Ignatio ibi posita [1].

[24] Quaesitum ab eodem cur apparitio patribus in limbo ponatur inter apparitiones post resurrectionem, ut habetur apparitione 13.

Responsum est poni cum illo addito, quod apparuerit iisdem, quorum animabus in limbo apparuerat, postquam resumpserit corpus; illud «resumpto corpore» ponendum ex autographo in fine 2.i puncti illius apparitionis, tollendum autem a 3.° puncto, ubi nunc in editione latina [2].

[*Inscriptio*]

† De deputatione Patrum congregatorum pro Directorio exercitiorum.

Primo. Quaesitum est utrum Directorium sit totum percurrendum prius; et responsum est, ita faciendum.

2.° Coeperunt legi, quae allata sunt circa Directorium, et primo quae ex prouincia neapolitana; et responsio affixa est margini singulorum capitum propositorum.

[a] *Hoc* deinde *non est certe in textu hispano; sed in editionibus latinis reperitur post* sitio, *non ante.*—[b] Arimatha *ms.*

[1] Cf. *Notata Quadrantini*, supra, p. 1087, annot. 2.

[2] Cf. supra, p. 507, annot. 5, et p. 508, annot. a.

IX

DIRECTORIUM EXERCITIORUM SPIRITUALIUM

S. P. IGNATII DE LOYOLA

FLORENTIAE EDITUM ANNO 1599 [1]

[1] Collatum cum exemplari bibliothecae Exercitiorum angiensis (Enghien, in Belgio). Hujus Directorii fontes notatos invenies supra, sub Directorio anni 1591, pp. 1011-1078.

DIRECTORIVM

EXERCITIORVM

SPIRITVALIVM

B. P. N. Ignatii.

JHS

FLORENTIAE

Apud Philippum Iunctam.

M D I C.

Directorium exercitiorum spiritualium ante aliquot annos typis excusum eo consilio ad Prouincias missum fuit, vt antequam suprema manus operi imponeretur, vsus atque experientia docerent, an aliquid addi, aut detrahi, vel etiam commodius dici posse videretur: atque in hunc finem omnes monuimus, vt si alicui tale quidpiam occurreret per suos superiores ad R. P. N. Generalem Romam mitteret; cum autem quaedam a nonnullis obseruata, ac Romam transmissa fuissent, iis omnibus in quinta Congregatione Generali a Deputatis Patribus ad Directorium recognoscendum diligenter, atque exacte discussis, iterumque a R. P. N. Patribusque Assistentibus accurate perpensis, ad hunc tandem modum Directorium accommodari posse visum est: speramusque laborem hunc non solum probatum iri, sed etiam iis qui spiritualia exercitia traduri sunt valde vtilem fore. Reliquum est, vt hac occasione nostri (vt plenius ad Prouinciales communibus literis scriptum est) in posterum ad exercitia spiritualia frequentanda studiosius incumbant, et aliis etiam maiori cum vtilitate tradere studeant.

Datum Romae Calendis Octobr. 1599.

Mandato R. P. N. Generalis.

Iacobus Dominicus Secretarius.

PROOEMIVM

DE DIGNITATE,

ET VTILITATE EXERCITIORVM,

ET

DE NECESSITATE DIRECTORII

Instrumenta salutis. Const. p. 4. c. 8. §. 5. p. 5. c. 4. §. 8.

1 INTER *alia instrumenta, quae Deus pro sua bonitate, ac elementia, Societati nostrae, tum ad propriam, tum ad proximorum salutem, perfectionemque procurandam largiri dignatus est, non postremum locum habent spiritualia exercitia.*

Documenta ex unctione Spiritus Sancti.

2 *Haec enim sunt spiritualia quaedam documenta, quae, vt in huius libri praefatione dicitur, non tam ex libris, quam ex unctione Spiritus sancti, et ex interna experientia, et vsu, noster in Christo Pater* [a] *Ignatius composuit. Haec sunt lumina, quae ei Dominus in ipso primo conuersionis feruore inspirauit, ac deinde in omni progressu eius virtutis, et sanctitatis semper confirmauit.*

Necessaria ad bene orandum directio.

3 *Quemadmodum igitur Dominus Deus ideam totam Societatis nostrae, tum exteriorem, tum etiam quae ad interiorem virtutum formam pertineret, ei tanquam capiti, et fundatori communicauit, ita etiam, cum oratio, et communicatio cum Deo sit tanti momenti, vt magna ex parte religiosa obseruantia, ac spiritualis profectus ex ea pendeat, plurimum referebat habere hanc methodum, et directionem ad orationem faciendam ab eodem Capite nostro, quam nos quoque omnes sequeremur, et prae oculis semper habere conaremur.*

Usus Exercitiorum magnopere a S. P. N. commendatus.

4 *Atque haec causa est, cur ipse P. N. Ignatius in omni sermone, vt accepimus, et vero praxi ipsa tantopere nostris commendare soleret vsum horum exercitiorum; ac in Constitutionibus quoque tam crebro eorum mentionem faciat, et praesertim parte 4. c. 8. §. 5. vbi dicitur, omnes operam dare debere, vt in hoc armorum spiritualium genere tractando, quod tantopere conferre cernitur ad Dei obsequium, dexteritatem habeant. Extat etiam eius epistola ad Sacerdotem quendam Mionam nomine, qui Parisiis*

[a] B. P. *NE., i. e. nova editio Directorii facta anno 1893: quae quoties nominat S. P. Ignatium*, Beatum *eum appellat, neque id a nobis amplius notabitur.*

fuerat eius Confessarius, in qua [a] *satis manifeste ostendit, quid ille sentiret de his exercitiis. Monet enim eum atque etiam instanter rogat, vt ea faciat diligenter, et si fecerit, promittit ei magnam vtilitatem spiritualem, tum in se ipso, tum ad alios quam plurimos iuuandos, idque verbis valde grauibus, et significantibus.*

Ab aliis eorum commendatio.

5 *Idem vero testimonium dederunt alii, et plurimi, et quidem insignes viri, et doctrina, et virtute, et rerum humanarum experientia, ac praecipue etiam spiritualium peritia, qui cum haec exercitia re ipsa experti essent, ita ea probarunt, vt illorum vsu maiorem quam sperare ausi essent, suarum animarum fructum se consequutos esse tum verbo, tum scripto libenter praedicarent.*

Auctoritate Pontificia approbata.

Ex bulla [b] Pauli-li 3.

6 *Sed prae omnibus est auctoritas Sedis Apostolicae, quae diligenti examine doctorum virorum praemisso haec exercitia approbauit anno M.D.XLVIII. vt pietate et sanctitate plena, (haec enim sunt eius verba) et ad aedificationem spiritualemque fidelium profectum valde vtilia.*

Utilitas eorum maxima, multorum experientia comprobata.

7 *Postremo est etiam ipsa experientia ingentis, ac prope incredibilis vtilitatis, quae ex his exercitiis faciendis subsequi solet. Primum enim plurimi ex nostris, praesertim primis temporibus, hoc modo spiritum vocationis acceperunt, vt vere dici possit Societatem nostram, hoc maximo medio, et initio coaluisse, et postea incrementum accepisse. Deinde plurimi etiam alii relicto mundo alios religiosos ordines ingressi sunt, multi iam ingressi, egregie reformati sunt, nec singuli tantum, sed saepe integra Coenobia. Complures etiam in saeculo ipso cum ita vitiis addicti essent, vt nullo modo neque cohortationibus, neque concionibus auelli possent, hoc vno sese conuerterunt, et ad meliorem vitam constanter ducendam reuocarunt. Denique negari non potest, quin valde magnus fructus in omni hominum genere, et statu, et conditione effectus sit, et vbi eorum vsus magis viget, ibi etiam multo maior morum reformatio cernitur.*

Exercitiorum praecipui fructus.

8 *Nec debet aliquis mirari quod tanti effectus consequantur et quidem non admodum longo tempore: addo etiam, non adeo magno labore. Nam cum Dei voluntas sit sanctificatio nostra, vt ait Apostolus, et ideo bonitas illa immensa semper parata sit sua dona effundere super creaturam suam sine dubio, si ipsamet non poneret impedimentum sed potius seipsam disponeret, facile, ac breui magnas a Deo gratias consequeretur. Hoc igitur faciunt haec exercitia, et sane valde efficaciter, vt animam disponant ad haec dona accipienda. Primum enim remouent eam ab omni aliarum rerum, ac negotiorum occupatione,*

1 Thess. IV, 3.

---

[a] *Sic NE.*; quo *Di.*— [b] *Sic Di.: dicendum fuit* brevi; *v. supra, p. 216.*

et quasi ad solitudinem quandam ducunt, vt et Deus ad eius cor loquatur, et ipsa faciat quod dicitur in Psalm. Vacate, et videte quoniam ego sum Deus. Deinde vero posito statim ante oculos vltimo hominis fine, nempe aeterna beatitudine ostendunt primum quantum hactenus aberrauerit, et ita peccatorum dolorem, et odium ingenerant, deinde virtutum pulchritudinem aperiunt et Christi Domini exemplo ad eius imitationem accendunt. Denique etiam modum tradunt totius vitae ex Dei regula, ac voluntate reformandae, siue status ipse mutandus sit, siue non mutandus, verum in melius corrigendus.

Psal. XLV, 11.

Nostris eorum usus commendatur.

9 *Cum ergo horum exercitiorum tantae sint vtilitates, tantique* [a] *fructus, facile apparet, quam eorum vsus nostris omnibus commendatus esse debeat, si praesertim illud addamus, quod cum humilitate cognoscere possumus, et certe etiam debemus, hoc totum quodcunq. est nempe peculiarem hanc instructionem, ac modum meditandi, et peculiaria haec documenta tam vtilia, tamque solida esse praeclarum quoddam donum, ac munus a Deo datum Societati nostrae. Quare cum id Deus nobis donarit, et ideo donarit, vt vteremur, non est dubium quin hoc ipsum excitare omnes debeat, vt auidius vtamur, nec talem thesaurum absconditum, et quasi defossum inutiliter teneamus.*

Methodus necessaria in Exercitiis tradendis.

10 *Verum quam vtilis est hic exercitiorum vsus, quem dicimus, tam etiam est necessarium aliquam methodum habere in iis tradendis: tum quia non omnes eandem peritiam, aut dexteritatem habere possunt, tum quia non omnia hoc exercitiorum spiritualium libro comprehendi potuerant* [b]*, et ideo sunt in eo aliqua paulo obscuriora, quod ad praxim attinet, tum deniq. etiam, vt seruetur a nostris omnibus vniformitas, et non suo quisque ingenio, et placito exercitia interpretetur, ex qua re* [c] *noui, ac varii subinde modi introducerentur.*

Congregationis primae generalis auctoritate Directorium confectum.

11 *Has igitur ob causas Congregatio prima generalis inter alia, quae necessaria iudicauit ad proximos iuuandos, et nostros operarios dirigendos hoc etiam constituit tit. 6. decret. 28. vt conficeretur Directorium tradendorum exercitiorum, eiusque rei curam Generali Praeposito commendauit.*

Antiquioribus Patribus discutiendum datur.

12 *In quo cum aliqui Patres diligenter laborassent, vel pro sua deuotione, vel Superiorum iussu, visum est P. N. Claudio Acquauiuae, tum hunc eorum laborem, tum etiam quae nonnulli alii adumbrauerant, quibusdam antiquioribus Patribus in Societate mittere, vt ea viderent, et iudicium de iis ferrent, et praeterea si quid occurreret, quod addi posset, in scriptis man-*

---

[a] tantusque *NE.*—[b] potuerunt *NE.; eadem claudit parenthesi 12 vv. sequentia.*—[c] *Deest hoc v. in Di.; illud supplemus ex NE.*

darent. Ex quorum omnium sententiis, ac iudiciis ea quae ad nostrum propositum accommodatiora visa sunt, in hoc Directorium selecta, et suis locis digesta sunt, ad Dei Domini gloriam, et Societatis nostrae, proximorumque spiritualem profectum.

Quomodo inducendi sint homines ad Exercitia. Cap. I.

In aliis excitandum desiderium. *Par. 4. c. 8. lit. E.*

1 DICITVR in nostris Constitutionibus cum exercitiorum ratio redditur, non solum id agi debere, vt aliis satisfiat, sed etiam vt in aliis desiderium excitetur, vt eisdem iuuari velint. Ex quo apparet oportere hoc esse nostris propositum, vt quotquot possunt ad agenda exercitia suauiter inducant, quoniam cum charitas, et zelus animarum nos mouere debeat, ad desiderandam, et procurandam earum salutem, et perfectionem, eadem etiam impellere debet ad eam rem, quae adeo apta, et adeo efficax est ad illud vtrunque in eis operandum.

Discrete et modeste fiat.

2 Est tamen opus prudentia, vt id discrete, et modeste fiat, nempe tempore, et loco conuenienti, sine molestia, aut offensione, et nominatim cauendo, ne suspicio praebeatur, quod ad religiosum statum trahere velimus. Hunc autem modum prudentem, et cautum inuitandi ad exercitia suggeret sua cuique prudentia et Spiritus sancti vnctio, quae vt in aliis, ita in hoc diriget, et iuuabit suos operarios.

Quinam modus tenendus.

3 Pater noster Ignatius ita sentiebat, et monebat optimum modum esse in confessione non importune, atque ex abrupto, sed aliqua commoda occasione, vel e re nata vel dextre [a] accersita: aut etiam extra confessionem, cum cernitur aliquis non adeo contentus statu suo, siue propter aliquem scrupulum intrinsecum, siue propter molestiam extrinsecam, vt si non bene ei succedant negotia, vel si non bene a suis tractetur, vel ob aliam similem causam. Interdum etiam optima est commoditas ex ipsis vitiis, aut lapsibus alicuius, cum praesertim aliquo Dei lumine afflatus ea cognoscit, et dolet, et cupit emendationem. Tunc enim saepe opportunum est proponere ei hoc quasi remedium eius infirmitatis.

Exercitiorum fructus indicandi.

4 Quaecunque vero occasio accipiatur indicandi sunt magni fructus, qui ex his exercitiis consequi solent, pax, et quies animae, lumen interius, et cognitio ad bonam gubernationem totius vitae quocunque in statu.

---

a dextere *VE.*

Exempla eorum, qui fecerunt, proponenda.

5 Iuuat etiam proponere aliqua exempla aliquorum, qui ea fecerint cum fructu, ita vt postea valde contenti fuerint, ipsaque morum mutatione testati sint quantum in eis profecerint, et ad hoc etiam confert indicare consolationes spirituales, et gustus, quos habuerunt, nimirum ne labore deterreantur. Verum in his exemplis commemorandis abstinendum esset ab iis, qui religionem ingressi sunt (vel certe hoc postremum tacendum) et ii potius narrandi, qui in melius mutati in saeculo manserunt, quoniam facile fieri potest, vt quem hortari volumus, idem sibi timeat, et ideo refugiat exercitia.

Omnibus necessaria.

6 Immo vero haec ipsa opinio eripienda esset hominibus, vt putent solis religiosis aut iis, qui religiosi fieri volunt, conuenire exercitia. Nam cum omnes egeant gratia Dei, non solum religiosi, sed etiam saeculares propter pericula, in quibus assidue viuunt, ideo ipsi quoque debent ea adiumenta quaerere, ex quibus ad hanc gratiam hauriendam quam maxime disponantur.

Qualis mens S. P. N. et quibus danda Exercitia.

7 Notandum est tamen si loquamur de integris, et plenis exercitiis eam fuisse P. Ignatii sententiam, vt non omnibus passim darentur, sed selectis tantum, et qui habiles ad maiora viderentur. Quod ita esse aperte videmus ex quadam instructione, quae conscripta dicitur ipso dictante, quae sic »habet. Non mihi videtur expedire quenquam hortari ad facienda exer»citia, nisi has conditiones, vel saltem praecipuas habeat. Primo vt »eiusmodi sit, qui sperari possit valde vtilis futurus domui Dei, si ad »eius obsequium vocatus fuerit, Secundo si nondum habeat eiusmodi »talenta iam acquisita artium, ac scientiarum, quae hoc praeseferunt. »saltem vt eius aetatis, atque ingenii sit, vt ad ea aliquando peruenire »posse videatur, Tertio vt liberum sit ei de se ipso statuere, etiam »quoad statum perfectionis amplectendum, si Deo placeret eum vocare: »Quarto vt ad spiritualia affectus videatur, habitumque corporis ho»nestum, ac decentem habeat, Quinto vt non ita alieni rei sit addictus, »vt ab ea difficulter videatur posse dimoueri, et ad eam aequalitatem »perduci, quae requiritur ad hoc negocium animae cum Deo recte tra»ctandum. Ac quanto magis quisque dubius est de vitae suae rationi»bus, et cupidus sciendi quid facere debeat de sua persona, et [a] denique »quanto aptior ad Ecclesiam iuuandam, tanto etiam magis simpliciter »loquendo, idoneus erit ad exercitia facienda. Qui vero has conditiones »non haberent, vel qui matrimonio iuncti fuerint, aut alioquin inhabi»les, non debent iis tradi exercitia omnia, maxime si alii aptiores ea »peterent, vel nostri aliis occupationibus distinerentur. Possent tamen »dari eis aliquae meditationes primae hebdomadae, idque si fieri pos-

---

[a] *Hoc v. omissum est* in *NE.*

»sit, in ipsis eorum domibus, hortando eos, vt in aliqua remotiori domus »parte se colligant, vnde non nisi ad missam, et Vesperas egrediantur, »aut quando ad meditationes accipiendas veniunt, hisque addi poterunt, »si ita videatur, aliqua exercitia, vt triplex modus orandi, et similia. Haec Pater Ignatius, quae eadem licet paulo breuius habentur etiam in Const. p. 7. c. 4. lit. F.

Quomodo dispositus esse debeat, qui ad exercitia facienda accedit. Cap. II.

Exercitia aggressurus eorum necessitatem intelligat.

1 QVi ad exercitia agenda aggreditur, primo eniti debet, vt intelligat quanta sit res, quam aggreditur, nempe quae non solum ad animam pertineat, sed ita pertineat, vt si modo ea diligenter praestet, quae debet, iacturus sit fundamenta spiritualis sui profectus, quae deinde tota eius vita vsui futura sint. Ex quo intelligat, quantam * alacritatem et diligentiam, et fortitudinem etiam ad tantum opus, tantumq. negocium afferre debeat. Itaque statuat ipse secum viriliter agere, et omnia impedimenta diuinae gratiae reiicere; et omnes animi sui vires intendere, vt huic gratiae cooperetur, et se ad eam recipiendam quam poterit optime disponat.

* *Annot. 5. ex 20.*

A curis et negotiis segregatio.

* *Annot. 20.*

2 * Hanc ob causam ab omnibus aliis negociis domesticis prius se expediat, vel certe ea aliis interim committat, ac toto tempore omne sibi amicorum, ac familiarium immo etiam nunciorum, aut litterarum commercium interdicat. haec enim mentem implere solent variis cogitationibus, quae deinde magnopere distrahunt, et conceptum, si quis est, feruorem restinguunt. Immo vero omnem etiam aliam cogitationem de quauis alia re excludere curet, perinde ac si nullum aliud negocium in hoc mundo haberet.

Cum spe aggrediatur.

3 Habeat deinde magnam spem in Domini bonitate, et liberalitate, qui cum etiam errantes requirat, et fugientes sequatur, multo magis qui ad se bono animo accedunt recipiet, et complectetur. Quare confidat in illa infinita clementia, quae cum pium illud desiderium dederit, dabit etiam gratiam, ac vires exequendi bene, ac fructuose, siquidem eius voluntas est sanctificatio nostra.

Qualis finis.

4 Inter caetera vero ita etiam animo constitutus esse debet, vt libenter et auide exercitia haec aggrediatur non tam, vt spirituali dulcedine fruatur, quam vt Dei voluntatem de se intelligat, suumq. affectum a terrenis omnibus auellat, et eum in suo Creatore collocet. Illud vero maxime necessarium, ut praeter hoc desiderium proficiendi in spiritu, sit etiam bene resignatus in benepla-

cito Dei, in iis in quibus adhuc liber est, itaq. animo paratus sit, vt quicquid a Deo cognouerit faciendum esse, omnino exequi decreuerit.

Quomodo aggrediatur Exercitia.

5 Quare non debet quisquam deliberationem aliquam secum afferre, a qua dimoueri nolit. Deinde non debet etiam modum ac terminum ipse ponere Dei donis, ita vt vsque ad quosdam limites se illuminari, ac iuuari velit, non autem amplius. Nam praeterquam quod valde indecens est, vt creatura hoc modo agat cum suo Creatore, valde etiam sibi ipsi nocet, primum quia seipsum priuat illis maioribus donis, quae Deus fortasse daturus erat; deinde quia illa ipsa illiberalitas, et restrictio, et ingratitudo in Deum meretur, vt ne ea quidem accipiat, quae vellet accipere. Quare debet potius animi sinum dilatare, vt quam maxime possit sese cum Deo coniungere, et quam maxime ab eo ditari, et locupletari thesauris istis caelestibus desideret. Atque haec quidem obseruanda sunt ei erga Deum.

Qualiter se gerat circa dantem Exercitia.

6 Erga eum vero qui daturus est exercitia, ita se gerere debet, vt eum accipiat, vt magistrum, et ducem huius itineris dubii, et periculosi; et ideo etiamsi alioqui prudens sit, vel doctus, et in rebus agendis exercitatus, tamen pro hoc tempore non confidat suae prudentiae, vel doctrinae, sed totum sese committat huic suo duci, ac quemadmodum ait Apostolus, Stultus fiat, vt sit sapiens, illudque Beati Petri monitum exequatur; sicut modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Itaque instructorem suum ita intueatur, tanquam Dei instrumentum ad hoc sibi missum, vt eum dirigat, et perducat per eam viam quae ad vitam ducit. Quam ob causam cum omni reuerentia, et alacritate, et confidentia excipere debebit, quae ei proponet.

1 Cor. III, 18.

1 Pet. II, 2.

Nihil celandum.

7 Praeterea nihil eum celet, nihil dissimulet, sed sincere totum cor suum ei patefaciat, et candide referat quomodo singulae meditationes successerint, quas in eis, vel extra eas reliquo tempore consolationes, desolationes, lumina, vel bona desideria senserit. Denique obediat ei in omnibus perfecte, neque alias meditationes, aut alium ordinem teneat quam ille praescripserit, idemque in poenitentiis, et corporis castigationibus; et in summa hoc sibi persuadeat, quo diligentius, et exactius illius ductum sequetur, eo aptiorem fore ad Dei gratiam largius accipiendam, quia illa humilitas, et illa simplicitas valde Deo placet, et cum talibus est eius sermocinatio. Haec igitur necessaria quidem sunt, vt plenior fructus eliciatur.

Quae proponenda faciendi Exercitia.

8 Sed tamen si is, qui tradit [a] Exercitia timeret ne si omnia proponat exercitia facturo, fortasse eum deterrerent, ac retraherent, melius esset, vel aliqua

[a] tradet *MX*.

tantum horum proponere ab initio, vel non admodum exaggerare, sed si postea cum gustu spirituali eum affici viderit, magisque capacem ad haec portanda, tunc eum paulatim excitare ad exercitia peragenda cum omni perfectione.

De quibus monendus sit Exercitia ingrediens, et de tempore meditandi. Cap. III.

Exacta observatio.

1 SVnt etiam alia, de quibus monendus est qui facit exercitia, sed quia haec continentur in annotationibus; vel regulis scriptis in libro exercitiorum, non est, quod hic repetantur. Hoc tamen de iis addendum, debere eum omnem diligentiam ponere in eis obseruandis quoniam quo diligentior in hoc fuerit, eo citius, et vberius inueniet fructum spiritualem, qui quaeritur.

Quos libros habeat et legat.

2 Illud etiam in particulari attingi potest, non debere eum legere nisi scripta, quae ei traduntur, nec libros habere in cubiculo, vt occasio legendi praecidatur, praeter Breuiarium, si Sacerdos sit, aut Officium Beatae Virginis, si tamen instructori videbitur, posset in prima hebdomada legere librum Gersonis de imitatione Christi, in secunda aliquid ex Euangeliis, et Sanctorum vita, vt dicitur in annotationibus post primam meditationem secundae hebdomadae. Sed has vitas sanctorum oporteret esse selectas, et valde accommodatas ei, qui facit exercitia, vt si esset vxoratus, oporteret ei tradere vitam alicuius qui sancte vixisset in saeculo, similiter in religiosis, et in aliis similibus. Quare is labor, et diligentia esse deberet instructoris in idoneis seligendis.

Quae mysteria legenda.

3 Porro in Euangeliis non debet legere nisi illud mysterium, quod eadem hora, vel die est meditaturus, vt habetur in primo notab. [a] post quintam contempl. 2. hedbomadae.

Qui libri, si taedium subrepat.

4 Tamen si post factam meditationem taedio affici videretur, ac potius tempus perdere, posset etiam, vt dictum est, addi aliquis alius liber, vt prima hebdomada, Dionysius Carthusianus de quatuor nouissimis, Confessiones sancti Augustini, aut similes; hoc aduertendo, vt non solum boni et vtiles sint, verum etiam apti, et opportuni ad gignendum illum affectum, qui eo tempore in exercitiis quaeritur, vt contritionem, vel timorem, vel Dei amorem. Quinetiam monendus est, et docendus vt ipsam lectionem dirigat ad meditationem, nimirum non legendo cursim auiditate sciendi, et videndi noua, sed immorando, et perpendendo accurate ea quae legit, et intrando in eosdem affectus.

---

[a] notando *NE.*

Quae scribenda..

5 Quod de legendo dicitur, idem de scribendo dicendum. Nihil enim aliud scribi debet praeter ea quae pertinent ad orationem, nempe puncta aliqua quae Dominus communicauerit in meditatione, vel etiam extra meditationem, quae tamen breuissime notanda sunt, non diffuse per modum sermonis. Haec autem puncta possunt esse duplicis generis, vel practica quae pertinent ad agendum, vt sunt desideria quaedam, aut firmae deliberationes faciendi aliquid, vel quae pertinent ad cognoscendum, vt sunt quaedam veritates, aut lumina circa aliquam materiam, vt alicuius virtutis v. g. humilitatis, contemptus mundi, patientiae etc. vel etiam in aliqua materia meditationis, vt incarnationis, vel passionis Domini, et similia eiusmodi praesertim, quae sint quasi axiomata quaedam, et viam aperiant ad bene percipiendas, et [a] meditandas illas materias.

Lectionis et scriptionis moderatio.

6 Sed illud cauendum ne, vel legendi, vel scribendi dulcedine ita se quispiam distineri sinat, vt tempus eripiatur meditationi, aut etiam praeparationi ad meditationem. Semper enim aliquanto ante meditationem debet omnia relinquere, et omnino suam cogitationem conuertere ad puncta illius exercitii quod iam instat. Addo etiam, cauendum hoc quoque ne nimis legendo, aut scribendo defatigetur animus, et quasi vires eius exhauriantur, oportet enim saluam semper relinqui meditationem, et caetera omnia huic vni seruire.

Quot horis orandum.

7 Qui Exercitia exacte facere volunt, viresque idoneas habent, iis * quinque horae meditandi quotidie praescribi solent, prima circa mediam noctem, quod tempus propter quietem, ac profundum silentium valde aptum est meditationi; secunda sub auroram, tertia paulo ante prandium, quarta post meridiem, quinta sub Vesperam, et post vniuscuiusque horae meditationem quadrans etiam ad examen praecedentis meditationis.

Quibuscum dispensandum. b

8 Cum aliis, qui debilioris sunt valetudinis, vel tam exactum modum seruare non possunt, dispensari poterit de hora mediae noctis, ita tamen vt quinque horae maneant, aut etiam pauciores, si instructor ita expedire iudicauerit. Vt vero plures sint quam quinque raro continget, vt expediat· Nam cum nimis continuantur haec exercitia mentis, ita retundi solet, vt obtusior etiam reddatur intellectus, et voluntas minus efficax.

**Ex 2. hebd. notab. 2 et 3. post exercitia primae diei, pag. 95. et ex 3. hebd. post 2. contempl. notab. 2.*

---

a *Deest hoc verbum in NE.*—b *Sic ed. pragensis 1757;* dispensandi *perperam NE.*

De loco exercitiis idoneo, et de quibusdam particularibus. Cap. IIII.

Locus Exercitiorum.

1 LOcus ad facienda exercitia non est dubium, quin debeat esse remotus ab hominum concursu, et aspectu etiam maxime familiarium. Ita enim monet Pater N. Ignatius annot. vltima vbi etiam tres eius rei commemorat vtilitates. Quare si exercitia suscepturus alibi, tam commode, et tam fructuose non potest, et Superiori ita videatur, poterit excipi domi nostrae, sed in aliquo cubiculo, quod sit quam maxime separatum ab aliis cubiculis, et officinis domesticis, vt quam minime videat, vel audiat quae a nostris fiunt.

Expensae a quibus faciendae.

2 Quod vero ad expensas attinet, cum ille in domum nostram venerit, consulatur superior: ad cuius prudentiam pertinebit, ita omnia moderari, vt neque domus nimium grauetur, neque contra occasione domus non grauandae minuatur numerus eorum, qui exercitia facere possunt, videntur autem communiter nec recusandae si offerantur praesertim a ditioribus, nec si non offerantur requirendae. Absit vero semper quicquid in eo genere sordidum aut indecorum videri possit.

Qualis is qui inserviat exercitanti.

3 In hoc loco praeter instructorem debet etiam esse qui ei inseruiat, et necessaria ad victum deferat. Hunc autem oportet esse fidelem, discretum, taciturnum, quique sua modestia, et humilitatis, ac deuotionis exemplo aedificet. Nihil autem loquetur, nisi de iis, quae ad victum, aut cubiculum, et ministerium suum pertineant, idque paucissimis, omnia semper ad instructorem reiiciendo, quem etiam de singulis certiorem faciet, nec rem vllam ei deferet, etiam postulatus, nisi illo consulto.

Lectum componet etc.

4 Componet lectum, et cubiculum verret opportuno tempore, quod fere erit tempore missae. Caetera etiam, quae opus erit, munda, et apta afferet, praeseferendo semper magnam charitatem, et diligentiam: atque inter alia meminerit etiam pro ipso orare quotidie.

Interdum notus deputandus.

5 Aliquando etiam profuit huic ministerio eum deputare, qui notus, aut familiaris esset exercitanti, idque iuuat non solum ad consolationem quandam ipsius, sed etiam ad profectum spiritualem, quoniam aliqui interdum confidentius se aperiunt amicis huiusmodi, quam ipsi Instructori, si eum nunquam antea norant. Sed hoc totum pendere debet ex iudicio eius, qui tradit exercitia, vt videat quatenus hic progredi debeat, quid loqui, et quomodo. Debet enim vti eo tamquam instrumento suo iuxta id quod intelliget conuenire ad maiorem vtilitatem exercitantis.

De victu.

6 Quod ad victum attinet, quaerendum est ab eo quid sibi parari velit, idque ei afferendum, quod ille petierit.

An et a quibus visitandus.

7 Praeter hunc qui ei ministrat, vt plurimum non debet ab aliis visitari. Nam de saecularibus quidem nulla est dubitatio, nisi aliqua necessitas vrgeret. Ex nostris autem aliquis mitti posset, cum vel qui facit exercitia, id peteret ab instructore, vel instructor etiam illo non petente ita iudicaret ad eius consolationem vel profectum.

Qui sermones miscendi.

8 Quicumque autem eat, cauere debet, vt nullus nisi vtilis sermo habeatur, ac de rebus spiritualibus, nulla tamen significatione quod eum ad hunc, vel illum vitae statum impellere velit, praesertim vero ad Societatem. Nam praeterquam quod vocatio debet esse libera et a Deo venire, ipsi etiam qui in hac deliberatione versantur, si id intelligant, aut suspicentur, eo magis retrahi solent, et contra, vt experientia saepe ostendit, eo magis incitari, cum in nostris nullam talem cupiditatem animaduertunt.

Qualis esse, et quid facere debeat qui exercitia tradit. Cap. V.

Qualis sit Exercitiorum magister.

1 QVod ad illum attinet, qui exercitia traditurus est, illud primum a P. N. Ignatio 4. par. ca. 8. §. 5. praecipitur, vt prius ea in se ipso sit expertus, vt rationem eorum reddere possit, et dexteritatem in iis tradendis habere. Quod vt facilius assequatur (vt ibidem dicitur in declaratione) prius quibusdam tradere deberet, in quibus minor esset iactura, si quid erretur, vt verbi gratia, Iunioribus, aut iis, qui non ingressuri sunt electionem de vitae statu. Deinde etiam proderit conferre suum modum procedendi cum aliquo magis exercitato, bene adnotando quid magis vel minus conuenire deprehenderit. Itaque hoc primum et praecipuum esse debet, vt sit bene versatus in rebus spiritualibus et nominatim in his exercitiis.

Eius partes.

2 Praeterea sit prudens, et discretus, parcus, et moderatus, consideratus in sermone. * Sit etiam suauis potius, quam austerus, maxime cum iis, qui tentationes, vel etiam desolationes, aut ariditates, et taedia patiuntur, quos consolari, animare, et erigere debet opportunis consiliis, et precibus tum suis, tum aliorum. Expedit etiam vt gratus ei sit, qui facit exercitia, quoniam hoc modo magis ei confidet, seque magis aperiet.

* *Annot. 7. ex 20.*

Auctoritas cum maturitate seruanda.

3. Porro in agendo cum ipso meminerit auctoritatem quandam semper retinere, seruata quadam maturitate, et grauitate, eoque etiam magis, quo is qui

in exercitiis versatur, maior ipse fuerit. Hoc enim valde expedit ad eius spiritualem profectum, vt locum, et personam Magistri, vt vere esti tueatur. Etsi haec auctoritas temperata esse debet humílitate religiosa, quae eluceat in omnibus eius dictis, et factis; ita vt ne vestigium quidem vllius vanitatis conspiciatur, sed in hoc Christum imitari debet, qui cum formae esset omnis modestiae, tamen, sicut scriptum est, loquebatur [a] tamquam potestatem habens. Itaque cum omni libertate officium suum exequi debebit, tum docendo, tum monendo, tum dirigendo, vbi quippiam curuum, aut distortum esse viderit.

Matt. VII, 29. Marc. I, 22.

Deo referendum si quid fructus.

4 Caueat cum bonum aliquem effectum viderit in iis, qui se exercent, quicquam suae industriae; aut peritiae tribuere, cum hi omnes effectus gratiae sint a solo Deo, et consilia extrinsecus adhibita praeterquam quod, si bona sunt, ab eodem Deo sunt [b], tantam vim habeant, et tantum operentur, quantum concurrit, et cooperatur Deus. Ex altera tamen parte multum confidat in Domino, et ab eo speret certum auxilium tum sibi, tum ei qui facit Exercitia.

Sinat Deum de sua creatura disponere.

5 Illud autem valde obseruandum, vt nihil de suo apponat, sed cum eiusmodi consilia debeant ex diuina inspiratione suscipi, caueat ne indiscreto zelo conetur aliquid ei suadere, sed sinat Deum, de sua creatura disponere iuxta placitum bonitatis suae. * Quod vt melius, et facilius in opere praestet, seruet se in animo plane indifferentem, et in nihil aliud eius voluntas feratur, nisi vt sanctissimum Dei beneplacitum in anima illa plene, et perfecte compleatur, et ipse tantum in eo laboret, vt qui se exercet, id inuestigare sciat, et sciat se a demonis deceptionibus expedire, quibus homines retardare solet.

** Annot. 15. ex 20.*

Perspecta sit conditio Exercitia facientis.

6 Curet etiam perspectum habere eum qui facit exercitia non tantum quoad statum, et conditionem, si nobilis sit, vel plebeius [c], doctus vel indoctus etc. Sed etiam quoad peculiares quasdam partes, vt si simplex, vel prudens sit, si [d] prouectus in rebus spiritualibus, an adhuc rudis, ac nouus, si intelligens, et capax, an vero hebetior, et tardior. Nam cum diuersis diuerso modo agendum est, vt rudioribus sunt res explicatius proponendae, aliis autem breuius etc.

Perspectum habeat librum Exercitiorum.

7 Illud autem in primis necessarium [e] vt qui exercitia traditurus est totum librum exercitiorum perlegerit, eumque prae manibus habeat, et praesertim annotationes et regulas. Neque sufficit cursim ea videre, sed omnia

---

[a] scriptum est: Erat docens *NE.*—[b] *Verba nouem praeced. clauduntur parenthesi in NE.*—[c] *Sic NE.;* plebeus *Di.*—[d] *Deest hoc verbum in NE.*—[e] necessarium est *NE.*

accurate, immo singulas pene voces expendere oportet, quoniam quaedam sunt in iis breuissime dicta, quae magnum pondus habent, et ignorata, aut praeterita damnum afferunt. Itaque tum antea accurate ea vidisse oportebit, tum vero in dandis exercitiis relegenda erunt accuratius, praesertim quae pertinent ad illud tempus, in quo tum versatur ille qui suscipit.

Prius ipse meditetur.

8 Iuuabit etiam vt singula exercitia, antequam ea tradat, aliquantulum ipse meditetur, si fieri poterit, vt melius imprimat alteri.

De visitando eo qui exercetur. Cap. VI.

Quoties visitandus.

1 COeptis exercitiis sit diligens, in visitando suis temporibus eo qui exercetur. Videtur, autem expedire, vt quotidie semel eum adeat, neque tamen saepius, nisi aliqua occurreret necessitas, vt aliquando accidit prima hebdomada propter rei nouitatem, aut secunda propter difficultatem electionis.

Quando non visitandus.

2 Immo cum aliquibus hominibus grauibus, et bene introductis in spiritu, et deuotione, posset etiam aliquando esse vtilius vt aliquis dies omitteretur. De tempore autem eum visitandi, videat ipse quod sit commodius et aptius. Ex natura quidem sua videtur matutinum, quia tunc animus est magis dispositus ad res percipiendas et penetrandas. Quamquam sub vesperam solet esse maior necessitas, quia tunc interdum magis crescunt tentationes, et desolationes, quia animus est minus aptus ad contemplandum, et ideo interdum incidit in morositatem quandam, et magis est expositus tentationibus.

An quis pro recreatione designandus.

3 Videat etiam instructor, an aliquando ex peculiari causa expediat, vt statim a prandio, vel a caena ipse, vel aliquis alius maturus, et discretus ab eo designandus cum eo qui est in exercitiis, maneat ad honestam recreationem.

De exigenda ratione meditationis. Cap. VII.

Quomodo interrogandus.

1 IGitur quodcunque tempus elegerit ad eum inuisendum, cum ad ipsum venerit, interrogabit quomodo se habuerit ab ea hora, qua illum postremo vidit, et praesertim in meditatione, nimirum quem modum tenuit in meditando, quos mentis discursus, quas voluntatis motiones habuerit, quas consolationes senserit, et in quibus punctis.

Quid, si consolationes abundent.

2 Si bene procedit, et consolationibus abundat, non valde laudare oportet, ne sibi complaceat, sed primum doceat quomodo solidum fructum ex illis

consolationibus elicere debeat. Nam si nihil aliud fiat, abeunte illo suaui sensu, qui fere non diu durare solet, nullus fructus remaneret. Quare instruendus est vt eas consolationes dirigat ad morum emendationem, vitaeque totius institutionem, quia vt scriptum est, non auditores legis, sed factores iustificantur [a]. Atque hic etiam monendus est, * vt breuiter in scripto ponat notabiliores consolationes et lumina, desideria quoque et firmas deliberationes faciendi aliquid, quoniam proderunt multum alio tempore; cum ea non habebit.

Rom. II, 13.
* *Annot. 20*

Disponendus pro tempore desolationis.

3 Deinde vero praeparet illum ad tempus desolationis, et ariditatis, quae solent [b] frequenter contingere, ne deinde cum contigerit, imparatus sit. Atque hoc tempore cum res bene succedit, non oportet diu cum ipso remanere, sed sinendum vt creator cum creatura sua, et haec vicissim cum illo transigat, nisi necessarium videretur ad eum vel dirigendum, vel etiam recreandum si nimis absorptus esset cogitationibus illis.

Quid, cum abundat desolatio.
Annot. 6. ex 20

4 Contra vero si exercitans aridus sit, et desolatus, aut distractus in meditando, percunctari debet, quomodo se gesserit in meditatione, et nominatim quomodo obseruarit additiones, et si in aliqua remissum inuenerit, moneat, et instruat.

..Viam meditationis aperiat.

5 Aperiat etiam ei viam ad meditationem, attingendo, et quasi indicando aliquos conceptus, quos deinde ipse cogitatione prosequatur.

Ad quae hortandus.
Annot. 13. ex 20.

6 Hortetur ad patientiam, et longanimitatem, ne se obrui sinat taedio, ac propter molestiam et laborem auertatur ab oratione, quia si fortiter cum spe, ac fiducia perseueret pulsare ad ostium misericordiae diuinae, non poterit non aperire iuxta illud, * Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet [c], et non tardabit.

Habac. 2. 3.

Modus consequendi devotionem.

* *Annot. 7. ex 20. Reg. 8. ad motus animi discernendos.*

7 Moneat etiam optimum remedium consequendi a Deo deuotionem esse, vt humilietur sub potenti manu Dei, et se subiiciat, ac resignet eius diuinae voluntati, saepe enim illa displicentia, et amaritudo non tam venit ex feruore, quam ex tacita quadam superbia qua homo confidit in sua diligentia, vel quia in eo etiam vellet excellere, aut ex amore proprio quia amat consolationem. Quare hoc omnino obseruandum est, vt cum fecerit quod in se est, caetera permittat diuinae voluntati, et charitati, et confidat, quod illa ipsa ariditas ideo permittitur a Deo, quia sibi sic expedit. Et hic ipse

---

[a] Non auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis justificabuntur *NE.*— [b] solet *NE.*—[c] exspecta illum, quia veniens veniet *NE.*

affectus humilitatis, et subiectionis erga Deum saepe magis efficax est, vt concedat gratiam bene orandi.

Nulla detur suspicandi occasio.

8 In primis autem caueat Instructor ne vnquam det ei occasionem suspicandi, quod minus bonam opinionem de se habeat, etiam si non ita se bene gesserit, sed ostendat illi semper se bene sperare, et sua spe etiam illi animum, ac spem addat.

De proponenda meditatione. Cap. VIII.

Quomodo proponenda puncta meditationis.

* *Annot. 2. ex 20.*

1 IN proponendis punctis meditationum * non oportebit ea valde exaggerare aut etiam ita enucleare, vt qui meditatur, ipse nihil noui per se inuenire possit, aut certe aegre. Experientia enim docet magis omnes delectari, et moueri etiam iis, quae per se inueniunt, et ideo satis erit quasi digito indicare venam, quam deinde sibi quisque effodiat. Si tamen essent aliqui parum capaces, iis possent paulo magis declarari.

Meditationes dentur scriptae.

2 Ipsae autem meditationes dari solent in scriptis, ne fatigetur memoria exercitantis, quod solet impedire deuotionem, cum vires omnes sint integrae reseruandae intellectui, et voluntati.

Praecavenda capitis laesio.

3 Denique inter alia quae Instructor attendere debet, est etiam illud ne qui exercetur caput laedat nimia attentione orandi. Est enim magnum huius periculum, tum tempore desolationis, quo anima magis conniti solet, quasi aduerso flumine, tum etiam consolationis, cum se totam dat propitiis ventis. Quare non sufficit monere de moderatione seruanda; nam cum ii qui exercitia faciunt, vt plurimum sint rudes, et noui in meditando, non ita possunt cognoscere, quid sibi nociturum est: sed oportet interrogare quem modum seruent in eleuanda mente in Deum, et in ea retinenda in Deo, et nominatim in compositione loci, ac si appareat eos [a] sibi vim facere, docendi sunt de modo, ac ratione cogitandi suauiter de diuinis, primo quia alioquin durari non potest, et impeditur meditatio, deinde etiam quia solidus fructus consistit in cognitione illarum veritatum, et voluntatis motione; quae procedunt ex lumine intimo: non autem in hac attentione violenta, aut in coactitiis illis lachrymis, quas merito irridet Cassianus. Postremo quia hoc negotium orationis etiam si nostram quoque cooperationem exigat, maiori tamen ex parte pendet a Deo, et est donum Dei. Quare ad hoc potius se anima disponere debet per humilitatem, et puritatem, quam confidere in sua praeparatione, et industria.

Collat. 9.

---

[a] eo *NE., ex errore typographi.*

De quibus in universum monendus instructor.

4 Reliqua quae in vniuersum monendus esset Instructor, fere continentur in libro Exercitiorum, partim in meditationibus ipsis, partim in annotationibus, partim etiam in regulis illis discernendi spiritus, quae sunt valde vtiles, et quasi lucem praeferunt in omni hoc itinere spirituali, tum prima hebdomada, tum omnibus sequentibus. Et ideo iterum repetendum quod supra attigimus debere hunc librum admodum familiarem esse instructori, eiusque memoriam renouandam eo tempore, quo exercitia traduntur, quia quoties eum leget, toties nouum lumen, et intelligentiam hauriet.

Quando mutare liceat ordinem ac methodum.

5 In quo etiam admonendus est, etiamsi ex vna parte omnem eius ordinem, ac methodum, et particularia documenta exacte seruare debeat, * et quo exactius seruabit, eo magis concurret Dominus, tamen ex altera parte multa permitti eius prudentiae, pro varietate, vel personarum, quae faciunt exercitia, vel spirituum, quibus agitantur, vt vel ista exercitia moderari, vel etiam aliqua alia praesenti earum necessitati opportuna praescribere possit, vt aperte dicitur Annotat. 17. et 18. ex primis, et alibi.

* *Ex 5. exercitio 1. hebdomadae extremo.*

De variis hominum generibus, quibus dari possunt exercitia. Cap. IX.

Duae classes exercitantium.

QVibus exercitia dari possunt in vniuersum in duas classes diuidi posse videntur. Alii enim sunt, qui omnes illas conditiones habent, quas cap. primo diximus requiri, vt integra exercitia peragant, et de his nihil hic in particulari dicendum est: ad eos enim pertinent omnia quae toto hoc Directorio dicentur, maxime si de totius vitae statu deliberare velint.

Prima.

Secunda.

[2] Alii igitur sunt, quibus non sunt tradenda plena exercitia, vel quia iam in statu sunt, vt matrimonio vincti, et alii quibus ob alias causas non expedit dari electionem, vel quia propter negocia publica, aliasve occupationes tempus, aut locum non habent, vt sunt Magistratus, et quidam aliquando nobiles, aut patresfamilias, et similes, vel quia non aliam vtilitatem quaerunt ex exercitiis, quam vt generalem Confessionem faciant, et ad reliquam vitam bene dirigendam instruantur, vel quia non admodum capaces sunt, vt sunt rudes, et illitterati, qui tamen iuuandi sunt iuxta eorum captum.

Quid, si sint Religiosi.

3 Igitur quod attinet ad religiosos (non agimus hic de nostris, quia de his separatim agemus Capite sequenti) si antea nullum mentalis orationis vsum habuerunt, eadem est ratio, quod ad eos instruendos attinet, quae al-

terius cuiusuis saecularis, maxime si antea laxiorem, et liberiorem vitam duxissent. Tunc enim diligenter exercendi essent prima hebdomada, vt habeant cognitionem, et contritionem suorum peccatorum, tum quae in saeculo, tum quae in religione commisissent, quia hoc est fundamentum ad reformationem, et correctionem totius vitae. Si vero antea etiam dediti fuissent orationi mentali, et deuotioni, tunc prima hebdomada breuius percurri poterit, vt diligentius immorentur in meditatione vitae Christi.

Finis Religiosorum in Exercitiis.

4 Illud vero in prima hebdomada, et deinceps praecipue curandum erit, vt in sua vocatione confirmentur, et sibi persuadeant hanc viam sibi constitutam esse ad beatitudinem consequendam, vt regulas sui ordinis plurimi faciant, et eas quam diligentissime obseruent, et ad suum institutum quam maxime afficiantur, vt causas intelligant, quare adhuc minus profecerint, et ad hunc finem meditationes, et examina dirigant, quod ab initio explicandum erit, et deinde semper continuandum.

Zelus proximos iuvandi.

5 Denique etiam vt zelum concipiant iuuandi alios siue proximos iuxta suum institutum, siue etiam fratres eiusdem instituti, et exemplo, et opere.

Quid de electione.

6 Electio status non est eis danda, sed tamen iuuabit tradere regulas, et instructiones eius, vt possint deinde alios iuuare, vel etiam de rebus occurrentibus deliberare eodem modo quo infra dicetur de hominibus Societatis.

An liber communicandus.

7 Quin etiam finitis exercitiis posset eis magno tamen [a] cum delectu et spe fructus, nec sine facultate Prouincialis communicari liber, si ipsi cuperent, et eo bene vsuri viderentur, et denique doceri etiam possent de modo tradendi aliis exercitia.

Magna utilitas Exercitiorum in Religiosis.

8 Ceterum sciant nostri vix fructuosius operam poni posse, quam cum religiosis, quoniam non in ipsis tantum fructus ille residet, sed ordinarie manat ad alios, primum quidem ad eorum fratres, qui ipsorum exemplo iuuari possunt, deinde etiam ad saeculares quorum animas illi tractant. Et ideo licet omnibus religiosis vtilia semper sunt [b] exercitia, tamen iis maxime a quibus, vel ratione officii, vel alterius eiusmodi causae vtilitas in alios deriuari potest, vt sunt Magistri Nouitiorum, Superiores, Baccalaurei, Concionatores, et alii eiusmodi. Quo fiet saepe, vt uno reformato alii multi reformentur: idque commodius est quam vt nos ipsi id per nos praestemus, ne videamur velle esse aliarum religionum reformatores, quod solet esse odiosum.

---

a *Sic NE.*; tum *Di.*—b sint *NE.*

Quid, si sint coniugati.

9 Si sint coniugati, aut patresfamilias, dirigenda erunt exercitia ad eum finem, vt iuxta diuina praecepta familiam regant, liberos et seruos instruant, praeterea vt redditibus, et facultatibus iuste, ac pie, et sobrie vtantur, et eleemosynas faciant pro viribus suis, neque excedant in sumptibus, aliaque similia de quibus agitur in lib. Exercitiorum, in fine secundae hebdomadae. Hi autem effectus, quos diximus plerumque solent in anima consequi ex meditationibus ipsis quanquam alterius materiae: quoniam cum vere timor, vel amor Dei ingeneratus fuerit, facile etiam reliqua vita tota reformatur. * Sed tamen si Instructori videretur propriam aliquam directionem de his dare, vel extra orationem, vel in ipsa oratione per aliquam meditationem, posset etiam hoc fieri, quod idem intelligimus de aliis quoque hominum generibus, de quibus statim dicemus.

**Annot. 17. ex 20.*

Quid, si sint ecclesiastici.

10 Si sint Ecclesiastici, ita erunt instituendi in exercitiis, vt cognoscant quantam virtutem exigat ille status, eamque acquirere cupiant, et doleant, si non hactenus habuerint. Quare ita dirigendi sunt, vt vitia, et prauos affectus exuere decernant, et contrariis se virtutibus ornare, quae Ecclesiastico homini necessariae [a] sunt, vt semper meminerint, se diuino cultui, et Ecclesiae ministerio dicatos, et consecratos esse, ideoque munus suum implere satagant, vt etiam beneficiorum prouentus recte dispensare, et in eos vsus, quos oportet, erogare studeant, denique vt etiam zelum Dei habeant, et pro animarum salute iuxta vires, et talentum, et officium, elaborent.

Quid, si sint magnates viri.

11 Si sint Magnates, aut Magistratum aliquem gerant, iis quoque debebunt sua praecepta, et documenta tradi, vt iustitiam administrent, vt auaritiam, et superbiam fugiant, vt pauperes subleuent, vt se Dei ministros in illo opere esse sentiant, vt semper Dei timorem, atque honorem omnibus rebus praeponant [b], et alia, quae Instructor sua prudentia per se videre poterit, et ad ea dirigere eum quem instruit.

Quid, de valde occupatis.

12 Quod si eiusmodi homines propter publica negocia, quae gerunt, vel ob alias honestas causas non poterunt omnino vacare exercitiis, * oportebit accipere, quod possunt, vt scilicet aliquas saltem horas quotidie meditationi tribuant. Et tunc etiam poterunt manere in domo sua, ita vt Instructor adeat ad ipsos suis temporibus; quod aliquando melius esse posset, quam vt ipsi domum nostram veniant ad Instructorem, praesertim cum sunt personae illustriores, quia sic facilius res celatur.

**Annot. 19. ex 20.*

---

a *Sic NE.;* necessaria *Di.* b *Sic NE.;* proponant *Di.*

Locus remotus pro Exercitiis.

13 * Illud tamen longe vtilius si possent in aliquod praedium, aut coenobium secedere, vt fecit P. N. Ignatius in monte Cassinate. In ipsis autem exercitiis ita procedendum erit, vt res, ac tempus postulabit. Nam si minus temporis spatium quotidie impendant meditationi, eo magis proroganda erit prima hebdomada, et confessio generalis, et reliqua. Si vero plures horas meditando insumant, poterunt ista omnia celerius expediri, vt magis vel minus accedatur ad consuetam formam exercitiorum.

*Annot. 20.

His quando electiones dandae.

14 His autem electiones non sunt dandae, nisi forte deliberare vellent de officio, vel dignitate aliqua suscipienda, vel deponenda, aut etiam de vitae statu ii [a], quibus integrum est. Monendi autem sunt, vt saltem horis illis, quibus meditationi vacant, ab omnibus aliarum rerum cogitationibus se expediant, quantum fieri potest.

De rudibus et illitteratis.

15 Si sint rudes, et illiterati, non erit multum temporis cum eis insumendum, nec tradenda sunt eis integra exercitia, sed seruandus est modus, qui indicatur in annot. 18. ex viginti.

De feminis.

16 Ad hoc autem caput pertinent etiam foeminae, quarum aliquae interdum expetunt exercitia, atque ideo cum iis idem modus seruari debet, qui cum rudibus, nisi esset aliqua tam bono iudicio, et ita capax rerum spiritualium, tantumque ocii domi haberet, vt exacte omnia, aut maiorem partem facere possit, tunc enim nihil impediret etiam haec fieri; sed illud obseruari deberet, quod prudentiae est, vt ipsae in ecclesiam nostram veniant ad accipiendas meditationes et ita caute procedatur, ne vlla suspicio, aut scandalum sequatur: quam etiam ob causam fortasse expediet, vt non dentur meditationes in scriptis, sed voce, ne homines existiment aliquas esse epistolas. Quod si scripto vtendum erit, fiat omnino discrete.

De modo tradendi nostris exercitia, Cap. X.

Pro Societatem ingredientibus.

1 QVod ad nostros attinet, primum quidem iis, qui Societatem ingrediuntur, omnino debent dari exercitia omnia integra, et iuxta formam in libro praescriptam. * Cum enim hoc sit vnum ex experimentis, quod N. P. Ignatius requirit, requiritur etiam, vt fiant plane, vt iacent, excepta tamen electione idque singulas meditationes singulis pagellis descriptas quotidie afferendo neque enim liber ipse dari debet hac prima vice.

*Exam.c. 4. §. 10.

---

[a] iis *NE*.

Pro iam provectis.

2 Praeterea in progressu temporis cum contigerit, vt se colligant ad facienda exercitia, debebunt haec ipsa aliquoties, vt bis, vel ter, facere, si non integre, saltem ea quae sunt primae hebdomadae, et aliquot meditationes ex sequentibus vt de regno Christi, Incarnatione, tentatione domini, institutione sanctissimi Sacramenti, Passione, et illa, quae est de amore excitando, prout opportunum fuerit, et tempus concesserit.

Causa Nostros exercendi in Exercitiis.

** Const. p. 4. c. 8. §. 5.*

3 Quod propterea faciendum est, quia cum deinde exercitia aliis daturi sint, omnino oportet, * vt ipsi ea prius bene nota, et perspecta sibi fecerint. Quam etiam ob causam oportet, vt praeter meditationes bene intelligant, ac teneant vsum quarundam regularum, et annotationum v. g. annotationes viginti initio libri exercitiorum positas, examina, additiones decem, in fine primae hebdomadae, regulas electionum discretionis spirituum et alia eiusmodi; et ideo legere debebunt librum, et bene intelligere, ac de quo dubitabunt, quaerere ab eo, qui eis tradit exercitia.

Quid, post repetitiones.

4 Ceterum postquam ea, vt dictum est, aliquando fecerint, et repetierint reliquo deinde tempore dum nondum ita exercitati erunt in vsu meditationum, etsi [a] in quotidianis meditationibus potest quisque pro sua deuotione, vel necessitate ea meditari, quae Dominus suggesserit, ex Euangelio, Scripturis, vel alia (re tamen pro securiore directione, ac vtilitate maiore cum Praefecto rerum spiritualium, aut cum Superiore communicata) tamen cum agitur de tempore aliquo certo meditationibus, et secessioni tribuendo, quod nos communiter exercitiorum vocabulo appellamus, quia fere expedit ab aliqua purgatione inchoare, conuenit vt aliqua exercitia purgatiua non praetermittant, vt de morte, et de peccatis, praesertim reflectendo ad ea, quae in religione admiserint.

Ne dentur alia Exercitia scripta.

5 Neque tamen expedit dare in scriptis exercitia ista accommodata religioso statui, vt exercitia P. N Ignatii integra, vt [b] sunt, conseruentur, nulla re addita, vel transformata, ac praeterea quia etiam ipsi maiorem sine dubio gustum, et motum sentient ex iis, quae ipsimet inuenerint, quam quae ab alio ita minute enucleata acceperint. Sed tamen Instructor potest aliquam instructionem, aut lucem dare, et tanquam in via ponere; monendo eum, qui exercetur, vt ipse sibi applicare consuescat, vt v. g. in fundamento, postquam cogitauerit finem hominis, actuet hunc finem in eo statu, in quo nunc est, vt quoniam iam non potest esse indifferens

---

[a] *Ita ex NE. corrigendum videtur Di., quod habet* meditationum. Et si; *ut NE. legit iam Di. anno 1600 editum Antuerpiae, quod praeterea claudit parenthesi locum* etsi... cum superiore communicata.—[b] uti *NE.*

ad diuitias, et paupertatem, applicet hanc indifferentiam ad eas materias, quae occurrunt in Societate, et sic de aliis.

Exercitia primae hebdomadae cum Nostris.

6 Notandum est etiam primam hebdomadam debere in nostris si semel exacte exercitia fecerint, ordinarie satis breui tempore expediri, ita vt etiam interdum minori spatio quam tridui, vel etiam aliquando bidui expediri possit, si ita videatur, vt gradus fiat ad secundam hebdomadam, in qua vt plurimum diutius immorandum est. * Quare hoc potissimum ex Institutoris iudicio pendere debebit, qui si viderit aliquem maiore purgatione indigere, poterit, et debebit eum diutius in ea retinere, ante omnia conando, vt eum inducat ad desiderandam sui ipsius reformationem perfectam.

* *Annot. 4. ex 20.*

Materia reformationis quae?

7 Materia autem circa quam haec reformatio versari debet, haec fere est, passiones non bene domitae, mali habitus, peruersae inclinationes, vt ad honorem, et aestimationem propriam, vel propriam voluntatem, ad corporis commoditates etc. Tentationes ab extrinseco prouenientes, praesertim vehementes, et crebrae, deinde etiam ministeria Societatis, vt concionari, audire confessiones, habere scholam; denique omnes actiones, quas aliquis componere, et ordinare velit, vt comedere, dormire, studere, agere cum externis, vel cum nostris, et alia.

Sui cognitio in primis necessaria.

8 Quare hoc primum curari debet in eo, qui facit exercitia, vt quam maximam sui ipsius acquirat cognitionem, percurrendo tempus ante actum, et occupationes, vel officia, et in iis perpendendo tum multitudinem defectuum suorum, tum etiam grauitatem, ratione status, et obligationis, tum denique etiam considerando causas, et origines, et radices eorum vitiorum.

Pro spirituali reformatione confessio generalis utilis.

9 Ad quam etiam reformationem valde vtile est, vt in fine primae hebdomadae fiat confessio generalis de toto tempore religionis, non quidem semper quoties exercitia repetuntur, sed cum aliquis peculiariter motus a Deo vellet instituere nouam vitam, seque perfectius reformare. Hoc enim vsu compertum est magnopere multis profuisse, et valde iuuisse ad cognitionem sui, et emendationem.

Quando aliae meditationes addendae.

10 Quod si viderit Instructor eum qui exercetur, hac ratione iuuandum ad eum finem consequendum, qui intenditur, poterit etiam aliquas meditationes statui cuiusque vel necessitati praesenti accommodatas addere, vt de beneficio vocationis, de tribus votis, de causis cur vota renouantur [a], et de ipsa formula votorum nostrorum, de diuinis beneficiis, de periculo tepiditatis, et huiusmodi. Interdum etiam ex Summario constitutionum

---

[a] renoventur *NE.*

praesertim ex praecipuis regulis, quibus religiosa fere perfectio continetur, vt 11. et 17. et similes; et in vniuersum eae sint materiae, quae ad timorem, et amorem Dei, ad sui ipsius odium, virtutis studium, rerum visibilium contemptum, aeternarum desiderium, atque charitatis ardorem augendum pertinent.

Modus meditandi pro parum instructis.

11 Ad faciliorem etiam introductionem eorum, quibus vel non est facultas, vel non vacat per se inuenire, poterit via aperiri ad mysteria vitae, et passionis Domini, si nonnullae veritates Theologicae proponantur. v. g. cum de Incarnatione agitur, si causae eius, et fructus explicentur; aut cum de passione, si causae acerbitatis eius; si etiam insinuentur modi eam meditandi, v. g. ad compatiendum, ad imitandum, ad admirationem, et sic de aliis.

Quid, cum prouectioribus.

12 Postremo qui sunt iam prouectiores in rebus spiritualibus, et meditando magis exercitati, de quibus part. 6. c. 3. §. 1. iis si interdum ad spiritum colligendum, et feruorem hauriendum se recipiunt, vel ad aliquod opus aggrediendum, vt missionem, aut aliquid eiusmodi, cum nec eadem sit omnium dispositio, nec vna mensura, non videtur quicquam praescribendum circa materiam, sed possunt ea meditari, quae sibi vtilia putauerint ad cum finem consequendum, quem intendunt. Credendum est enim quod ex notitia quam ex exercitiis Patris N. Ignatii antea iam habebant, et ex vnctione spiritus adiuti, inoffenso pede, immo magna cum vtilitate per hanc viam current.

Electio Nostris minime danda.

13 Quod attinet ad electionem status, ea non est nostris danda in exercitiis. De electione autem negocii, aut actionis alicuius consultare non est proprium exercitiorum; sed potest fieri etiam extra exercitia omni tempore, et occasione, et ideo in hac etiam diligenter instruendi sunt nostri, vt sciant bene vti regulis eligendi ad indagandam Dei voluntatem, et beneplacitum, vt cum Superiores debent statuere de re aliqua dubia, maxime si non possint cum suis consultare, vt dicitur 16. reg. Prouincialis, et denique in rebus omnibus, quas coram Deo constituere, ac definire oporteat, semper admodum iuuat illa praxis, quae in eligendo praescribitur, de qua infra prolixius agemus, et inde peti poterunt, quae nostros iuuare possint ad intelligendam Dei voluntatem in omni eiusmodi re, iuxta cuiusque rei qualitatem.

De prima hebdomada in vniuersum. Cap. XI.

Exercitia in quatuor hebdomadas distributa.

Annot. 4. ex 20

OMnia haec exercitia [a] a Patre N. Ignatio in quatuor hebdomadas distributa sunt, quae quidem hebdomadae non tam numero dierum, quam materiae genere distinguuntur, et ideo non necesse est, vt septem, vel octo dierum circulus in singulis consumatur, sed sufficit vt illi affectus, vel fructus inueniantur, qui in vnaquaque exquiruntur.

Quid singulae hebdomadae contineant.

2 Prima continet considerationem peccatorum, vt eorum foeditatem cognoscamus, vereque detestemur cum dolore, et satisfactione conuenienti. Secunda proponit vitam Christi ad excitandum in nobis desiderium, ac studium eam imitandi, quam imitationem, vt melius perficiamus, proponitur etiam modus eligendi vel vitae statum, qui sit maxime ex voluntate Dei, vel si iam eligi non possit, dantur quaedam monita, ad eum in quo quisque sit, reformandum. Tertia continet passionem Christi, qua miseratio, dolor, confusio generatur, et illud imitationis desiderium vna cum Dei amore vehementius inflammatur. Quarta demum est de Resurrectione Christi, eiusque gloriosis apparitionibus, et de beneficiis diuinis, et similibus, quae pertinent ad Dei amorem in nobis excitandum.

In 1 hebdomada sunt media animae purgandae.

3 Igitur in hac prima hebdomada proponuntur media, quae ad animam purgandam per contritionem, et [b] confessionem pertinent, et ad veram poenitentiam in nobis gignendam iuuare possunt. Quare huc omnia dirigere debet qui facit exercitia, vt peccati malitiam, suamque abiectionem, et vilitatem agnoscat, eamque ex animo intime sentiat. Quam ob causam expediret, vt hoc tempore si sacerdos sit, ex hoc spiritu humilitatis abstineat a quotidiana celebratione, nisi deuotio, aut profectus spiritualis, aut aliqua obligatio ad id impellat [c] vt postea generali confessione peracta, maiori cum praeparatione, fiducia ac reuerentia ad sacrificium altaris redeat.

Hebdomada 1, cum sit basis caeterarum, numquam omittenda.

4 Notandum etiam hanc primam hebdomadam esse fundamentum, ac basim caeterarum, et ideo nunquam praetermitti debere. Vnde etiam si quis alia exercitia huius hebdomadae, aut etiam omnia integra fecisset, et denuo ea repetere vellet, tamen hinc incipiendum esset, quamuis breuius expediri posset.

Quid ante Exercitia faciendum.

5 Igitur postquam aliquis in eum locum venerit, vbi exercitiis vacaturus est, ea ipsa die debet Instructor ad eum adire, et priusquam tradat fundamen-

---

a Omnia Exercittia *NE.*—b *Hoc v., omissum in Di, sumimus ex NE.*—c (nisi deuotio... impellat) *NE.*

tum, debet ei explicare aliquas ex annotationibus, nempe primam, et quintam, et ex decima septima illam admonitionem de animo aperiendo, item ex vigesima id quod dicitur de vtilitate secessus in loco separato. Quod etiam opportunitatem ei dabit, vt eum moneat de iis, quae supra, cap. 2. diximus eum esse monendum, cum ea tamen dexteritate, quam ibi diximus, nempe vt non omnia simul, sed quantum prudentia dictabit.

De 1 annotatione ante fundamentum.

6 Annotatio autem illa ante fundamentum, quae incipit, In primis [a], expediet magis hoc tempore, vt non proponatur ita in genere, quando quis incipit exercitia, sed in discursu exercitiorum, si quid dubium, vel obscurum occurrat, aut ob aliquam ejus qui exercetur diffidentiam, videatur opportunum, tunc ei explicari poterit.

De Fundamento. Cap. XII.

De consideratione ultimi finis sive fundamenti.

1 PRimus ingressus in hanc primam hebdomadam fit [b] per considerationem vltimi finis, quae consideratio ideo dicitur Fundamentum, quia est basis totius aedificii moralis, et spiritualis.

Dividi potest in tres partes.

2 Potest autem diuidi in tres partes, primo in finem propter quem homo creatus est. secundo in media ad consequendum hunc finem. tertio in difficultatem eligendi hoc, vel illud medium, cum ignoremus quid magis aptum sit ad huius finis consecutionem, omnis autem error in hac parte non possit esse non damnosus, et periculosus. Ex quo nascetur etiam quartum, vt homo ponat se in illa omnimoda indifferentia, et aequilibrio.

Indifferentia magni momenti.

3 Haec autem indifferentia est maximi momenti, et admonendus est qui se exercet quanto altius hoc fundamentum iecerit, tanto firmius futurum aedificium; idque etiam indicauit Pater N. Ignatius annot. decimaquinta, et decimasexta ex viginti.

Meditatio fundamenti, ne videatur aridior, iuvanda.

4 In danda hac meditatione maxime, quia nonnullis cum nondum assueuerint orationi videri potest aridior, addi poterunt aliquae excursiones ad meditandum, vt in eo quod dicitur creatum esse hominem, potest simul cogitari a Deo esse creatum de nihilo, et simul quot, et quanta in creatione habuerit, et praeterea quomodo semper ab illo in esse conseruetur.

Quis scopus huius meditationis.

5 Sed horum consideratio non tam dirigenda est ad gratitudinem, vt fit cum considerantur beneficia Dei, verum ad scopum huius fundamenti, nempe,

---

[a] primis, ut per huiusmodi etc. *VE.*—[b] sit *VE. ex errore typographico, ut videtur.*

quod illa omnia a Deo data sint, vt peruenieremus ad illum vltimum finem. Vnde etiam potest homo in hac meditatione reflectere cogitationem ad seipsum, quomodo hactenus habuerit se ad finem, et ad media, quantum aberrauerit, quod creaturis abusus sit, quae illi adiumento esse debuerunt, vt iam quasi in generali iaciat fundamenta ad cognoscendam deformitatem vitae suae, quod postea vberius, et magis particulariter faciet in meditatione peccatorum.

Tempus huius meditationis quale.

6 In meditatione huius fundamenti liber exercitiorum non praescribit certas horas, vt fit in exercitiis sequentibus, sed vt facili initio inchoëmus, vnusquisque pro viribus, et pro deuotione sua ad id tempus sibi assumat: vel si opus sit, Instructor ei praescribat.

Firmiter animo haereat haec meditatio.

7 Debet autem curare vt cognitio huius veritatis, quae in fundamento tractatur, quam maxime menti infigatur, quoniam vt fundamentum fabricae totam ipsam sustinet, ita haec veritas influit in omnia exercitia, et praesertim in ipsam electionem status, quae tota fere hinc pendet, et ideo quo melius haec meditatio successerit, eo etiam melius reliqua succedunt [a].

De duplici examine. Cap. XIII.

Quid faciendum instructori tempore meditationis fundamenti.

1 DVm durat meditatio fundamenti, debet Instructor exercitantem aliquoties visitare, et semper ei aliquid noui in scriptis afferre, quia sic videtur quodammodo leuari taedium, et melius etiam percipi quae singula proponuntur.

Examen particulare quando dandum.

2 Igitur in primo congressu post datum fundamentum datur examen particulare, in quo tradendo significandum est ei [b], in quouis homine vnum, aut alterum vitium siue peccatum esse solere praecipuum, et quod in eo sit quasi causa, et radix aliorum.

Vitiorum exstirpatio.

3 Et licet in aliquo plura essent praecipua, expedire tamen, vt vnum deligatur ad quod extirpandum toti incumbamus, vt eo superato ad aliud, et aliud deinceps peculiarem hunc conatum, et studium transferamus.

Perutile examen particulare.

4 Huic igitur rei seruit [c] examen particulare, cuius vsus etsi post peracta exercitia esse debet toto vitae tempore, nunc tamen inchoatur, tum vt aliqua eius peritia acquiratur, tum etiam quia [d] hoc examine vti oportet circa exercitia, et eorum additiones.

---

a succedent *NE.*—b *Deest hoc v. in NE.*—c serviet *NE.*—d *Deest hoc v. in NE.*

Huius examinis usus commendandus.

Cassianus Collat. 5 c. 14.

5 Est autem multum commendandus huius examinis vsus propter magnam eius vtilitatem, praesertim ad consequendam animi puritatem, vt docet Cassianus Colla. 4. et 5. Bernardus [a] saepe. Itaque in fine exercitiorum, cum discedenti dantur praecepta vitae bene instituendae, hoc in primis inculcandum est. Additiones autem illae quatuor dictandae ne sint, an verbo tantum explicandae prudentiae Instructoris relinquatur.

Quando et quomodo dandum examen.

6 Deinde eadem die, et sequenti datur examen generale, et quotidianum. Non autem datur per modum meditationis, sed instructionis cuiusdam, et vt homo incipiat aperire oculos ad cognoscenda peccata vitae praeteritae.

Aliunde petenda species peccatorum.

7 Quod vero attinet ad examen generale, non est dubium, quin aliae etiam multae sint peccatorum species, quae hic non ponuntur, sed vel hic ea tantum peccata attinguntur, quae frequentius accidunt, reliqua autem peti possunt ab aliis auctoribus, qui ex professo de hoc agunt, vel hoc examen pro iis tantum conscriptum est, qui iam paulo magis spirituales sunt, et ab aliis grauioribus peccatis abstinent, in haec autem frequentius incidere solent. Itaque non fuit mens P. N. Ignatii tam breui tractatione omnia peccata comprehendere, sed tantum, vt dictum est, pios animos admonere de iis quae frequentiora sunt.

Examen quotidianum.

8 Porro examen quotidianum, quod quinque puncta complectitur, dictetur prout iacet. Ad illud autem faciendum iuuat illa lux, quam praebet examen generale per illam distinctionem peccatorum, quae fiunt, cogitatione, locutione, et opere.

De primo exercitio primae hebdomadae. Cap. XIV.

Quis ordo in tradendis Exercitiis.

1 CIrca ordinem tradendi exercitia sequendus est is qui ponitur in ipso libro exercitiorum, nempe vt prima hora fiat exercitium trium potentiarum, secunda autem peccatorum: tertia vero et quarta repetitiones vtriusque, si autem addatur etiam quinta hora, fiat de inferno. Sin fiant tantum quatuor horae, hoc exercitium de inferno differendum erit in diem sequentem; quo eodem die possunt dari etiam alia exercitia de morte, de iudicio, cum suis repetitionibus. Tertio die proponenda erit eadem materia, sed cum aliquibus nouis punctis, vt in materia peccati, proponendo effectus quos facit in animo, aut aliquid eiusmodi, sic enim tollitur taedium, et materiae profundius penetrantur.

---

[a] Collatione 5 et S. Bernardus *NE. recte.*

Primum exercitium trium potentiarum.

2 Porro primum exercitium illud est, quod appellatur trium potentiarum, non quia in aliis etiam non exerceantur hae tres potentiae; sed voluit P. N. Ignatius in hoc quasi aditu, et principio omnium exercitiorum, viam monstrare, quae in meditando tenenda est, nempe, vt per memoriam adiuuaretur ratio ad discurrendum, siue ratiocinandum; per discursum autem excitaretur voluntas, et affectus, idque actuare voluit in materia peccati, quae prima occurrebat ad meditandum.

Quid in primo exercitio explicandum.

3 Itaque in hoc primo exercitio sunt sigillatim explicanda exercitia sumenti omnia, quae in sequentibus exercitiis futura sunt vsui, quis [a] scilicet modus seruandus, vt cum attentione, et sine capitis laesione perseuerari possit, et quomodo se animus colligere, collectumque tenere debeat, et quod licet adhibendus sit intellectus ad cogitandum, maior tamen habenda est cura affectus, et interioris gustus, quam vt multi conceptus quantumuis pulchri, et acuti formentur, et alia eiusmodi.

Praeludia quaenam sint declaranda.

4 Hic etiam declaranda sunt praeludia, quorum vsus praescribitur in omnibus exercitiis, et in primis quid sit compositio loci, quae nihil aliud est, quam fingere sibi, et quasi videre oculis imaginationis locum illum, in quo res, quam meditamur, gesta est, vt stabulum in quo Christus natus est, aut coenaculum grande stratum, in quo Apostolorum pedes lauit, aut montem in quo passus est.

Ad quid iuvet loci compositio.

5 Hac enim loci compositione valde iuuamur ad attentionem, et motionem animae, quae hoc modo quasi alligata phantasia rei illi certae alligatur ipsa quoque quodammodo ne euagetur, aut si quando diuertat, habet ad manum, quo se facile colligat, et reuocet in situm illum suum, in quo se ab initio composuit. Vnde S. Bonauentura in Prooemio de vita Christi [b]. Tu inquit si fructum ex his sumere cupis, ita te praesentem exhibeas iis, quae per D. N. Iesum Christum dicta, et facta narrantur, ac si tuis oculis ea videres, et tuis auribus audires toto mentis affectu diligenter, delectabiliter, et morose omnibus aliis curis, et solicitudin bus tuis omissis.

In quo locum habeat.

6 Atque hoc quidem locum habet in meditatione rerum corporearum: nam in rebus incorporeis, vt est peccatum, et similia, alia quaedam est instituenda compositio loci, de qua dicitur satis clare in lib. exercitiorum in exercitio trium potentiarum.

---

[a] qui *NE.*—[b] *In NE. sic habetur textus qui sequitur:* Tu, inquit, si fructum ex his sumere cupis, ita te praesentem exhibeas his, quae per Dominum Iesum Christum dicta et facta narrantur, ac si tuis auribus audires et oculis ea videres toto mentis affectu diligenter, delectabiliter et morose, omnibus aliis curis et sollicitudinibus tunc omissis.

Quid in compositione ioci vitandum.

7 Denique in hac loci repraesentatione vitandum est diligenter, ne nimis in ea fabricanda immoremur, vel nimiam vim capiti faciamus, quia non consistit in ea fructus praecipuus meditationis, sed est tantum via, et instrumentum ad ipsum fructum. Nec est dubium, quin aliqui maiorem in hac re habeant facilitatem, in quibus videlicet acrior est vis potentiae imaginatiuae. Alii vero quibus hoc difficilius est, non ita laborare debent, vt caput obtundant, quo ipsam meditationem impedirent.

De aliis exercitiis primae hebdomadae. Cap. XV.

In secundo exercitio de quo monendus exercitans.

1 IN secundo exercitio, in primo puncto monendus est exercitans, ne descendat ad examinanda peccata sigillatim, vt fieri solet, cum quis se ad confessionem parat. hoc enim postea facturus est [a] extra meditationem: sed hoc tempore in genere tantum proponat sibi sua peccata, eorumque multitudinem, et magnitudinem, vt concipiat confusionem, et dolorem. Ad hoc autem confert percurrere loca, negotia, et personas, vt hic dicitur.

Qui usus repetitionum exercitiorum.

2 Tertium et quartum exercitium constat ex repetitione primi et secundi. Harum autem repetitionum vsus est valde vtilis. saepe enim fit, vt cum eiusmodi materiae primum cogitantur, intellectus pascatur illa rerum nouitate, ac curiositate quadam, postea vero cum speculationem moderamur, magis aperitur via internis affectibus, in quibus potissimum consistit fructus. Quare in his repetitionibus vitandi sunt longi discursus, sed tantum proponere sibi oportet, et quasi percurrere, quae prius meditati sumus, et in iis immorandum voluntate, et affectu, et haec etiam est causa, cur plura hic colloquia sint, quam in prioribus exercitiis.

Intelligentia tertii exercitii primae hebdomadae.

3 Quod autem dicitur in lib. exerc. in III. exerc. primae hebd. repetitionem hanc faciendam de iis, in quibus antea maiorem consolationem, aut desolationem senserimus, ita intelligendum est, vt praecipue repeti debeant ea, quae lumen, aut feruorem attulerunt, sed etiam expedit illa puncta repetere, in quibus ariditatem sensimus, quia saepe contingit, vt deinde in ipsis maiorem consolationis copiam sentiamus. Immo etiam bis repeti potest idem si magna sentitur consolatio, aut alius bonus, et spiritualis affectus, et hoc potissimum in prima hebdomada.

Praeter quinque, alia possunt addi.

4 Praeter quinque haec exercitia P. N. Ignatii possunt addi alia, vt in fine quinti exercitii dicitur, vt de aliis peccati poenis, de morte, de iudicio, vel de aliis cruciatibus Inferni, et quidem haec rarissime omittenda videntur,

---

a *Deest hoc v. in NF.*

quia multum habent momenti, vt auocetur animus ab inordinato amore rerum harum visibilium, et in his meditationibus concipit anima timorem sanctum Domini, vt pariat spiritum salutis.

Quando facienda colloquia.

5 In fine cuiuslibet exercitii semper fieri debet colloquium, vt in libro exercitiorum praescribitur, nec tamen prohibetur, quin iuxta cuiusque deuotionem etiam in principio, et in medio alia colloquia, et petitiones fieri possint, immo etiam aliquando expedit. Proprius tamen locus est in fine, cum anima ex meditatione magis eleuatam se sentit. Illa enim sun aptissima colloquia, quae formantur ex affectu interiori varia, vt ipse affectus varius est.

Varii modi agendi cum Deo.

** Ex 1. exercitio primae hebdomadae.*

6 * Interdum enim homo agit cum Deo, vt filius cum patre, interdum vt seruus cum Domino, modo vt amicus cum amico, modo etiam vt reus cum Iudice, aliquando etiam petens aliquod donum, aliquando gratias agens de beneficiis acceptis, alias accusando se ipsum, alias communicando cum eo familiariter.

Intelligentia tertiae annotationis ex 20:

7 In quo notandum quod dicitur in tertia annotatione ex viginti, haec colloquia, quando fiunt cum Deo, aut cum sanctis requirere maiorem reuerentiam, quam ipsas meditationes, et speculationes. In particulari vero colloquium secundum ad Christum vt impetret a Patre, explicandum erit rudioribus, hoc intelligi, non vt est Deus, sed vt homo mediator, et aduocatus, vt interpellet pro nobis.

Additiones primae hebdomadae quando dandae.

8 Additiones quae in libro exercitiorum ponuntur in fine primae hebdomadae, dandae sunt pridie quam incipiantur exercitia, nempe meditatio, quae dicitur trium potentiarum, et reliquae, quia in iis agitur de multis, quae adiuuant meditationem. Decima tamen additio posset differri in sequentem diem, quia non est adeo necessarium, vt detur illo die. Deinde sequentibus diebus dandae sunt reliquae additiones, et regulae de discernendis spiritibus, quae conueniunt primae hebdomadae, et quae conuenire videbuntur exercitanti, quas tamen non erit semper necesse scripto dare, sed id Instructoris iudicio permittitur.

Additiones exacte servandae.

9 Hae additiones curandum est, vt exacte seruentur, quia ex ipsis valde pendet fructus spiritualis exercitiorum, quamquam ex altera parte caueri etiam debet omnis excessus, et habenda est ratio personarum, et complexionum, vt si qui essent natura melancholici, non debent nimium coarctari, immo potius dilatandus est eis animus, et idem de personis imbecillioris valetudinis, et insuetis ad hos labores, et ideo opus est prudentia, et discretione, experientia enim ostendit quibusdam profuisse quod eis concederetur aliqua laxitas in his regulis seruandis, aliis autem profuit seueritas, et rigor, semper tamen mixtus suauitate.

De Confessione generali. Cap. XVI.

Quando ad generalem confessionem excitandus.

1 SIue qui se exercet versetur in primis quinque exercitiis, siue alia adiungantur, cum iam id satis consecutus videbitur, quod in hac hebdomada vt finis proponitur, nimirum cognitionem intimam peccatorum, et veram contritionem, et ad id serio conatus, et diuinae gratiae cooperatus, tam per exercitia, quam per additiones iudicabitur, moneri debet, vt se ad generalem confessionem disponat, et nisi instructori nimium fatigatus videatur, poterit adhuc pergere in meditando per vnam, aut alteram horam aliquid quod ad compunctionem peccatorum faciat, vel si id magis expedire iudicetur, aliquid legendo ad eum finem.

Indicandae utilitates confessionis generalis.

2 Vt autem hoc diligentius, et accuratius faciat, indicandum est ei quantae sint vtilitates huius confessionis generalis, de quibus vtilitatibus agitur in ipso libro Exercitiorum post examen generale. Quod si nulla alia esset, hoc certe satis esse deberet, quod experimur homines plerumque, aut sine examine sufficienti, aut sine debito dolore, nullo vel valde infirmo melioris vitae proposito ad confessionem accedere, ac propterea ad consequendam pacem conscientiae, et ad tollendos scrupulos, qui si non antea, saltem in puncto mortis animam excruciare, et in periculum salutis aeternae adducere solent, multum prodest, semel se ab omnibus anteactae vitae peccatis abluere.

Quae diligentia servanda in huiusmodi confessione.

3 Quam etiam ob causam, etsi cauendum est a nimia anxietate in facienda hac confessione, ne semper deinde maneant scrupuli ac reliquiae, vt quibusdam contingit, tamen ex altera parte studendum et conandum est, vt ita diligenter, atque accurate fiat, vt postea secura esse possit anima, se fecisse quod in se erat; nam sine hoc numquam frui poterit illa pace animi, et tranquillitate conscientiae, quam diximus. Ideo praeter proprium studium, et diligentiam ipsius qui Exercitia suscipit iuuandus est etiam aliqua via, et methodo, nempe directorio aliquo ad bene confitendum, cuiusmodi iam multa extant bona, et apta, si opus fuerit, et pro cuiusque indigentia.

Quibus Navarri Summa legenda.

4 Aliquando etiam, praesertim insignioribus hominibus, proderit dare legendam Summam Nauarri, vbi agit de statibus, vt attente considerent, quae ad suum statum pertinent. Sic enim melius videbunt in quibus defecerint, quae si nostri per se proponerent, fortasse non tantam iis fidem haberent, et possent putare eos esse nimios in vrgendis conscientiis.

Cui facienda confessio generalis.

5 Hanc generalem confessionem, vt plurimum magis expedit non fieri ei, qui tradit exercitia: si tamen qui suscipit ei confiteri mallet pro sua deuotio-

ne, vel sacerdotum penuria, aut aliae causae ita exigerent, nihil impediret quin etiam ipsi fieri posset.

De fine primae hebdomadae. Cap. XVII.

Primae hebdomadae tempus quando contrahendum aut prorogandum.

1 QVoniam, vt supra dictum est, exercitiorum hebdomadae * non dierum spatio definiuntur, sed ex effectu, qui in eis praetenditur, ideo huius primae hebdomadae tempus vel contrahi, vel prorogari poterit, prout citius, vel tardius quisque contritionem, deuotionem, vel meditandi modum assecutus fuerit. Alii enim celerius, alii serius eo perueniunt. Illud tamen notandum, eos homines, qui multum proficiunt in via spiritus, et qui iam ab aliquo tempore Sacramenta frequentant, aut qui multum cupiunt statuere de modo vitae suae, in quo magis Deo domino seruire possint, non esse diu detinendos in hac prima hebdomada. Immo si fieri possit, quatuor, aut quinque diebus absoluere eam debent. Contra vero faciendum in iis, qui non ita dispositi sunt. hi enim vt peccata sua defleant, et vt peccati turpitudinem, ac foeditatem agnoscant, debent diutius in his exerceri mutando subinde rationem victus somnique, et alia genera paenitentiae, vt habetur in exercitiis notabili tertio post additiones primae hebdomadae.

* *Annot. 4. ex 20.*

2 Qui absolutis exercitiis primae hebdomadae ad reliqua progressurus est, postquam generaliter confessus fuerit, et communionem sumpserit, saltem per vnum diem vacare debet ab illo labore tam intenso meditandi. Interim tamen posset in mente versare parabolam illam filii prodigi, applicando eam ad seipsum, aut aliquid eiusmodi. Porro ad communionem est ita etiam disponendus, vt ad eam accedat cum reuerentia, et fide, et gustu, et ob eam causam danda est ei aliqua meditatio ad hoc apta.

De secunda hebdomada, et primo de fine qui in ea praetenditur Cap. XVIII.

Scopus exercitiorum primae hebdomadae:

1 FInis, et scopus, qui exercitiis omnibus primae hebdomadae praefixus est, hic praecipue est cognoscere quod errauimus ab ea via, quae nos ducere debebat ad vltimum illum finem, cuius causa creati sumus, et consequenter dolere de tali, et tanto errore, et concipere intensum desiderium redeundi in illam viam, et in ea semper perseuerandi.

Finis secundae.

2 In hac autem secunda hebdomada finis est, proponere sibi Christum dominum, ac Saluatorem nostrum, vt veram viam, iuxta illud, quod ipse dixit. Ego sum via, veritas, et vita, et [a] Nemo venit ad Patrem nisi per me.

Ioa. 14. **6.**

Ipse enim est exemplar a Patre hominibus propositum, cuius imitatione emendemus, et componamus mores nostros corruptos, et dirigamus pedes nostros in viam pacis. Quare cum Christi vita sit perfectissima, et ipsa idea virtutis, et sanctitatis, sequitur, vt quo vita nostra propius ad eam [b] imitatione accesserit, ipsa quoque perfectior sit, immo et propius accedat ad vltimum finem suum, ideoque eo etiam felicior sit.

Secunda hebdomada respondet viae illuminativae.

3 Propter hanc causam haec secunda hebdomada respondet viae illuminatiuae, quia Christus est sol iustitiae, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et ad hoc venit, vt illuminaret sedentes in tenebris, et vmbra mortis, et [c] quoniam peccata, et prauae affectiones obtenebrant animam, eamque impediunt, et retrahunt a Christi imitatione, ideo haec prius eradicanda ex corde erant primis illis exercitiis, et meditationibus.

Quaenam dispositio in facientibus haec exercitia requirebatur a S.P.N.

4 Dispositio quam P. N. Ignatius requirebat in iis, qui facturi essent exercitia huius hebdomadae, est, vt ostendant feruorem, ac desiderium progrediendi vlterius ad deliberandum de statu vitae. Quare qui hoc nollet, vel tepide vellet, etiam si cuperet progredi in meditationibus, melius esset eum differre ad vnum, aut alterum mensem. Hoc enim negotium eiusmodi est, vt nisi cum feruore spiritus suscipiatur, non possit habere bonum successum. requirit enim magnum, et fortem, et constantem animum, qui ex augmento deuotionis proueniat.

Quando quis non est admodum capax.

5 Verum est quod si quis esset, a quo nihil magnum sperari posset, quia non esset admodum capax, vel impeditus esset statu matrimonii, posset pro eius captu, aliquid addi de sequentibus hebdomadis, vt dirigatur in statu, in quo est, ad bene viuendum in eo.

Cum fame relinquendi.

6 Ceteros autem melius est relinquere cum fame, vt sciant adhuc sibi restare aliquid quod faciant. Contingit enim saepe vt hac dilatione experientia ipsa apertius eis detegat suas necessitates, et infirmitates; quod facit, vt deinde ardentiores, et magis dispositi redeant.

---

[a] *Deest hoc v. in NE.*—[b] eum *NE.*—[c] mortis. Et *NE.*

De primis quatuor exercitiis secundae hebdomadae. Cap. XIX.

Primum exercitium secundae hebdomadae quid sit.

1 PRimum exercitium in hac secunda hebdomada, est de Regno Christi, quod tamen non computatur inter meditationes, quia prima est de incarnatione Domini. Est igitur quasi fundamentum quoddam, aut prooemium totius huius tractatus, et summa, ac compendium vitae, et operum Christi Domini in eo negotio, quod ei commiserat Pater, de quo Esaias,* Opus illius coram eo; et ipse Dominus. * Opus quod dedisti mihi, vt facerem. Et statim addit [a], quidnam id esset, Clarificaui te super terram, manifestaui nomen tuum hominibus. Vocat autem omnes homines in societatem tanti, et tam gloriosi operis, vnumquemque iuxta suum gradum. Ex quo iam incipit apparere diuersitas graduum in imitatione Christi.

Esa. 62. **11.**

Ioan. 17. **4, 6.**

Quae dispositio necessaria.

2 Dispositio autem, quae requiritur in anima eius, qui facit exercitia, haec est, vt quantum est ex sua parte tendat in id quod perfectius est, si Dominus dederit gratiam, et vires. Vnde aperte colligitur ex hoc iam loco animam incipere praeparari, et disponi ad electionem status, quae postea suo loco expressius proponetur. Sic enim mirabili quodam artificio Spiritus sancti hic anima excitatur ad perfectionem, vt deinde hanc eandem perfectionem eliciat, et indaget in omnibus sequentibus meditationibus, Incarnationis, Natiuitatis, et aliarum, et ita perfectionis semina, quae hic sparguntur, per illas deinde meditationes latenter crescant, et promoueantur, donec in tempore electionis suum fructum ferant. Atque hoc bene notandum est Instructori pro sua directione, non quod de hoc monere debeat exercitantem, sed potius sinat res ipsas per se in eius anima operari, vimque suam exercere.

Cui danda haec meditatio.

3 Neque hoc tamen impedit, quin haec meditatio, sicut etiam quae deinde sequetur [b] de duobus vexillis, tradi possit etiam iis qui non sunt facturi electionem, quoniam etiam hi ea iuuari possunt: siquidem in genere tantum agunt de iis, quae ad maiorem Dei gloriam ab vnoquoque fieri possunt in Dei obsequio pro cuiusque capacitate.

Quare in secunda hebdomada additur unum praeludium.

4 In hac secunda hebdomada notandum est, addi hic vnum praeludium. Nam cum in prima hebdomada, primum praeludium sit constitutio loci, hic ante constitutionem loci ponitur quaedam repraesentatio historiae, seu mysterii quod meditandum occurrit. Hoc autem non ita

---

[a] Isaias: Opus eius coram illo. Et ipse Dominus: Opus quod dedisti, ut faciam. Et addit *VE.*—[b] sequitur *VE.*

intelligendum est, vt tunc immorari debeamus in meditando illo mysterio. Sic enim nihil differret praeludium a meditatione, sed ita est accipiendum, vt in primo illo praeludio proponatur historia generatim, et quasi tota in communi, vt sciatur materia, de qua tunc cogitandum est, et anima incipiat in ea actuari, et ad eam elcuari, deinde vero in ipsa meditatione incipiat in singulis eius partibus immorari, easque ponderare, et penetrare. Vt cum quis coniicit oculos in tabulam aliquam pictam, in qua sit varietas rerum pictarum, prius vnico intuitu omnia confuse cernit, et scit quid in ea tabula contineatur, postea vero figit oculos in singulis particularibus rebus, quae ibi pictae sunt, easque sigillatim melius, et accuratius perpendit.

Unde sumenda puncta harum meditationum.

5 Quod autem attinet ad puncta harum meditationum, sumenda erunt in fine libelli exercitiorum, vbi mysteria vitae Christi ordine posita sunt distincta fere singula tribus punctis, etsi simplicioribus, qui ea non legerint, aut legere non possint in Euangeliis, explicatius tradi oportebit addita breui declaratione, vt dicitur secunda Annotatione ex viginti. Vnde quod in meditatione Incarnationis, et Natiuitatis etiam dicitur de contemplandis personis, et earum verbis, et operibus, intelligi debet, referendo ad illam, quam diximus distributionem quae in fine libri ponitur, nempe cogitando haec in singulis punctis, vt occurrunt ordine suo, non autem quod necessarium sit omnes prius personas totius mysterii, deinde omnia verba eiusdem, ac demum opera separatim meditari; hoc enim praesertim in quibusdam meditationibus pareret confusionem.

Cur meditatio in punctis.

6 Quare hoc tantum voluit P. Ignatius regulam dare in singulis punctis, quo meditantis intentio ferri debeat, primum quidem in ipsas personas, quae in illo puncto occurrant [a], tum ad verba, si prius verba, vel ad facta, si prius occurrant facta. Et ita absoluto vno puncto transeatur ad aliud, eundem ordinem in eo seruando.

Alia praeterea addi possunt puncta.

7 Caeterum etsi hic tantum mentio fit de his tribus, non tamen prohibetur, quin possint etiam addi alia puncta, ut v. g. cogitationes, et affectus personarum interiores, tum etiam virtutes, et praeterea modus, et finis mysteriorum, quae occurrunt, causa item, et effectus, tempus, et reliquae circunstantiae, vt foecundior sit meditatio, et maior eius fructus.

---

[a] occurrunt *NE.*

De quinto exercitio secundae hebdomadae, quod est applicatio sensuum. Cap. XX.

De quinto exercitio, videlicet de applicatione sensuum.

1 EXercitium quintum, quod est applicatio sensuum, est facile valde, et vtile, imaginando nos videre personas et audire verba, aut strepitum si qui fit, vel tangere, aut osculari, siue loca, siue personas, quod tamen fieri debet cum omni reuerentia et modestia, ac timore. Olfactum P. N. Ignatius refert ad odorandam fragrantiam animae ex donis Dei, et gustum ad gustandum [a] eius dulcedinem, quod vtrunque significat praesentiam quandam rei, vel personarum, quas meditamur cum gustu et amore earum tenero.

Intelligentia illius notandi, post medit de incarn. et nativ, faciendam esse applicationem sensuum.

2 Quod autem hic dicitur facta meditatione Incarnationis, et Natiuitatis, faciendam deinde separatim hanc applicationem sensuum, intelligendum est idem deinceps fieri debere in reliquis meditationibus vitae Christi. Quod non ita accipiendum est, quasi hanc applicationem debeamus habere seiunctam ab omni materia meditationis, sed vt praecipuus scopus circa mysterii considerationem sit sensuum applicatio.

In quo differt applicatio sensuum a meditatione.

3 Differt autem applicatio ista sensuum a meditatione, quoniam meditatio est magis intellectualis, et magis versatur in ratiocinatione, et omnino est altior. discurrit enim per causas illorum mysteriorum, et effecta, et in eis inuestigat attributa Dei, vt bonitatem, sapientiam, charitatem, et reliqua. At vero applicatio non discurrit, sed tantum inhaeret in illis sensibilibus, vt in aspectu, et auditu, et reliquis eiusmodi, quibus fruitur, et delectatur cum profectu spirituali.

Eius duplex utilitas.

4 Est autem eius duplex vtilitas, interdum enim, cum anima non potest profundiora speculari, dum in his immoratur paulatim disponitur, et eleuatur ad illa altiora. Interdum autem contra, anima iam impinguata, et [b] feruens deuotione ex cognitione illorum mysteriorum altiorum, descendens deinde ad haec sensibilia, in omnibus inuenit pastum, et consolationem, et fructum ex abundantia amoris, qui facit vt minima quaeque, ac vel ipsi nutus magnifiant, et materiam amoris, et consolationis praebeant.

Unde sumenda Christi mysteria.

5 In mysteriis Christi tradendis debet Instructor ea desumere ex ipso libro exercitiorum, in fine, vbi, vt dictum est, descripta sunt cum suis punctis. Quare qui magis versati sunt in meditando, iis satis erit dictare, vel dare in

---

[a] gustandam *NE.*—[b] *Deest hoc v. in NE.*

scriptis puncta, vt ibi habentur, admonendo, vt semper eandem formam teneant, quam prima die. Cum aliis autem minus versatis oportebit ad particularia magis descendere, accommodando praeludia ad materiam, et introducendo eos, vt sciant sibi proponere personas cum suis circumstantiis, tum earum verba et facta etc.

De meditationum horis, lectione spirituali et eo qui exercetur visitando. Cap. XXI.

Exercitanti quando danda relaxatio.

** Ex notabili vnico in die secundo 2. hebdomadae.*

1 SI qui se exercet, fatigatus videatur, immo etiam si non adeo fatigatus sit, tamen vt melius durare possit, expedit, vt detur illi aliqua relaxatio in horis meditandi, et tunc omitti poterit meditatio, quae fit media nocte, et retineri aliae quatuor horae.

De lectione in secunda hebdomada.

2 Potest etiam in hac hebdomada, et sequentibus post absolutas meditationes reliquo tempore legi aliquis liber, sed eiusmodi, qui pietatem potius nutriat, quam intellectum nouitatibus exerceat, vt sunt aliqua ex operibus S. Bernardi, vel Gerson de imitatione Christi, vel Granata. * Si vero liber hic contineret aliquem tractatum de Christi mysteriis, non expediret, vt ea legerentur, de quibus postea faciendae sunt meditationes, sed de quibus iam factae sunt, vel quae eo die sunt faciendae.

** Ex Notabili 1. secundae hebdomadae post meditationes primae diei.*

Quando visitandus qui exercetur.

3 Quod attinet ad visitandum eum, qui exercetur, semel saltem esset visitandus in die, excepto tempore electionis, quo tempore solent incidere frequentiores desolationes et perplexitates, quae crebriorem visitationem requirunt.

De electione quanti momenti sit, et quis ordo in hac materia seruandus. Cap. XXII.

Electionis difficultas.

1 IN omnibus exercitiis nullus est difficilior locus, aut qui maiorem dexteritatem, et discretionem spiritualem requirat, quam electionis, quoniam hoc tempus expositum est diuersis motibus animi, et saepe etiam erroribus, cum homo non solum a malo vincatur, sed plerunque etiam boni, et recti imagine fallatur.

Attendenda electionis necessitas et gravitas.

2 In hac ergo materia illud ante omnia intelligendum videtur, et ante oculos tenendum, quanti referat eligere statum vitae. Nam si homo, vt rationalis, debet omnibus [a] suis actionibus ponere finem congruentem

---

[a] omnino *NE.*

rationi, Christianus autem debet omnia opera sua dirigere ad finem supernaturalem: si haec ergo in singulis actibus fieri debent, quanto magis in capiendo statu, ex quo scilicet consequuntur fere omnia, opera vitae nostrae, ita vt, si finis ipsius status sit vitiosus, ea etiam quae ad finem consequuntur, oporteat esse vitiosa.

Indifferentia ad electionem.

3 Deinde, vt in corpore animantis plura sunt membra, neque omnia membra sunt oculus, aut omnia pedes, vt ait S. Paulus, ita in hoc corpore Ecclesiae oportet esse varios gradus, et status. Huius autem diuisionis, et partitionis auctor est Spiritus sanctus, ad quem pertinet singulis suum locum tribuere. Vnde Apostolus eodem loco: diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, et diuisiones ministeriorum [b] sunt, idem autem dominus, et diuisiones operationum [c], idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ex quo constat, vt famuli a suo Domino suo quisque operi, ac muneri destinantur; sic homines a Deo; ac proinde non debere hominem impedire in se ipso id, quod Deus in eo, et de eo agere vult, sed oportere vt ei fideliter seruiat in quacunque re eius maiestas voluerit.

primae Cor. **XII.** [a]

Cor., XII, 4, 5, 6.

Utilitas talis electionis.

4 Accedit etiam propria vtilitas, eaque magna, quoniam pertinet ad salutem aeternam. Nam etsi Deus nemini negat auxilium necessarium ad salutem, tamen non est dubium, quin iis multo abundantius gratiam suam, et lumen atque opem communicet, qui non se in aliquem vitae statum ex libito suo intruserunt, sed eum elegerunt, quem praemissa diligenti consideratione putarunt esse iuxta diuinum beneplacitum.

Dei, non autem nostra sequenda voluntas.

5 Denique si nos in tanta re nostro iudicio, ac placito gubernare velimus, facile in maximos et maxime perniciosos errores incidemus, si vero Dei voluntatem executi fuerimus, ille vt Pater, et creator noster, nihil de nobis statuet, quod nobis vtile, et salutare non sit, immo vero etiam aptum, et accommodatum nobis, quoniam ipse noscit figmentum nostrum.

Haec omnia suggerenda.

6 Haec igitur et alia in hanc sententiam non solum Instructori vtilia erunt, vt in hoc negotio magnum studium adhibeat, sed multo magis ei, qui facit exercitia, vt videat quo animo aggredi debeat rem adeo necessariam.

Partitio sequentium capitum.

7 Igitur, vt in hoc tractando aliquis ordo seruetur primo dicemus quales esse debeant, qui ad electionem admittuntur; secundo quales ii qui eos dirigunt; tertio quae sint res, de quibus est electio: quarto quae in ea regulae seruandae. quinto quis sit ordo, et praxis electionis faciendae.

---

a *Sic recte NE.*; 13 *Di.*—b ministrationum, *NE.*—c operationum sunt, *NE*

Quales esse debeant qui ad electionem admittuntur. Cap. XVIII.

Quinam ad electionem admittendi.

1 CIrca primum, apertum est non omnes esse admittendos ad electionem status. Qui enim iam tenent statum determinatum, vt coniugati, aut religiosi non debent de hoc agere, sed tantum iuuari debent, vt in suo quisque statu ad perfectionem tendat pro mensura gratiae quam ei Dominus Deus concedat [a]. Qui autem adhuc statum non habent, non tamen omnibus indifferenter dari debet electio, vt habetur in septima parte Const. c. 4. lit. F. vbi dicitur quod non nisi paucis, iisque huiusmodi, vt ex eorum profectu non vulgaris ad Dei gloriam fructus speretur. Igitur, qui vel incapaces essent huius perfectionis cuiusmodi sunt leues natura et inconstantes, quos in primis explorare oportebit nec vllo modo admittere ad electionem, aut quos constet habere passiones quasdam indomitas, aut malos habitus, qui videantur incorrigibiles, non essent admittendi, nisi tam certa signa essent peculiaris cuiusdam gratiae, vt haec omnia suppleret.

Necessarium est desiderium et petitio.

2 Secundo praeter naturam, et mores aptos, requiritur etiam, vt ille cui datur electio, eam ipse desideret, et petat. Et hoc omnino necessarium est, et nullo modo alioquin dari debet, multo autem minus ingeri et obtrudi non cupienti. Nam praeterquam quod, qui sic affectus est, omnia quae ei dicentur, cum suspicione accipiet, et ideo iis iuuari non poterit, est etiam ea causa, quod in electione facienda multae et magnae incidunt difficultates, etiam cum voluntas bona, et feruens est; quare multo erunt maiores, cum voluntas languet, et ideo nunquam eas superare poterit.

Electurus sit ab omni affectu liber.

3 Tertio valde expedit, vt qui ingreditur electionem, studeat esse liber ab omni affectu inordinato, et plane ad omnia indifferens, ad hoc vero vnum inclinatus, vt sanctum Dei beneplacitum sequatur, quodcunque illud esse cognouerit. Quare si cerneretur eum nimis propendere ad diuitias, minus autem ad paupertatem, non esset bene dispositus, nec sperandus esset bonus exitus in electione. Ille enim affectus, auersus a via perfectiori, et ad imperfectiorem conuersus intellectum traheret ad excogitandas rationes tali affectui consentaneas. Ac cum vt dici solet, quicquid recipitur, recipiatur ad modum recipientis, facile fieret vt existimaret illam esse Dei voluntatem, quae est ipsius voluntas. Oportet igitur vt perueniat ad tertium gradum humilitatis, qui ponitur in libro exercitiorum, aut saltem ad secundum, cui comparando seruiunt meditationes de vexillis, et de tribus classibus et aliae, de quibus infra dicetur, et ideo

[a] concedet *NE.*

esset in iis meditationibus diutius retinendus vt paulatim disponatur, ad hoc aequilibrium animi, partim conando propria diligentia, partim id a Deo petendo feruentibus orationibus. Quod si ad hanc resignationem et indifferentiam non peruenerit, tota tractatio de modo eligendi relinquenda est, et [a] tunc si ita expedire videbitur, procedendum in reliquis exercitiis faciendis, vt si fieri potest, per ea ad maiorem maturitatem perducatur, vel post breue tempus finis eis imponendus.

Quaenam optima dispositio ad electionem.

4 Quarto omnium optima est illa dispositio vt non modo non magis propendeat ad terrena retinenda, sed quoad fieri potest, voluntatem suam semper inflectere conetur ad id quod perfectius est. Nam licet re ipsa non id electurus sit, quia fortasse Deus non eum vocet [b] ad talem statum, tamen nihil ei nocebit, immo plurimum proderit tale desiderium; ac proinde in his exercitiis semper proponitur via perfectior, tamquam magis optanda, et a Deo petenda. In quo valde notanda est sententia quaedam P. N. Ignatii, quae inuenta est in quodam eius scripto, vbi ita ait, debere Instructorem ita disponere eum, qui est in exercitiis, vt omnino resignatus sit, tam ad consilia sequenda, quam ad praecepta, immo vero quantum in ipso est magis inclinatus sit ad consilia, si id maius Dei obsequium fuerit: et addit maiora vtique signa requiri ad statuendum quod ea sit Dei voluntas, vt quis in eo statu maneat, in quo satis sit seruare praecepta, quam vt viam consiliorum ingrediatur, quia Dominus tam aperte ad consilia exhortatus est, at vero in illo statu magna ostendit esse pericula.

Ultima dispositio ad electionem.

5 Vltima est ea dispositio, quam idem P. Ignatius eodem loco praecipit, nempe vt qui facit electionem, colligat se totum intra se, et toto tempore quo durat haec deliberatio, claudat sensus, claudat animum omnibus aliis rebus, nihilque velit videre, aut audire quod non de sursum sit. Quibus verbis duo indicantur, primum vt anima non sinat se distrahi ad alias cogitationes, sed hoc vnum agat, et huic vni intenta sit, ceteris omnibus negociis a se reiectis. Alterum est, * vt in hac deliberatione non admittat rationes, quae non sint e caelo, idest nullas admittat, quae sapiant carnem, et sanguinem, aut aliquid humanum, ac terrenum, quia omnia manare debent ex vno illo principio, quod est desiderium gloriae Dei, et exequendi eius voluntatem. hic enim est verus ille sumptus ad aedificandam turrim, de qua est in Euangelio, et hoc magnam animae fiduciam affert, quod Deus non sinet eam decipi, quia cum eum in toto corde, et in veritate quaerat, nunquam se Deus ab ea auertet, cuius scilicet tanta est bonitas, et amor in suam creaturam, vt etiam occurrat saepe non quaerentibus. Quod licet ita sit, et ea sit perfecta

* *Annot. 16. ex 20.*

Luc. xiv, 28.

---

[a] est. Et *NE.*—[b] vocat *NE.*

electio, ad quam solius Dei amor impellit, tamen si praecipuus quidem esset amor Dei, sed praeter illum aliquid etiam accederet quod eodem inclinaret, modo non repugnans Dei legi, ac voluntati, et ex sua natura bonum, vtputa consolatio propria, et quies spiritualis, ratio valetudinis, aut aliquid eiusmodi, non propterea improbanda esset electio. Haec tamen oporteret semper minus esse praecipua, et minus praecipue mouere, et haec ipsa ad Dei amorem referri.

Qualis esse debeat qui dirigit electum. Cap. XXIV.

Officium dirigentis electurum.

1 CIrca secundum, officium eius, qui tradit exercitia in hoc particulari negocio, est cooperari motioni diuinae, eamque non praeire, sed sequi, et ad hoc disponere animam eius qui facit exercitia, remouendo impedimenta, nempe errores, dolos, affectiones, atque inclinationes inordinatas. Non debet eum mouere vel ad vnam, vel ad aliam partem vt dicitur in 15. annot. ex priorib. Etsi enim ex natura sua licitum est, ac meritorium etiam hortari ad perfectiora, tamen vt eiusmodi deliberationes solidius fiant, et sine vlla humana persuasione, multo melius est permittere, vt solus Deus cum sua Creatura tractet, nec aliquis tertius intercedat: et hoc maxime in exercitiis, vbi se anima ad hoc ipsum disponit. Ratio huius est, quia electio tantae rei, vt est status vitae, non debet niti persuasione, aut inductione humana, sed sola Dei voluntate, alioqui metuendum esset illud, quod Dominus dixit, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus caelestis eradicabitur. Et cum in eiusmodi via per se ardua, et deinde Daemonum inuidiae exposita sine dubio secuturae sint multae tentationes, ac difficultates, non potest vllum auxilium, ac subleuatio expectari ab homine qui nos induxit, nisi leuemus oculos nostros in coelum, et dicere possimus Dominus solus Dux meus fuit, quoniam iuxta Apostolum sperandum est, eum qui dedit velle, daturum etiam perficere, et confirmaturum vsque in finem.

Matth. 15. **13.**

Philip. 2. **13.**

Indifferentia etiam dirigentis electurum.

2 Ex quo colligitur * eum qui dirigit in hac electione debere ipsum quoque suo modo indifferentem esse, vt fideliter peragat opus, quod ei commissum, et creditum est, idque tantum respiciat, et cupiat, vt Dei voluntas, et beneplacitum compleatur, nihil apponens de suo spiritu proprio. hoc [a] enim est immittere falcem in messem Dei, et praeterea posset aliquando praebere materiam tentationum exercitanti, quia maneret semper aperta daemoni haec porta, suggerendi quod hominis instinctu ad religionem inductus esset. Per-

**Annot. 15. ex 20.*

[a] proprio: hoc *NE.*

suadeat autem sibi illud tutum fore, ac sine periculo quod indagauerit iuxta regulas sanae electionis. Tantum diligens sit in subleuando, ac dirigendo quem Dominus eius curae ac fidei commisit.

Eiusdem vigilantia.

3 Vigilet in detegendis fraudibus, et paralogismis Daemonis, quoniam ex falsis principiis, qualia ille suggeret, sequetur non nisi falsa conclusio.

Ut debet ingredi in electionem.

4 Animaduertat etiam contingere saepe vt quis ingrediatur in electionem cum optima dispositione, et tamen in ipso articulo eligendi insurgat in ipso aliquis sinister affectus, qui omnia perturbet, et suffocet bonum semen, et ideo cautus sit, et industrius ad haec omnia tum prouidenda, tum praecauenda.

Quae sint res de quibus est electio. Cap. XXV.

Electio sit de rebona.

1 CIrca tertium, illud certum est rem omnem, * quae sub electionem cadat oportere esse bonam, siue sit negocium aliquod particulare, siue status totius vitae.

* *Ex introductione ad eligendarum rerum notitiam.*

Electio status.

2 Electio autem status versatur circa duo sitne manendum in praeceptis, an progrediendum ad consilia.

Si consilia sequenda, quid agendum.

3 Si consilia sequenda, num in Religione, an extra eam. Quanquam enim vix iam extra religionem seruari possunt, tamen potest esse talis natura vt non sit valde idonea ad communitatem vitae, et obedientiam, et tamen possit seruare paupertatem et castitatem.

Si in religionem ingrediendum, quaenam eligenda.

4 Tertio, si in Religione, restat etiam in particulari quis ordo eligendus, quia alios vocat Dominus ad maiorem solitudinem, alios ad iuuandos proximos, et ipsa naturalis complexio vel corporis, vel etiam animae alia alii instituto aptior est.

Temporis electio.

5 Quarto electa peculiari religione, deliberatur etiam de tempore, et de modo id exequendi.

Quid cavendum in electione Religionis.

6 In eligenda hac autem vel illa religione, cauendum est, primo ne eligatur aliqua iam corrupta, vel in qua non vigeat obseruantia. secundo inter illas ipsas in quibus viget obseruantia, praeferenda est ea, cuius institutum sit perfectius, in quo dijudicando est optima doctrina sancti Thomae 2. 2, quaest. 188. [a] art. 6. et habenda est maxime ratio personae, non solum iuxta vires et propensionem, sed etiam iuxta dotes, et talenta, quae habet propter maius Dei obsequium.

---

a 118 *NE., sed perperam.*

Difficultas vocationem exsequendi.

7 In tempore autem exequendi diuinam vocationem est interdum peculiaris difficultas, quoniam in his, quae repugnant sensui, solet humana infirmitas procrastinare [a] quantum potest, et causas morarum innectere, seque ipsam decipere, quaerendo rationes differendi. Quare optimum est, hanc ipsam difficultatem profligare in exercitiis, et cogitare quod ait sanctus Ambrosius, Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Imitanda est etiam promptitudo Apostolorum relictis statim retibus, et patre: valetque illa ratio, Si aliquando, cur non modo? et si non modo, fortasse nunquam. Nunc enim recens est Dei motio, et eius auxilium, postea vero facile fieri potest, et fit quotidie, vt refrigescat hic spiritus, et sic multo difficilius erit resistere pugnae carnis, et diaboli. Et haec de electione consiliorum.

Quid, si eligat servare praecepta.

8 Si quis vero eligat seruare praecepta, restat adhuc consultandum, in quo statu, aut in qua ratione viuendi ea seruet, quae singula discutienda sunt, vt eo melius, et cum maiori luce vita instituatur.

In aliis particularibus utendum iisdem regulis.

9 Denique in aliis particularibus negociis, vt in suscipienda aliqua re, vel non suscipienda, vtendum est his iisdem regulis, sumendo scilicet eam partem ipsarum quae sufficit pro qualitate rei. Modus autem, seu regula etiam in his omnibus particularibus actionibus, est omnia metiri ex Dei honore, nullo habito respectu ad proprias commoditates, maxime temporales, vt intentio semper in Deum recta sit, nec inflectatur ob aliquid terrenum.

De tempore triplici ad electionem recte faciendam. Cap. XXVI.

Tria tempora electionis.

1 CIrca quartum declaranda sunt tantum tria [b] tempora electionis faciendae, quae habentur in libro Exercitiorum, nam his bene cognitis, nihil fere aliud desiderari posse videtur. Tempora autem dicuntur quia cum tales anima motiones sentit, quales ibi describuntur tunc aptum est tempus et opportunum electioni. Ac de primo quidem tempore pauca sunt dicenda, cum scilicet adeo clare constat de Dei voluntate, vt ne dubitari quidem de ea possit, pro cuius exemplo ponitur vocatio Matthaei, et Pauli. Et quamuis iam non contingant eiusmodi vocationes ita miraculosae, tamen et legimus, et videmus quasdam, quae quodammodo ad eas videntur accedere tanta claritate, et satisfactione spiritus, tamque certa illustratione diuinae voluntatis, vt ne in has quidem videatur cadere posse dubitatio. Sed haec vocatio nimis extraordinaria est, nec cadit sub regulam: et ideo nec a Deo petenda; aut exspectanda est, et ob hanc

---

a *Sic NE.*; procrastinari *Di.*—b *Deest hoc v. in NE.*

etiam causam, cum tam raro accidat, non multum est in huius primi temporis consideratione insistendum, et obiter dumtaxat declarandum ei qui facit exercitia.

Secundum tempus magis ordinarium.

2 Secundum igitur tempus est magis ordinarium cum scilicet animus inspirationibus et motionibus internis agitur iisque tam efficacibus vt sine vllo intellectus discursu, aut fere nullo, voluntas feratur ad Dei seruitutem, et ad perfectionem.

Tertium tempus.

3 Tertium tempus est cum intellectus ratiocinando et ponderando rationes pro vna et altera parte veritatem clarius aspicit et veluti lumen voluntati praefert vt voluntas id demum eligat quod omnibus perpensis melius fuerit iudicatum.

Comparatio secundi temporis faciendae electionis cum tertio. *Cap. XXVII.*

Differentia voluntatis et intellectus in electione.

1 ITaque, etiamsi hae duae potentiae animae ita coniunctae sint, vt vna sine altera in eligendo operari non possit, est tamen haec differentia, quod in primo et secundo tempore voluntas praecedit, intellectus vero sequitur, et ab ea trahitur sine vllo suo discursu, aut cunctatione, in tertio autem praecedit intellectus ipse, tamque multas rationes voluntati proponit, vt eam extimulet, et impellat in eam partem, quam iudicat meliorem. Et quidem hoc supposito, quod motio illa sit immediate a Deo, sine dubio excellentior via est, et altior cum voluntas diuinitus illustrata praecedit ac trahit intellectum quia etiam Aristoteles, vt refert S. Tho. ita ait illis qui mouentur secundum instinctum diuinum, non expedire consiliari secundum rationem humanam, quia mouentur a meliori principio, quam sit humana ratio. Sed posterior via nempe per ratiocinationem, et discursum, est securior, et tutior.

Quid in primo et secundo tempore.

2 Pro notitia autem primi et secundi temporis quando scilicet vt dictum est anima afflatu diuino permouetur declarandum est exercenti se quid sit consolatio, et quid desolatio de qua vtraque agitur in tertia, et quarta regula discernendi spiritus.

Quid sit consolatio.

3 Haec autem consolatio non est habitus, sed veluti spiritualis passio data supernaturaliter, cuius natura est, vt dum praesens est, facile exerceantur actus virtutis, immo cum delectatione et gustu, et cum inflammatione affectus. contra vero facit, vt opera carnis desipiant, et insuauia videantur. Eius partes, vel modi varii sunt, vt pax, et quies quaedam interior gaudium spirituale, lumen, et clarior cognitio rerum diuinarum, lachrymae, mentis eleuatio in Deum, spes in Deo fixa, sensus rerum aeterna,

rum, conuersio ad coelestia, calor sancti amoris, et si qui sunt similes alii effectus, vel affectus, qui sunt omnes a spiritu bono.

Quid desolatio.

4 Desolatio contra est tristitia, perturbatio animi, spes in rebus, vel personis humanis [a], amor rerum inferiorum, ariditas, depressio, et euagatio mentis in res huius mundi, quae sunt omnia a spiritu malo.

Quae observanda in his temporibus electionem facturo.

5 Hoc igitur posito ad cognoscendum vtra ex duabus partibus, de quibus consultatur, magis placeat Deo, debet homo in se ipso notare, et animaduertere, quando sentit consolationem, ad quam partem eum inclinet consolatio, et tranquillitas animae, et contra desolatio cum eam sentit, ad quam partem eum magis inclinet. Et cum his temporibus contrariis videat se moueri ad contrarios effectus, debet pro certo habere, nasci id ex principiis contrariis. Proprium enim est spiritus mali, inuadere animam tempore desolationis, eamque obruere pusillanimitate, et tristitia, et torpore; contra vero proprium est boni spiritus, afferre animae laetitiam, et tempore laetitiae cum ea tractare, et in eam influere. Vterque enim dat ex eo quod habet, et quo abundat, vt constat ex regulis discretionis spirituum praesertim quae huic secundae hebdomadae conueniunt, quae valde opportunae sunt hoc tempore et sine illis fere ambulabitur in tenebris.

Similitudo S. P. N. Ignatii.

6 Est etiam altera quaedam praxis huius rei, quam ponit P. N. Ignatius illa similitudine eius qui praesentat Principi suo genus aliquod cibi, vt exploret quam ei arrideat. Sic anima cum profunda humilitate, et feruent amore, ac desiderio gratificandi Deo, offerat ei diuersis temporibus modo vnam, modo alteram rem, obseruans quaenam ex illis a Deo magis accipiatur, et admittatur, dicens semper, Domine quid me vis facere? Quod non solum ore, aut leuiori mentis affectu, sed toto corde, et multis cordibus, si tot haberet, ei dicendum, et sentiendum est.

Optimum signum Dei vocantis ad perfectionem.

7 Porro inter alia indicia diuinae voluntatis vocantis ad statum perfectiorem, illud est optimum, si anima sentit sibi promitti tantum pecuniae spiritualis, quantum necesse sit ad aedificandam hanc turrim Euangelicae perfectionis, id est si sentit labores huius vitae, qui aliis ita graues videntur, et ipsimet antea ita videri solebant, nunc leuiores, et faciliores reddi, sic, vt voluntaria paupertas, vel abnegatio propriae voluntatis vel [b] castitatis obseruantia, et reliquarum virtutum exercitatio, iam non adeo grauis ei videatur, vt de se ipso scribit S. August. in libris Confess. Secundum est indicium si hae cogitationes pergunt semper mouere ad bonum. Satanas enim licet ab initio dissimulet, in progressu

---

a *Deest hoc v. in NE.*—b *Deest hoc v. in NE.*

tamen non potest diu se celare, quin incipiat depromere suum venenum.

De signis boni et mali spiritus.

8 Denique de eiusmodi signis boni, vel mali spiritus optime, et valde dilucide agitur in regulis discretionis spirituum posterioribus lib. Exercitiorum, agit etiam Gerson in libro de probatione spirituum, et [a] Bonauentura de processu relig. c. 18.

Quando ad tertium tempus progrediendum.

9 Atque haec hactenus de primo et secundo tempore electionis, in quo si ita constet de diuina voluntate, vt anima plane confirmetur, et stabiliatur, nec desideret maiorem certitudinem, potest hic conquiescere, sin vero non sufficiat, poterit progredi ad tertium tempus.

De modo priore et posteriore bonae electionis faciendae. Cap. XXVIII.

Quot modis tempus tertium distinguatur.

1 TErtium tempus in libello exercitiorum duobus modis distinguitur qui vocantur modus prior et modus posterior bonae electionis; prior sex punctis, posterior quatuor regulis continetur. Si ergo in priori non fiat electio, veniendum est ad posteriorem, qui est vltimus modus, qui in hac materia tradi possit.

Quid in his modis eligendi requiratur.

2 Pro his autem duobus modis bene eligendi, sicut etiam omni tempore, quo durat electio, requiritur tranquillitas animae, quoniam tempore turbationis non est locus electionis [b], cum scriptum sit Eccles. 2. [c] Ne festines in tempore obductionis, quare [d] qui hanc tranquillitatem in se non sentiret, satius esset vt progrediatur in meditationibus donec tempestas deferueat, et redeat serenitas, quoniam dum turbida est aqua, nihil in ea perspici potest.

Posita animi tranquillitate, quid faciendum.

3 Supposita ergo hac tranquillitate, proponenda sunt ex vna parte commoda, ex altera parte incommoda prouenientia ex ea re, de qua agitur, et singula bene aestimanda, et examinanda, vt videatur quaenam praeponderent.

Rationes unde petendae.

4 Tantum illud obseruandum, et actuandum hic, quod supra attigimus, nempe has rationes, quae ad deliberationem adhibentur, debere omnes profiscisci ex illo principio diuini obsequii, nec admittendos esse in hac consultatione respectus humanos, aut terrenas cogitationes.

Electio tertii temporis alias confirmat.

5 Notandum est etiam quod hi duo modi quibus tertium tempus distinguitur non solum tunc adhibendi sunt, cum in secundo tempore nihil conclusum

---

a et S. *NE.*—b electioni *NE.*—c Eccli. II. 2: *NE.*—d obductionis. Quare *NE.*

est, sed etiam si facta sit electio confert ad eam magis confirmandam, et stabiliendam. Si enim anima certa esset, quod illa motio secundi temporis esset a Deo, sine dubio nihil ei esset amplius requirendum, sed quia Angelus satanae [a] transfigurat se aliquando in Angelum lucis, ideo haec generalis regula esse debet, valde periculosum esse, cum homo vult se gubernare tantum per motus voluntatis, et sensus quosdam interiores, non adhibendo considerationem debitam. Et ideo probatio et examen fieri debet per lumen, quia, vt dicit Apostolus, omne quod manifestatur lumen est. Hoc autem lumen post lumen fidei est etiam ipsa humana ratio adiuta tamen, et illuminata lumine fidei, quae ipsa quoque a Deo est, et non potest vnum repugnare alteri, quia necessarium est vt verum vero consonum sit.

secunda cor. 11. 14.

Ephes. 5. **13.**

Aliud signum mali spiritus.

6 Itaque hoc etiam signum est spiritus mali, quando refugit hoc examen, * quia amat tenebras, et non vult venire ad lucem, * vt non arguantur opera eius. Hanc igitur ob causam hic modus eligendi securior est, quia ratio fide illuminata, et Ecclesiae catholicae doctrina instructa suo officio fungitur, et cum totas vires suas, et quicquid potest exponat in inquirenda Dei voluntate, fideliter facit quod in ipsa est.

** Ex reg. 13. ad motus animae discernendos.*

** Ioan.* **III, 20.** [b]

Experientia suae infirmitatis.

7 Si vero ad has rationes adiungatur etiam experientia quam quis habeat suae infirmitatis, vt manifeste sentiat salutem suam in saeculo exponi magno discrimini, non est dubium, quin securius etiam res procedat.

Maius animae lumen.

8 Quod si praeterea rationes istae confirmentur per aliqua signa secundi temporis quae superius diximus, nempe pacis, consolationis, aut [c] gustus, tum vero anima maiorem etiam satisfactionem, et claritatem accipit.

Quid si secundo tempore fit inclinatio.

9 Quaeret aliquis quid faciendum sit, si forte contingat, vt secundo tempore in aliquam rem inclinemur, tertio vero tempore in alteram ei [d] contrariam, vel dissimilem. Respondemus esse diligenter rem examinandam per regulas discernendi spiritus, et per rectam rationem, et aestimandum pondus rerum mouentium vtroque modo. Quod si constaret clare quod ratio astipulatur [e] electioni tertii temporis, securius est eam sequi, quia non est certum an motio illa secundi temporis sit a Deo, et tunc maxime cum ratio aliud suadet. Contra vero si rationes, quae tertio tempore mouent, essent debiles, motiones autem secundi temporis bene examinatae iuxta regulas videntur esse a Deo, et recta ratio eis non repugnat, tota electio secundi temporis est praeferenda. licet enim

---

[a] sed quia Satanas *NE.*—[b] *Sic NE.*; 13 *perperam Di.*—[c] et *NE.*—[d] *Deest hoc verbum in NE.*—[e] adstipuletur *NE.*

prius clare non constaret per eam de Dei voluntate, tamen rebus melius agitatis, et discussis, accedente rationis testimonio potest fieri vt constet.

De praxi et ordine electionis. Cap. XXIX.

Praxis electionis.

1 RESTAT nunc vltimum, nempe tota praxis, et ordo proponendi electionem et manuducendi eum, qui facit exercitia. In primis igitur hoc valde notandum est, quod etiam supra indicamus, iam tum ab initio huius secundae hebdomadae incipere disponi animam per meditationem illam de Regno Christi, quae mentem erigit a terrenis, et fluxis ad Saluatoris imitationem desiderandam, quae quidem dispositio alenda est semper deinceps in eo qui se exercet, excitando eum, et dirigendo ad id quod perfectius est per reliquas meditationes, vt Nativitatis, Circuncisionis, et alias, in quibus ita instruendus est, vt concipiat desiderium assimilandi se filio Dei, et praeterea quam maximam possit erga eum gratitudinem, qui tanta nobis dedit, et tanta pro nobis fecit. In hac autem contemplatione de Regno Christi existimandum non est verba illa attestans coram infinita bonitate tua etc. uoti vim habere cum annotatione decima quarta ex viginti sit peculiaris admonitio ne quis vacans Exercitiis voto se facile obstringat.

Quarta vel quinta die inchoanda meditatio electionis.

2 Deinde quarto, vel quinto die inchoantur meditationes electionis per illud exercitium pueri Iesu, cum remansit in templo, in quo vt dicitur * in libro exercitiorum, coepit dare exemplum huius Euangelicae perfectionis, quando patre putatiuo, et naturali matre relictis voluit occupari in iis quae aeterni patris essent.

** praeludio circa electionem statuum.*

Exercitans disponendus ad electionem.

3 Igitur ad disponendam animam electioni faciendae, post hanc meditationem datur primo exercitium duorum vexillorum, deinde eodem die meditatio de tribus hominum classibus, quae ad hoc tendit, vt iuxta eas qui in exercitiis est se examinet, et cognoscat affectum suum erga res mundanas, et si in prima, vel secunda classe se deprehenderit, conetur sibi vim facere, vt se transferat in tertiam.

Pro intelligentia maiori trium classium.

4 Ad maiorem autem intelligentiam harum trium classium, notandum est hoc in omnibus supponi, modum illum, quo pecunia illa acquisita est, non esse illicitum, ita vt obliget ad restitutionem. Nam alioquin non posset homo indifferens esse ad eam retinendam, vel relinquendam; quod tamen dicitur in tertia classe.

5 Est [a] ergo hic modus, vt quando v. g. aliquis ex nimio studio lu-

---

a classe. Est *NE., quae ponit numerum* 5 *paulo post ante* Secundo.

cri, vel ex aliquo alio affectu humano, et vitioso negociatur [a]. Secundo notandum primam, et secundam classem ita inter se differre, quod vtraque habet quidem voluntatem quandam infirmam, et remissam exuendi affectum ad rem illam, sed prima classis nulla vnquam adhibet media, nec cogitat de mediis, secunda vero aliquid amplius facit, quia adhibet quidem aliqua media, sed quae ipsi placent, non autem iuxta Dei voluntatem, ac beneplacitum, et ideo videtur sibi parata omnia alia facere, praeter illud, vt priuetur re illa quam amat. tertia porro ad hoc etiam parata est, si Deo ita placeat, idque tantum inquirit an placeat.

Alia notanda.

Finis meditationis trium classium.

6 Et sic patet totam hanc meditationem eo tendere vt ostendat animae quam turpe, et peruersum sit, si non solum exuere nolit inordinatas cupiditates, sed si velit quidem eas exuere, sed eo modo velit, quo ipsi libeat, et se non resignat in manibus Dei. Ex quo apparet illam esse voluntatem admodum debilem, quia vere vult, et non vult.

Aliae quoque similitudines effingendae.

7 Vnde quia res haec tanti momenti est, praesertim ad disponendam animam electioni iam vicinae, posset etiam qui exercitia sumit ad maiorem claritatem, praeter hanc similitudinem trium mercatorum effingere sibi alias similitudines, eiusdem tenoris, vt v. g. si essent tres aegroti, qui sanari quidem omnes cupiunt, sed primus nolit adhibere medicinas vllas propter earum amaritudinem, nec abscissionem propter dolorem; secundus [b] velit quidem adhibere, sed quas ipse probet, ac iudicet, non eas quae aptae sunt eius morbo, vt v. g. si nollet abstinere a vino, aut similibus. tertius [c] denique se totum medico permittat, vt et dietam imperet, et vrat, et secet ipsa etiam membra si opus sit.

Quandonam electionem facturo proponendi tres gradus humilitatis.

8 Porro simul cum his duabus meditationibus, quas diximus, nempe de duobus vexillis, et de tribus classibus, vel si ita melius videatur sequenti die, post meditationem de transitu Christi a Nazareth, et de eius baptismo proponuntur electionem facturo tres gradus humilitatis, vt quemadmodum dicitur in libro Exercitiorum, toto die eos animo verset: simul tamen vnum, vel duo mysteria vitae Christi eodem die sicut in reliquis diebus meditanda sunt. Nam hi tres gradus non dantur pro certa hora alicuius meditationis, cum non contineant nisi vnum punctum praecipuum, scilicet desiderium attingendi tertium illum gradum humilitatis, quod toto die mente reuoluendum est extra meditationem; immo etiam in meditatione opportuno tempore, adhibitio triplici illo colloquio de vexillis vt ibid. dicitur.

---

[a] negotiatur *NE.*—[b] dolorem. Secundus *NE.*—[c] similibus. Tertius *NE.*

De ipsa electione iuxta rationem secundi temporis. Cap. XXV.

Praeludium electionis declarandum.

1 HIs peractis accedendum iam propius est ad electionem, et in primis declarandum praeludium electionum, quod fere coincidit cum fundamento posito ante exercitia, et ideo, qui bene illud meditatus fuerit, nullam in hoc habebit difficultatem.

Exploranda exercentis voluntas.

2 Interim Instructor exploret voluntatem exercentis se, an habeat indifferentiam de cuius necessitate supra locuti sumus, et si magis propendere ad imperfectiorem statum animaduerterit, explicet ei illud notabile, quod est in exercitiis post tres classes, vt scilicet qui sentit affectum repugnantem paupertati reali, petat a Deo, vt ipsum potius inclinet in illam partem. Cuius ratio est, quia virga incurua flectenda est in contrariam partem, vt deinde manens in medio, fiat recta: quod praesertim locum habet in hac materia, cum illa pars sit securior, et hoc nihil impediat vel Dei voluntatem, vel libertatem nostram. Hoc ergo supposito pergendum est in meditationibus mysteriorum Christi quae sunt in libro Exercitiorum, et simul vacandum electioni, ad quam dirigendam, danda sunt tria illa tempora recte eligendi voce vel scripto, vt magis videbitur Instructori.

Quomodo electio peragenda.

3 Electio autem ita peragenda est, non vt electurus meditetur tria illa tempora toto tempore meditationis, sed post peractam vnamquamque meditationem, vel in aliqua eius parte, * cum animus iam quietus est, tunc tempus proprium est agendi, et ratiocinandi circa rem propositam. Et ideo diligenter curandum est, vt meditationes, quemadmodum diximus, de Christi vita diligenter fiant suo tempore. Nam si quis omissis suis meditationibus vellet se totum dare cogitationi de electione status, non bene faceret, idque ei damnum afferret, quia per meditationes anima corroboratur, et illuminatur, et eleuatur a terrenis, vnde fit aptior ad Dei voluntatem, et cognoscendam, et amplectendam, et ad superanda omnia impedimenta, et contra si cessaret a meditando obscurior fieret, et infirmior.

* *Ex 3. tempore bonae electionis.*

Miscenda electioni meditatio.

4 Quare, vt dictum est, dandum est suum tempus meditationi diuinarum rerum, quae pro varietate mysteriorum occurrunt, et suum deinde tempus electioni, ne si anima tota occupetur in hoc negocio, haec vna cogitatio exsugat, et exhauriat quodammodo succum et florem deuotionis, et ita reddatur languidior.

Peculiaris modus in electione tenendus.

5 Quod si [a] adhuc magis in particulari quaeratur quomodo hoc faciendum sit, dicendum, quod si in secundo tempore eligendi versetur, debet qui deli-

[a] *Sic NE;* Quosi si *Di.*

berat sine vlla sua ratiocinatione, aut discursu adhibito, dum facit meditationem, aut colloquia, et in summa dum constitutus est ante Deum, proponere oculis mentis suae viam consiliorum, et obseruare an sentiat in anima sua motus aliquos consolationis, aut desolationis. Deinde proponere sibi viam mandatorum; et hoc idem circa eam obseruare.

Non est necessaria particularis meditatio.

6 Nec est ad hoc necessaria particularis meditatio, vt paulo ante dictum est, sed sufficit hoc facere dum versatur in meditationibus, et orationibus consuetis. Et hoc idem faciat extra tempus meditationis proponendo hoc modo dicto, et obseruando motus praedictos; nihil discurrendo per se, sed tantum audiendo vocem Domini, et se ad eam audiendam, et ad motum illum accipiendum disponendo quantum poterit; maxime renouando saepe resignationem. et desiderium cognoscendi diuinum beneplacitum, et hoc semper curando, vt cesset omnis propria voluntas, aut inclinatio.

Exigenda ratio motionum exercitantis.

7 Cum autem venerit Instructor, exigat ab eo rationem huiusmodi motionum, et si boni vel mali spiritus signa deprehendat, vtatur regulis de discernendis spiritibus, sed iis praecipue, quae secundae hebdomadae conueniunt, et declaret ei quantum satis esse iudicabit ad ipsum dirigendum, vel erigendum si opus fuerit. Et si bene procedere hac via videbit alia meditatione proposita hortetur, vt eandem viam teneat circa electionem propositam, vt experiatur an durent eaedem motiones, an aliae contrariae succedant. quod si contrariae occurrerint, conetur discernere per praedictas regulas, quae sint bonae, quae malae.

De electione iuxta priorem et posteriorem modum. Cap. XXXI.

Quid, si hoc tempore non conficitur electio.

1 SI hoc secundo tempore non conficitur electio, quia qui exercetur nullam notatu dignam motionem in se sentit, vel sentit in vtramque partem, adhibendi sunt modi tertii temporis, prior, et posterior, qui ei [a] declarandi erunt, vt cum priori modo aliquid constituerit, idem deinde expendat posteriori, et si idem resultet ex vtroque, id bonum signum est bonae electionis.

Una detur meditatio tertio tempore.

2 Hoc autem tertio tempore poterit dari vna tantum meditatio ex iis, quae secunda hebdomada proponuntur cum sua repetitione, vt reliquum tempus impendatur electioni, idque [b] videtur innui in libro Exercitiorum per exemplum contemplationis baptismi, quae ponitur quinta die. Quanquam cum hoc non praecipiatur, credi potest, quod permittitur Instru-

---

a *Deest hoc v. in NE.*—b electioni. Idque *NE.*

ctori, vt vnam vel duas in die det meditationes, vt viderit exercitanti magis profuturum, pro difficultate quam sentiat, et prout indigeat tempore ad faciendam hanc discussionem.

Notet scripto rationes.

3 Monendus etiam erit, vt notet scripto rationes, quae se offerunt pro vtraque parte, idque seorsim. Nam rationes omnes cuiusque partis simul collectae magis veritatem ostendunt, et maiorem vim habent ad mouendum. Has vero cum Instructore conferre debebit, vt ab eo melius dirigi possit.

Non obruendus exercitantis animus.

4 Porro illud etiam cauendum Instructori, ne in hoc negocio per se tam difficili, et laborioso nimis obruat exercitantem, nec semper eum stimulet, et fatiget, quin potius sinendus est aliquando respirare, ne semper affligatur, aut absorbeatur tristitia, aut taedio, et desperatione abiiciat se ipsum, quod [a] tunc maxime metuendum est, cum praeter propriam infirmitatem, et repugnantiam carnis, accedunt etiam daemonum impugnationes. difficile est enim releuare eiusmodi cor, cum semel conciderit.

Ut sustinendus qui non prompte vocationi divinae respondet.

5 Immo vero etiam si quis cerneretur minus prompte respondere diuinae voluntati, nec se vincere, vt deberet, sustinendus tamen patienter esset, et expectandum, vt paulatim, et quasi pedetentim superet obices illi oppositos; et [b] in hoc etiam imitandus mos diuinae bonitatis, cui cooperamur, quae omnia suauiter disponit, et longanimiter expectat animae moras in veniendo ad eum.

Tempore electionis nullum votum emittendum.

6 Denique hoc etiam aduertendum, quicquid eliget secundo, vel tertio tempore, ne votum vllum emittat, vt dicitur annot. decimaquarta, et praesertim in secundo tempore. Saepe enim in illo calore, vel consolatione fiunt vota, quae deinde displicent, et hoc praesertim seruandum cum iis, qui natura sunt feruenti, et praecipiti, vel parum stabili. Sed tamen si electio facta esset maturo consilio, vt cum magna claritate, et indiciis haud obscuris diuinae vocationis, praesertim si aetas, aut natura hominis non esset suspecta, et hic suam electionem voto firmare cuperet, vt se melius muniret contra oppugnationes carnis, et mundi, et Satanae, non potest Instructor, nec debet eius deuotionem impedire, sicut nec ad id vlla ratione impellere.

De oratione post factam electionem. Cap. XXXII.

Quid post electionem factam peragendum.

1 VLtimum est in hac electione id quod in libello exercitiorum ponitur in vltimo puncto, vt homo post conclusam electionem ad orationem se conferat. Quo tempore si senserit mentem suam confirmari in electione iam facta, sen-

---

a ipsum. Quod *NE.*—b oppositos. Et *NE.*

tiendo in se motiones aliquas, vel illustrationes desuper immissas, ita vt Deus approbare videatur quod factum est, et promittere vires ad exequendum, id est optimum indicium, et haberi debet tanquam sigillum totius electionis.

Quid, cum eiectio a malo spiritu tentatur.

2 Si vero motiones, vel affectus, vel illustrationes intellectus eiusmodi essent, quae infirmarent electionem factam, et examinatae iuxta regulas supra positas, viderentur a malo spiritu, vel saltem essent dubiae, non est mutanda electio.

Quid, si sit a bono spiritu.

3 Si autem clare appareret [a] esse a bono spiritu, signum est discursum non fuisse bonum, et electionem denuo faciendam.

Quid, si in oratione nihil notabile acciderit.

4 Quod si in hac oratione nihil in vtramuis partem notabile accideret, nec in affectu, nec in intellectu, et voluntas eligentis in suo proposito perseuerat; non est electio in dubium reuocanda, sed ita putandum est voluisse Deum per discursum rationis voluntatem suam inueniri.

Quid agendum instructori, cum sentit eum qui electionem facit hallucinari. Cap. XXVIII.

Quid, cum exercens haliucinatur.

1 CAEterum illud quoque interdum contingere solet, vt exercitia sumens hallucinetur in electione facienda, et licet Deus illum vocet ad vitam perfectiorem, ipse tamen vel propter daemonis deceptionem, vel propter propriam infirmitatem imperfectiorem eligat, idque a Spiritu sancto esse putet, nec ab eo dimoueri possit.

Erigendus est.

2 Tunc igitur prudentiae est, vt Instructor non multum reluctetur, quod frustra faceret [b], sed neque ex altera parte confirmet electionem factam, ac potius ostendat sibi non valde satisfecisse, sed sperare quod progressu temporis Dominus ei clarius indicabit voluntatem suam, et sic eum relinquat aliquantum dubium, et incertum de tali electione, deinde [c] etiam instruat quomodo disponere se debeat, ne aditum claudat diuinae luci.

Multi extra Exercitia veritatem agnoverunt.

3 Saepe enim experientia monstrauit quosdam, qui in [d] ipso conflictu exercitiorum succubuerant, deinde extra exercitia commodius veritatem agnouisse, idque ex iisdem principiis, quae hauserant in ipsis exercitiis, siue quia daemon acrius oppugnat in illo articulo electionis, siue quod natura ipsa praesertim in iis qui timidiores sunt, et pusillanimes [e] vt in

---

[a] apparent *NE.*—[b] (quod frustra faceret) *NE.*—[c] electione. Deinde *NE.*—[d] *Deest hoc v. in NE.*—[e] *Octo vv. praeced. clauduntur parenthesi in NE.*

illa quasi agonia quodammodo opprimitur, et suffocatur, ita cum deinde quodammodo respirat, est melius disposita ad ratiocinandum, et percipiendum lumen Dei, siue denique, quia experientia deinde cognouerunt se non eam vitam posse in saeculo tenere, quam fortasse in exercitiis vel ipsi sibi [a] finxerant, vel eis daemon persuaserat.

De iis qui iam statum habent. Cap. XXXIV.

Methodus reformationis vitae.

1 POst tractationem de electione ponitur a nostro Patre methodus quaedam de emendatione, seu reformatione vitae: quae doctrina maximi momenti est pro iis, qui iam sunt in statu immutabili, vel saltem quos Deus non vocat ad mutationem status. Per hanc enim reformationem tolluntur multi abusus, qui etiamsi non sint peccata, saltem sunt origo multorum malorum.

Fructus huius doctrinae.

2 Hac vero doctrina id agitur, vt multi qui iam vxorem, et familiam habent, licet in saeculo maneant, suo tamen modo perfectionem sectentur, ad quam nos quoque inuitare, et perducere eos debemus ex vocatione nostra; itaque passim iubent Constitutiones nostrae. Nec est dubium quin si proximos iuuare conaremur, ac dirigere ad hanc formulam, quae hic expressa est, valde insignis fructus sequeretur. Itaque hoc omnibus operariis Societatis valde commendatum esse deberet

Quis modus tenendus in iuvandis firmum statum habentibus.

3 Cum his igitur hunc modum tenere oportet, vt praeter exercitia ordinaria de mysteriis vitae Christi, dentur etiam illa de duobus vexillis, et tribus hominum classibus, immo etiam praeludium electionum. Haec enim licet non adeo necessaria sint, vt iis qui de toto vitae statu deliberaturi sunt, non potest tamen dubitari, quin valde sint vtilia, vt animentur ad eam perfectionem, cuius ipsorum saltem status, ac conditio est capax.

Tertius modus eligendi iis utilior.

4 Caeterum secundus modus eligendi non valde ad hoc negocium pertinet, sed potius tertius modus, eiusque membrum vtrumque. Res autem instituenda ita est, vt singula puncta discutiantur v. g. de familia, vel de expensis, et post deliberationem factam de vno puncto, transeatur ad aliud, in singulis autem maius vel minus tempus insumatur, vt fuerit negocii grauitas, vel difficultas. Aliquando enim vna hora, aut etiam plures in vno puncto insumendae erunt, aliquando autem plura puncta in vna hora concludentur.

---

[a] *Desideratur hoc v. in NE.*

De tertia hebdomada. Cap. XXVI.

In tertia hebdomada stabilitur vitae melioris electio.

1 IN tertia hebdomada stabilitur, et confirmatur electio vitae melioris iam facta, et voluntas seruiendi Deo, proposito tanto, et tali exemplo, nempe passione Domini, et Saluatoris nostri. In ea enim omnes eius virtutes multo insignius, atque excellentius elucent, et efficacius nos inuitant ad sui imitationem. Itaque magnus hic thesaurus reconditus est, vnde [a] videmus sanctos omnes in hac potissimum parte se exercuisse, vt apparet ex libris, quos scriptos reliquerunt. Et ideo in hoc etiam oportet meditantem diligenter instrui, quoniam hic esse deberet ordinarius animae cibus.

Idem ordo harum meditationum, qui in secunda hebdomada.

2 Ordo et discursus harum meditationum est idem qui in praeterita hebdomada, nempe intuendo personas, dicta et opera. Debet tamen iis praesertim qui non adeo sunt exercitati aperiri via in hac materia per illa puncta, quae communiter tradi solent, quis patiatur, quid patiatur, a quibus, et propter quos.

Quomodo in compositione loci quis se statuat.

3 In compositione loci debet qui meditatur ita se constituere, quasi praesens esset mysterio illi dum ageretur, et quidem ac si gestum esset propter se solum iuxta formam illam Apostoli, Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Itaque debet anima ita se respicere, quasi ipsa causa fuerit tantorum dolorum, et ignominiarum, quas Dei filius perpessus est, deinde videre, quidquid bonorum spiritualium, quidquid gratiae, et quod ab aeternis malis liberata sit, quod aeterna bona se consecuturam speret, haec omnia ex Christi meritis sibi prouenisse. Immo [b] etiam considerare Christum dum illa pateretur, habuisse ante oculos et nos, et nostra peccata in particulari omnia, et pro iis orasse, eorumque remissionem, et gratiam nobis impetrasse.

Gal. II, 20.

Affectus curandi.

4 Quamquam autem affectus compassionis est valde bonus, debetque et peti cum instantia et desiderari cum humilitate, et excipi cum gratia, debent tamen simul etiam curari alii affectus, qui sunt vtiliores ad profectum nostrum spiritualem.

Primus, odium peccati.

5 Primus autem est, quanta res sit offendere Deum, quando ad satisfaciendum ei diuina sapientia dignum putauit adhibere ipsum filii sui sanguinem, et vitam, ex [c] quo etiam nascitur summum odium peccati quod praesertim ab illa iustitia tam seueris poenis vindicetur, quia si hoc in viridi, quid in arido?

---

a est. Unde *NE.*—b provenisse; immo *NE.*—c vitam. Ex *NE.*

Secundus, cognitio bonitatis Dei.

6 Secundo cognoscenda, et veneranda est bonitas, et sapientia Dei infinita, quae tam aptum medium inuenit, vt hominum corda amore suo liquefacta ad se attraheret iuxta Apostolum, Commendat Deus charitatem suam in nobis quoniam cum inimici es-

Rom. v, 8.

semus [a], etc.

Tertius, spei confirmatio.

7 Tertio hic etiam confirmatur spes nostra, quia vt ait S. August. qui dedit quod plus est, nempe vnigeniti sui sanguinem, dabit et gloriam aeternam, quae minus est sine dubio. Et ideo hic Christi sanguis tenendus est [b], vt arrha, et pignus tum diuini amoris, tum futurae beatitudinis.

Quartus, amor in Deum.

8 Quarto et omnium maxime, inflammatur amor in Deum, consideratione tantae bonitatis, et tanti beneficii nobis dati, et dati tali modo.

Quintus, inflammatio ad imitationem Christi.

9 Quinto sic etiam animantur omnes ad perfectam imitationem, vt ait S. Petrus, * Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Turpe enim esset, et intolerabile,

1. Pet. 2. **21.**

cum ille vt nos pro nostra ipsorum salute doceret, non dedignatus sit tam humilia perpeti, si nos quorum salus agitur recusemus.

Sextus, zelus animarum.

10 Denique potest etiam et debet concipi magnus Zelus animarum, quas videlicet Deus tanti aestimauit, et tanto affectu amauit et tam magno pre-

tio emit.

Usurpandae aptae [c] sententiae e Scriptura.

11 Iuuat etiam habere in promptu hac hebdomada aliquas sententias sacrae scripturae ad Domini passionem pertinentes ex psalmis, vel ex prophetis, et maxime ex Isaia, vel etiam ex Euangeliis, aut ex epistolis Pauli, quae vel magnitudinem dolorum, ac cruciatuum Christi Domini indicent, uel eius bonitatem, aut effectus mirabiles in hominum reparatione, quae extra meditationem ualde proderunt ad cor excitandum, et etiam ad tollendam nescio quam satietatem, quae subrepere solet ex continuatione earundem rerum. Haec autem loca scripturae poterit Instructor colligere, vel ab alio iam collecta suppeditare. sunt enim multa, et passim occurrunt.

Caetera quaerenda ex libello Exercitiorum.

12 Cetera quae ad hanc hebdomadam pertinent, scripta sunt in libro exercitiorum clare, et distincte in meditationibus, et additionibus. In particulari autem quae in fine huius hebdomadae traduntur de

Regulae victus.

regulis ad victum temperandum, non est quod scripta dentur, sed verbo tantum explicentur, tum ob alias causas, tum

---

[a] Commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam, cum adhuc peccatores essemus, *NE.*—[b] *Deest hoc v. in NE.*—[c] *Sic ed. prag. 1757;* apte *NE.*

quia non omnibus eodem modo proponendae sunt, sed adhibita discretione pro cuiusque complexione, et viribus tam corporis, quam animi.

Quando eae proponendae.

13 Notandum etiam quod hae regulae non solum proponi debent hac hebdomada, sed antea etiam aliquo opportuno tempore saltem, si tamen prius factum non est, hic declarentur. Fortasse enim in hunc locum dilatae sunt, ne prioribus hebdomadis nimis oneraretur [a] is qui in exercitiis versatur tot documentis extra ipsas meditationes. In hac autem hebdomada multo pauciora sunt eiusmodi documenta, et sic magis vacabit Instructori ea explicare. Expedit enim vt semper aliquid noui afferat, cum illum cui tradit exercitia inuisit.

De quarta hebdomada. Cap. XXVI.

Quarta hebdomada respondet viae unitivae.

1 QVarta hebdomada videtur respondere viae vnitiuae: tota enim exercetur in amore Dei, et desiderio aeternitatis, cuius tanquam exemplar proponitur resurrectio Christi, eaque gaudia, quae etiam in hoc mundo eam consecuta sunt. Possent etiam hic addi aliquae meditationes de gloria Paradisi, et de futura iustorum felicitate, cuius pignus accepimus in hoc mysterio resurrectionis Christi, quia iuxta Apostolum, Deus nos etiam conresuscitauit, et consedere fecit cum illo. Quare eo magis excitari debemus ad contemnenda terrena, et caelestia appetenda iuxta illud eiusdem, Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, quae sursum sunt sapite, etc.

Ephes. II, 6.

Coloss. III, 1.

Exercitium de amore Dei.

2 Exercitium de amore Dei est valde aptum ad amorem nostrum in Deum excitandum, et continet quattuor puncta foecundissima, et quae magnam materiam suppeditant ad meditandum. Potest autem duobus modis fieri, primo iisdem diebus cum aliis mysteriis resurrectionis, ita vt secundo die postquam coepta sint mysteria resurrectionis incipiatur etiam haec meditatio de amando Deo, eique quotidie vna, aut altera hora tribuatur distincta a meditatione illorum mysteriorum. Alter modus est, vt absoluantur prius omnia illa mysteria, et deinde integer dies, aut duo dies huic vni meditationi assignentur.

Quid adverten-dum hanc meditationem facienti.

3 Est autem bene notandum, et declarandum hanc meditationem aggredienti, quod in ea [b] dicitur, amorem magis pendere ex operibus, quam ex verbis, et consistere in mutua quadam facultatum, et omnium rerum communicatione. Per hoc enim intelligere debet non sufficere sibi tenerio-

---

[a] oneretur *NE.*—[b] *Sic NE.*; eo *Di.*

rem quendam affectum, quem in se sentiat, neque eo contentum esse debere. Verum est enim quod ait S. Gregorius, Probatio amoris, exhibitio est operis, et amor, vbi est, magna operatur, et vbi operari renuit, amor non est. Nec aliud occurrit circa hanc quartam hebdomadam.

De tribus Modis orandi, Cap. XXXVII.

Documenta utilia.

1 POst exercitia adduntur aliqua documenta aptissima et valde vtilia profectui spirituali. Primo autem loco ponuntur tres modi orandi, non vt omnes qui iam exercitia peregerint in eis exerceantur, nam hoc non necessarium est, sed ponuntur ad complementum doctrinae, et propter rudiores, et minus capaces, qui scilicet non ita possunt habere perpetuos discursus in oratione, vt diutius haereant in vna materia. Vnde in Const. part. 7. cap. 4. l. F. dicitur exercitia plena non nisi paucis, primam hebdomadam cum his tribus modis orandi, pluribus communicari posse.

Tres modi orandi.

Primus modus, discurrere circa praecepta Dei etc.

2 Primus ergo modus est discurrendo circa praecepta Dei aut Ecclesiae, et circa septem peccata capitalia, et tres potentias animae, et quinque sensus, et hoc non tam speculatiue, quam practice. v. g. cogitando in praeceptis quomodo male ea seruauerit, et proponendo in posterum melius seruare, et sic de reliquis.

Primus modus pro capacioribus.

3 Si vero hae materiae paulo altius eleuandae essent et exercitans capacior esset, hic modus praescribi posset. In praeceptis consideretur primo praeceptum ipsum in se, quam sit bonum, et iustum, et sanctum. Secundo quam vtilis eius obseruantia. tertio quomodo antea obseruatum sit, et si bene sit obseruatum, agendo gratias Deo, sin contra, dolendo, et petendo veniam. quarto proponendo in posterum perfectam, et exactam obseruantiam, et petendo ad hoc gratiam per colloquium. Quo finito si non expleta sit hora, transeatur ad aliud praeceptum eodem ordine.

Circa peccata.

4 In peccatis primo videndo singula, quam mala sint, et quam iuste prohibita. Secundo quantum noceant si non fugiantur. Tertio quomodo adhuc fugerit, vel in posterum decreuerit fugere.

Circa sensus.

5 In potentiis, et sensibus cogitari potest primo quam nobiles, et quam nobis vtiles sint singulae, vt v. g. intellectus, et deinceps aliae. Secundo ad quem finem datae. Tertio quomodo iis vsus sit Christus, vel Beatissima Virgo. Quarto quomodo nos vsi simus, et dolendo quod male etc. Et idem de aliis potentiis, et sensibus sigillatim, et inter alia etiam de facultate loquendi, de virtute motiua, et similibus.

Quid aduertendum in hoc modo.

6 Est tamen aduertendum, dum cogitamus, quomodo vsi simus his potentiis, vel in meditandis praeceptis, quam male ea seruauerimus, et maxime in meditandis peccatis, non ita debere institui meditationem, quasi examinare velimus conscientiam, vt fit, cum nos praeparamus ad confessionem, vel etiam velimus de industria elicere contritionem. Hoc enim pertinet ad primam hebdomadam. Sed [a] hic principalis intentio est cogitare ipsas materias, ex occasione autem fit reflexio ad nos ipsos, et ideo in generali tantum debet fieri haec reflexio, non multum descendendo ad particularia peccata.

Hoc genus orandi a S. Xaverio commendatum.

7 Hoc orandi genus dicitur P.[b] Franciscus Xauerius commendare solitus omnibus animabus quas tractabat, ita vt etiam poenitentiae loco iniungere soleret, vt mane, et vespere aliquod tempus huic impenderent.

Quandiu immorandum in his meditationibus.

8 Quamuis autem in libro exercitiorum dicatur tanto spatio esse immorandum, quo oratio dominica ter recitari possit, tamen si quis in aliquo gustum inueniret, vel vtilitatem aliquam spiritualem, deberet ibi haerere diutius, etiam si non posset absoluere omnia praecepta: iuxta id quod dicitur in quarta addit. ad finem primae hebdomadae.

Quid in secundo modo orandi notandum.

9 In secundo modo orandi notandum est, cum vna vox non facit sensum, plures debere coniungi, vt Qui es in caelis, aut Sanctificetur nomen tuum. Aliae sunt voces, quae solae praebent materiam meditationis, vt Pater, vel Noster.

Orationes aliae.

10 Quod autem hic dicitur de his orationibus, idem intelligendum est de aliquibus scripturae locis, ac praesertim psalmis, e quibus aliqui eligi possunt, vel psalmi toti, vel eorum versiculi, qui vberrime pascunt et intellectum, et affectum.

Quamdiu in modis orandi persistendum.

11 Notandum est etiam, cum qui facit exercitia bene procedit in hoc orandi modo, ita vt eum satis tenere videatur, non esse necessarium, vt multum in eo procedat, quia sufficit, vt didicerit modum, quo deinde in posterum vti sciat. Quod idem intelligendum est de primo modo, nisi quod cum ille habeat aliquanto maiorem varietatem vtile erit vt faciat vnum exercitium circa praecepta, aliud circa peccata, aliud circa potentias animae, aliud circa sensus etc.

Tertius modus orandi.

12 Tertius modus orandi ita intelligendus est, vt in considerandis singulis vocibus alicuius orationis tantum tempus insumamus, quantum communiter vna respiratio durare solet. Quod si quis pro sua deuotione amplius

---

[a] contritionem (hoc enim pertinet ad primam hebdomadam) sed *NE.*—[b] dicitur Beatus P. *NE.*

morari vellet, poterit quidem, sed tunc potius ad secundum orandi modum pertinebit, quam ad hunc tertium. Iuuat autem hic modus, ut assuescamus facere orationem vocalem cum attentione, et deuotione debita, vt seruemus illud Apostoli, Orabo spiritu, orabo et mente. Quare hoc exercitium est valde vtile eis [a], qui obligati sunt ad horas canonicas vel ad alias orationes vocales [b].

primae Cor. 14, 15.

Non excluduntur alii modi orandi.

13 Quamuis autem hi tres modi orandi hic tradantur, non existimandum est excludi alios modos, quos Spiritus sanctus docere solet, et quos viri in spiritu exercitati secundum experientiam, et secundum rationem, et doctrinam sanam habere solent, vel quos quisque sibi vtiles ad suum profectum ipso vsu deprehenderit. Quod idem etiam de nostris ipsis intelligendum est, accedente tamen semper approbatione, et consensu Superioris, vel Praefecti spiritualis quibus quisque patefacere modum debet, quem in orando tenet, eoque magis si paulum discedat ab ordinario modo. Caeterum tres hi modi non solum alius aliis aptior erit pro personarum varietate, sed etiam persona eadem pro varia dispositione animi, vel corporis aptior erit modo ad vnum, modo ad alium, vt v. g. cum aliquis est fatigatus vel male habet, non erit bene dispositus ad longiorem meditationem, et mentis excursum, et tunc magis iuuabitur secundo, vel tertio modo. Quod intelligendum est non solum in hac quarta hebdomada, sed reliquo omni tempore.

De Regulis tradendis. Cap. XXXVIII.

Cur positae regulae in fine Exercitiorum.

1 REgulae quae additae sunt in fine exercitiorum, non ideo positae sunt, vt omnibus proponantur, sed vt quisque eguerit, vel etiam desiderauerit pro sua deuotione.

De eleemosynarum distributione.

2 Quare illae quae agunt de distributione eleemosynarum non debebunt dari nisi iis, qui locupletes sunt, et qui solent, aut possunt eleemosynas facere. Similiter quae agunt de scrupulis, non est cur dentur iis, qui nullis scrupulis agitantur.

Regulae ad catholicam doctrinam pertinentes.

3 Illae item quae ad catholicam doctrinam pertinent, quamuis ad omnium pietatem confirmandam et fouendam valent [c], iis tamen potissimum, qui in locis vel cum personis suspectis versantur, secundo loco omnibus etiam operariis, et iis qui verbum Dei tractant, tradendae sunt, quia directe pugnant contra sensa, et dicta haereticorum nostri temporis.

---

a iis *NE.*—b *Sic NE.*, mentales *Di.*—c valeant *NE.*

Breuis explicatio nonnullorum, quae in Directorio de tribus viis attinguntur. Cap. XXXIX.

De viis purgativa, illuminativa et unitiva.

1 QVoniam in hoc Directorio, et in Exercitiis tradendis fit mentio viae purgatiuae, illuminatiuae, et vnitiuae, et quod his respondent ordine suo hae quattuor hebdomadae, ideo visum est pro maiori notitia huius rei aliquid addere. Non enim hoc ita accipiendum est, vt intelligatur aliquis peracta prima hebdomada perfecte, et plene purgatus, peracta autem secunda et tertia perfecte illuminatus: et denique absoluta etiam quarta peruenisse ad plenam vnionem cum Deo. Haec enim omnia indigent diuturno tempore, studio, et exercitatione in extirpandis vitiis, in passionibus edomandis, et in virtutibus acquirendis.

Prima hebdomada respondet viae purgativae.

2 Verum hoc indicatur, primam hebdomadam proportione quadam respondere viae purgatiuae: quoniam in ea nihil aliud agitur, quam vt peccata praeterita recogitentur et ponderentur, et concipiatur de eis quam maximus dolor et contritio, et timor aeternae poenae, ex quibus fiat, vt animus abstrahatur ab amore omnis rei terrenae, et fundetur in odio, et detestatione peccati. Quae omnia pertinent ad purgationem animae.

Secunda et tertia hebdomada partim purgativae, partim illuminativae.

3 Similiter in secunda, et tertia hebdomada, considerando exemplum Domini Saluatoris tum in vita, tum in passione, et omnes virtutes, quae in eo tanquam in idea fulserunt, nos quoque discimus, in quo consistat salus, et perfectio hominis, et quae via sit ad aeternam beatitudinem consequendam. Et praeterea, cum anima purgata fuerit, fit habilis et apta ad recipiendas illustrationes diuinas, et illapsum, et influxum illius interni luminis, simulque gignitur in anima vigor quidam eiiciens omnem concupiscentiam, eamque feruentem faciens ad patiendam paupertatem, contemptum, et omnem asperitatem et excutiens omnem negligentiam, et disponens ad exequenda bona opera vigilanter et strenue.

Quarta hebdomada respondet unitivae.

4 Denique in quarta hebdomada primum ob resurrectionem et Ascensionem Domini, in qua simul etiam meditari possumus futuram nostram gloriam, quoniam vt ait Paulus, si Christus resurrexit, et nos resurgemus: deinde vero ex meditatione ad amorem in nobis excitandum, quae multiplex est, et varia puncta ac materias complectitur, efficitur, vt anima vniatur Deo per amorem, qui concipitur meditando bonitatem Dei, et eius beneficia, et quantum nostra causa egerit, atque pertulerit, tum etiam per desiderium coelestis gloriae, per considerationem praesentiae Dei in omni re et in omni loco, gaudendo de eius perfectionibus, et optando placere ei soli, idque propter ipsum solum, et nunc eum laudando, nunc

magnificando, nunc admirando eius altitudinem, et aliis similibus, quae vt ante diximus, respondent viae vnitiuae.

Ratio duplex cur hae quatuor hebdomadae respondere dicantur tribus viis.

5 Haec igitur est ratio duplex, cur dicatur has quatuor heddomadas respondere his tribus viis, primum propter materias, quae in earum quaque tractantur, pertinentes ad has vias; et quia in cis iaciuntur initia singularum, quae deinde oportet prosequi cum tempore, et cum studio, si velimus ad aliquam earum perfectionem peruenire. Deinde [a] etiam quia discitur modus ac methodus, quam deinde seruare debemus in prosequenda vnaquaque harum viarum.

An semper in una permanendum, an ad priores redeundum.

6 Ex his ergo sequitur, quod etiam si quis aliquem gustum, aut specimen [b] huius viae vnitiuae in quarta hebdomada habuit, non propterea debet assidue in ea haerere, sed debet redire ad priores vias, et sese diu et ordinarie continere tum in passionum mortificatione, tum in virtutum exercitatione, et in aliis eiusmodi studiis consentaneis vtrique viae: etsi nihil impedit, immo etiam saepe euenit vt dum aliquis versatur in vna via, sentiat interdum aliquos affectus pertinentes ad aliam viam nec sunt reiiciendi, modo vt dictum est, non exerceantur ordinarie ante tempus.

Unde pendet mensura fructus.

7 Hoc enim negocium non ex spatio temporis sed ex mensura profectus pendet. Nam si quis temere aspirare vellet ad illam viam vnitiuam, esset magna confusio, quae impediret omnino profectum spiritualem; et insuper etiam esset res exposita periculis et illusionibus. Faceret enim perinde ac si quis ex infima schola transire vellet ad primam non transeundo per medias: aut si ex infimis gradibus scalarum saltu traiicere vellet ad summos, relictis iis, qui sunt interiecti. Sic igitur antequam aliquis exerceat se ex professo in via hac, quam diximus, vnitiua, oportet vt bene purgatus sit exercitiis viae purgatiuae, et deinde etiam bene profecerit in via illuminatiua. Ex huius enim defectu prouenit, vt multi non ambulantes, sed saltantes in via Domini post multum tempus, diuersosque labores vacui virtutibus inueniantur, impatientes, et iracundi, et cum aliis eiusmodi imperfectionibus.

Pendet ex electione Spiritus sancti.

8 Immo hic gradus ad altiorem viam non tam ex electione nostra, et voluntate, ac conatu pendet, quam ex directione spiritus sancti, cuius mos est ascensiones istas in anima disponere, vt eat de virtute in virtutem: in quo tamen ad certiorem directionem, et ad praecauendos errores, qui contingere possunt, consulendus est pater spiritualis qui animam gubernat, et cum eius consilio in omnibus procedendum.

---

[a] pervenire: deinde *NE.*—[b] speciem *NE.*

Quae commendanda sunt ei, qui absoluit Exercitia. Cap. XL.

Monita cum ab Exercitiis prodierit.

1 VT qui ex loco calido ad locum frigidum egreditur, facile fieri potest, vt cito frigefiat, nisi diligentem curam adhibeat retinendi calorem, ita qui exercitiis peractis redit ad communem vitam, et conuersationem, nihil est facilius, quam vt feruorem, ac lumen conceptum breuissimo tempore perdat, praesertim quia quicquid boni acquisiuit, nondum est confirmatum per modum habitus, sed est tanquam passio quaedam, quae facile remittitur, vel etiam tota amittitur. Quod cum contingit omnis fructus, et omnis labor exercitiorum euancscit.

Quid ei primum commedandum.

2 Quare hoc primum commendandum est ei, qui exercitia absoluit, vt magni aestimet hoc principium, et quasi fundamentum vitae bonae, et spiritualis quod per Dei gratiam iecit in exercitiis, idque a Deo accipiat tamquam beneficium, et quidem maximum, et omnia lumina, omnem cognitionem, quam in exercitiis acquisiuit, credat sibi a Domino Deo donata peculiari quodam amore, et vt talia ea conseruare, et tueri studeat. Praeterea timorem concipiat, ne si deinceps non vixerit, vt intellexerit esse viuendum, grauius a Deo puniatur ob ingratitudinem, et quia scienti bonum, et non facienti, maius iudicium est ipsi.

Quid secundo loco.

3 Secundo loco intelligat se adhuc nihil aliud fecisse, nisi quod bonum semen in eius anima a Deo seminatum est. Vnde nisi hoc semen foueatur, et excolatur, et ad maturitatem perducatur, vt det fructum in tempore suo, per se quidem aut nihil, aut parum est. Itaque hoc primum cauere debet, ne eiusmodi semen, vel a volucribus, idest a Daemonibus rapiatur, vel a spinis suffocetur, nempe a cogitationibus, et cupiditatibus terrenis et vitiosis, ideoque [a] non solum peccata, sed etiam eorum [b] occasiones euitet, et illa praesertim ad quae ante exercitia inclinatus fuit, nam contra haec potissimum se armare debet, quia facillime recidere potest.

Ad quid tertio hortandus.

4 Tertio hortandus est ad conseruandam, et alendam deuotionem iam conceptam piis, et spiritualibus exercitationibus, inter quas haec potissimum commendari poterunt. Primo vt conseruet vsum meditandi quotidie per dimidiam [c] horam, aut etiam integram, si fieri poterit. Secundo vt singulis diebus faciat examen conscientiae, per quartam horae partem. Tertio vt octauo quoque die confiteatur, et communicet. Quarto eligat aliquem Confessarium stabilem, eumque accipiat vt ducem huius spiritualis itineris, et cum eo tractet omnia, quae ad suam animam pertinent. Quinto legat saepe pios libros, et habeat bonorum hominum

---

a vitiosis. Ideoque *NE.*—b *Sic NE.;* earum *Di.*—c dimidiatam *NE.*

conuersationem, malorum autem fugiat summopere. Sexto curet proficere quotidie in virtutibus, praesertim in humilitate, patientia, et charitate. Et in summa nitatur ipse quoque ad eam summam perfectionem, quam in suo statu, et iuxta mensuram diuinae gratiae acquirere poterit.

Praeter generalia monita, sunt alia peculiaria.

5 Haec autem sunt fere generalia monita, quae omnibus dari poterunt. Alia sunt deinde quae iuxta cuiusque professionem, aut statum, aut particularem indigentiam addi poterunt; immo haec ipsa augeri, et intendi ex maiori aliquorum deuotione, et progressu spirituali; quod [a] facile aduertet bonus, et prudens Instructor adiutus gratia, et lumine Domini, et Saluatoris nostri Dei, cui sit gloria, et honor in saecula.

AMEN

Ego Virgilius Ceparius Rector Collegii Florentini Societatis Iesu legi hoc directorium exercitiorum P. Ignatii, et nihil in eo reperi contra fidem aut bonos mores. Florentiae die 1. Septembris 1599.

Imprimatur Florentiae: die 2. Septembris 1599. Alexander Caccia Vicarius Florentinus.

---

[a] spirituali. Quod *NE.*

APPENDICES

I

BIBLIOGRAPHIA DIRECTORII EXERCITIORUM

1.—1591, Romae.—0,160 × 0,110.—«Directorivm | Exercitiorvm | spiritvalivm | P. N. Ignatii | IHS | Romae, In Collegio Societatis Iesv. | Anno M.D.XCI. | Permissv svperiorvm».—Pagg. 3 et 4 numeris non notatae continent monitum Jacobi Ximénez, secretarii, mandato R. P. N. Generalis Romae V Aprilis 1591.—Pagg. 1-104: Directorium.—Pag. sequenti numero non signata «Errata».—Pag. sequenti, quae ultima est: «Regestum... | IHS | Romae, in Collegio Societatis Iesv,—Anno M.D.XCI | Permissv svperiorvm».

In bibl. facultatis philosophiae et litterarum matritensi, in romana Vittorio Emanuele et in bibliotheca exercitiorum angiensi (Enghien, in Belgio).

2.—1592, Ingolstadii (Ingolstadt, in Bavaria).—0,132 × 0,081.—Pag. 1 non signata: «Directo | rivm Exercitio | rum spiritva | livm P. N. | Ignatii | IHS | Ingolstadii | Ex Officina Typographica | Davidis Sartorii CIↃ.IↃ.XCII».—Pagg. 3 et 4 numeris non signatae continent monitum Jacobi Ximénez ut in prima editione.—Pagg. 1-145: Directorium.—Sequentibus 4 pagg. non signatis «Index capitvm» et «Errata sic corrige».—Sequenti pag. non signata: «Ingolstadii | Ex Officina Typographica Davi | dis Sartorii. | M D XCII».

In bibliotheca editorum libelli periodici *Monumenta historica S. J.*

3.—1592, Cracoviae, typis N. Lobii, 12.° (Ex Sommervogel, I, 490).

4.—1593, Tolosae.—0,117 × 0,071.—«Directo | rivm Exer | citiorvm | spiritvalivm | P. N. Ignatii | IHS | Cum facultate superiorum | Tolosae. | Ex Typographia sub signo | Nominis Iesv 1593».—Pagg. [3]-4: Epistola Jacobi Ximénez, secretarii, Romae 5 Aprilis 1591.—Pagg. 5-155: Directorium.—Proximae duae paginae non signatae numeris continent indicem; pagina ultima habet Errata corrigenda.

Haec editio accurate Sacrae Scripturae locos designat.

Exemplar est in bibliotheca exercitiorum angiensi (Enghien, in Belgio).

5.—1599, Valentiae.—0,135 × 0,071.—«Directorivm | Exercitio | rvm spiri | tvalivm | Ignatii de | Loyola | IHS | Cum facultate Superiorum | Valentiae | Apud Philippum Mey | M D XCIX».—Pagg. 1 et 2 Epistola P. Jacobi Ximénez, 5 Aprilis 1591.—Pagg. 3-190: Directorium.—In proximis tribus paginis non signatis Index.—Desinit hoc modo: «Valentiae | Apud Philippum Mey | M·D XCIX».

Est ed. Directorii anno 1591 ad provincias Societatis Jesu experiundi causa missi.

Exemplar exstat Matriti in bibliotheca editorum libelli periodici *Monumenta historica. S. J.*

6.—1599, Florentiae. — 0,107 × 0,075. — «Directorivm | Exercitiorvm | spiritvalivm | B. P. N. Ignatii | IHS | Florentiae | Apud Philippum Iunctam | MDIC».—Pagg. [III]-[VII]: Monitum Jacobi Dominici, secretarii, mandato R. P. N. Generalis, Romae, Kalendis Octobris 1599.—Pag. [VIII]: Imago Beatissimae Virginis Mariae, stantem puerum Jesum in ulnis gestantis.—Pagg. 1-183: Directorium.—In ultima pagina, quae est 183, exstat censura Directorii facta a P. Virgilio Cepario, rectore collegii florentini S. J., data 1 Septembris 1599, et facultas vicarii florentini, concessa 2 Septembris 1599.—Pagg. 4 sqq. «Index capitum». — Pagg. 41 sqq. «Index rerum».—Sequenti pagina «Registrvm | ... Florentiae | apud Philippum Iunctam | MDIC. | Cum licentia Superiorum».

Haec editio prima est, sive princeps, novi Directorii, quod supra, pp. 1113-1178, quam fidelissime fieri potuit, exhibuimus.

Exemplar est in bibliotheca exercitiorum angiensi (Enghien, in Belgio).

7.—1600, Antuerpiae.—0,116 × 0,070. [1] | «Directorivm | Exercitiorvm | spiritvalivm | B. P. N | Ignatii | IHS | Antverpiae | Ex Officina Ioach. Trognaesii | M. DC. | Cum gratia et Priuilegio».—Pagg. [3]-[7]: Monitum Jacobi Dominici, Romae, Kalendis Octobris, 1599. — Pagg. 9-200: Directorium. — Pagg. [201]-[204]: «Index capitvm». — Pagg. [205]-[237]: «Index rerum».

Exemplar est in bibliotheca exercitiorum angiensi (Enghien, in Belgio).

8.—Directorivm... Cracoviae, 1602, 12.° (Ex Sommervogel, I, 490).

9.—1605, Mussiponti (Pont-à-Mousson, in Gallia). — 0,101 × 0,056. «Directo | rivm Exerci | tiorvm spiritv | alivm B. P. N. | Ignatii | IHS | Mussiponti | In Collegio Societatis Iesv | Per Melchiorem Bernardum Vni | uersitatis Typographum | M. D. C. V. | Cum facultate superiorum». — Pagg. [3]-[5]: Epistola Jacobi Dominici, Romae, Kalendis Octobris 1599.—Pag. [6]: Imago in cujus media parte est nomen sive signum IHS.—Pagg. 7-209: Directorium.—Sequens pagina pura.—Sequuntur 7 pagg. non signatae, in quibus est «Index capitum».

10.—1606, Romae.—0,170 × 0,118.—«Directorivm | in Exercitia | spiritvalia | B. P. N. Ignatii | Romae, In Collegio Rom. | Societat. Iesv. | Anno Dni. MDCVI».—Pagg. [3]-[4]: Epistola Jacobi Dominici, Kalendis Octobris 1599.—Pagg. 5-143: Directorium.—In tribus paginis sequentibus non signatis est «Index capitvm»; in proximis viginti tribus, neque his signatis, «Index rerum».

11.—1607.—Cracoviae.—0,095 × 0,063.—«Directori | vm Exercitio | rvm Spiritv | alivm. | B. P. N. Ignatii | Cracoviae | In Officina Nicolai Lob. 1607».—Sequitur monitum Jacobi Ximénez.—Pagg. 1-136, Directorium. In pag. sequenti non signata est judicium P. Virgilii Ce-

pari, ut in ed. florentina anni 1599; sequitur index in pagg. 37 non signatis. Denique registrum et verba «Cum licentia Superiorum».

Est in bibliotheca exercitiorum angiensi (Enghien, in Belgio).

12.—1615, Romae.—0,169 × 0,108.—«Directorivm | in Exercitia | spiritvalia | B. P. N. Ignatii | IHS | Romae | In Collegio Romano eiusdem Societatis | Anno Domini M.DC.XV. | Svperiorvm permissv».—Pagg. [3]-[4]: Epistola Jacobi Dominici, Romae, Kalendis Octobris 1599.—Pagg. 5-143 etc. usque ad finem, ut in ed. praecedenti.

13.—1619, Parisiis.—0,101 × 0,055.—«Directorivm | Exercitiorvm | Spiritvalium | P. N. Ignatii | Parisiis | Apud Sebastianvm Hvré | Viâ Iacobaeâ, sub signo | Cordis-Boni. | MDC.XIX | Cum Priuilegio Regis».

14. — 1619, Parisiis, editio in rebus omnibus praecedenti aequalis, sed «Apud Ioannem Fouët, | Via Iacobaeâ, sub signo | Rosarii».

N. B. Utraque editio, 13 et 14, Directorii est anni 1591, et sequitur in eodem volumine librum Exercitiorum signatis foliis ab initio voluminis una serie numerorum. Directorium est in ff. 119v-210. Sequuntur ff. non signata, quorum paginae tres priores indicem, duae posteriores errata continent. Editio Sebastiani Hvré habet aliqua ff. perperam signata, bene notata in ed. Fouët.

15.—1626, Mediolani. Directorium ad Exercitia spiritualia S. Patris Ignatii, Societatis Jesu fundatoris. Mediolani, apud Io. Bapt. Bid, 1626, 16.°, pp. 218 slt. (Ex Sommervogel, I, 490).

16.—1635, Antuerpiae. — 0,150 × 0,100.—«Directorivm | in | Exercitia | spiritvalia | S. P. N. Ignatii | IHS | Ad | maiorem Dei | gloriam | Antverpiae | Apud Ioannem Mevrsivm. | M. DC. XXXV. | Svperiorvm permissv.—Pag. 2 pura.—Pag. 3: Epistola Jacobi Dominici, Romae, Kalendis Octobris 1599.—Pagg. 5-6: «Index capitvm».—Pagg. 7-128: Directorium.—In paginis viginti et una sequentibus, non signatis, «Index rervm».

Haec editio partem *Instituti Societatis Jesu* Antuerpiae anno 1635 editi constituit.

17.—1638, Antuerpiae.—Directorivm in Exercitia... Antverpiae, Apud Ioannem Mevrsivm, M.DC.XXXVIII, 8.°, pp. 128, slt. (Ex Sommervogel, I, 490).

Exemplar est in Roehampton, Manresa house, in Anglia.

18.—1644, Parisiis.—0,262 × 0,145 (capsa typographica).—In p. prima non signata: «Directorivm | in | Exercitia | spiritvalia | S. P. Ignatii | IHS | Parisiis, | e Typographia regia. | M.DC.XLIV». Sequitur pag. pura.—Pagg. [3]-[4] Epistola Jacobi Dominici data Kalendis Octobris MDXCIX.—Pagg. [5]-[6] «Index capitum».—Pagg. [1]-267, Directorium.—Sequitur index rerum in paginis septemdecim non signatis. (V. supra, *Bibliographiam Vulgatae versionis*, n. 27, p. 717.

19.—Directorium... Ingolstadii, 1694, 12° (Ex Sommervogel, I, 490).

20.—1721, Tyrnaviae (Tirnau, in Hungaria).—0,158 × 0,096. - «Di-

rectorium | in | Exercitia | spiritualia | S. P. N. Ignatii | IHS | Tyrnaviae | Typis et sumptibus academicae Societatis Jesu | Typographiae. M.DCC.XXI».—Pagg. [I]-II: Epistola Jacobi Dominici, Romae Kalendis Octobris 1599—Pagg. III-IV: «Index capitum».—Pagg. 1-150: Directorium.—In paginis viginti sequentibus non signatis: «Index rerum».

N. B. 1. Editum praeterea est Directorium anni 1599 in omnibus fere editionibus *Instituti Societatis Jesu* et *Thesauri spiritualis*, quas edd. vide in *Bibliographia Exercitiorum*, supra, pp. 730-736.

N. B. 2. Directorium hoc est quasi commentarius in Exercitia, auctoritate publica pollens. Praeterea priuata auctoritate et a Societatis hominibus et ab externis interpretationes Exercitiorum et explicationes editae sunt. Sociorum hosce libros, qui quidem plurimi sunt, recensuit SOMMERVOGEL in *Bibliotheca Societatis;* quos si quis facile reperire voluerit, videat primum in ejusdem Bibliothecae t. X, anno 1909 a Petro Bliard, S. J., Parisiis edito, brevem eorum conspectum, qui est in col. 475-479. Cf. etiam JOH. NEP. STÖGER, S. J., *Die aszetische Literatur über die geistlichen Uebungen*, Paris-Regensburg, 1850, 46-86.

II

DE LOCO EXERCITIORUM, AUCTORE P. FRANCISCO DE VILLANUEVA, S. J.[1]

Acerca del dar exercicios en casa, bien conocemos que ay incómodo en la casa, y este es el cnconvenicnte que acá se halla; pero la esperiencia a hecho que en casa se diesen, porque en siete años que a que estoy aquí, nunca se a podido hallar vna casa para poder dar en ella exercicios, avnque con diligencia se a buscado. Y mientras no tuvimos

---

[1] Ex fragmento autographo P. Francisci de Villanueva, in cod. *Tolet. 37.ª*, prius *Toletan. Hist. 1547-1610*. Hujus codicis descriptionem continet *Sanctus Franciscus Borgia, V, xxxiii.*

Magni momenti hoc breve commentariolum est, quia in eo primum, quod nos quidem noverimus, idque vivente vel paulo ante mortuo S. Ignatio, commendatur, ut exercitiis tradendis propria domus exstruatur, «domus exercitiorum». Commentarioli auctor, Franciscus de Villanueva (1509-1557) in oppido Villanueva de la Vera, dioccesis placentinae, in Hispania, natus, et Romae Societatem anno 1541 ingressus, collegii nostri complutensis (Alcalá de Henares) institutor et primus rector fuit; cumque magna vitae sanctitate, eximia prudentia, singulari in exercitiis tradendis dexteritate floreret, copiosissimum in Hispania animarum fructum collegit, et Societatem magnopere dilatavit.

casa, salía diez o doze leguas de aquí a darlos. La causa desto es, lo vno ser el pueblo pequeño, y lo otro ser pueblo pobre, que no ay los edificios que en otras partes. Y como los más que aquí se aprovechan son estudiantes, y estos siempre biuen vnos en compañía de otros y apretadamente, a no aver cómodo ordinario, no se hacía fruto; expecialmente que, como al verano se van, pásanseles los buenos propósitos presto. Yo e dexado de dar esta quaresma los exercicios a tres collegiales mayores por falta de lugar y no poderme ausentar. Porque, aunque en casa se les diera lugar, pero ellos no pueden dormir fuera de su colegio dentro de los muros. Yo deseo mucho, pues este inconveniente quedará sienpre, se diese modo cómo aquellos señores de aquella casa no fuesen priuados deste beneficio de los exercicios; y espero aquella casa daría a nuestro Señor buenas primincias [*sic*]. Porque demás de que muchos tomarían estado de perfición, los otros salen para maestros y canónigos en calongías magistrales, y el fruto no sería pequeño. Esto me parece a mí se podría remediar con edificar vn quarto a vna parte de nuestra huerta, que es fuera de la cerca y mándase por casa y tenemos huerta para todo y avn para más. Venido nuestro Padre provincial, yo le daré rrazón dello y como lo ordenare así se haga.

A tergo alia manu, exstat summarium.

INDEX LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE

Genesis.

I, 26. 327, 432
I, 26-27. 280
II, 2. 661, 674
II, 7. 280
II, 8, 15. 280
II, 16-17. 281
II, 17. 280
II, 20-23. 280
III, 2-3. 280
III, 6. 281
III, 16-19. 281
III, 21-23. 167
III, 21-24. 281
V, 1. 432
VI-VII. 831
XI, 9. 349
XVIII, 20-33. 831
XIX, 1-25. 831
XXII, 1. 930
XXXI, 11. 930
XXXVII, 14. 930
XLVI, 2. 930

Exodus.

III, 4. 930
XX, 11. 674

Deuteronomium.

VI, 5. 643
XXXII, 12. 1055

Josue.

I, 18. 1013

I Regum.

III, 16. 930
XIII, 12. 906

II Regum.

VII, 12-13, 16. 318
XV, 26. 930

III Regum.

III, 6. 923
XIX, 10. 649

II Paralipomenon.

XXXII, 7. 1013

Tobias.

VIII, 8. 280

Judith.

XVI, 21. 295

Job.

IV. 89
IV, 16. 921
IX, 4. 929, 1052
X, 21-22. 296
XLI, 24. 525, 616

Psalmi.

II, 6-12. 318
VI, 2. 587
VII, 11. 923
VII, 12. 835
X, 7. 296
XV, 10. 419
XVII, 45. 919, 1048
XVIII, 9. 916
XXI, 2. 1086
XXI, 28-29. 318
XXIV, 4. 633
XXIV, 5. 633
XXVI. 349
XXVI, 14. 909, 1013
XXX, 25. 1013
XXXI, 11. 923
XXXIII, 9. 813, 919, 961
XXXV, 11. 923
XXXVIII, 4. 562, 913
XLIV, 3. 352
XLV, 11. 1010, 1118
LXIII, 11. 923
LXVIII, 10. 1026
LXXII, 28. 961
LXXVI, 7. 905
LXXVI, 11. 799
LXXX, 11. 790
LXXXIII, 6, 8. 1077
LXXXVIII, 28-38. 318
XC, 12. 587
XCII, 1. 587
XCIII, 15. 923
CII, 14. 1052
CVI, 10. 590
CIX, 1-2, 5-6, 318
CIX, 4. 540
CXVIII, 137. 835
CXVIII, 158, 53. 932
CXVIII, 163. 932
CXXII, 2 973
CXLII, 8. 653
CXLII, 10. 633

Proverbia.

I, 24, 26. 929
III, 32. 1015
VI, 4. 207
XXIII, 26. 790
XXX, 8. 656

Ecclesiastes

IV, 12. 651

Canticum.

I, 1. 919, 1048
I, 3. 813, 919
II, 5. 975

Sapientia.

II, 23. 432
V, 6. 797
V, 18-24. 289
VII, 25-26. 812
VIII, 1. 1067

Ecclesiasticus.

II, 2. 926
VII, 40. 914
XI, 23. 904
XVII, 1. 280
XXI, 10. 295
XXXIII, 10. 280
XXXV, 21. 694
XXXIX, 8. 655

Isaias.

IX, 2. 1045
IX, 6-7. 318
XIV, 13. 350
XXXIV, 9. 296
XXXIV, 10. 296
XXXVIII, 15. 915
XLII, 7. 1045
XLV, 3. 1010
LVIII, 2. 426
LXII, 11. 917, 1046, 1148
LXIV, 4. 636
LXV, 1. 1055
LXVI, 24. 295, 296

Jeremias.

IV, 2. 625
XLVIII, 10. 789

Threni.

III, 26. 657

Daniel.

III, 39. 1034
VII, 13-14. 318

Osee.

II, 14. 975, 1010
II, 20. 971

Habacuc.

II, 1 657
II, 3. 1022, 1129

Zacharias.

IX, 10 318
IX, 11. 419

Malachias.

IV, 2. 797, 916, 1045

I Machabaeorum.

II, 54. 1026

II Machabaeorum.

III, 25-27. 288
XV, 22. 288

Matthaeus.

I, 24-25. 330
II, 1-12. 454
II, 6. 350
II, 13-23. 343
II, 13-17. 462
II, 13-18. 458
II, 19-23. 459
III, 12. 295
IV, 11. 463
IV, 16. 1045
IV, 18-20. 464
IV, 21-22. 465
IV, 22. 1057
V, 3. 354
V, 10-12. 354
V, VI, VII. 469
VI, 22. 372
VII, 6. 655
VII, 18. 674
VII, 26. 906
VII, 29. 791, 1020, 1127
VIII, 12. 296
VIII, 20. 540
VIII, 23-27. 470
IX, 9. 379, 465, 1058
X, 1-16. 472
X, 16. 789
X, 24-25. 354
X, 24-25, 38. 319
XI, 29. 354
XI, 30. 792
XII, 33. 674
XII, 36. 266, 835
XII, 40. 419
XIII, 3-22. 1078
XIII, 7, 22. 1056
XIII, 42. 295, 296
XIII, 44. 1010
XIV, 13-21. 476
XIV, 22-33. 470, 473, 476
XIV, 25. 69
XV, 16. 497, 1087
XV, 13. 923, 1055, 1155
XVI, 17. 1054
XVI, 24. 319, 540
XVI, 27. 319
XVII, 1-9. 477
XVIII, 15-16. 667
XIX, 11. 816
XIX, 12. 792
XIX, 12-21. 816
XIX, 17. 818
XIX, 21. 782, 792, 818
XIX, 21-29. 354
XIX, 23-24. 816, 967
XIX, 23-26. 662
XIX, 24. 779
XXI, 1-17. 480
XXI, 12. 468
XXI, 41. 1078
XXII, 13. 296
XXII, 37. 643
XXIV, 42. 834
XXV, 13. 834
XXV, 30. 296
XXV, 34-46. 835
XXV, 41. 279, 295
XXVI, 1-30. 482
XXVI, 6-10. 479
XXVI, 17-29. 392
XXVI, 30-46. 484
XXVI, 30-56. 398
XXVI, 47-58, 69-70. 486
XXVI, 58-75. 487
XXVII, 1-2, 11-26. 489
XXVII, 26-30. 491
XXVII, 26, 31-33, 37-38. 492
XXVII, 35-52. 494
XXVII, 46. 1086
XXVII, 48. 1086
XXVII, 55-66. 496
XXVII, 56. 474
XXVIII, 1-7. 498
XXVIII, 8-10. 498
XXVIII, 9. 875
XXVIII, 16-20. 504
XXVIII, 17. 1088
XXVIII, 18-19. 876
XXVIII, 18-20. 318
XXVIII, 19. 353

Marcus.

I, 9-12. 462
I, 12-13. 463
I, 16-18. 464
I, 19-20. 465
I, 19-20. 1057
I, 22. 791, 1020, 1127
II, 13-14. 465
II, 14. 379, 1058
IV, 3-19. 1078
IV, 7, 18-19. 1056
IV, 35-40. 470
VI, 3. 460
VI, 7-9. 472
VI, 30-44. 476
VI, 45-52. 470, 473, 476
VIII, 34. 319, 350
IX, 1-8. 477
IX, 42-47. 295
IX, 43. 296
IX, 43-45. 296
X, 21. 782, 816, 818
X, 21-30. 354
X, 24, 25. 816
X, 24-27. 662
X, 25. 779, 967
X, 29-30. 636
XI, 1-10. 480
XI, 11. 69, 482
XI, 15. 468
XII, 30. 643
XIV, 3-6. 479
XIV, 12-25. 392
XIV, 12-26. 482
XIV, 26-42. 484
XIV, 26-52. 398
XIV, 43-54, 66-68. 486
XIV, 53-72. 487
XV, 1-15. 489
XV, 15-20. 491
XV, 20-22, 26-28. 492
XV, 24-38. 494
XV, 34. 1086
XV, 36. 1086
XV, 40-47. 496
XVI, 1-11. 498
XVI, 8-11. 498
XVI, 9. 419
XVI, 12-13. 501
XVI, 14. 503
XVI, 14-19. 508
XVI, 15. 353
XVI, 15-16. 318
XVI, 15-18. 504
XVI, 19. 318

Lucas.

I, 11-12. 89
I, 20. 288
I, 26-38. 324, 450
I, 32-33. 318
I, 39. 930
I, 39-56. 451
I, 79. 590, 916, 1045
II, 1-14. 330, 452
II, 8-20. 454
II, 15. 452
II, 16. 930
II, 21. 197, 454
II, 22-38. 343
II, 22-39. 456
II, 27. 456
II, 39-40, 51-52. 344
II, 41-49. 1063
II, 41-50. 344, 460
II, 48. 461
II, 51. 930
II, 51-52. 460
IV, 1-13. 463
V, 1. 464
V, 1-11. 464
V, 9-11. 465
V, 27-28. 379, 465, 1058
VI, 12. 667
VI, 13-16. 465
VI, 20. 354
VI, 22-29, 40. 354
VI, 24. 779
VI, 25. 296
VI, 40. 319
VI, 43. 674
VII, 36-50. 474, 480
VIII, 2. 474
VIII, 7, 14. 1056
VIII, 5-14. 1078
VIII, 22-26. 470
IX, 1-3. 472

IX, 10-17. 476
IX, 23. 350, 354
IX, 25. 319
IX, 28-36. 477
X, 18. 279
X, 38-42. 474
XI, 34. 372
XI, 43. 197
XII, 31. 636
XII, 40. 334
XIV, 27. 319
XIV, 28. 1054, 1060, 1154
XIV, 28-30. 922
XVI, 2. 835
XVI, 23-24. 296
XVII, 3-4. 667
XVIII, 1. 667, 880
XVIII, 20. 816
XVIII, 22. 818
XVIII, 22-30. 354
XVIII, 23-25. 779
XVIII, 24-25. 816, 967
XVIII, 28-30. 321
XVIII, 29-30. 636
XIX, 29-38. 480
XIX, 44. 929
XIX, 47. 69, 366
XIX, 47-48. 482
XXI, 37. 482
XXII, 7-38. 392, 482
XXII, 28-30. 319
XXII, 39-46. 484
XXII, 39-54. 398
XXII, 47-57. 486
XXII, 53. 482
XXII, 54-65. 487
XXIII, 1-5, 13-25. 489
XXIII, 6-11. 491
XXIII, 6-25. 490
XXIII, 12-16, 22. 491
XXIII, 24-26, 32, 33, 38. 492
XXIII, 31. 932, 1070
XXIII, 33-34. 495
XXIII, 34-46. 494
XXIII, 49-55. 496
XXIV, 1-8. 498
XXIV, 9-11, 22-23. 498
XXIV, 9-12, 33-34. 500
XXIV, 13-35. 501
XXIV, 26. 318
XXIV, 34. 875
XXIV, 36. 876
XXIV, 36-43. 503
